THEATRUM
ET EXAMEN
OMNIUM DECISIONUM
Regni Neapolitani

D. LUCÆ MATTHÆI SURRENTINO

CAVENSIS.

THEATRUM
ET EXAMEN
OMNIUM DECISIONUM
Regni Neapolitani,

In quo universæ prædefinitiones dialectico, & arguto; eruditòque schemate legalibus principiis enodatiùs examinantur, feraciusque probantur, magna ex parte accuratè conciliantur:

Quinimò unicuique definitioni pro ipsius illustratione, nonnullæ facti species insitæ sunt, in queis aliæ dissertantur finitiones:

Inde est, quod amplius bis centum, & mille practicabiles Articuli, qui in Senatu Neapolitano decisi fuere, affatim comprobantur.

AUCOTRE
D. MATTHÆO SURRENTINO CAVENSI
S. T. & U. J. D. ac in Reg. Neap. Academia Juris Interprete.

OPUS

Et eruditio Judicis, & Patrono pro attexendo scripto, pro Clientibus defensandis suis, ac Tyronibus Senatus apprimè necessarium.

NEAPOLI In nova Typographia Michaëlis Aloysii Mutio Anno Sanctissimi Jubilei M.DCC.
SUPERIORUM PERMISSU.

ILLUSTRISSIMO DOMINO

D. ANDREÆ GUERRERO DE TORRES

Hispano, Equiti Ordinis Alcantarensis, à Consiliis Catholicæ Majestatis, & in Regio Collaterali Regiam Cancellariam Regenti.

Irtutis ne ipsius ingenio quodam fieri dicam, an scriptorum consilio, an utroque (eques illustriss.) ut statim ac quid quis in lucem edere statuit, illud inprimis diligenter excogitet, cui nam potissimum suas inscribat lucubrationes? nec sua in publicum prodire studia patiatur, nisi alicujus præclari viri nomine insignita: sivè ut suus ne desinit literis mecænas, quo uno marones inveniri posse dixit argutus ille inprimis vates; sivè ut ea officiosi animi pignora tamquam vota quædam jamdiù præconcepta, honoris templo sacret; eadem opera, & suæ consulturus famæ, & novis semper antiquæ amicitiæ debitis satisfacturus; sivè demum ut invidiæ obtrectatione; imperitorumq; sannis impetentibus, ad quam confugiat aram habeat; quasi verò vulgo se credere pallas reformidet, nisi Jovem aliquem nacta, cujus fulmina suæ pugnent securitati. quidquid illud sit sapientissimè factum,

optimaque consuetudine ab heroicis usq; temporibus receptum arbitror. Mihi igitur ejusmodi virorum in scribendo vestigia secuto, ab eorum moribus ne digitum discedere certum est. quamobrem ubi primum ad hos cuicuimodi libros typis mandandos animum applicavi, illicò cujusnam sub auspiciis eos exire vellem, mecum ipse agitavi: verum nec dubiæ, nec multæ deliberationis res fuit: quem enim præ cæteris mihi potius seligerem; quam te (vir inprimis spectatissimæ) sivè ad faustum operi auspicium; sivè ad aliquam etiam meo nomini gloriam comparandam; te (inquam) qui & literis, & earum studiosis tantoperè delectaris; illosq; omni benevolentia complecteris: excipe ergo munus, quod tibi nostra offert, ut ut curta eruditionis supplex; in quo illud rogo, ut neq; tuam, suamve dignitatem spectes, neq; quid aut ipse merearis, aut ego debeam; sed quid tenuissimus possim, quid officiosus cupiam attende; etenim si tua spectetur dignitas, ac magnitudo, munus quidem illud perexiguum; si mei imbecillitas ingenii, valde mediocre; si animus (dicam audacter) magnum. Quicquid id est, eo certè nomine mihi carum est, quod occasio nunc datur diù optata inscribendi tibi aliquid depromptum ex studiis meis, simulque testificandæ opinionis de te, & amoris erga te mei. Dicam enim quod sentio, & verè hoc dicam, cum omnes, qui te diligunt (diligunt autem quotquot norunt) ita diligant, ut eorum nemo in observantia tui vinci à quopiam putet. Ego tamen (liberè id arrogare liceat) mihi videor in hoc secundus esse nemini: nam quid ad hominum voluntates devinciendas valet, quod in te non reperiatur ex asse? quid hic nobilissimę domus *Guerreræ* laudes commemorem? à quą semper tot viri fortissimi animi, summi consilii, eximiæ pietatis, & pacis, & belli studiis extitere? quæq; ab antiquissima, eademq; clarissima inter Hispanas Familia *Guerra* ducens originem, quot majores numerat, tot jactat heroes?

Cui enim ignotus est præstantissimus ille vir Michael Sanchez Guerrerus Eques Divi Jacobi; aut D. Andreas Garzia Guerrerus; quæ nomina Deus immortalis? quorum prior arcis præfectus præclarum suæ, & prudentiæ, & justitiæ specimen dedit; alter in castris, inter primos hostilia aggressus mænia, ingens militaris virtutis præbuit argumentum: universo jam terrarum orbi cognitum, atq; perspectum est, quam multos, quà dignitatum gradibus, quà literarum splendore, quà armorum gloria præstantissimos viros domus hæc ediderit. Nihil hic de D. Petro *Guerrero* Granatensi Episcopo, quem adeò inter primos patrum suspexit Tridentina Synodus. Nihil de altero ejusdem gentis D. Petro Decano Supremi Italiæ Consilii Regente, qui ceù expertus moderator Hispanicum miro ductu regit Senatum. Nihil de Alfonso, qui Regis prius AErarii Præfectus in hoc Neapolitano Regno Menopolitanæ deinde Ecclesiæ Pastor Supremum diem gloriosissimè, ut vixerat, obiit. Nec vacat tot militum tribunos, duces, aliosq; summis honoribus conspicuos recensendo ad unum omnes commemorare: abundè illos fama commendat, ac per hominum ora differt. Ignosces si minus pro dignitate de antiquissima tuæ familiæ nobilitate dicam:

quamquam satis multa dicam, cum ex ea extitisse te asseram; Cum D. Andream *Guerrerum* nuncupaverim, omnia ad generis dignitatem abundè dixi; quam enim avorum gloriam ita excipis unus, ut expleas; ei majori ipse ornamento es, quam ipsa tibi: itaq; quemadmodum de Scevola poetarum cecinit nescio quis; sic de tuæ gentis insignibus loquenti; te innuendo, *quem video satis est hunc mihi nosse virum*. & sane egregium virum virtutis bona, non fortunæ commendant; quæ proprio tibi marte peperetis, non quæ hæreditario quodam jure acceperis, magnifacienda sunt; ista cui modicumq; homini obvenire possunt, illa nonnisi præstantissimis. laudandus ille est, qui eum se præstat, ut, ubi sit opus, memoriam, vel intermortuam generis sui, virtute renovaret. si qua polles, animi magnitudinem novimus, sic nobiscum ipse etiam existimas. Te ipsum nos suspicimus, te ipsum amamus, ac te ipsum cum dico, nihil, quod nobilitati fortuna, fortunę virtus, virtuti gloria addere possit, præterire me arbitror. Nam quæ divisa abundè claros efficiunt, ea omnia unus ipse complecteris. Nobilis ille nexus, societasq; virtutum, quam præfers, cujus non animum primo statim adspectu conciliat? quis illam in amplissimo viro comitatem, in meritissimo moderationem non suscipit? semel atq; iterum oblatam præfecturam Regii vectigalis, quod ex foggia corrogatur, recusasti? tertiò demum nonnisi jussu coactus ad eam accessisti? quam ea cura, integritate, diligentia administrasti, qua post te nescio an alius, ante te nemo quidem certè? Quantum enim est Telonii domum vetustate consumptam jam, ac ruinam nonminitantem solum, sed magna ex parte jam quassam, ampliorem in modum de tuo restituisse? quantum ibidem pro foribus nostri Regis effigiem honoris causa inscriptione supposita collocasse? quantum deniq; in hoc opere propriis sumptibus amplius mille aureos insumpsisse? ad hæc uno, atq; altero anni spatio, quo id muneris obiisti centena millia aureorum, per quam cæteri omnes ante te, Regiam annonam auxisti? nam priore quidem anno ad octoginta millia, & ducenta, alterò verò ad quinquaginta, & tria millia in publicum AErarium contulisti? interim hanc spartam optimè ornans, Cancellariæ Regens in Neapolitano Regno renunciatus es? dignitatum gradus per te mereris, eosdem nonnisi jussus ascendis; jucundum sanè modestiæ, meritiq; certamen: hoc quidem suum veluti jus deposcente: suo illa jure cedere cupiente: ingens utraq; virtus: utra utri validior, ignores: neutra fortassè secunda; quod si primas modestia ferat, hoc verò perquam jucundissimum: nam modestiæ quidem laudi datur, quo meritum vincat, obstinatè conari: merito verò ipsi nullum est incrementum majus, quàm à modestia superari. jam haud miror, quod cum alii tantoperè honeres ambiant; contrà ea te honores ipsi sectentur, aliis enim indè dignitatis accessio fit, per te illorum splendor augetur. At debuit campus dari, in quo excurrere virtus, cognosciq; melius posset, & sanè cognovit nostra Civitas, quæ te mira omnibus in rebus solertia, atq; consilio, tamquam Cœlo delapsum complexa est; suisq; humeris ad Cœlum extollit. Cognovit Neapolitanum Regnum, quod in te gravitatem cum comitate, æquitatem cum clementia, integritatem cum facilitate, summa omnia, semper suspexit, ac

te

te tot in muniis, tot versatum in dignitatibus, nunquamnon vigilem, nunquam non æquum, nunquamnon eundem suspexit dexteritate, consilio, prudentia, æquitate, animi moderatione, ac magnitudine nulli secundum; per quem ætas hæc nostra habet, ut nulli ætati invideat, invidiam reliquis venturis faciat. Cognovit deniq; quisquis, vel mores illos tuos planè aureos, vel tui nominis famam non ignoravit. Nam quid memorem, ut cõmissa tuæ fidei negotia prudentissimè semper confeceris? illud in omnibus spectans, non quod alii fecissent, sed quod fidelissimum Regis administrum, quod publicæ utilitatis studiosum, quod te facere deceret. quid? ut mitissimus pauperes largo subleves sumptu: ut omnes audias non gravatus; ut sapientiæ patronus literas promoves, literatissimus literatos foves, literarum vindex ac parens: vitam tibi gestare longiorem optant literæ: nam te sospite, & incolumis est Respublica literarum, quas tenes, quas erigis, quas amplecteris, quas ad summos honores evehis. Plura de te dicere modestia prohibet, ne dum meritis obsequor, modestiæ tuæ molestus sim. Profectò mei hujusmodi labores majus exigere à me nihil possunt; neq; optare quidquã honorificentius, quam ut à te eo, quo soles omnia, animo excipiantur; cumulatius cæteris placituri, si tibi non displicuerint; quod si tuo probentur judicio, Zoilorum Sannas non reformidant. A te (inquam) vim omnem accipient, robur omne, quo telis omnibus, ictibus cunctis, qui vel ab invidia, vel ab ingenio extorquentur obsistere queant. boni consule, vir meritissimè, isthuc quicquid est, meæ tenuitatis, quæ quidem venit traditura, quod debet, non petitura, quod non meretur; quanquam si me totum tuis obsequiis consecro, nihil alienum tibi offero: si patrocinium efflagito, nil inde eorum abs te peto; vale; Deus Optimus Maximus te communi omnium bono, quam diutissimè servet, ac fortunet. Neapoli Calendis Junii M. D.C. XC. IX.

Illustriss. Dominationis Vestræ

Humillimus, Addictissimus, Fidelissimusq; Servus
D. Lucas Matthæus Surrentino.

ERUDITO, CANDIDOQUE LECTORI.

NE admireris eruditissime Lector, cur in tanta librorum mole meum etiam volumen prælo mandare voluerim: perinde quasi actum agerem, ac stomacho præsatietate jam fastidenti obsonia apponerem. Nam etsi tot, ac tanta in unoquoque literaturæ genere ad nostram ætatem scripta prodiere; ut iis meliora edere difficilè multum maximè sit; non meliora verò etiam injucundum: tamen ut de rerum natura dictitare solemus, venustatem quandoq; si minus aliud, varietas ipsa commendat. Sæpe adornatum facit, quicquid facit ad copiam: abundare satius fuit semper, quam inopia laborare; cum illi incommodo facilè mederi possis, huic verò non item. quod verum fateri possum: haud inanis gloriæ studio, vel apud posteros memoriæ, ad scribendum animũ applicavi meum. Quamvis ea quidem cupiditas, vel summos pertentare viros soleat; uti Cicero testis est sanè luculentius in pro Archia; ubi *trahimur*, (inquit) *omnes laudis studio, & optimus quisq; laudis gloria ducitur*. Nec exiguus hic laborum solet esse fructus: ut modò laudatus etiam in Miloniana habet, *& omnibus præmiis virtutis si esset habenda ratio præmiorum amplissimum esse præmium gloriam: esse hanc viam, qua brevitatem vitæ posteritatis memoria consoletur*. Neq; ut priscos novus ego refellerem authores: quemadmodum Platonem Aristoteles; Aristotilem Galenus; Galenum Recens Medicorum Academia; & (ut etiam de nostris commemorem) Papinianum Vlpianus, Paulus, & Marcianus; Accursium Bartolus, hunc Baldus, &c. quos omnes hujusmodi legis peritos novissimè Antonius Faber idq; genus alii nonnihil reprehendunt; cum nullus adhuc exstiterit præstantissimus Author, cui vel suarum laudum obtrectator, vel etiam emendator defuerit: enimverò multa ætas posterior de superiore meritò detrahit; & illa, quæ præcesserunt sæpissimè improbat, eaque inania, ne dicam insulsa esse contendit. Verissimum siquidem Senecæ effatum Ep. 65. ad Lucil. *Multum adhuc restat operis, multumq, restabit; neq; ulli nato post mille sæcula præcludatur occasio aliquid adhuc adiiciendi*.

Quid ergò est? Diogenem imitari volui; qui cum Chorinthios, à Philippo Alexandri Magni parente claro filii clarioris obsessos trepidare defensionem curare acerrimè videret; atq; hunc ilicet arma sibi comparare, illum lapides congerere; alium muros in altitudinem substruere, alium propugnacula firmare, nonnullos menia scandere, animadverteret; extemplò philosophico, ut erat pallio præcintus, dolium illud suum fictile subvolvere, devolvere ultrò, citròq; versare per vicinum urbi collem: rogatus ab amico quopiam, quidnam id agis ò Diogenes? volvo (inquit ille) ego quoque Dolium; ne unus inter tot operi intentissimos cessator esse videar. Sic ipse cum ocii rationem reddendam esse censerem homini, cæteroqui facultate aliqua prædito, ne desidia, atq; inertia emarcuisse crederer, dolium pariter volvere meum institui, hujuscemodi concinnavi Thæatrum, ac omnium Neapolitani Regni prædefinitionum examen. opus ut vides, penè immensum, ut puto per necessarium, utile, & (si licet per tuam humanitatem) etiam non contemnendum, propter uberrimam materiam quotidianarum rerũ; ante ac quidem ruris, indigestaq; moles, proculq; à jure, rationibusq; contexta, ut jure consultus in hisce prædefinitionibus evolvendis roboris nihil ad scriptum conficiendum carpere posset; nec nisi verba dumtaxat prensaret. quamplurima nova proprio marte placita, haud priscæ distinctiones, conciliationes, refutationes, novum legale, eruditum, argutum lucubrandi stylum, à nemine hucusq; elaboratum texui: futilibus, inutilibusq; disceptationibus, ut nonnulli de testamentariis Lazari tabulis factitant, prætermissis. memor Tullii præcepti secundo Tuscul. *videtur quidquid literis mandatur, id commendari omnium eruditorum lectione dicere. lectionem sine ulla dele-*

delectatione negligo, & primo Tusc. *mandare quempiam literis cogitationes suas, qui cas nec disponere, nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis est intemperanter abutentis, & otio, & literis.*

Missos facio Authores illos, qui contumeliosis utuntur verbis, adversus illos, qui nihil in lucem edant. facessant hi Zoili, Nebulones, cohaxantes ranæ, Critici, quos Divus Hieronymus bipedes asellos nuncupat, qui nihil æquè in alienis legendis monumentis curent, quam ut aliquid venentur, quod canino mordeant dente, quod adunco subsannent naso. Siquidem non sum nescius, mortales reperiri nonnullos, optimis lucubrationibus edendis aptissimos, qui otio tamen distenti, nihil moliantur.

Sin autem opus hoc cuicuimodi eruditissimæ tuæ minus arriderit minervæ, fortassis, vel quod in præfiniendis rerum speciebus redundanti verborum farragine caret; universaque in arctum cogendo; consule sic lipsium Cent. secunda Ep. 52. ubi *brevitas* (inquit) *mihi amica*, vel quod est ex schola subtile atque argutum, quod à nemine hactenus tentatum est, non omnibus gratum fore judicas; memoria recole Antimachi Poetæ dictum, qui cum convocata auditorum Corona, suum quemdam recitaret librum, omnesque recitantem deservissent, præter Platonem: *legam* (inquit) *nihilominus, Plato enim unus mihi instar est omnium.* Tullius certè illud asservit: *Poema reconditum, paucorum approbationem, assensumq; reposcit*; enimverò cunctis satisfacere haud facilè est, ut idem Author 1. de Natura Deorum docet; ibi: *Magnum onus est, atque munus, suscipere, ac profiteri, sese omnibus silentibus unum maximis de rebus magno in conventu hominum audiendum. Adest enim ferè nemo quin acutius, atque acrius vitia in dicente, quam recta videat. ita quicquid est in quo offenditur, id etiam illa, quæ laudanda sunt, obruit: & quoties dicimus, toties de nobis judicatur. Neque quicquam est tàm insigne, nec tàm ad diuturnitatem memoriæ stabile, quam id, in quo delinquaris.*

Si verò tandem utpotè vir eruditus, qualem te esse arbitror, nonnisi etiam oblectamenti, unà cum utilitate percipere hunc existimaveris; utpotè brevi temporis mora, constantique lectione in eo omnia reperturus. Deo Optimo Maximo gratias cum primis age; qui & mihi conficiendi, & tibi degustandi hoc exercitationum mearum genus copiam fecit. Vale, & nostris laboribus, quam diutissimè fruere, aliosve propè diem in lucem edituros expecta.

EMI-

EMINENTISS. SIG.

MIchele Luigi Mutio, supplicando espone à V.Em.come desidera stampare il Primo Tomo dell' Opere *del Signor D. Matteo Sorrentino, Catedratico nelli Regii Studii publici*, intitolato *Teatro delle Decisioni del Regno di Napoli*, la supplica per tanto commetterla alla solita revisione, che l'haverà à gratia, ut Deus.

Reverendus Dominus D.Cajetanus de Lieto V.J.D. videat, & in scriptis referat die 27. Octobris 1697.

JO: ANDREAS SILIQUINUS VIC. GEN.
D.Januarius de Auria Canonicus Deputatus.

EMINENTISS. PRINCEPS.

QUæ in Antonii Capycii Decisiones illustrandas doctè, ac eruditè congessit *Rev. D. Matthæus Surrentinus in publico Neapolitano Gymnasio Cathedraticus, in hoc primo sui Theatri Decisionum Tomo,* Jussu Em.V. summa qua potui diligentia perlustravi; Eaque nedum ortodoxæ fidei, bonisque moribus consona comperi; Verumetiam Sacrorum Canonum arcana, legumque abscondita penetralia cunctis perspicuè, clarèque aperire magna animi admiratione perspexi. Quamobrem optimo jure (si ita Em.V. videbitur) prælo committi nedum posse, verumetiam ad omnium communem profectum deberi existimo. Datum Neapoli die 10.Novembris 1698.

Em. Vestræ

Humillimus, ac Devinctissimus Servus
Cajetanus Lætus.

Attenta relatione Reverendi Domini Revisoris, quod potest imprimi. Imprimatur die 13.Decembris 1698.

D.Januarius de Auria Canonicus Deputatus.

ECCELLENTISS. SIG.

MIchele Luigi Mutio, supplicando espone à V.Ecc. come desidera stampare il Primo, e Secondo Tomo dell'Opere del *Dottor D.Matteo Sorrentino*, intitolato *Teatro delle Decisioni del Regno di Napoli*, per tanto la supplica rimettere la revisione à chi le parerà, è lo riceverà à gratia, ut Deus.

Magnificus V.J.D. Carolus Susanna videat, & in scriptis referat.

GASCON REG. ANDREAS REG. ANDREASSI REG.

Provisum per S.E.Neap.die sexto Octobris 1698.
Mastellonus.

Spectabilis Regens Carrillo non interfuit.

EXCELLENTISS. DOMINE.

QUem te jubente, legi Librum, cui ab Auctore suo *D.Matthæo Surrentino*, solertissimo, acutissimoque Juris Consulto titulus inditus est, *Theatrum, & Examen Omnium Decisionum Regni Neapolitani* nil habet, quod Potentissimi Regis nostri juribus sit adversum: Cumque nova methodo suas auctor idem addat his decisionibus animadversiones, quibus tùm Juris candidati ad disceptandum instruantur, suasque in Juris palæstra, auculeatis argumentis, feliciùs peragant velitationes; tùm forensibus negociis intenti Juris Consulti, necnon & Pragmatici receptas in praxi sententias sub manu velut habeant: En futurum censeo, si per Typos publici juris fiet; aliud modò ne statuas tu, cujus jussa capessere omnes paratos esse oportet. Vive nestoreos annos Princeps Excell. Reip. & omnium nostrum bono. Ex Musæo nostro XI. Kal. Novembris Anno Christ. Domini CIↃIↃCVC.

Exc.Domine

Æternum tuo mancipatus Obsequio
Carolus Susanna.

Visa supradicta relatione imprimatur, & in publicatione servetur Regia Pragmatica.

GASCON REG. ANDREASSI REG. GUERRERO REG. MERCADO REG.

Provisum per S.E. Neap.die primo Decembris 1698.
Mastellonus.

Spectabilis Regens Andreas non interfuit.

SYL-

SYLLABUS AUCTORUM,

QUI HOC IN THEATRO VIRITIM COMMENTANTUR.

Antonius Capicius.
Matthæus de Afflictis.
Thomas Minadoi.
Thomas Grammaticus.
Vincentius de Franchis.
Thomas Salernitanus
Joannes Franciſcus de Ponte.
Carolus Tapia.
Nicolaus Antonius Gizzarelli.
Scipio Rovitus.
Hector Capicii Latro:
Joannes Franciſcus Sanfelice.

D. MAT-

D. MATTHÆI SURRENTINO THEATRUM ET EXAMEN Omnium Decisionum Regni Neapolitani.

IN ANTONIUM CAPICIUM.

DECISIO I.

N Causa Domini Comitis Triventi cum Domino Andrea de Ebulo super executione cujusdam Decreti, lati in Magna Cur. Vic. contrà præfatum Dom. Andream. Primò videndum est, an executio asserti Decreti impediri possit ob ejusdem Decreti injustitiam, cùm in eo contineatur sententia, olim lata in eadem Magna Cur. contrà quondam d. Carolum de Ebulo, ejus patrem, super turbatione possessionis cujusdam territorii, & sic super interd. retin. esse exequendam contrà ipsum d. Andream. *Hæc Antonius Capicius.*

AUTHORIS EXAMEN.

Facti Species.

SEntentia in interdicto, *uti possidetis*, contrà defunctum lata, quæ in rem transisse perhibetur judicatam, numquid adversùs ejus hæredem extemplò exequenda sit, ac per consequens nulla reposcenda sit hæredis citatio ad edisserendum, *Causam quare*, (uti Nostrates eloqui assolent) sententia hujuscemodi executioni demandanda non sit.

SUMMÆ.

A' num. 1. usq; ad 5. Thesis prædefinitio.
A' num. 5. usq; ad num. 23. ejusdem Thesis probationes.
A' num. 23. usque ad fin. objectiones, earumdemque solutiones.

1 EX incontinenti hanc exequendam fore sententiam, sivè adversùs reum, in foro juridicè, ritèq; damnatum; sivè, eodem extincto, cõtrà ejus hæredem, nulla priùs hæredis citatione habita, explorati juris esse reor. *Est* Reg. de Frãch. *dec.* 199. *n.* 5. 6. *&* 7. me-
2 moratis sic per S.R.C. prædefinitum fuisse, ibi: *& sic S.C. judicasse in hac causa.* Afflictus *decis.*
3 341. *n.* 3. *idque genus, contrà* Antonium Capicium *hic n.* 13. secùs fuisse sancitum per S. C.
4 referentem ibi, *fuit in S.C. bis judicatum*: Caravi tam *Rit.* 128. *n.* 8. *aliosque*: quorum agmen claudit Thorus *tom.* 1. *compend. decis.* §. *sentẽtia lata in interdicto, uti possidetis*; tametsi falsò laudantur ejusdem fori *decis.* 145. *& decis.* 345. siquidem in alia exstant facti specie, ut infrà liquebit.
5 Probatur 1. dignioris namque conditionis haud est ducendus defuncti successor, ac ejus principalis, *l. alienatio, ff. de acquir. poss. l. in omnibus, §. non debet, ff. de rei vindicat.* cùm subrogatus naturam ejus, in cujus locum est suffectus, amplectatur, *l. si eum, §. qui injuriarum, ff.*
6 *si quis caut.* Propterea quòd successor, ad instar accessorii respectu principalis, seù testatoris, se habere videtur, adeòque, ceù accessorium, prin-
7 cipalis naturam sectari debet, *l. etiam, C. de jure dot.* Regul. *accessorium de regul. jur.* Quemadmodũ, dato principali, etiamnùm accessorium permisũ esse supponitur, sine quo extare impossi bile autumatur, *l. 2. ff. de jurisdictione om-*
8 *nium Judic.* adversùs porrò defunctum, si superstes foret, profectò in incontinenti sententia executioni demandaretur: igitur etiamnùm contrà ejus hæredem efficienda est; siquidem utrobique par urget ratio, adeòq; eadem juris
9 prædefinitio, *l. illud, ff. ad l. aquiliam, l. si postulaverim, §. 2. ff. ad legem aquiliam de adulteriis, l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. nauta, §. fin. ff. nautæ caupone, l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, C. de Sacrosanctis Ecclesiis, §. si igitur, institutionibus, quod cum eo,* Donellus *de jure civi-*
10 *li, lib.* 1. *c.* 14. *n.* 30. *pag.* 39. hinc Cicero in Tusculan. ibi: *nihil potest esse æquabile, quod non è certa ratione proficiscatur, & paradoxo* 1. ibi: *plus apud nos vera ratio valeat, quàm vulgi opinio.*
11 Probatur 2. Rogitandum ab Antonio Capicio, Caravit. idque genus: Quare hoc in themate hæredis citatio reposcenda sit: Siquidem novum fore hæreditatis possessorem hæredem responderent, profectò plura faterentur perabsurda. Terent. *in adel.* 3. 3. 22. ibi: *est Hercle*
12 *inepta, ne dicam dolo, atque absurda*; quæ cunctis in dispositionibus sunt effugienda, *l. ità si, 39. in fine, ff. de operib. libert. l. nam absurdum, ff. de bonis libertor. cap. in Genesi, de elect.* Hothomanus *tom.* 2. *consl.* 53. *n.* 10. *pag.* 259.
13 Primùm: Siquidem rei minùs extantis, neũ in sua, neũ in extincti ditione, nullam haberi posse possessionem par est: quandoquidem res de facto in foro evicta; ac per cõsequens testator rei dominium deperdidisse ducitur: cùm sẽ-
14 tentia in rem transisse supponatur judicatam, quæ paratam obtinet executionem, adeòque juremeritò executoriales expediũtur literæ, ac mãdatum de parendo. *l. minor 25. ff. de minoribus, l. si cum aliquibus, ff. de re judicata*: quod suum vẽdicat in S.R.C. locum, tametsi ab ipsa, vel sit reclamatum. Afflictus *decis.* 341. *n.* 3. *& decis.* 358. Rovitus *Pragm.* 5. *n.* 3. *de offic. S.R.C.* de Marinis 2. *quotidian. cap.* 278. *n.* 3. Pratus 2. *for. cap.* 35. *n.* 41. vel appellatum. Mastrillus *decis.* 158. igitur etiam hæres: etenim defũcti bona, secùs verò aliena, adipisci fas est; alioquin Justitiæ obversaretur, quæ est cunctarum domina virtutum, ac Regina, Tull. *lib.* 3. *de offic.*
15 Secundum Tò. ad differendum, *Causam quare, &c.* de sui conceptu supponit hæredem fore responsurum: Rursùs ab jisdem petẽdum quid respondisset? ut hæres nè? an ut extraneus? alioqui alio in casu foret; igitur ut hæres; si ut demortui personam repræsentans; ergò eodem utendum erit jure, responsoque, ac defunctus, si superstes foret, uteretur. Verùm enimverò demortuus, utpotè convictus, damnatusq; rei, dominium deperdidisse supponitur; igitur inane foret hæredis respõsum, utpotè defuncti personam repræsentantis.
16 Probatur 3. ex ejusdem Capicii doctrina *in dec.* 21. *in fin.* differẽtis sententiam, adversùs singularem possessorem latam, in incontinenti esse exequendam; igitur etiamnum adversùs universalem: siquidem utrobique par urgere ducitur ratio. Quandoquidem, tametsi titulo, idq; genus inter se discriminantur; Verumtamen, haud hoc in casu dissident. Propterea quòd nõ magis à particulari, quàm ab universali possessore evicta supponitur res; ac per cõsequens utriusq; rei extinctum esse dominium existimatur.
17 Probatur 4. Cuncta namque interdicta in rem scripta sunt, *l. 1. §. penult. ff. de interdict.* ac per cõsequens ipsorum jura quoslibet amplectuntur, sivè testator, sivè hæres sit.
18 Probatur 5. Possessio namque unà cum causa, vitiis, qualitatibusque transilire perhibetur suis, *l. an vitium, l. cum hæres, ff. de divers. & temp. præscript. l. vitia, C. de acquirenda possess.* Igitur, si jàm in foro evicta esse supponatur res isthæc, ut nullum in illa hæredi cõpetere prædicetur jus, utpotè aliena, inanis ducitur hæredis citatio.
19 Probatur 6. Hæres, hæreditatem adiens, ex-
20 tincti personam repræsentat, *l. hæreditas 28. ff. de regulis juris*, ac per consequens activè, &
21 passivè jura trajicere prædicantur, *l. hæres in omne, ff. de acquirend. hæredit.* secùs, si hæreditas se ipsã repræsentaret defunctum, *l. non minus 3. in fin. ff. de hæredib. instituend. l. hæreditas 34. ff. de acquirẽdo rerum dominio, l. legatum 116. §. sermo, ff. de legat. 1. l. mortuo 22. ff. de fidejuss. l. hæres 22. ff. de usurp. & usucap. l. cum hæreditas 9. C. de possess. §. hæres instit. de obligationib. quæ ex quasi contractu.* Verùm enimverò defunctus si superstes foret, sanè ex incontinenti
22 adversùs ipsum exequẽda foret sententia, quæ paratam habere supponitur executionem. Cujacius

jacius, *in lib.* 13. *Pauli ad edictum ad l.* 19. *de constit. pecun.* & 4. *de recept. arbitr. litera* B. *col.* 1. Igitur etiam contrà ejus hæredem, qui defuncti volūtatem exequi debet, cùm nil aliud sit, quod magis hominibus debeatur, quàm ut suprema eorum voluntas, postquàm jàm aliud velle nequeunt, exitum, & effectum habeat, *l. vel negare* 5. *ff. quorum testamēta aperiantur*, *l.* 1. *C. de Sacrosanctis Eccles.* Plinius *lib.* 2. *epist.* 16. Eusebius *lib.* 4. *de vita Constant.* Quintilianus *declamat.* 318. Tacitus *lib.* 2. *annal.* ibi: *non hoc præcipuum amicorum munus est prosequi defunctum ignavo quæstu; sed quæ voluerit, meminisse, quæ mandaverit, exequi.* Cassiodor. *lib.* 5. *var. epistola* 21. ibi: *Vivat tibi perpetuis sæculis decedentium voluntas, transeant in posteros judicia parentum.* inspicito Textum *in l. quidam*, §. *penult. l. si à pluribus*, *ff. de legatis* 1. *l. si quis à Titio* 17. *ff. de legat.* 2. *l. alumna* 9. *l. alio hærede*, *ff. de adimendis legatis*, *l. divus*, *ff. si cui plus novella* 131. Justin. *novella* 68. Leonis *novella*. Majorani *de testam.* Cujacium *tract.* 7. *ad Affricanum in l.* 107. *ff. de legatis* 1. Spinum *in specul. testam.* 1. *part. rubric.* secùs, si foret ineptum defuncti velle, *l. servo* 113. §. *ineptas*, *ff. de legatis* 1. Donellus *lib.* 8. *commentar. cap.* 12.

23 Probatur 7. successor, seù universalis, seù particularis, antecessoris sui possessione uti potest, dummodò defuncti possessio in mala haud extare censeatur fide, *l. Pomponius* 13. §. *cùm quis utitur adminiculo*, *ff. de acquirēd*, & *amittenda possess.* *l. id tempus* 4. §. *in re legata*, *ff. de usucap.* §. *diutina instit. eod. tit. cap.* 1. *de solut. cap. finali*, *nè prælati vices suas* *l. meminisse*, *ff. de officio proconsulis*, *l.* 1. *ff. de officio præfecti August.* *l. edictum*, *ff. de judiciis.* Gonzalez *decretal. in cap. cùm omnes* 6. *de constit. nu.* 8. *pag.* 52. In nostra porrò facti specie antecessor in mala extare ducitur fide; Siquidem res in juredicēdo evicta fuit, ac per consequens malus, injustusve factus est fidei possessor; igitur defuncti re illa ampliùs uti haud fas est: igitur inanis est hæredis citatio.

24 Probatur 8. ex Capicii absurdo, *hic n.* 15. aliorumq; edifferentium, pro interesse passo ex defuncti turbatione extincti, hæredem per sententiam, antea latam, ritè obstringi posse. Rogitandum ab his: Quarè pro interesse passo executio confestim efficienda sit, secùs circà ejusdem rei possessionis restitutionem? Quis igitur ignorās est Capicium autumare interesse passum fore restituendum; secùs verò ejusdem rei possessionem, ut perpendenti liquidò patet.

25 Probatur 9. ex absurdo: per istiusmodi namq; hæredis citationē, quippè judicium frustrà ulteriùs protrahi prodiretur; ac per consequens modus litibus serò imponeretur, quod à juribus alienum foret, cùm nil pejus Reipublicæ evenire possit, quàm lites differri propter innumera mala, quæ ex his eveniunt, *l. si servus de obl.* & *act.* *l. æquissimum* 17. *de usufruct.* *l.* 4. *ff. de alienat. judic.* Osualdus *lib.* 17. *comment. cap.* 1. quare juremeritò utroque litium finis commendatur jure, *l. properandum*, *Cod. de judic.* *l. finali*, *ff. pro suo cap. finem de dolo*, & *contumacia*, *l.* 3. §. 1 *ff. de receptis*, *l.* 1. *ff. de jure jurando*, *l.* 1. §. *undè quæritur*, *ff. de novi operis nunciat.* *l. quidam* 21. *in fine*, *ff. de rebus creditis*, *cap.* 2. *de rei vindic.* etenim per lites fovētur inimicitiæ, accusationes, & odia. Plinius *lib.* 2. *epistola* 3. ibi: *Nos, qui in foro, & veris litibus terimus multū malitiæ, quantumvis nolimus, addiscimus.* Divus Ambrosius *lib.* 3. *de Virg.* *Christus est pax, in foro lites. Christus fides est, in foro fraus, atque perfidia.* Seneca *de ira cap.* 71. indè fit, quòd haùd est ferendus reus, qui litem procastinat. ac Judicis aleam subire renuit. Quintilianus *declam.* 309. ibi: *nihil impius hominibus dilationis, & extrahendi judicii cupiditate*: cùm is, qui judicium fugit, de justitia litis, adversùs se motæ, desperare præsumatur; hinc omni laude digni censendi sunt illi, qui amicabiliter, ob ancipitem judiciorum aleam, magnasque molestias, à lite recessere; ideòque debitores priùs amicabiliter interpellandos esse potiùs, quàm in jus rapiendos supponitur, *in l. quidam* 13. *ff. de servit. rustic.* Cujacius *lib.* 18. *observat. cap.* 38. Merillus *lib.* 3. *observat. cap.* 8. & *in l. debitores* 10. *C. de pignor.* Osualdus *lib.* 17. Donell. *cap.* 1. *lit.* B. cùm fructuosius sit liti cedere, quàm litigare, *l. etenim*, *ff. de minor.* *l. illud* 7. §. 1. *ff. de tributor.* & commendanda est verecundia lites execrantium, *l.* 4. §. 1. *ff. de alienat. judic.* Siquidem pax est tranquilla libertas. Cic. Philippic. 2. & *dulce nomen, & res ipsa cùm jucunda, tùm salutaris.* Idem Philip.. 13.

26 Ne quæso edifferas 1. alia namque est defuncti, alia hæredis possessio: Propterea quòd hæredis possessio nova differitur, *l. cum hæredes*, *ff. de acquir. possess.* aliudque est extincti, ac aliud hæredis gestum: quandoquidem evenire posset, ut hæres possidens, nec clàm, nec præcariò possidere dicatur; igitur defuncti hæres in isthac facti specie saltem citandus est.

27 Primævam antecedentis partem distinguēdam fore duco: alia namque est defuncti possessio, alia hæredis, quòad modum, vera ducitur antecedentis pars; quòad rem verò, infirma: Siquidem illa eadem numero res, quæ in extincti ditione extare supponebatur, hæredi acquiritur, cùm demortui jura ad hæredem transeant ex suprà laudata, *l. cum hæredes*, ibi: *Omnia quidem jura ad nos transeunt*, Donel-

28 lus *de jure civili lib.* 7. *cap.* 10. *n.* 50. *pag.* 148. Quare suprà laud. textus minùs obstat; Quandoquidem de possidendi modo eloquitur; cui ex ipsiusmet verbis liquidò patet, ibi: *Possessio tamen, nisi naturaliter comprehensa, ad nos non pertinet.* Idque nil mirum, cùm possessio quid facti sit, *l. denique*, *ff. ex quibus causis major.* *l. in bello* 12. §. *facti*, *ff. de captivis*, *l.* 1. §. *Scevola*, *ff. si is, qui testamento*, *l. stipulatio* 38. §. *hi, qui sunt*, *l.* 52. *ff. de verbor. obligat.* Duarenus *ad l.* 1. *ff. de acquir. posse. pag.* 616. Hothomanus *observat. lib* 9. *cap.* 1. *litera A.* Donellus *lib.* 12. *cap.* 16. *n.* 40. *pag.* 54. Faber, *conjecturarum*, *lib.* 7. *cap.* 12. *colum.* 2. *ex tex. in l. stipulatio ista*, *ff. de verb. obligat.* Cujacius, *observat. lib.* 9. *cap.*

33. *l. naturaliter, ff. de acquirend. possess.* inspicito Donellum, *lib. 5. commentar. cap.* 6. ubi Osualdus *lit. H.* Antonium Fabrum, *in rational. ad dictam leg. denique* 19. Cujacium *lib.* 17. *observat. cap.* 24. D. Joseph de Retes *in repetit. prælect. de acquirenda possess. cap. 6. consect.* 1. *his æconimum.* de Oroz. *lib. 4. de apicibus juris cap.* 14. *num.* 7. Valentiam *lib. 1. illustrium tract. 2. cap. 2. num.* 41. *& tract. 3. cap. 3. num.* 5. Mereadam *lib. 2. controvers. cap.* 19. *n.* 31. ac per consequens naturalem reposcit modum. secùs de rei emptore edisserendum: Propterea quòd, & novam rem, & rei novum possidendi modum complectitur: Etenim suam, secùs verò extincti personam, repræsentat; quod de hærede minùs prædicatur, cùm & defuncti personam, & rem repræsentet, *l. hæres in omne, ff. de acquir. hæredit. l. hæreditas* 28. *de regulis juris.* Donellus, *de jure civili, lib.* 14. *cap.* 6. *num.* 50. *pag.* 231.

29 Nec alicujus ducitur momenti adversariorum dicterium illud, scilicet hæredem possidere posse, nec clàm, nec præcariò: Siquidem
30 isthæc abs re prodita sunt: (Quod enim abs re prolatum esse differitur, pro nihilo ducẽdum:) Nàm ex commõstratis, res hujuscemodi in Senatu evicta esse supponitur, ac per conse-
31 quens sententiam in rem transiisse judicatam, adeòque minùs defuncti est, ast Victoris: Hæres namque extincti bona, secùs alterius,
32 possidere potest, *d. l. hæres in omne*: Propterea quòd bona minimè dicuntur, nisi alieno deducto ære, *l. mulier bona, ff. de jure dotium, l. subsignatum, §. bona, ff. de verborum signif.* Donellus, *de jure civili, lib.* 8. *cap.* 25. *num.* 50. *pag.* 309. Osualdus *ad* Donellum *lib.* 8. *cap.* 25. *in princip. pag.* 207.

33 Ne edisseras 2. ex continenti, ac hæres citaretur, profectò sub Judice esse posset, respondens, post testatoris extinctionem pacificè illam possidere rem, ac per consequens novam adiisse possessionem, *landata l. cum hæredes Author est.* Afflict. *decis.* 145. *n.* 1.

34 Infirmum ducitur anteced; imò ipsius denegandum reor suppositum. Afflictus namque supponit hæredem possidere, quod est falsissimum. petendum ab eodem Authore: numquid civilitèr, ritèque possidere rem dicatur ille, si in Senatu evicta esse supponatur, ac in rem transiisse judicatam sententiam? Numquid in hæredis ditione sit, quà hæres est, rem possidere illam, à qua testator in foro despoliatus fuit? Quæ, cum chimerica sint, jure
35 meritò Afflicti argumẽtum nullum est: quandoquidem quicquid alienum est, civilitèr, ritèque possideri ab alio impossibile est, *cap. ult. de præscript. cap. si virgo* 34. *quæst.* 3. *si id quod nostrum* 11. *ff. de regulis juris.* In nostra porrò facti specie res, utpotè in jure dicendo per sententiam evicta, victori acquisita esse supponitur; si igitur hæc res in defuncti manu minimè extabat; quare pacificè illam rem possidere respondere potest hæres? Igitur frustrà citaretur.

36 Ne edisseras 3. Diversum profectò ducitur gestum, de quo haud est actum, *l. de ea, § fin. ff. ad exhibendum, l. rem alienam, ff. de pignorat. act.* Verùm enimverò de hæredis gesto, nostro in casu, nil factitatum esse supponitur; igitur citandus est hæres. Authores sunt suprà laudati adversarii.

37 Argumentum istud nil profectò probat: perindè enim se habet, ac si quis argueret: cœlum movetur; ergò asinus currit: siquidèm in nostra facti specie impertinentèr hæredis gestum se habere existimatur; cũ res in foro evicta sit; ac per cõsequens victori acquisita; gestum namq; hæredis de testatoris bonis, secùs de alienis, verificari debere æquum est.

38 Ne edisseras 4. De facto hæres ex defuncti crimine pœnam minimè luere debet; alioquìn nullus in terrarum orbe reperiretur hæres, qui defuncti hæreditatem adire vellet. supradictus Afflictus Author est. igitur, &c.

Antecedẽtis suppositum esse denegandum puto. Quãdoquidèm hoc in themate extincti crimen fore supponit adversarius, quod est falsissimum: siquidèm res dũtaxat in foro evicta esse supponitur; nec defũcti crimen, scilicet homicidii, furti, idque genus in suum hæredem transire queunt, cùm pœna suum cõsectari debeat authorem, *l. sancimus* 22. *C. de pœn. l. absen-*
39 *tem ff. eodem*, quare sic efformandũ cẽseo principium: universæ defuncti pœnæ, hæredis corpus attingentes, ad hæredem minimè transire possunt, nempè triremis, fustigationis, &c. pecuniariæ verò, ejusdemque generis, ad hæredem transire æquum est.

40 Ne edisseras 5. Elogium illud: actionẽ in factum ex re judicata in hæredem dari hãc pati commẽtationem, scilicèt in hæredem dari defũcti turbationem, adversùs quem lata fuit sẽtentia; secùs ex hæredis perturbatione: propterea quòd evenire posset, ut hæres minùs deturbet, illam possidendo rem, nèc vi, nèc clàm, nèc præcariò. author est idẽ supralaudatus Afflict. igitur, &c.

41 Ridiculum profectò ducitur Afflicti argumẽtum; quãdoquidèm actio in factum isthæc, si adversùs defunctum, deturbãtem damnatum, refunderetur, à fortiori adversùs ejus hæredem, extincti personam represẽtantem, danda foret: nec aliquid suffragatur differere, quòd evenire posset, ut hæres, neù vi, neù clàm, neù præcariò possideat: quandoquidèm id falsissimũ reputatur, cùm res evicta sit, & per consequens victori acquisita esse supponitur: quarè vi, clàm, rem possidere proditur hæres illam, ceù malæ fidei possessor, prædove.

42 Ne edisseras 6. Sæpè numerò juxtà Innocẽtii placitum in S.R.C. prædifinitum fuisse testatur Capic. *dec.* 145. *& dec.* 345. igitur sic hodiè hoc in themate etiamnum est prædefiniendum.

Tametsi decisiones hujuscemodi priscæ sint, ac per cõsequẽs in desuetudinem abiere; quinimò hoc in casu per idem forum revocatæ fuere, ac per consequens juxtà Joannis Fabri placitum decernendum esse testatur. de Frãch. *dec.* 199.

199. *nu*.6. ibi: *Pro Joanne fuerit judicatum in S.R.C*.& Cardin.Parif.apud de Frãch.hæſitabiles vocitat deciſiones haſce: verumtamèn in noſtra facti ſpecie haùd militãt: ſiquidèm deciſio 145.loquitur de tempeſtate, qua inventarium per hæredem erit celebrandum,ut intrà iſtiuſmodi tempus per creditores, legatarioſve,idq; genus, minimè ſit moleſtia afficiendus hæres; quod ex illo liquet verbo apud Affict.*dec*.145. *nu*.2. ex facto hæredis, quòd inventarii confectionem commonſtrat. & *deciſ*.345.de tempeſtatis diuturnitate eloquitur, ut proſpici valet apud eumdem ſupràlaudat.Affict.*dec*.345.

43 Ne dicas 7.Obſtat tex.*in cap.quia* 11.*de Judic*.ubi Cæleſtinus ſanxit hæredis citationem hoc in themate fore repoſcendam. author eſt Capicius hìc, qui sẽper ſtylo,rudi, & agreſti,ſine nitore,& paleſtra eloquitur,igitur,&c.

44 Ex ſuprà laudato textu ſecùs eruitur;immò noſtrum potiùs comprobare videtur placitum: in ſupràcitato namque textu de hæredis citatione nullum profert Pontifex verbũ;quinimmò contrà hæredem eodem prorsùs pacto procedendum foret, perindè ac ſi extinctus ſuperſtes eſſet.ibi:*Si viveret,negotium terminaretur*. igitur ſi deſunctus vitam ageret, nulla poſtularetur citatio;igitur etiam in hæredis perſona; cùm utrobique eadem prorsùs urgere videatur ratio.*dicta l.illud ff.ad leg.aquil*.idque genus.

45 Ne inquas 8.Reg.de Frãch.*dec*.199.in exordio fieri ex cõtingenti adversùs hæredem executionem denegat; igitur, &c.

46 De Franch. in laudatæ deciſionis primordio minimè aſſertivè id ediſſerere videtur; dumtaxat verò recitativè,ſcilicet referendo quicquid alii decrevere; quòd ex ipſiuſmet verbis haud obſcurè patet,ibi: *Ita in ſpecie tenet Innocentius*, alioqui in præfinitionis calce ſecùs haud tradidiſſet.

47 Nec poſtmodùm obſtat; idem ſupràlaudat. Reg.de Franch. *dec*.405.*nu*.8. hoc in caſu fore citandum hæredem, edocens, igitur ſibimet ipſi oppugnans eſſe videtur.

48 Infirmum eſt antecedens: ſiquidem ſuprà laudat. Regens in noſtra facti ſpecie minimè locutus fuiſſe videtur: quandoquidem ediſſerit quòd,ubi executio adversùs non damnatum efficienda ſit, tametſi ſit hæres, ejuſdem citatio tunc repoſcenda ſit, ibi: *Ex cujus dicto ſumitur concluſio quòd quando eſt facienda, & ſicuti contrà non condemnatum, etiam quòd ſit hæres, requiritur citatio*. quæ profectò de Franch. verba extrà facti ſpeciem extãt,ſiquidèm de non damnato loquitur,quod alienum eſt à theſi noſtra; quandoquidèm theſis iſthec de damnato hærede eſſe ſupponitur.

Pro prædefinitionis hujuſcemodi illuſtratione.

CAPUT PRIMUM.

SEntentia in interdicto: *uti poſſidetis*, quæ in rem tranſiſſe perhibetur judicatam,numquid adversùs hæredem,inventarium conficientem, confeſtim exequenda ſit. ad commentationem *deciſionis Afflicti* 155.

SUMMÆ.

Num.1.Prima Theſis pars.
Num.2. Secunda Theſis pars,ejuſdemq;prædefinitio.
A'n.3.uſq;ad 6.ejuſdem Theſis probationes.
A'num.6.uſque ad fin. & objectiones, & ſolutiones.

1 TAmetſi ex incontinenti non fore exequendam præfinitum fuiſſe per S. C. commonſtrat Affict.*dec*.145.*n*.2. ibi: *Fuit vocatum in Conſilio per omnes, quòd ſententia, lata interdicto uti poſſidetis contrà defunctum, non mandetur executioni contrà ejus hæredem ex facto hæredis*.Eſtque à fortiori Au-
2 ctorum ſuprà laudatorum adversùs noſtram primævam theſim: verumtamèn in juris puncto publicis in theſibus poſſet quiſpiam ſecùs tutari. eſt authorum nonnullorum apud ſuprà laudatum Affict.*nu*.1.*in fin*.

3 Probatur 1. Sententia ejuſcemodi,confeſtìm exequenda,haùd impedimento eſt, quò minùs hæres deturbetur:ſiquidem iniqua agentis perturbatio non,niſi calumniæ vitium,involvit: quod ſummoperè ab hominibus explodendum eſſe reor: quarè juremeritò Demoſtenes, *ora-*
4 *tione, de coronatione*: perturbatores, calumniatoreſque malas nuncupat res, cùm ipſorum natura ſit in crimen vocitare cuncta: probare verò nihil: quandoquidèm hìc de re, qua teſtator ritè in foro deſpoliatus fuiſſe ſupponitur, neù inventarii (rigoroſè loquendo) confectio de alienis, aſt de defuncti bonis celebrandum erit: igitur cùm res in foro evicta ſit, ac ſententia in rem judicatam tranſierit; conſequens ſit, ut pro ipſius executione inventarii confectio minùs expectanda eſt.

5 Probatur 2.Diverſa namque eſt ratio in interdicto *uti poſſidetis*, ac eſt de aliis creditoribus,legatariis,& his ſimilibus,ut infrà liquebit: igitur idem minùs efformandum fore judicium duco:quandoquidèm,ubi eadem urgere prædicatur legis ratio, ibi eadem, ejuſdem ſtabilitio.*l.illud ff.ad leg. aquil. l.ſi poſtulaverit* §.2. *ff.ad leg.juliam,de adult*.6.*l.quidam nummularios ff.de edendo,l.laut.§.fin.ff.naut.caup.l.à Titio ff.de furtis,l.illud. C.de ſacroſ.Eccleſ.§.ſi igitur inſtit.quod cum eo*, cùm legis ratio idem ſit, ac legis mens, animaque. *l.cum mulier ff. ſolut. matrim*. igitur è converſo,ubi diverſa habetur ratio,diverſa legis ſtatuitio eſſe debet. *l.ſi ita,ff. de manumiſ. teſtam. l.ſervus ff.de ſtatu lib*.

6 Nec obſtat text.*in l.ult.§.donec C.de jur.deliberandi*, ibi: *Donec tamen inventarium conſcribitur, nulla erit licentia, neque creditoribus, neque legatariis,vel fidei commiſſariis,eos, vel inquietare, vel ad judicium revocare, vel res hæreditarias,quaſi ex hipotecatarum aucto-*
ri-

ritate vindicare: sed sit hoc spatium ipso jure pro deliberatione hæredibus concessum. Author est Andreas Facchin.6.*controv.c.27.&c.* Igitur.

7 Textus hujusćemodi alio in casu extat: siquidem in interdicto, *uti possidetis*, haud loquitur; ast aliis in facti speciebus, utpotè extant legata, fideicommissa, res hipothecatæ, idque genus, ibi: *Neque legatariis, vel fideicommissariis, idque genus*; secùs verò in re in foro evicta per sententiam latam, quæ in rem transisse supponitur judicatam.

8 Nec edisserere fas est: Eadem prorsùs urget ratio de interdicto, *Uti possidetis*, ac de aliis facti speciebus: igitur idem in cunctis istis stabiliendum erit judicium; quandoquidem Text. *in l. sancimus*, §. *donec*, *C. de jure deliberandi*. minùs distinguere videtur: igitur nec nobis distinguere fas erit, juxtà dicterium illud, ubi lex non distinguit, neù nos distinguere par est, *l. non distinguimus*, *ff. de de receptis arbitris*, *l. Præses*, *ff. de officio Præsidis*, *l.2.* §. *convenire*, *ff. de judiciis*, *l. pios prohibet*, *ff. de postulando*, *idque genus*.

9 Distinguendum est anteced. Propterea quòd ex suprà commonstratis, atque adeò ex infrà probandis, diversa prorsùs militat ratio, ac per consequens disparitas: quandoquidem disparitatis ratio est; quatenùs in interdicto, *uti possidetis*, nullam patiatur hæres, inventarium conficiens, perturbationem: propterea quòd judicium completum; ac per consequens evicta supponitur res, cùm sententia in rem transiisse judicatam perhibeatur; adeòque despoliatus à dominio supponitur defunctus; nec in extincti ampliùs facultate extans sit res in foro evicta; secùs de legatis, fideicommissis, idque genus, prædefiniendum erit: siquidem isthæc in demortui hæreditate inesse reputantur.

CAPUT II.

INtrà tempestatem, qua per hæredem conficitur inventarium, numquid per creditores, legatarios, hipothecarios, fideicommissarios, idque genus, deturbandus sit?

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
Num. 2. & 3. Ejusdem probationes.

1 MInùs fore deturbandum hæredem explorati juris esse duco. est Andreoli *controvers.1.n.1.* Cancerii, *variar.resol.par.3.cap.2.de inventar.n.159.&161.* Reg. Sanfelic. *dec.211.num.3.* Facchin.6.*controvers. cap.27.* de Franch. *decis.276.n.5. & decis.352. n.3.* Reg. Revert. *decis.349.ubi* Reg. de Marinis *num. 6.*

2 Probatur 1. *ex l. scimus 22.* §. *donec*, *C. de jur. deliberandi*, ibi: *Nulla erit licentia, neque erit creditoribus, neque legatariis, vel fideicommissariis eos, vel inquietare, vel ad judicium vocare, vel res hæreditarias, quasi ex hipotheca reivindicare*, igitur, &c.

3 Probatur 2. Inventarium conficiens privilegio aliquo frui debere æquum ducitur, ac per consequens, nè à creditoribus, idque genus, aliqua afficiatur molestia hæres; quæ enim molesta sunt, ritè per pactum explodi adsolet, *l. si quis sub hoc*, *ff. de contrah. empt.* quare jure meritò Plutarc. *de animi tranquillit. col.1. in med. pag.* 240. In isthæc descriptum reliquit verba, ibi: *Non minus pulchrorum omissio, quã actio turpium, molestia est*, sic Tull. *de amicit. 75. Molestia veritas est: siquidem ex ea nanciscimur odium, &* 4. *Tusculan. Molestia est ægritudo permanens*; & postmodùm Terent. *in Eunuc.* 1. 1. 32. *Virginem, quam amabat, eam confeci sine molestia.*

CAPUT III.

INtrà inventarii confectionis tempus, numquid intereà per creditores, idque genus, hæreditatis fructus sequestrandi sint?

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis decisio.
A' n. 2. usque ad n. 5. ejusdem probatio.
A' num. 5. usque ad fin. obiectiones, earumdemque solutiones.

1 SEquestrandos fore hæreditatis fructus prædefinitum fuisse per Sac.Conf. literis prodit Reg. Sanfelic. *decis.211. n.3.* ibi: *Sub die 14. Octobris 1622. junctis aulis, &c. ibi: & intereà sequestrantur fructus hæreditatis, nè dilapidentur*. Est adversùs Pratum *observat.53.per tot.*

2 Probatur. Tamesi jure cautum supponitur, hæredem, inventarium conficientem, minùs esse deturbandum; Verùmtamen, id germano sub intellectu, interpetrandum esse reor, scilicèt quòad defuncti bonorum proprietatem; vel quòad fructus, sequestro subjiciendos: si-

3 quidem creditorum jus securum esse debere par est, cùm oporteat, bona pœnès suos asservari dominos. Cod. Theodos. *tomo 1. lib.2. tit. 13. in comm. col.1. pag.154.* nec profectò ipsorum deperditio causat desperationem. Quare

4 jure meritò. S.Th.2.2.*q.21. art.2.* edocet desperationem lethalem esse maculam, utpotè historiæ *de Caino, ac de Juda Iscariote*, idquè genus, enarrant, quod impossibile ducitur, nisi fructus illi sequestrētur; alioqui anteriora hæredi refunderentur, ut fructus illos pro libito erogaret; quibus consumptis, in hæredis bonis nil extare posset, ut creditoribus restitutio fieret.

5 Nec obstat 1. differere: si fructus hoc in themate sequestro subjicerentur, profectò hæredis perturbatio suboriretur, quod evitari fas est. estque (ut inquit) Cicero *lib.4. Tuscul.* ibi: *aversa à recta ratione contrà naturam animi commotio*, igitur, &c.

6 Ne-

6 Nego antec. Siquidem fructuum sequestratio est creditorum securitas, quæ cunctis haud dissentanea esse supponitur juribus: quod juribus consonum est, id pro justo, licitoque habendum. inspicito Cujac. *tomo 2. de justitia, & jure lit.B. pag.*164. quandòquidem per hanc hæres à sua minùs despoliatur possessione, quæ principalem involveret perturbationem.

7 Nec 2. obstat: à possessionis commodo nemo est despoliandus, *cap.*1. *ut lite pendente*, *cap.*1. *de sequestranda possess. & fruct.cap. velimus* 16.*q*.4. siquidem commoditas magnum reputatur utile, §. *commodum*, instit.*de interdict.* Textus,*in l.sit hac mensura* 21. *tit.*10.*de petitionibus,& cap.*10.Cod.Theodos.*pag*.446. Author est supràlaudat.Pratus *n*.8. igitur, &c.

8 Distinguendum est anteced. irrationabiliter conceditur anteced. rationabiliter denegatur: siquidem fructuum dilapidatio in isthac facti specie verificari posset.

9 Prædefinitio Sac.Cons.per supràlaudat.Reg. Sanfelic. relata, hanc patitur interpretationem,scilicèt,si hæres inventarium minùs conficere acceperit: siquidem tunc, uti suspectus dilapidationis fructuum,fructus sequestro subdendi sunt; secùs verò si inventarii confectio per hæredem incæpta sit.

10 Gratis profectò procùl à fundamento id assumere, secùs verò probare,ducitur,suprà laudat. Prat. siquidem rogitandum ab ipso est, quarè dilapidationis fructuum periculum antè inventarii confectionem; secùs verò ejusdem confectionis tempus extare differitur: quandoquidem,nec major ratio est,ut perpendenti liquet, de una, ac de tempestate altera; quarè Pratus potiùs somniasse hìc mihi videtur, quàm prudenter examinasse, autumans, præcisam inventarii confectionem creditores securos reddere; quod perabsurdum est; quæ omnia profectò loco carent suo, ubi hæreditas opulenta sit; nec dilapidationis fructuum in hærede periculum extare noscitur.

CAPUT IV.

HÆres,quà hæres,infrà tempus confectionis inventarii,à jure permissum,numquid nec reali, nec personali actione in foro per creditores, idque genus,conveniendus sit?

SUMMÆ.

Num.1.Thesis prædefinitio.
Num.2.ejusdem probatio.
A' num. 3. usque ad finem, oppositio,ejusdemque solutio.

1 NEc reali, nec personali actione, in Senatu per creditores,idque genus, esse conveniēdum audacter reor. est Reg. de Franc.*decis*.286.*n*.5. & *dec*.352.*n*.5.*in fin.* differentis,sic per Sac.Cons.prædefinitum fuisse, ibi: *Fuit decisum, quod dicta exceptio obstabat.* Reg.Revert.*decis*.349. *ubi* Reg.de Marin.*n*.5.Gizzarell.*dec*.76.*n*.7. Cancer. *resol.lib.* 3.*cap*.2.*à n*.158.*usque ad n*.160. Caravit. *rit.* 300.*n* 5.*aliorumque*,contrà nonnullos.

2 Probatur:eadem prorsùs de personali,ac de reali hypotheca urget ratio: siquidem finis Text.in supràlaud. *l.scimus* fuit, ut hæres, inventarii confectionis tempore,minimè deturbetur. inspicito Fabrum, *ratio de just. & jure, ad l.* 1. *col.* 2. *l. non distinguemus, ff. de receptis arbitris*, idque genus: (quicquid enim abs re fit,irrationabiliter factum esse supponitur;)qui profectò perturbaretur, si realiter,vel personaliter in foro conveniretur;nec in istiusmodi lege aliqua fit distinctio; igitur nec nobis procùl à recta ratione distinguere fas est.

3 Nè edisseras:realis isthæc actio suam consectatur rem, ac per consequens adversùs quēcumque datur possessorem, adeòque contrà hæredem, uti possessorem; argumento Text. *in l. si de eo*, §.*fin.ff.de exhibend.* quod etiam fuisse prædefinitum per Sac.Cons. ac per Reg. Cam.Summ. commonstrat de Franchis, *decis.* 352.*num*.3. quare prosequendum erit judiciū pro rogatione, ab hærede expostulata, de trimestri privilegio minus obstante.

4 Irritum prorsùs ducitur antecedens: siquidem, tametsi realis actio rem consectari prædicatur, ac per consequens quemcumque amplectitur possessorem: verùmtamen hoc in themate,nec hujuscemodi doctrina, nec suprà laud.Text. locum habere possent: quandoquidem hæres venit,uti hæres;ac per consequens, ut talis possessor,non quomodocumque; ast ut privilegiatùs, privilegio fruens, ut intrà trimestre cōveniri nequeat; quarè elogium illud: Realis actio rem comitari,&c. in genere sit inspiciendū suo,ut putà in tempore illo à lege permisso; nec prædefinitiones supràlaudatæ obstant: propterea quod per idem Sac. Cons. ademptæ supponuntur, ceù descriptum reliquit.Præs.de Franch.*in ead. supràlaudat.decis. in fin.* ibi: *Fuit decisum, quod dicta exceptio obstabat.*

CAPUT V.

HÆres intrà inventarii confectionis tempus, à jure permissum, numquid reali, utpotè possessor, actione conveniendus sit? sivè judicium cum defuncto sit occæptum,sivè non.

SUMMÆ.

Num.1.Thesis prædefinitio.
A' n.2. usq; ad 12. probationes.
A' n. 12. usque ad fin. & obiectiones, & solutiones.

1 NEc ut possessorem,nec ut hæredem, reali actione conveniendum fore, sivè judicium inceptum fuisse dicatur cum defuncto, sivè non prædefiniendum esse duco. est Facchin.6. *controvers. cap.*27. Prati ob-

observat. 53. *per tot. aliorumq;* adversùs nonnullos, apud de Franch. *decis.*352. varias referentem decisiones, distinctionesque pro utraque thesis parte. *Gizzarell. decis.*76. *n.*7. Cancer. 3. *variar.cap.*2.*de inventar.n.*158. Reg. Salernitan. *dec.*54. Reg. Reverter. *dec.*349. *ubi de* Marin. *nu.*2. summam parturientes confusionē, itàut, nec aliquid certi erui possit: quarè, mi lector, inspice Reg. de Franch. suprà laudatum *nu.*5. ibi: *Quando igitur alio tempore casus acciderit super omnibus prædictis, est benè cogitandum.*

2 Probatur igitur 1. gratis namque assumunt, secùs verò probant adversarii, differentes, hæredem, utpotè possessorem, hoc in themate, secùs verò, ut hæredem, fore conveniendum: siquidèm ab istis petendum est: quarè ut possessor, secùs verò ut hæres, conveniendus sit? si possessor, non, nisi hæreditatis titulo, ac per cōsequens, uti hæres possidet. Hothomanus *tom.*1.*obscova.*19.*pag.*91. quandoquidèm possidendi titulus, hæreditas est, & possessor hic idem æquipollens est, ac hæres: atquì hæredi, inventarium conficienti, ex suprà laudat. tex. *in l.sumus*, indistinctè trimestre permissum supponitur tempus, igitur, &c.

3 Probatur 2. Ex Adversariorum absurdo: si hæres hoc in casu, non ut hæres, sed ut possessor conveniendus foret, profectò id aliis in facti speciebus suum vendicat locum, ac per cōsequens, in hipotecaria actione, idque genus. Verùm cum isthæc prorsùs aliena sint à suprà laud. *l.scimus* §.*donec jure*: meritò hæres nullo pacto intra istiusmodi tempus deturbandus est.

4 Probatur 3. Petendum ab adversariis quarè, si judicium cum extincto incæptum sit, hæres intrà trimestre tempus haùd conveniendus sit? *l.fin.*§.2.*C.de jur. delib.& constit.*1. *hoc tit.* Cancer. *var.res.par.*3.*cap.*2.*de invent.num.*15. quarè minùs conveniendus est, ut possessor? Cum igitur perabsurda forent isthæc: quandoquidèm vel judiciū esse cum defuncto inchoatum, vel non, id merè materialitèr se habet: quod enim materiale est, pro nihilo reputatur, cùm semper veniat, ut hæres, alienam, secùs verò suam repræsentando personam, jure meritò, sivè judicium cum extincto incæptum sit, sivè non, eodem frui debere privilegio hæredē

5 æquum esse fas est, juraque sinunt; quòd enim æquum est, id rectum est, *l. in omnibus* 90. *de regulis juris*, Antonius Faber. *in jur.pruden.de justit.& jure, princip.* 2.*ill.*1.

6 Probatur 4. Esse conveniendum hæredem, ceù possessorem, haùd est fortassis, *inquis*, fore conveniendum quomodocumque, seù simplicem possessorem, id perabsurdum est: sed re vera, ut talem possessorem, scilicèt privilegiatum, ac per consequens, utpotè hæreditatis titulo, possessorem, quod æquipollens est, ut hæredem: igitur, sivè ut talis possessor, sivè ut hæres, eodem frui debet privilegio.

7 Probatur 5. Ly conveniri ut possessorem, hoc in casu, vel est venire, ut quid distinctum ab hærede, vel non. si primum; igitur aliud est esse hæredem, aliudque esse possessorem, ac per consequens, uti possessor, seù ut hæres, foret conveniendus: si igitur ut possessor, secùs ut hæres, profectò possessionis suæ titulum commonstrare debet; possessionis verò titulus non est, nisi hæreditas; igitur conveniendus est ut hæres possidens, ac in consequentiā, ut privilegiatus: sin autem secundū, intentū haberetur: quandòquidem, uti hæres, conveniendus foret, ac per cōsequens juris privilegio frui deberet.

8 Probatur 6. Tametsi rei vindicatio, seù realis actio rem consectatur, *l.*3.*C.de servit.& aqua l.*1.*Cod.de alien.mut. jud.caus.fact.l.*1. *Cod.ubi in rem actio.* Franciscus Hothomanus *cons.*25. *nu.*6.*pag.*128. (ut adversarii dicere adsolent) differatur, & per consequens à quocumque peti valeat detentore. verumtamèn id hanc germanā patitur commētationem, scilicet rogatio à quolibet fieri debeat detentore, juxtà tempus à jure prædefinitum, servando conditionem personæ, ut putà si possessor sit fur, vel malæ fidei possessor, confestim in foro conveniendus sit, si in nostro themate, lapso tunc trimestre, à jure hæredi permisso.

9 Probatur 7. Paritate à legatariis, aliisque creditoribus ducta: si igitur à creditoribus legatariis, idque genus, hæres, nèc ut hæres, nèc ut possessor, intrà trimestre minùs conveniendus sit, cur ab aliis uti possessor? siquidèm utrobique eadem extat ratio, ac per consequēs eadem juris prædefinitio, *l.illud ff.ad leg.aquil. l.si postulaverit* 25.*ff.ad leg.ult.de adult.*

10 Probatur 8. Inventarii confectionis tempore hæredem habendum esse certum ducitur: siquidèm per ipsum erit conficiendum inventarium; alioqui rei possessor haùd foret, cùm illam hæreditatis titulo possidere supponatur. Igitur si inventarii confectionis tempore, qui hæreditatem adiit sit conveniendus, sequitur ut tunc, uti hæres, hæreditaria bona possidens, conveniendus sit; adeòque tamquam privilegiatus possessor; quòd enim à jure permittitur, id licitum reputatur. inspicito Fabrum *in rat. de just.& jur.ad l.*1.*colum.*2.

11 Probatur ultimò: hæredem quemlibet, conventum sivè reali, sivè hipothecaria actione, quippè se tutari posse haùd dubiè censeo, ac per consequens defuncti rationes edoctus esse debet, alioquin indefensus damnaretur, quod naturali oppugnatur juri. Caramuel. *in theolog.moral.qu.*8.*casu* 37.*pag.*124. ast istiusmodi rationes minimè instructus esse potest, si ex templo conveniatur, igitur tempestate, à jure sibi promissa, frui debere par est.

12 Ne primò dicas: hæres, non ut hæres, sed ut possessor, conveniendus est, cùm de rei vindicationis cōceptus sit, rem à quolibet quæritari posse detentore, *l.actionum, ff.de oblig. & actio.* Donellus *comm.de jure civili lib.*11.*cap.*10.*n.*30.*pag.*588.*l.qui actionem, ff.de regul.jur.* idem auctor. *tom.*3.*pag.*1.*àter.* ac per consequens ab hærede, non quà hæres est, àst quà possessor, siquidèm per accidens hæres reperitur.

13 Infirmum ducitur antecedens, quandòquidèm,

dèm, tametsi realis actio rem consectatur, ac per consequens quilibet in foro conveniendus erit detentor. Codex Theodosianus, *tom.* 1. *de fruct.& litis exped.ad leg.*1. *interpret.* verùmtamen generalis istæc regula nostro in casu hanc patitur restrictionem, videlicet, possessor privilegiatus non sit conveniendus inter inventarii confectionis tempestatem.

14 Ne secundò dicas, haud pecudum more Reg.de Marinis, Cancer.idque genus, consectatos Reg. Reverter, & Præs.de Franc.distinctionem fuisse, utputà, si cum defuncto judicium in foro inchoatum sit, hæredem intrà trimestre tempus reali minimè conveniendum esse actione; secùs, si minùs incœptum esse prædicetur.

15 Disparitatis ratio est: propterea quòd, ubi incœptum cum defuncto judicium non sit, toties hæres, quà possessor conveniendus est, ad instar realis actionis, per quam quilibet conveniendus est detentor, *dicta l.actionem,& l.qui actionem*: siquidem auctor cum defuncto nullum celebrasse supponitur contractum; secùs verò, si judicium cum defuncto occœptum sit: propterea quòd tùm quasi cum defuncto contraxisse videtur actor, ac per consequens agere impossibile est adversùs hæredem possessorem, ast ut hæredem, adeòque privilegio uti debere suo.

16 Ne 3.dicas: cùm in S.R.C.tùm in Reg.Cam. Summariæ ex suprà commonstratis sic fuisse prædefinitum.

17 Tametsi prædefinitiones istiusmodi de reali commentandæ sunt actione: verumtamen quoad effectum per idem Tribunal revocatæ fuere, utpotè patet in actis 211.Regens Sanfelic.*nu.*3.quæ etsi de personali eloquitur actione; attamen, quoad effectum, etiam de reali interpetrandam esse existimo; cùm Sac.Reg.Cõsi. finis in istac decisione fuerit, ut creditores securi fiant.inspicito textum, *in l.*3.*&* 7.*C.Theodos.l.*80.*Cod.de usur.*Cujac.*lib.*30.*observat.cap.*39.Amayam, *in l.*1.*Cod.de exactor.* Tribut.*lib.*10.*baronium,tom.*1.*anno* 33.*num.*24. Æneam Robertum, *lib.*2.*rer.judic.cap.*6. Jacob.Gothofred. *in* 4.*fontibus tabul.*3.Aulum Gellium, *lib.*20.*noctium,cap.*1.Tertull.*in apolog.c.*4. Quintilian. *lib.*3. *cap.*6. Divum Hieronymum in Danielem, *cap.*4. Hothomanum, *lib.*18.*antiqu. ad finem.*Contium, *lib.*2.*succes.cap.*18. Balduinum, *ad leg.rom.lib.*2.*cap.*4.*idque genus*, ac per consequens, ut fructuum inventarii confectionis tempore dumtaxat sequestro subiiciant, ac intereà hæres, sivè veniens ut hæres, sivè ut possessor, sivè judicium cum defuncto incohatum sit, sivè non, confectionis inventarii tempestate conveniri haud par esse ducatur.

18 Urgebis. Regentis Sanfelic.prædefinitio de personali eloquitur actione; igitur ad realem minùs extendenda sit actionem.

19 Etsi de personali prædefinitio isthæc explicitè eloqui videatur, verumtamen implicitè etiamnùm de reali, idque genus, interpetranda est: siquidem utrobique par urget ratio, ac per consequens eadem legis dispositio, *l. illud ff. ad legem aquiliam, l.si postulaverit*, §. 2. *ff. ad legem juliam, de adulteriis, &c.* nam ideò explicitè de personali edisserit actione, quia ità facti species evenit; cùm si de reali evenisset actione, sanè idem efformasset judicium, cùm ipsius mens sit, ut hæres intrà inventarii confectionis tempus quodcumque actione, sivè personali, sivè reali, idque genus, minimè sit conveniendus, etsi intereà fructus pro creditorum securitate sequestro subdendi sint.

20 Ne dicas 4. Obstare videtur text. *in l.* 2. §. *fin.ff.de Prætor.stipulat.* ubi est descriptum, quòd si defuncti res ad unum ex pluribus hæredibus tota pervenit, tunc ipse solus hæres illam restituere obstringendus est, si per rei vindicationem agere differatur.

21. Hic textus in alia extat facti specie; proptereà quòd, tametsi hæredem defuncti rem possidentem, per actionem rei vindicationis fore concedendum decernit; ac per consequens illam restituere obstringendum esse: attamen restitutionis tempus minùs sancire videtur.

CAPUT VI.

Tametsi hæres, intrà trimestre tempus confectionis inventarii conveniri nequeat: nũquid alios intereà debitores, idque genus, convenire queat? quidvè prædefiniendum de re, defuncto commodata, vel pœnes eundem depositata, vel de ejusdem funere, aliisvè necessitatibus, pro ipsius infirmæ valetudinis tempestate confectis.

SUMMÆ.

Num. 1. Primæ Thesis partis prædefinitio.
Num. 2. Ejusdem probatio.
Num. 3. & 4.& objectio, & ejusdem solutio.
Num.5. Secundæ Thesis partis prædefinitio.
Num. 6. Ejusdem probatio.
Num. 7. Idem de impensis necessariis decernendum est.

1 De primæva thesis parte loquendo, alios profectò intereà convenire posse hæredem haud dubiè puto. est cunctorum authorum.

2 Probatur.privilegium namque hoc in casu dumtaxat hæredi, secùs verò debitoribus permissum esse supponitur: quandoquidem legis finis est, ne hæres inventarii confectionis tempore deturbetur, neù extensio de themate uno ad aliud fieri irrationaliter permittenda est. Antonius Faber, *de error.prag.tom.*2.*decad.*26.*err.*4.*pag.*17.Hothoman.*obser.lib.*6.*cap.*21. quarè jure meritò hæres alios perturbare potest debitores, ne hæreditaria deteriorentur bona, vel prorsùs ne deperdantur, quod juribus obnoxium esse reputatur.

3 Instabis: confestim ac hæres alios convenit debitores, extemplò (inquam) isti hæredem reconvenire possunt: igitur confectionis inventa-

tarii tempore hæres conveniri potest, quod oppugnat textui in laudat.*l.scimus* §.*donec 7. igitur,&c.*

4 Dixtinguendum est antecedens:per accidens, transmittitur antecedens ; per se verò,denegatur unà cum ejus illatione:siquidem id evenit, ut Judex rectum efformet judicium, illosque ab hærede conventos ritè , rectèque damnat , quod fieri impossibile autumatur , nisi illi hæredem præconveniant .

5 De secunda verò thesis parte eloquēdo,profectò & sivè pro commodato , & sivè pro pœnes defunctum depositata re , & sivè pro ejusdem funere, aliisque necessariis,quæ pro ipsius infirmæ valetudinis tēpestate inservire queunt, ritè intrà inventarii confectionis tempus conveniendum esse hæredem indubiè reor est.cunctorum authorum .

6 Probatur: textus namquè in suprà laudat. *l. scimus*,§.*donec*, minimè in thematibus hisce eloquitur: siquidèm, sivè res depositata sit, sivè commodata, cùm optimè discerni possit,ac de ipsa nulla haberi supponitur hæsitatio, consequens fit ut confestim restituenda sit . Proptereà quòd hujusce restitutio nullam involvit hæredis perturbationem,cùm nulla de hac hæsitatio esse supponatur,cùm oporteat bona apud dominos asservari suos.DD. Martinus Larreatequi.*lib.*8.*selectar.jur.disput.cap.6.apud* Oroz. *de apic.jur.civil.lib.*1.*cap.*5.*nu.*20. nec profectò ipsorum deperditio desperationem aliquā causare debet: quarè jure meritò D. Th. 2. 2. *qu* 21. *art*.3. docet desperationem lethale esse peccatum , utpotè historiæ enarrant de impio Caino , ac de Juda Iscariote,idque genus;secùs verò aliis de rebus, ut speculanti liquet .

7 Idem profectò stabiliendum esse existimo de impensis necessariis: quandoquidem istiusmodi ex continenti per hæredē persolvendæ sunt, ac per consequens paratam obtinent executionem . Etenim extincti corpus humantes famuli, idque genus,nullam patiuntur solutionis morulam , ut experientia in dies nos edocet: quandoquidèm necessariæ reputandæ sunt impensæ,quod aliis in casibus secùs esse decernendum duco.

CAPUT VII.

IN interdicto uti possidetis , numquid testis unius assertum pro ipsius probatione sat esse ducatur? quidve prædefiniendum, si uterque adversarius se possidere probaverit.

SUMMÆ.

A num.1.usque ad 6.prima Thesis pars,ejusdemque prædefinitio .
Num.6.melius Judicis arbitrio linquitur.
Num.7.& 8.ejusdem Thesis probatio.
Num.9.conciliantur authorum placita.
Num.10.2.Thesis pars,ejusq;prædefinitio.
Num.11.& 12.ejusdem probatio.
Num.13.cōmētātur tex.*in l.*3.*ff.uti possidetis.*

1 QUoad primævum Thesis partem, tametsi pro decisione hujusmodi duo reperio adversariorum placita apud Facchin.8.*jur.cap.*16.unum asserentium pro possessionis commonstratione testem unum sat fore : alterum verò denegantium ; horumque fundamentum est,quatenùs magnū censenda est possessio commodum , §. *commodum* instit.*de interdict.* quod liquet etiamnùm *& ex l. 8. C. de testib.* ubi sancitum est testis unius elogio haud esse præstandam fidem, ibi:
2 *etiamsi præclaro Curiæ honore præfulgeat,& ex cap.licet,de testib.*ubi Summus Pontifex id ex-
3 pressè præcipit , ibi : *Licèt quædam sint causæ, quæ plures, quàm duos exigunt testes:nulla tamen est causa, quæ unius testimonio , quamvis legitimo terminetur*; idque nil mirum; ubi enim aliquid hæsitabile reperitur , toties hominibus ansa refunditur , ut varia producant
4 placita: quarè nil mirùm,si Terentianus ille tres dignoscens patronos, unum affirmantem, alterum denegantem , tertiumque hæsitantem quid illo in themate foret prædefiniendum, dixit :

Tot homines,tot sententiæ,suus cuique mos.

Et Persius :

Mille hominum species, & rerū discolor usus
Velle suum cuiq;est,nec voto vivitur uno.

Ad quam sententiam Horatius quoque allusisse mihi videtur,differens :

Tres convivæ propè mihi dissentire videtur.
Poscentes vario multùm diversa palato.

5 Idque nil mirum : siquidem à natura insitum est potiùs dissentire , quàm assentire.

6 Verumtamen meliùs meo judicio cum suprà laud.Andrea Facchineo,*lit.C.*prudentis Judicis arbitrio id redigendum esse haùd dubiè reor, ceù docet Callistratus,*l.*3.§.3.*ff.de testib.* ibi : *Quæ argumenta ad quem modum probandæ cuique rei sufficient , nullo certo modo definiri potest,sicùt non semper ità sæpè sine publicis monumentis cujusque rei veritas deprehēditur; aliàs numerus testium,aliàs dignitas,& authoritas , aliàs veluti consensiens fama confirmat fidem rei , de qua quæritur . Hoc ergo solum tibi rescribere possum summatim : non utique ad unam probationis speciem, cognitionem statim alligari debere, sed hac sententia animi tui te existimare oportere, quid aut credas, aut parum probatum tibi opinaris.*

7 Liquet thesis istiusmodi probatio: siquidem ex diversis facti speciebus gigni assolet, ac per consequens variè pro ipsarum commonstra-
8 tione designandæ sunt probationes : quare jure meritò aliquando sat est,si unius verificetur testis assertum pro thematis illius probatione; utpotè extant prisci nemoris , vel silvæ alicujus quòad cæsionem faciendam , vel id genus possessionis:siquidem in his sufficit testis unius dictum , quod cædi assuetus erat lucus ille ab oris (A) , vel (B) , & his similia : aliquando verò aliis in facti speciebus decernendum erit, utputà, si per testes,fide dignos, probatio fiet possibilis sit .

9 Ex

9 Ex quo liquet, distinctione hac adjecta, contraria Jurisconsultorum placita conciliari posse: Propterea quod placitum illud, unum reposcens testem, loquitur, ubi probatio alio effici nequeat pacto; alterum verò secùs sentiens, ubi plures haberi possunt testes.

10 De secunda verò thesis parte, tametsi Facchineus suprà laudat. pro decisione hujuscemodi varia commemorat Authorum placita: Verùmtamen, meo judicio, in praxi sic esse sanciendum opinor: vel prima fronte in judicii exordio unusquisque apparenter suam comprobare videatur possessionem; tunc intereà rei litigosæ fructus per Judicem sequestro subdendi sunt; quo peracto, utriusque possessionis rationibus discussis, ille erit præferendus, qui antiquior erit. *Hothomanus, cons.* 105. *num.* 14. *pag.* 509. dummodò justo possidere reperiatur titulo.

11 Probatur: In possessionum concursu semper antiquior erit præferendus, si justo possidere videatur titulo, quandoquidem secundus pos-
12 sessor clandestinè possidere supponitur: siquidem duos insimul eadem possessione rem possidere jure fore vetitum minimè est ambigendùm, *l. si ut certo* 5. §. *si duobus, ff. commodati, l.* 3. §. *ex contrario, ff. de acquir. possess.* Antonius Faber, *in juris prud. de jure natur. gent. &c. princ.* 4. *illat.* 5. Oroz. *de apic. jur. civ. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 7. alioquin duo verificarentur pugnantia, essent, & non essent ejusdem rei, quod perabsurdum foret.

13 Hinc Germana textus *in l.* 3. *ff. uti possidetis* commentatio liquet: siquidem in suprà laudato textu isthæc extant verba, ibi: *Neuter nostrum vincat.* Igitur jure meritò per Judicem intereà efformandum erit judicium, si adversarii æqua inter se oppugnare lance videantur.

CAPUT VIII.

INterdictum (uti possidetis) numquid civiliter dumtaxàt possidenti competere possit?

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis.
A' num. 2. usq; ad fin. ejusdem Thesis probationes.

1 CIviliter possidenti germano sub sensu haud competere interdictum *uti possidetis* minùs ambigendum esse autumo. est Vaconii à vacuna. *lib.* 2. *declarationum, declarat.* 44. *in* §. *nihil commune, ff. de acquirend. possess. n.* 5. & 6.

2 Probatur: Interdictum *uti possidetis, utrobi,* illi competit, qui nec vi, nec clàm, nec precariò, litis contestatæ tempore, possidere perhibeatur, *l.* 1. §. *hoc interdictum,* ibi: *Ut is hoc interdicto vincat, qui nec vi, nec clàm, nec precariò, dum super hoc ab adversario inquietatur, possessionem habet, ff. utrobi, l.* 1. §. *fin. ff. uti*
3 *possidetis*: quare ille interdictis hisce manutenendus est in possessione, qui justè, ritèque, secùs verò clàm, vel precariò possidet, §. *sed hodie,* Institut. *de interdict.* enimverò civiliter
4 possidens, secùs verò naturaliter, nullam civilem possessionem reacquirere debet: siqui-
5 dem civilis possessio in illo extare supponitur, qui per profectionem ad longinquas regiones nunquam eam deperdere differitur. Igitur si civilem detineat possessionem, consequens fit, ut solummodò reacquirere debeat naturalem, quæ dormitare supponitur.

6 Probatur 2. *Interdictum, uti possidetis,* illi erit permittendum, qui possidere inhibetur, *l.* 2. §. *Interdùm, ff. uti possidetis*: atqui hic civiliter possidere supponitur, quandoquidem civilis possessio solo detinetur animo, *l. licet, C. de acquirend. possess.* quam non deperdidisse minimè ambigitur, *d. l. licet.* Igitur naturalem rei possessionem adipisci debet, *l. clàm possidere,* §. *qui ad nundinas, ff. de acquirend. possess.* quæ consistit in ipsius rei usu.

7 Probatur 3. ubi quis in longinquas se trasferre perhibetur Regiones, tunc rei suæ per alterius invasionem naturalem, secùs verò civilem deperdere differitur possessionem; igitur naturalem, secùs verò civilem acquirere debet possessionem; igitur interdictum, *uti possidetis*, naturalem; secùs verò civilem acquirendam possessionem involvit: quandoquidem civilem supponit possessionem.

CAPUT IX.

INterdictum, *uti possidetis*, undè dimanavit differitur: quid sit: in quo dissidet ab Interdicto, *utrobi*; quibusve permitti fas est.
In quo interdictum ab edicto, ab actione, & à via discriminari prædicetur.
Pro quibus interdictum, *uti possidetis.*

SUMMÆ.

Num. 1. Interdictum, *uti possidetis*, ex Prætorio dimanavit jure.
Num. 2. Nemo à sua erit deturbandus possessione.
Num. 3. Athenienses, Lacedemoniique, suis in pactionibus prudenter egerunt.
A' n. 4. usque ad 19. Unde dicitur interdictum. Varia extant Authorum placita.
19. Quid sit interdictum *utrobi*.
20. Interdictum, *uti possidetis*, & *utrobi*, civiliter, vel naturaliter possidenti conceduntur.
A' num. 21. usque ad finem, In quonam dissidet interdictum, *uti possidetis*, ab interdicto, *utrobi*, idque genus.

1 PRo quibus definiendis, re vera interdictum (*uti possidetis*) ex Prætorio jure dimanasse reor: quandoquidem necessum fuit, ut Prætor ad sedanda hominum dis-
2 sidia, ne quis à prisca deturbaretur possessione sua, authoramentum interpolaret suum

ad usque per adversarium, secùs in foro comprobari prædicatur.Balduin.*instit.de interdict.* ac intereà vim possidenti fieri vetat. Besold. *lib.Digest.*43.44.3.45. *q.*5. adeòque illam acquisitam, nec vi, nec clàm, nec precariò, ha-
3 bere præsumit Prætor; quarè juremeritò olim Athenienses, & Lacedemonii suis in pactionibus, fæderibusq; minùs imprudenter se gerebant, nè ex dissidiis manus consererent concives.

4 Undè autem dicitur interdictum, varia extant Authorum placita;propterea quòd Corasius,*in l.nàm,*§.*cognoscit,n.*9.*ff.de offic. Præfecti vigil.com.*Cujac.*in Paratlit. C.de interdict.* Alciat. *parerg.*15. idque genus, opinantur interdictum,quasi interim dictum vocitari; siquidem, uti Besold. supràlaud. docet,per hujuscemodi interdictum, non totum prædefiniri negotium; ast proprietatis, quæstioque alio in judicio pertractanda suspenditur.

5 Alii ab interdicendo propriè vocitata interdicta autumant. Argum. *leg.* 1. *de flumin. public.* quos laudat, sectaturque Hieronymus Treulter.*select.disp.vol.*2. *disp.*25. *de interdict.*

6 Donellus,*de jur. civil. lib.*21. Interdictum nominari ducit, quatenus inter binos litigatores, sivè de proprietate, sivè de plano dissidentes, jure Prætoris judicium impetrabant; quod profectò Prætoris decretum, deindè interdictum nuncupabant: quarè juremeritò interdictum idem æquipollens est, ac inter duos, vel interim dictum,utpotè rescribit Justinian. *de interdict.in princip.*

7 Tholosanus,*syntagmat.jur.p.*3.*de action.lib.* 3. *de pœna exilii,cap.* 6. censet, generaliter loquendo, interdicere idem æquipollens esse, ac
8 inhibere, & denunciare, §.*sunt tamen* Institut. *de interdict.* sic differere assolemus, administrationem tutoris de suspecto incusato interdicendam fore.*Cap.si quis autem,de suspect.tutorib.*vel res Ecclesiæ dilapidanti, *cap. ult. extrà de accusationib.*sic interdicere Re,Patria, idque genus, *l. nulli, l.*10. *C.de sentent. & interlocut. omn.Judic.lib.*7.

9 Franciscus Hothoman. *in oration. Ciceron.* pro Antonio Cecinna, verbo,*per interdictum,* autumat interdictum, non à verbo *interdicere* appellari: siquidem, *interdicere,* verbum, prohibere, ac denunciare, nè quid fiat, common-
10 strat; quandoquidem nonnulla dantur interdicta,quæ dumtaxàt jubent; secùs verò vetare feruntur; quare censet Author iste ex eo acciri interdicta, quatenùs inter hoc Prætoris decretum, & principalis negotii disceptationem,aliquid fieri,aut juberetur, aut vetaretur, perindè decretum hoc interim dictum, atque interpositum esset, dùm actionem principalis causæ nonnumquam adversarius postularet;
11 quod placitum verius duco: Propterea quòd Prætor vetat, interdicitque, quandoque verò jubet, quod semper inter binos adversarios dissidentes interim à Prætore fieri prædica-
12 tur. Quare juremeritò placita istiusmodi, mea sententia, inter se ritè conciliari queunt: quandoquidem, germano sub intellectu, non dissentaneæ sunt, saltem sub aliquo prædicato, acceptioneque, ut perpendenti liquet.

13 Ex quo patet,interdictum esse, vel Prætoris inhibitorium, nè aliquis sua despolietur possessione, adusquè adversarius; secus commonstret. Vel est ejusdem jussio, ut aliquis in priscam redicatur possessionem qua fuisse violenter, vel injustè despoliatum supponitur: quarè decretum istud interpositum interdictum vocitatur.

14 Borcolten. *in Institution. de interdict.* putat, Interdictum idem æquipollens esse, ac dictum, *l. cum Prætor, ff. de verb. signif.* quod, meo judicio, interpretandum est, vel per modum inhibitionis, vel jussionis.

15 In quonam dissidet interdictum (*uti possidetis*) ab Interdicto (*utrobi*) varia extant jur. conf. placita: siquidem quidam docent discriminari in hoc, quatenùs interdictum *uti possidetis*, propriè datur pro rebus immobili-
16 bus,§. *sed interdicto,*Instit. *de interdict.* quandoquidem, rigorosè loquendo,immobilia possidere feruntur, cùm in istis pedum insistentia verificari valeat, interdictum verò, *utrobi,*pro mobilibus propriè datur rebus, quæ impropriè possidentur, cùm in istis pedum insisten-
17 stia minùs verificari possit: quare Hothoman. *in comment.verbor. jur. verb.* interdictum,*uti possidetis*, & interdictum, *utrobi*, præter discrimen suprà commonstratum, commonefacit, quòd interdictum, *utrobi,* illi erit permittendum, qui majori anni parte, nec vi, nec clàm, nec precariò possidere perhibetur:
18 quod non probatur, etiamnùm per Ulteum *institut. de interdict. versic. sed interdicto*: nominatur enim interdictum,*utrobi,* ex (*utrum, & ibi*) & ponitur, *uti,*prò *apud,*& *utrum*, prò *quem*, quasi dicat Prætor, in cujus ditione est res mobilis; neù vi, neù clàm, nec preca-
19 riò. Juxtà verò alios interdictum, *utrobi*, nuncupari non nisi propter solennia verba olim in hoc judicio, vel edicto reddito. Inspicito quæso Calvinum, *lexicon jur. verb.* interdictum, *uti possidetis, & verbo* interdictum, *utrobi*.

20 Hujuscemodi interdicta, *uti possidetis*, & *utrobi*, civiliter, & naturaliter, vel civiliter dumtaxàt possidenti permittuntur.Hothoman.
21 & Calvin.supràlaudati. In quo autem discriminatur interdictum ab edicto: equidem sub edicti verbo,omnis lex, sivè prætoria, sivè civilis, includi potest, *l.*3.*C.de legit.cap.ut circà de election. in* 6. in particulari verò dumtaxàt leges Prætoris commonstrat, §. *Prætorum,* Institut.*de jur.naturali,* quæ in tabella illa dealbata, quam ideò celebrem appellavit antiquitas, *l. si quis id quod, ff. de jurisdict.* quatenùs publicè proponebatur.

22 Strictiori verò vocabulo edictum dissidet ab interdicto, quatenùs edictum est lex per Prætorem generaliter divulgata, estque ubi Prætor prodibat: *Pacta conventa servabo.Gesta vi, metuve ratum non habebo,*idque genus.

In-

Interdictum verò non erat ita generale, adeòque Prætor hujuscemodi interdicta vel vetando, vel jubendo, aliquid speciale jubebat, quod interdictum vocitabatur; & si id non fieret, aut contrà fieret, judicium se daturum pollicebatur; quæ formulæ, decretavè, interdicta nuncupantur; ut putà; undè tu illum dejecisti, restitue, alioqui judicium præstabo. quare decreta, interdicta isthæc, ad instar actionum vim obtinebant, quæ hodie profectò in desuetudinem abiere.

23 Ex quo apertiùs liquet dictum, rigorosè loquendo, inter duos dictum acciri minùs posse: siquidèm generale est; secùs interdictum, cùm sit particulare: quandoquidèm principale decidit dissidium. Coras. *in de orig. jur. in l. nesennium*, docens etiam edicti nomen esse quodlibet jussum, mandatumque, superioris scripto comprehensum significans: quare educere, & edicti nomen propriè ad magistratus refertur: indèque citationes, quibus absentes per literas in jus vocantur, edicta dici meruere: inspicito quæso Melchior. de Valenza, *lib. 2. tract. 1. cap. 1. de nunc. nat. & for. num. 7.* etsi Donell. suprà laudat. authumat, idem esse edicere, & interdicere.

24 Summum quippè juxtà Coras. suprà laudat. inter actionem, & interdictũ dissidium est; quatenùs actio est de re principali, scilicet de dominio, & proprietate; interdictum verò de possessione, sivè non detinenda, sivè restituenda: quare juxtà Donell. suprà laud. interdicta non sunt, nisi actiones in personam de possessione, & usucapione. hinc pro interdicto, actionibus in factum utimur, *l. pen. C. de interdictis*

25 Juxtà Borcold. *instit. de interdict.* in pluribus esse consentaneum, dissentaneumque interdictum, cum actione. haud dissident primò inter se, quatenùs tàm actio est formula prætoria, instit. *de action. in princ.* quàm interdictum, §. 1.

26 *& pen.* institut. *de interdict.* secundò actio in albo proponitur, *l. 1. ff. de edendo etiannùm interdictum, l. 1. C. de interdict.* tertiò actio, & de proprietate, vel quasi, & de possessione esse potest, *l. 2. de condict. trit. l. hæres ff. ad Trebell.* sivè necnon interdictũ, *l. 2. §. quædam de interdict.*

27 Dissident verò, primò quatenùs interdicere est verbum commune actoris, & Prætoris, agere verò proprium actoris; Secundò, quatenùs Prætor, qui jurisdictionem dat, interdicit; secùs verò; ubi actionem præbet: siquidèm tunc

28 agere perhibetur. Tertiò ordine, solemnitate, executione, ac formula, dissona sunt; tametsi effectu, vi, potestate, & fine, consona: quandoquidem rei possessor cùm per interdictũ, tùm per actionem in possessionem redigi plusquàm apertum est: etsi per interdictum, *unde vi. l. 1. §. restituere, ff. uti possidetis, l. ultim. C. de action. empt.* Per actionem verò incerti cõdictionem, *d. l. 2. de condict. tritic. d. l. hæres ad Trebell.* tametsi quòad effectum idem reputatur, si quæ extant, in quibus dissona differuntur. inspicito quæso suprà laud. Borcold.

29 Verùm enimverò hodiè non veteri disceptari more plusquàm manifestum esse reor; sed extrà ordinem non directo; atque utiliter, nec restituto interdicto. *l. 2. & 4. C. undè vi. l. ult. C. de liber. exhiben.* ac in consequentiam, actione utili, & extraordinaria in factum peragitur, *d. §. ultim.* institut. *de interd.*

30 Idem æquipollens est, ac de extràordinariis actionibus, quæ pro interdictis conveniunt. consule Cujac. *lib. 5. observ. cap. 17.* Francisc. Hothoman. *in orat.* Cicer. pro Antonio Cecinna, *verb. per interdict.*

31 Interdictum, *uti possidetis*, juxtà Cujac. *in l. 157. ff. de verb. sign. lit. D. & C.* discriminatur ab interdicto de via, cæterisve aliis rusticanis servitutibus; quatenùs in interdicto: *uti possidetis*, is vincere perhibetur, qui litis contestatæ tẽpore possidere supponitur; secùs verò de interdicto de via erit differendum: quandoquidem in hoc adversarius ille devincere ducitur, qui hoc anno, quo peragitur, vel modica tempestate, idest non minore, quàm 30. diebus via usus est, tametsi interdicti tempore minimè ausus fuisse supponitur, *l. 1. §. hoc interdicto de itinere, actuque privato*, & nonnunquam ex causâ hoc interdicto de via superat, etiam is, qui superiori anno via usus fuisse prædicatur; nempè hoc anno, quo redditur interdictum, usus non sit, *l. 1. §. si quis propter, ff. de itinere, actuque privato*; tametsi hodie extinctum ducitur discordiculum interdictum, *uti possidetis*, ab interdicto, *utrobi*, ceù docet Cujac, *in l. 157. ff. de verb. signif. lit. C.*

CAPUT ULTIMUM.

PRo quibus interdictum, *uti possidetis*, præstandum, ac per consequens nunquid usufructuario superficiario, possessori, vel quasi; competere feratur, ad commentationem *in ff. &* institut. *de interd. & ad l. 62. & 157. ff. de verb. signific.* ubi Henrici anni ad Vesemb. & Hieronymi de Oroz doctrina exploditur.

SUMMÆ.

Num. 1. Pro quibus datur Interdictum, *uti possidetis*.
Num. 2. Non obstat text. *in l. sunt personæ, de Religiosis.*
Num. 3. Non obstat text. *in l. 2. de interdict.*
Num. 4. Numquid usufructuario competat interdictum, *uti possidetis*.
Num. 5. & 6. Sententiæ oppositæ.
Num. 7. Auctoris opinio, & ratio.
A' num. 8. Usque ad 18. objectiones, & solutiones.
Num. 18. Exploso competit interdictum, *uti possidetis*.
Num. 19. Ejusdem probatio.
Num. 20. Ejusdem objectio.
Num. 21. Ejusdem solutio.

1 In-

1 Interdictum denique, *uti possidetis*, pro corporalibus, incorporalibus juribus, possessione, quasi possessione, *arg. l. 1. ff. uti possid. l. unic. C. eod. cap. Licet, de probat.* servitutibus urban. rustican. realibus, & personalibus, continuis, discontinuis, jure venandi, aucupandi, pascendi, percipiendi annuos redditus, decimas ex fūdis alicujus interdictione, explorati juris fore. est Henrici Hannii ad Vvesemb. *in ff. de interdict. uti possidet.* Borcolt. *institut. de interdict.* Donelli *in Commētar. de jur. civil. lib. 22. cap. 16. n. 50.* Cujac. *in l. 62. ff. de verbor. signific.* Budei *institut. de interdict. n. 13.* quandoquidem in his Prætoris fidem verificari posse plusquam apertum est.

2 Nec obstare videtur 1. *tex. in l. sunt personæ, de Religios.* ubi sancitum est interdictum de jure, Dominioque rei: siquidem idem est (ut responsitat supràlaudat. Borcolt. *institut. de interdict.*) ac quærere proprietatis causam, quæ veram possessionis causam involvere videtur.

3 Nec 2. obstat *tex. in l. 1. de interdict.* ubi sancitum videtur proprietatis interdictum causam habere non possessionis: quandoquidem de servitute, in qua quasi possessio datur, eloquitur.

4 Difficultas in præsentia est, numquid usufructuario interdictum *uti possidetis* convenire perhibeatur?

5 Denegat D. Hieronym. de Oroz. *de Apicib. jur. lib. 4. num. 10. & 11.* Affirmat verò Mel-
6 chior de Valenza apud eundem, quod placi-
7 tum cum nonnullis supràlaudat. sector: quandoquidem in usufructuario cuncta jura supràlaudata verificari de facto, ut penetranti liquet, plusquam manifestum est: nec magis, ut aliis in thematibus verificatur Prætoris edictū, interdictumque; ac per consequens ejusdem finis in hoc usufructuario; nec Oroz argumenta alicujus ducuntur momenti.

8 Ne dicas: interdictum *uti possidetis* nonnisi vero possessori, sivè civiliter, sivè naturaliter convenire ducitur, ac per consequens juremeritò commodatarii, depositarii, idque genus, explodendi sunt, *l. Officium 9. ff. de re judicat. l. 1. §. Dejicitur 9. §. quod servus 22. ff. de vi, & vi armata l. si duo 3. §. si Creditores 8. ff. uti*
9 *possidetis*. Verùm usufructuarius verus haud denominatur possessor; igitur &c. Author est Supràlaud. Oroz. *n. 10.*

10 Major liquet: Hujuscemodi namque interdictum *uti possidetis*, *unde vi*, nonnisi possessoribus *soli*, vel *rei*, quæ solo cohærent, convenire differuntur, *l. 1. §. Hoc interdictum, ff. eod. tit.* Ast quis unquam somniaverit edisserens, usumfructum esse solum, cùm res incorporalis sit? *Princip. instit. de reb. corporal. & incorporal. l. 1. §. Quædam, ff. de divis. rer. & qualit.* nec solo cohærere plusquam apertum
11 est: siquidem servitus est personalis, personæ ipsi coherens, *l. 1. ff. de servitut. l. unus 34. ff. de servit. rustic. præd. l. si titio 33. §. in fine, ff. de usufruct. l. Interdum 10. ff. de usufruct. accrescend. Igitur, &c.*

12 Confirmatur: Usufructus namque formaliter inter personales servitutes annumerari explorati juris est; *tot. tit. instit. de usufruct.* ac per consequens ipsimet usufructuario adhærere. Igitur, cùm ab usufructuario sejungi impossibile ducatur, consequens fit, ut interdictum *uti possidetis* ipsi cōvenire nequeat, quod de sui natura, vel ejecto, vel sua extanti in possessione, ne quis à sua deturbetur possessione, competere prædicetur.

13 Distinguendum est antecedens: nonnisi vero in genere suo detur possessori interdictum *uti possidentis*, concedo antecedens; alio pacto, infirmū ducitur unà cùm ejus illatione.

14 Ad cujus probationem distinguenda erit Minor. Interdictum *uti possidetis*, haud permittitur, nisi tantùm possessoribus *soli*, vel *rei*, &c. nego minorem, & his, & ejectis, & alienis, & veris possessoribus alicujus generis, permittenda est minor, & nego consequen-
15 tiam. Usufructuarius namque suo in genere possidere perhibetur, & à possessione sua verificatur naturalis expulsio; ac per consequens
16 contrà interdictum *uti possidetis* finem: propreteà quòd in incorporalibus verum datur dominium; tametsi quasi possessio, ad differentiam possessionis, quæ de corporali dumtaxàt
17 refunditur. Quandoquidem quasi possessio possessioni æquipollens est: Usufructuarius enim suo possidere proditur nomine, *l. fructuarius 21. ff. quemadmodum servitus admittatur*.

Secunda difficultas est: exploso vi cuique à sua possessione numquid contrà dejicientem interdictum *uti possidetis* convenire prædicetur.

18 Interdictum *uti possidetis* ei competere reor. est Menoch. *de retinend. possess. remed. 3. n. 35.* aliorumque, adversùs Henricum Hanniū apud Vvessemb. *observ. ad ff. uti possid. column. 1. in med.*

19 Probatur: Vi namque expulsus, etiamnùm civiliter possidere ducitur: Rogitat namque explosus naturalem possessionem, scilicet usum possessionis civilis suæ, ac per consequens bina ei competere ducuntur interdicta; unum, quo petit se in civili possessione asservari sua, illamque non deperdendo; alterum verò interdictum, *unde vi*, ut Prætor explodat possessorem naturalem ab illa naturali possessione.

20 Arguit Hannius supràlaud. explosum hoc in themate non amplius possidere ducitur, nequidem animo; siquidem animo possessionem desinere impossibile autumatur; ac per consequens uti debere interdicto *unde vi* par esse ducitur.

21 Irritum est antecedens; Quandoquidem civiliter possidere reputatur, neù animum civiliter possidendi deperdidisse præsumitur; atqui dumtaxàt petit, ut ab actuali naturali illa possessione prædo, seu injustus naturalis possessor explodatur; alioqui petens ad nundinas, possidere minimè diceretur, quod perabsurdum foret.

DE-

DECISIO II.

IN Causa Juliæ Vicciæ, filiæ quondam D. Tucii Vicii de Lanzano, petentis legitimam super bonis dicti sui patris ex persona fratris sui. An in computatione bonorum paternorum, pro legitima, debeat contribui feudum, in quo vivitur jure Francorum, de quo cum aliis bonis restituendo idem frater gravatus fuerat. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

SI primogenitus, Francorum jure, in feudo dumtaxàt succedere perhibeatur; si ipso extincto, ex fideicommissi robore, feudum ad patruum necessariò transire debeat, numquid primogeniti sorori in feudo hujuscemodi legitima competat?

SUMMÆ.

Num. 1, Primæ thesis partis prædefinitio.
A' Num. 2. usque ad 7. ejusdē probationes.
A' Num. 7. usque ad 12. & objectiones, & solutiones.
Num. 12. Secundæ thesis partis prædefinitio.
A' Num. 13. usque ad 23. ejusdē probationes.
Num. 23. & 24. exploditur Capiciana ratio.
A' Num. 25. usque ad finem & oppugnationes, & solutiones.

1. UBI alia extrà feudum antiqua paterna, allodialiaque, idque genus, extare supponuntur bona, toties in istiusmodi dumtaxàt bonis legitimam acquiri sorori audacter reor I. est Reg. de Marinis, *resol. jur. lib.* 1. *cap.* 250. *num.* 2. *&* 3. Facchinei, *contro. juris lib.* 7. *cap.* 46. Thesauri, *quæst. for. lib.* 2. *quæst.* 76. *num.* 6. Vincentii de Anna, *singul.* 197. *& in repet.* 253. Afflicti, *decis.* 119. *usque ad num.* 4. *& decis.* 248. *num.* 7. *aliorumque.*

2 Probatur 1. ubi legitimæ petitio, ejusdemque satisfactio in aliis percommodè fieri valeat bonis, toties in privilegiatis bonis (de quibus in præsentiarum extare supponitur dissidium) satisfactio, ac per consequens eo-
3 rumdem detractio haud facienda fas est: siquidem reposcentis finis procul ab alicujus detrimento ritè obtineri differitur, juxtà tritū
4 elogium illud: quicquid mihi prodest, nec alteri obest, peragendum est, *l. justitia, ff. de justitia, & jure, §. juris præcepta, vers. alterum non lædere, instit. eodem*, ac per consequens sororis voluntati satisfieri plusquàm manifestū est; inde fit, quòd etsi jura plura inhibeant, non per hoc aliquid libertati derogant. Donellus *lib.* 2. *cōmentar. cap.* 9. quin imò qui sub legibus vivunt, liberi sunt. Plutarchus, *in initio libri, de audit.* ibi: *qui rationi parent, soli digni sunt, qui liberi vocētur; soli enim hi vivunt, ut volunt, qui, quod velle debeant, didicerunt.* Cicero pro Cluentio, ibi: *ideò legum servi sumus, ut liberi esse possimus*, igitur, &c.

5 Probatur 2. Soror namque isthæc ab hujuscemodi feudo explosa esse supponitur: quandoquidem hic non, nisi de feudo Francorum mo-
6 re fermo est, quod de sui conceptu primogeniti legitima esse supponitur. *cap. licet extrà de voto*, igitur, &c.

7 Nec obstat textus *in l. cum quæritur* 6. *& auth. novissima, Cod. de inofficioso testamento*, in quibus est prædefinitum, legitimam haud fore hæreditatis; ast bonorum partem. Antonius Faber, *in Cod. lib.* 7. *tit.* 1. *definit.* 6. *n.* 2. inde fit, quòd variis nominibus acciri assolet legitima: enim verò *debita portio in l. Papinianus, §. quoniam, ff. de inofficios. l. scimus, Cod. eodem: portio legitima in l. omni modo, l. quæ nuper, Cod. eodem. Debitum bonorum subsidium, in l. si totas, Cod. de inoffic. donat. quarta naturæ, in l. cum ratio, ff. de bonis damnator, l. scripto, ff. unde liberi: portio substantiæ* apud D. Lucam *cap.* 15. ubi edisserebat filius prodigus: pater da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit. Sic, & in *l. si quis* 33. *Cod. de inoffic.* Osualdus *lib.* 19. Donell. *cap.* 4. *lit.* T. Mancinus *de legitima quæst* 1. Merlinus *eodem tract. quæst.* 1. *lib.* 1. igitur, &c.

8 Distinguendum est antecedens: Legitima est bonorum pars, de illis eloquendo bonis, quæ privilegio minùs irradicata sunt; verum est antecedens; infirmum verò de illis, quæ privilegiata esse ducuntur; ceu nostro in themate, in quo feudum Francorum ritu permissum esse supponitur, ac per consequens solummodò
9 primogenito acquisitum: quare supràlaudati textus de primæva; secùs verò de secunda facti specie commentandi sunt.

10 Nec obstat 2. Primogenitum in feudis hæredem pro feudi, secùs verò pro hæreditatis parte fore obstringendum, edocet Tiraquellus, laudatus ab Amendola, *ad decisionem de Franchis* 159. *num.* 2. igitur, &c.

11. Tiraquelli elogium alio in themate extare autumatur: propterea quòd, de illis eloquitur feudis, in quibus fœminas, cùm quòad legitimam, tùm quòad dotem succedere supponitur.

12 Si primogenitus Francorum jure solummodò in feudo succedat, si, ipso extincto, patruo adipiscatur, tunc ex juris vigore legitimæ detractionem permitti minùs posse haud dubiè reor 2. ceù præfinitum fuisse per *S. C.* hìc Antonius Capicius, *in fine*, ibi: *& mecum omnes Domini concurrerunt*, quam prædefinitionem sectati fuere Reg. de Marinis *resol. lib.* 1. *cap.* 250. *num.* 2. *&* 3. *& allegat.* 103. Anna *singulari* 197. *& in repet.* 253. Afflictus *decis.* 119. *à num.* 1. *usque ad* 4. Vivius *decis.* 526. *num.* 2. Facchineus *controvers. juris, lib.* 7. *cap.* 46. *in fine*, aliique: Author est Thorus, *part.* 1. *compend. juris decis. verbo*, *legitima*, contrà Guidonem Papam *decis.* 476. *vers. dico tamen*, *& decis.* 487. *num.* 2. Fabium de Anna, *consilio* 25. *num.* 27. *&* 28. aliosvè.

13 Probatur 1. Vel feudum Francorum jure divisibile esse supponitur, vel indivisibile; si indivisibile, germana thesis isthæc, ac per consequens feudo nihil fore detrahendum plusquã manifestum est. Sin divisibile, rursùs ab iisdem reposcendum adversariis: quòad corpus ne, an verò, quòad ejus valorem, fructusvè? si primum; igitur feudi natura Francorum ritu
14 prædefinita destrueretur; quandoquidem feudum hujuscemodi de sui natura nullam patitur divisionem: sin secundum, nec etiamnum id dici fas est; siquidem purus, simplexque du-
15 catus perhibetur, qui non, nisi à ducendo militum copias denominationem sumpsit: sic Virgilius.

Fracti belli, fatisque repulsi ductores danaũ.

16 Hoc Francorum ritu feudum hoc differeretur: etenim quòad fructus divisibile foret, quod perabsurdum esset, *l. si ità* 39. *in fine*, *de oper. libert. l. nam absurdum, ff. de bonis libert. cap. in Genes. de electione.* Terent. *in adel.* 33. 22. ibi *est herclè inepta, ne dicam dolo, atque absurda.* Cic. de senect. ibi. *Potest enim quicquam esse absurdius, quàm, quò viæ restat minus, eò plus viatici quærere?* propterea quòd Franco-
17 rum juri oppugnaretur, jureméritò ab hoc feudo legitima istiusmodi haud detrahenda est: quandoquidem in feudis & ipsorum naturam, & investituram prospiciendam semper autumo.

18 Probatur 2. gratis assumere, secùs verò comprobare proditur Fabius de Anna suprà laudatus Capicii prædefinitionem quòad feudi corpus, secùs verò quòad ejusdem valorem, fructusvè interpretandam fore edocens; quandoquidem summum consectari videtur perabsurdum: siquidem feudum Francorum ritu, & natura destrueretur, pessundareturque, & juribus obnoxium foret; immò feudum, primogenituræ competens, ampliùs permitteretur indivisibile; propterea quòd in valore, ejusdemque fructibus & masculi, & fœminæ, sivè quòad legitimam, sivè quòad dotem detrahẽ-
19 dam admitteretur; quæ cùm decrepita sint absurda, utpotè Principis ditionem restringentia, jureméritò thesis nostra firma restat.

20 Probatur 3. Feudalia namque bona isthæc alio prædefiniuntur jure, quàm hæreditaria allodialiaq; idque genus, bona: siquidem in hisce pro libito suo decernere potest testator,
21 *l. scimus*, §. *repletionem*, *Cod. de inofficioso testamento*, inde fit quòd hæres ab eodem causam possidendi habet, *l. Pomponius* 13. §. 1. *ff. de acquirenda possess.* ad instar venditoris respectu emptoris, qui Author dicitur, *l.* 4. §. *ultimo, ff. de action. empti.* Brissonius *de verbor. significat. verbo, Auctor*, quare cùm nostro in themate, Francorum ritu inspecto, feudum ut legitima primogenito solummodò tribui supponatur, jureméritò ex ipso nihil detrahendum esse æquum ducitur; siquidem justitiæ haud dissonum est. sic Tullius *lib.* 3. *reth.*

22 Probatur 4. ex textu, *in cap. Imperialem*, §. *præterea de prohibita feudi alienatione*, ubi sancitum est Comitatus, Marchionatus, idque genus dignitates dividi haud posse, *cap. si quis obiiceret* 1. *qu.* 3. *cap. Simmacus* 16. *qu.* 1. D.D. Anton. Granamito 3. *decret. ut Eccles. benefic. sine &c. tit.* 12. *in cap. ut nostrum unic. num.* 8. verùm enim verò divisio fieret, si legitima isthæc ex hujuscemodi detrahi differatur feudo, igitur, &c.

23 Hinc explodendam esse capicianam rationem in fine hujusce prædefinitionis, edocentẽ vitam, militiamque ex demortui persona minùs fore tradendam, quæ de sui conceptu ex
24 obitu perimitur, siquidem de legitima ex fratris extincti persona sorori præstanda, secùs verò de vita, militiaque, apud authores dissentio est, ut perpendenti liquidò constat.

25 Ne edisseras: inter alia annumerandum feudum bona necessum ducitur, ut ex cunctis legitima filiis detrahi queat bonis: quandoquidem hæreditarium feudum bonorum naturam
26 asservat, ac per consequens in fidei commiss. restitutione includitur, utpotè edocent authores apud Capicium hic *nu.* 4. & 5. atqui res hoc in casu sic se habet, igitur, &c.

27 Vera ducitur major, si de francorum jure haud eloquatur: siquidem feudum francorum
28 ritu stabilitum extraneam, eterogeneamque consectari prædicatur naturam, quod aliis de rebus, sivè feudalibus, sivè alterius generis verificari impossibile autumatur: denegata igitur minori, inanis restat ejus illatio.

29 Neque 2. edisseras: tametsi feudum filiæ pro legitima haud dandum sit: verumtamen, si ejus valor, fructusvè pro legitima, filiæ præstanda darentur, profectò feudi francorum ritu prædefiniri natura, essentiaque, ac per consequens indivisibilitas, ritè salvaretur, igitur, &c.

30 Infirmum est antecedens, ac per consequens inanis ejus illatio: siquidem ejus essentia, naturaque ex legitimæ detractione destrueretur.

31 Nec 3. dicas dicterium illud: feudum francorum jure fore indivisibile, ac per consequẽs primogenito dumtaxàt acquiri hanc patitur commentationem, scilicet quòad titulum marchionatus, idque genus, & quòad proprietatem; secùs verò quòad fructus, ejusdemque valorem: siquidem hoc pacto divisibile est. Ho-

32 tho-

32 thomanus *consil.31.num.23.pag.145.* gratis id assumere uti ex commonstratis liquidò liquet, secus verò probare ferantur adversarii.

33 Ne 4. inquas; obstare videtur textus *in l. cū queritur 6.& auth. novissima, eodem tit.* in queis sancitum est, legitimam, non hæreditatem, ast bonorum partem fore: atque feudum fran-
34 corum ritu prædefinitum inter bonorum partem annumerari plusquàm manifestum est: igitur ex hoc sorori, ceu paternorum pars bonorum, ex fratris persona extincta, refundenda sit legitima.

35 Supràlaudati textus alio in themate exstare ducuntur: quandoquidem illis de bonis eloqui videntur, quæ privilegio minus fruuntur;
36 adeoque nil mirum, si, & masculi, & sorores in ipsis quilibet suo in genere succedere valeat, utpotè est commentandus Tiraquellus. *de jure primogenituræ, quæst.35.vers. ego autem, nu. 37.* quare data majori, distinguenda est minor: bonorum pars privilegiata, reputatur feudum francorum more stabilitum, dumtaxat primogenito competens, concedo minorem; alio pa-
38 cto, unà cum ejus illatione denegatur: quandoquidem feudum francorum, ritu efformatū, pars nuncupatur, quatenus inter defuncti bona annumerari necessum est; tametsi uti privilegiata, atque extranea ipsorum naturam haud sectatur.

39 Ne postmodum differas: data hypothesi, quòd soror isthæc, nec hujuscemodi francorum jure, stabilito feudo, nec ex allodialibus, vel alterius generis (propterea quòd non exstare supponuntur) haud alenda sit bonis; reposcendum ab adversariis, ex quibusnam? responsum sanè foret ex nullis, ac per consequens cum de decore mendicare obstringeretur; quod perabsurdum esset, igitur, &c.

40 Irritum est antecedens, unà cum ejus illatione: siquidem, tametsi nil ex hoc feudo petere quiret, quandoquidem fratris feudi fruitio temporalis exstabat, ac per consequens liberè ad patruum translatum; verumtamen alio ex capite in patruo illam alendi obligatio subnascitur, utpotà sanguinis vi.

Pro Prædifinitionis hujusce illustratione.

CAPUT I.

Primogeniti soror à legitimæ petitione circa feudum Francorum, *jure stabilitum*, ex fideicommisso ex fratris persona demortua ad patruum translatum, explosa: numquid saltem à patruo alenda sit; si neptis isthæc nil in bonis possideat, ex quibus vitæ succurrere valeat suæ.

SUMMÆ.

Num. 1. thesis prædefinitio.

A' Num. 2. usque ad 8. ejusdem thesis probationes.

A' Num. 8. usque ad finem, objectio, eiusdemque solutio.

1 Alendam fore per patruū sororem hanc haud dubiè existimo. est Afflict. *dec. 372. nu.3.* aliorumque, quorū author, sectatorq; est Surdus *de alimen. qu. 28. per totam*, adversus nonnullos apud eundem.

2 Probatur 1. ipsummet jus naturæ, ejusdemque instinctum, ac sanguinis jus, id de factò reposcere plusquàm manifestū est, utputà, quodlibet arbitrium creatum sanguinem debere sustentare suum, ac per consequens in patrui obligatione exstare supponitur, nepotes, suos neptesve inopes alere debere, juxta textum in *cap. cum quidam. de jure jurando.* Larrea *decis. 47. granat.* quare jure merito Plato edocet, proprium prætermittere alere sanguinem, nec
3 Deus, nec homo sanæ mentis cuiquam consuluit, imò brevem illis portendit ætatem *Home-*
4 *rus.* nonnè Ciconia parentes senes alere, ac humeris in volatu illos gestare nobis memoriæ proditum liquit? nec prætermittendum est
5 illud puellæ, quæ patrem inopem, in vinculis iniectum, proprio alebat lacte. Corasius *in de origine juris* author est.

6 Probatur 2. rogitādum ab adversariis si neptis isthæc in bonis aliquid possideat, ac ab intestato decessisse supponatur, nec ullus exstaret, qui hæreditatem adire posset, nisi patruus: numquid iste hæreditatem adipisci differret? profectò negativum ex unanimi cunctorum placito authorum foret dandum responsum: igitur si ad successionem, ac per consequens ad utile devocatur patruus, cur igitur haud ad alimenta? juxta, illud sentiens utile, &c. *l. nil tam naturale, ff. de regulis juris.* Terentius *comedia 4. att. 5 scena 3. in fine.*

7 Probatur 3. ex textu in *l. si instituta 27. ff. de inofficioso testamento.* ubi sancitum est; lite pendente, nepti à patruo fore præstanda alimenta; igitur &c.

8 Probatur 4. exemplari conjunctorum, qui naturali attento jure ad invicem se alere debent, utputà pater respectu suorum filiorum, *l. si quis à liberis, ff. de liberis agnoscendis, l. si competenti, l. penult. & final. C. de alendis liberis, l. unica, §. taceat, C. de rei uxor. cap. si quis dereliquerit 14.30. dist.* Joannes Garsias *in tract. de expensis, cap. 1.* quo desinente actus paternus adstringitur, *l. dotem dedi, ff. de collat. bonor.* & postea mater, *dicta l. si quis à liberis*, etiam primogenitus, seu possessor majoratus fratres alere tenetur, etiam si divites forent. Molina *lib.2. de primogen. cap.15.* Salgado *1. p. labirinth. cap.24.* quæmadmodum pater. Surdus *de alimentis, tit. 1. quæst. 201.* Hothomanus *consf.61.& 80.& 84.* Acacius *de privil. parent. privil.8.* Fragroso, *de reg. christ. reipublicæ par. 3. lib.1. disp.2. per totam*, sive filius sit emācipatus, sive non, *dicta l. si quis à liberis, §. si utrum*; sive adoptivus, *l. onera, ff. de adoption.* sive naturalis, *authen. licet, C. de naturalibus liber.* inspecta semper qualitate personæ, ac patrimonii substantia, *dicta l. si quis à liberis, §. sed si filius, l. sed etsi quid sufficienter, ff. de V. S. l. quæra 60. ff. de iure dotium.* Molina *lib.2. de primogeni-*

geniti, cap.15. num.39. inde fit, quod personæ istiusmodi supralaudatæ si deficiant in præstādis alimentis gravius peccant, cum necare foret, *l. necare 4. ff. de liberis agnoscendis*; successionis jura deperdentes, *l.2. C. de infantibus expositis.* Cujacius *lib.10. observ. cap.36.* inspicito Valentiam *tom.3. illustr. de suor. hæred. success. nu.9.* Cujacium *lib.19. obser. cap.40.* aliosq; quæ cum ità sint, quis haud est ignorans, etiam patruum neptem alere debere suam. Larrea *dec.47. granat.* cum utrobiquè par urgeat ratio, adeòque eadem legis prædefinitio, *l. illud ff. ad leg. aquil. l. si postulaverit, §.2. ff. ad leg. Juli. de adulter. l. quidam nummularios, ff. de edend. l. nauta, §. finali, ff. nautæ caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, C. de sacrosf. Eccles. §. si igitur,* instit. *quod cum eo.*

9 Ne dicas; patruum fore obstringendum hoc in themate suam alere neptem explorati juris haud esse, ast dum procul à jure differamus, erubescere est, *l. illam, C. de collationibus*; igitur &c.

10 Irritum ducitur antecedens: siquidem id cū naturali liqueat ratione, quam pro jure semper habendam esse plusquàm apertum est. hinc Tullius 4. *tusculan.* ibi: *Benè adhibita ratio, cernit quod optimum sit: neglecta multis impli-*
11 *catur erroribus*; quandoquidem ex philosopho legem quærere, ubi naturalis urgere proditur ratio, perabsurdum est, tum ex supralaudata *l. instituta.*

CAPUT II.

ALimenta sive per matrem filio, sive per aviam, idque genus, nepti præstita: numquid dono data esse perhibeantur.

SUMMÆ.

Num.1. Thesis prædefinitio.
A'num.3. usque ad 8. ejusdem probatio.
A'num.8. usque ad finem, objectio, & solutio.

1 TAmetsi hæsitabile vocitat, exstincto patre, dissidium hoc inter authores Joseph. de Rosa *consult.44. nu.28.* secus verò eo superstite: verumta-
2 men mea sententia in juris puncto, sive superstite, sive demortuo patre, alimenta istiusmodi præstita peti posse, sive per matrem, sive per aviam, haud dubiè existimo.

3 Probatur. quicquid enim nullo deberi perhibetur jure, id quippè donatum haud est præ-
4 sumendum, *argumento legis, cum de indebito vers. qui enim solvit, ff. de probat. l. in bello. §. facta, ff. de captivis, & postliminii revers. l. si emancipati 9. C. de collat. l.2. C. de probat. l. quacunq; §. fin. ff. de publican. l. assicuratio, C. de non numerat. pecun. cap. cū Joannes, §. verū, de fid. istrum. cap. licèt de constit. lib.6.* Aristot. *lib.4.* Ethic. *cap. 1. & 11.* Pich. *in instit. lib. 2. in rub. de servit. n.15.* nemo enim sua deperdere velle bo-
5 na præsumendus est, cum pænes suos asservari debeant Dominos. Codex Theodosianus, *tom.1. lib.2. tit.13. in cōment. colum.1. pag.154.* quandoquidem in dominii trāslatione domini velle
6 reposcitur. Petrus Faber *de diversis reg. ju. ad l.10. lit. D. pag.67.* Ant. Fab. *in jurisprudentia, de ingenuis, tit.4. princip.6. illat.6.* siquidem dominii possessio in domini facultate exstare supponitur, adusque secus per contractus, idque genus, relucere prædicetur: quæ enim facti sunt, probatione indigent, *l. in bello. §. facta, ff. de captivis, & postlim. revers. l. si emancipati, C. de Collat. l.1. C. de probationib. l. quacūque, §. fin. ff. de publican. l. assicuratio, C. de non num. pecun. cap. cum Joānes, §. verum. de fide instrum. cap. licet de constit. lib.6.* verum enimve-
7 rò alimenta isthæc per hujuscemodi personas præstita, illa refundere nullo adstringuntur jure, igitur &c.

8 Ne quæso differas: extemplò, ac procul ab aliqua necessitudine præstita fuisse alimenta isthæc dicantur; evidens quippè simbolum est lubenter illa dono data voluisse, igitur &c.

9 Nam contra est; id profectò portendere foret: evenire namque quivisset alia ex causa; scilicet, ne filii, vel nepotis bona pro ipsorum sustentatione vili venditarentur pretio, vel id genus.

DECISIO III.

IN Causa Celii Caraccioli, Commendatarii Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Matina, contra filios, & hæredes Antonii Pettenati, & Antoniæ Larzes suæ uxoris, super redditione computi administrationis Ecclesiæ Sancti Angeli ad Frongillum Granciæ dictæ Commendæ: fuit dubitatum an Commendatarius possit agere prò fructibus prædecessoris tempore exactis, nec prædecessori ipsi consignatis. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

FRuctus prædecessoris extincti Commendatarii exacti; secus verò per eumdem percepti; quibusnam acquiri perhibentur ejus hæredine? an Ecclesiæ? vel ejus successori?

SUM-

SUMMÆ.

Num. 1. thesis prædefinitio.
A' num. 4. usque ad 14. ejusdem probatio.
A' num. 14. usque ad finem, objectiones, & solutiones.

1 TAmetsi successori Commĕdatario acquiri prædefinitum fuisse per S. C. memorat Capicius *hic num.* 10. ibi: *& in dicta causa fuit conclusum*, & in fine, ibi: *fuit votatum prò Commendatario*; quam prædefinitionem sectantur Riccius *collectanea decis.* 927. Gabriel aliique. Thorus Author *est tomo* 1. *compend. decis. verbo*, *Commendata-*
2 *rius*: verumtamen in juris puncto secus tutari posse haud dubiè existimo. inspicito Augustinum Barbosam *tomo* 2. *de jure ecclesiastico*, *lib.* 3. *de commendis beneficiorum secularium*, *cap.* 9. *à num.* 1. *usque ad finem*, sive com-
3 menda ad tempus, sive perpetua sit.
4 Probatur. Tametsi commendatarius perpetua insignitus commenda, de fructibus stabiliendi ditionem habere supponatur: verum-
5 tamen, ipso extincto, quòad fructus exactos, sed non perceptos, extinctum etiam ducitur
6 ejus dominium; ac per consequens, nec ad ejus hæredem translatum autumatur: quan-
7 doquidem personale supponitur jus, quod de sui cŏceptu extinguitur destructo subjecto. Balduinus, *instit. lib.* 1. *de jure naturali, gentiũ, & civili, pag.* 31. Gellius *lib.* 10. *noctium, cap.* 20. ad
8 instar accidentis, quod pessundatur perĕpta substantia, *l.* 4. *in fin. ff. de action. empti.* indè fit. quòd Commenda non est titulus perpetuus, sed ad tempus: quare beneficia, ita commendata, commendationes vocitantur, *l.* 2. *tit.* 44. *lib.* 11. *legum Longobard.* inspicito Cironium *in cap.* 1. *de eo, qui mittitur, in* 5. *compilatione*; adeòque nil mirum, si de ipsis testari impos-
9 sibile ducatur: extant namque fructus hujuscemodi Ecclesiæ patrimonium, ac per conse-
10 quens eidem incorporati: propterea quòd tametsi prædecessoris extincti sedem tenere edis-
11 feratur hæres, ac per consequens idem jus, eamdemque ditio, *l. hæreditas* 28. *ff. de regulis juris, l. hæres in omne, ff. de acquirenda. hæreditate*: verumtamen germanam hanc patitur interpretationem, scilicet, quòad fructus percipiendos, secus verò quòad perceptos: si-
12 quidem isti jam Ecclesiæ incorporati, ac cum ipsa consolidati proprietate esse reputantur, perindè, ac si Ecclesia foret Commendatrix;
13 quod idem de fructibus, vacationis tempestate lectis, stabiliendum esse reor: utrobique enim par urgere differitur ratio, ceu perpendenti liquidò liquet; igitur eadem legis prædefinitio, *l. illud, ff. ad legem aquiliam*, *l. si postulaverit*, §. 2. *ff. ad legem juliam, de adulteriis, l. quidam nummularios; ff. de edendo*, idque genus.
14 Ne dicas: Commendatarius prædecessoris demortui successor locum tenere supponitur: verum enimverò fructus exactos, sed non perceptos repetere quiverat ejus prædecessor; igitur etiamnum ejus successor: utrobique enim par urgere perhibetur ratio, uti ritè speculanti liquet; igitur eadem legis stabilitio, *l. illud, ff. ad leg. aquiliam, l. si postulaverit*, §. 2. *ff. ad leg. juliam, de adulter. l. quidam nummularios, ff. de edendo*, *l. nauta*, §. *finali*, *ff. nautæ caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud Cod. de sacros. Ecclesiis*, §. *si igitur*, instit. *quod cum eo.*
15 Distinguenda est major quòad fructus percipiendos, idque genus; vera ducitur;
16 quòad fructus exactos secus verò perceptos, deneganda est minor, adusque superstes foret permittenda est major; secus ipso extincto, ac
17 inanis redditur ejus illatio: siquidem prædecessor, successorque in aliquibus inter se haud dissident, ut speculanti liquet.
18 Ne dicas 2. Commendatarius suo in genere verus, utilisve fructuum ex commenda lectorum dominus esse supponitur, ac per consequens, & sibi, & hæredibus acquirere suis fructus hujuscemodi plusquàm manifestum
19 fore: quare fructus illi maturi à tertio exacti, ast Commendatario haud traditi, jam Commendatario acquisiti sunt, ac per consequens in ejus translatum dominium, adeoque in ejus hæredem.
20 Distinguendum est antecedens; de fructibus eloquendo, jam perceptis, superstite Commendatario, verum est antecedens; lectis verò, sed Commendatario haud traditis, infirmum ex commonstratis reputatur antecedens, unà cùm
21 ejus illatione: siquidem fructus collecti, ast Commendatario demortuo minùs traditi, Ecclesiæ acquiruntur.
22 Nè dicas 3. Fructus maturi, ac per tertium lecti, hoc in casu, ità se habeant, perindè, ac si ab eodem Commendatario collecti fuissent; igitur in Commendatarium translatum esse supponitur dominium, ac per consequens, in ejus hæredem.
23 Nullum est antecedens: quandoquidèm, est longè disparitas, ex commonstratis, de fructibus, per Commendatarium perceptis, ac per tertium, ipso extincto, lectis: siquidem, isti cum proprietate consolidati esse præsumuntur
24 ac per consequens in illis nullum habet dominium commendatarius: est enim aliquod superfluum, quod post Commendatarii obitum remansit, ac per consequens, ceu Ecclesiæ patrimonium eidem etiam acquiri debere par est.
25 De fructibus verò, per Commendatarium perceptis, qui post ejus mortem, in ejus hæreditatem reperiri differuntur: numquid ejus hæredi acquirantur? haud dubiè acquiri censeo: siquidem, cùm Commendatarii proprietate consolidati esse supponantur.
26 Si Commendæ fructus, semel in anno, legi ferantur; atque adeò Commendatarius, prò ipsorum cura, culturaque, nonnullos exercuisse supponatur labores, impensasve; tunc Ecclesia, cum alterius jactura, locupletari debere haud par ducatur; ac per consequens cun-

cta per Ecclesiam cùm ipso compensanda sunt, scilicet, & industriæ, & laboris, idque genus impensæ; si primævo anno obtentæ com-
27 mendæ Commendatarii extinctio verificatur; secus aliis stabiliendum erit annis: disparita-
28 tis ratio esse potest: siquidem, ubi multos per annos commendæ fructus perceperit Commendatarius, uberrimè lucrum ex commenda reportasse supponitur; secus si anno uno, quod prudentis Judicis arbitrio linquendum esse duco.

CAPUT I.

PErpetuam concedendi Commendam numquid sit in Episcopi ditione?

Pro ipsius firmitate quænam reposcuntur?

Quodnam discordiculum inter Commendam ad tempus, & perpetuam extare perhibeatur, ad commentationem textus in *cap. nemo deinceps* 15. *de electione*, & *electi potestate in* 6.

SUMMÆ.

Num. 1. primæ thesis partis prædefinitio.

A' num. 3. usque ad 11. ejusdem probatio.

Num. 11. secundæ thesis partis prædefinitio.

A' num. 12. usque ad 20. probatur.

A' num. 20. usque ad finem tertiæ thesis prædefinitio, ejusdemque probatio.

1 PRO quibus prædefiniendis: tametsi in Episcopi ditione sit, commendam, animæ curam habentem, ad sex permittere menses: verumtamen secus vulterius explorati juris esse. est Augustini Barbosæ *in cap. nemo deinceps* 15. *de electione*, & *electi potestate in*
2 6. *num.* 4. dummodo Ecclesiæ necessitas, vel utilitas aliud non reposcat.
3 Probatur 1. ex dicto *cap. deinceps*, ibi: *ultra semestris temporis spacium non durat*. secus verò est differendum, si Ecclesiæ necessitas
4 vel utilitas aliud reposcat: siquidem, istiusmodi tempus prorogare potest: tametsi Rebuffus,
5 secus opinatur apud supràlaudatum Barbosam *num.* 5. propterea quòd Episcopo ex tacita Pontificis permissione, id concessum esse ducitur.
6 Probatur 2. Quemadmodùm enim Episcopo sex ad conferendum præmittuntur menses, *cap. nulla extra de concess. præbend.* sic ad similitudinem collationis sex alii ad commen-
7 dam concedi fas est: tametsi providere necessum sit, priusquàm vacationis tempus semestre labitur: siquidem, eo extincto, in ditione sua haud est ampliùs de commenda consulere, remota necessitate, vel utilitate.
8 Probatur 3. Jus namque commune, de facto, jubet, ut quælibet Ecclesia proprium obtineat Prælatū, *cap. quia in tantum, cap. referente, & cap. de multa de præbendis, & dignitatibus. cap. ad hæc, cap. præterea, eodem Canone, singula, dist.* 89. Trid. *sess.* 7. *de reform. cap.* 3. Cironius, *in paratitl. de prob. & dignit. tit.* 5. *pag.* 184. *cap. dudum, il secondo, de electione, cap. eam te, de ætate, & qualitate.* DD. Antonius Grannanieto, 3. *decretal. ad textū, in cap. de rectoribus* 3. *de Clerico ægroto, vel debilitato, &c. num.* 5. *pag.* 332. exemplo extat de Calixto III. Pontifice, qui priusquàm Pontificatus apicē attigisset, cùm non posset plura accipere beneficia; renueret, respondisse fertur, *unicam Virginem in uxrrem peto*; secus verò commendatum Prælatum, *cap. cum non ignores, extrà de præbendis, cap. sicut* 7. *quæst.* 1. &
9 ubi secus fieri edisferatur, id nonnisi dispensatione, quæ de sui natura justā reposcit causam, *cap. tali, quæst.* 7. & *cap. exposuisti extra, de*
10 *præbendis, cap. dispensationes,* 1. *quæst.* 7. quæ, vel est causa utilitatis, vel necessitatis, *cap. sine,* 12. *quæst.* 2. *cap. exposuisti, extra de præbendis.*
11 Requisita verò, quæ pro Commenda obtinenda reposcuntur, sunt legitima ætas, ordo legitimus, & alia carere Commenda. idem Augustinus Barbosa, supralaudatus Author est, *à num.* 1. *usque ad* 4. nonnullos laudans Authores.
12 Probatur 1. ex supralaudato *textu, in cap. nemo deinceps* 15. *de electione, & electi potestate, in* 6. ibi: *nemo deinceps parochialem Ecclesiam, alicui non constituto in ætate legitima, & Sacerdotio, commendare præsumat: nec tali etiam, nisi unam, & evidenti necessitate, vel utilitate ipsius Ecclesiæ suadente, &c.* igitur, &c.
13 Probatur 2. Tametsi Commendatarius minimè prælatus esse proditur, ast potius Procu-
14 rator, cui Ecclesiæ custodia commissa esse supponitur: verumtamen legitimam administrationem illam potitur, ac per consequens ex illius fructibus, & ipse, & ejus Ministri providendi sunt, juxta dicterium illud Divi Pauli, *qui alteri inservit*, &c. idque non nisi, ut ipsi Ecclesiæ inservire valeant; sicut se ge-
15 reret proprius Prælatus: quandoquidem subrogatus subrogati naturam sapere videtur. *cap. Ecclesia extra, ut lite pendente, l. si eum, §. qui injurarum, ff. si quis caut. l.* 1. *§. hæc actio, ff. si quis testam. liber. l. filia, §. Titia, ff. de condict. & demonstrat. l. unica, §.* 1. *Cod. de rei uxor. actio. §. fuerat,* inst. *de actio. cap. Ecclesia, ut lite pendente*; igitur ætas illa, quæ in Prælato, seù in Parocho, ut posset Ecclesiam administrare, requiritur, ità in Commendatario; cum utrobique par urgeat ratio, *l. illud, ff. ad l. aquiliam, l. si postulaverit, §.* 2. *ff. ad leg. jul. de adulter. l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. nauta, §. fin. ff. nautæ caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, C. de sacros. Eccl. §. si igitur,* instit. *quod cum eo.*
16 Probatur 3. Ecclesiasticus namque ordo pervertitur, ubi, unus plurium munia præoccupare supponitur, *cap. ad hæc extra, de præ-*
17 *bendis*; nec suo ritè satisfacere queat muneri, juxta illud vulgare brocardicum. *desinens bi-*
18 *nis*, &c. indè fit, quòd statim vacant beneficia Episcopi, post ejusdem consecrationem, & adep-

adeptam possessionem, *cap.cum in cunctis,7.§. eum verò,de elect. & electi potestate, cap.si quis 21.quæst.2. cap.ne pro cujuslibet 16. q. 1. cap. cum nostris,7.cap.post electionem,de cõcess.præb. cap.eam te.7.de rescript. cap.ex ore,de his, quæ fiũt à Prælatis,cap.cũ in Ecclesia,25.de præbendis,lib.6.cap.licet Episcopus,de concess.præb.eod. lib.extravagant.ad regimen, de præbendis.*Germonius, *de indultis, §.si verò, nu.20.* Sanchez, *de matrim.lib.8.disput.1.nu.24.*Valenzuela, *tom.1.cons.51.nu.19.* Balboa, *in cap.3. de probat.nu.2.*Barbosa, *voto 28.per totum.*Borellus, *de præstantia Regis Cathol.cap.50.*Larrea,*alleg. 67.* igitur plures committere alicui commendas perabsurdum foret, alioqui fraus commit-
19 teretur,*cap.de multa extra.de præbendis,*quod juribus obnoxium foret, *l.itaque fullo, ff. de furtis, cap. dictum 30. quæst.1. c.intelleximus, de Judic.cap.tuæ 12.de cleric. non resid. c.sedes, cap.ex tenore, de rescript.cap.2.de dolo,cap.2.de cognat.spirit.cap.1.de collus.deteg. cap. tuus, de usuris, l.in fundo, ff.de rei vendic. l.cum ii, §.si cum lis, ff.de transact. l.qui sub prætextu, C.de Sacrosf.Eccles.cap porrò, de divort. Clem.1. de usur.Clem.1. §. fin. de conces. præb.* quare jure meritò,sicuti nonnisi parochialem unam obtineri fas est commendam. Trid.*sess.24.cap.17.* inspicito Vivianum *in supralaudato cap. nemo.*
20 Differentia demùm, quæ inter commendatarium temporaneum, & perpetuum est, quatenus temporaneus fructus haud facit suos, nisi ad congruam sustentationem, & sibi, & suis ministris reliquum, quod restat,
21 non nisi in Ecclesiæ utile converti debet, secus verò de perpetuo eloquendo commendatario. inspicito Gonsalez *ad reg.Cancel. §.8.nu.37.& 83.* author est Augustinus Barbosa supralaudatus, *in cap.nemo,nu.7.tit.de elect.& electi potestate.*

CAPUT II.

Potest ne quis duas obtinere Ecclesias, unam perpetuam in titulum;alteram verò in commendam?

SUMMÆ.

A'num.1.usque ad 7.thesis prædefinitio.
A'num.7.usque ad finem ejusdem thesis probationes.

1 Ex suppositione,quòd residentia humano enata sit jure, est longè namque majus inter authores dissidium: num-
2 quid sit de jure divino? quod luculenter, disertèque refert,Gonsalez *3.decretalium, titulo 5.de præbendis,& dignitatibus,in cap.de multa 28.à nu.7.usque ad fin.*siquidem omnes ferè antiquiores cõgesti ab Hurtado, & Valensi
3 docuere, esse de jure humano, secus verò melius fatentur plures ex Theologis, tàm scholasticis, quàm moralistis,docentes, pluralitatem
4 beneficiorum curatorum repugnare juri naturali, & divino, inter quos extant Cajetanus Vasquez,Sotus, idque genus, apud supralaudatum Gonsalez (quam disputationem omitto, ne videar actum agere) in Romani Pontifi-
5 cis ditione exstare, Ecclesiam unam curatam perpetuum in titulum; alteram verò etiãnum in perpetuam commendam;Episcopi verò,non nisi, dumtaxat temporaneam commendare posse explorati juris fore existimo.est Gonsalez
6 *decretal.tit.6.de elect.& electi,potestate, in notis,ad cap.dudum Ecclesia,nu.7.* quod placitum est ex mente omnium authorum, facta suppositione.
7 Probatur 1.beneficiorum namque curatorũ impossibilium pluralitas,ex suppositione,quòd humano dumtaxat inhibita sit residentia jure, quippe in hoc dispensare potest Romanus Pon-
8 tifex: quandoquidem in cujuslibet legislatoris
9 manu sit, juri posse derogare suo: per easdem enim causas res destruitur, per quas gignitur, *l.nil tàm naturale 35.ff.de regulis juris, cap.1. de regulis juris in 6.* secus verò si residentia
10 divino dimanata foret jure: siquidem tunc in Romani Pontificis facultate haud foret,ut Episcopus unus binis Episcopatibus inter se longinquis; ac per consequens incompossibilibus procul à justa causa præesse quiret. exemplo
11 extat, de uxorum pluralitate, quorum inhibitio divino reputatur jure, *cap. gaudemus,de*
12 *divortiis:* quare jure meritò *Tullius, 1.de offic.* ibi: *Nulla vitæ pars, neque publicis, neque privatis, neque forensibus, neque domesticis in rebus; neque si tecum agas quid, neque si cum altero contrahas vacare officio potest,&c.*
13 Probatur 2. & *cap. qui plures 3. 2.quæst.1.* ibi: *Qui plures Ecclesias retinet,unam quidem titulatam; alteram verò sub commendatione retinere debet*: quandoquidem commenda titulo caret proprio.uti perbellè edocet *Gonsalez supralaudatus,nu.7.* alioquin inter Pontificem, & Episcopum nullum foret discrimen, quod perabsurdum esset; quare beneficia sic commendata commendationes nuncupantur per textum *in l.2.tit.44.lib.11.legum lõgobar-*
14 *darum.*indè fit, quòd Episcopus, qui, proprio authoramento de una, in aliam se trãsfert Ecclesiam, tunc privatur utraque, *cap.quanto 3. de translatione Episcopi,cap.non oportet 19.cap. Episcopus 25.cap.propter 26.cap.sicut, cap.mutationes,cap.eos,cap.si quis Episcopus,cap.remoto,cap.suas,cap.Episcopum, cap.Episcopus 37.7. quæst.1.cap.si translatus,§.penultimo,21.quæst. 2.cap.petimus 11.quæst.1. cap.1. de clerico non residente.* Concilium Toletan.2.*canone* 2.*Carthag.3.canone* 37.Parisiens. sub Ludovico, *canone* 13.*calcedonense 3.can.5. & 10.* Leo Magnus,*epistola* 84.Hilarius,*epistola 1.ad tarraconens.*Episcop.Damasus,*in confessione fidei,* relatus à Theodorato, *lib.5.histor.cap.21.* Julius 1. *in epistola,ad Eusebianos;*idque genus.Antonius Augustinus, *in epitome juris, lib.4. tit. 77. & lib.7.tit.11.& lib.8.tit.31.novella 3.justinian.* Augustinus Barbosa,*de jure Ecclesiast. lib.1. cap. 19.nu.28.& de potestate Episcopi, 2.parte,allegat.*

gat. 119. Petrus Gregorius, *lib. 16. syntagm. cap.* 12. Duarenus *de sacris Ecclesiasticis, lib. 5. c. 3.* Cujacius, *cap. 1. de clerico non residente.* Solorzanus, *lib. 1. de jure indiarum, cap, 13. num.* 103. Robertus, *lib. 1. rerum judicat. cap. 7.* Michael Rousellius, *lib. 1. histor. pontif. jurisd. cap. 4. nu.*
15 6. siquidem Episcopus matrimonium cum sua contrahit Ecclesia; cùm per electionem matrimonium speratur; per confirmationem verò fit ratum; per consecrationem demum consumatur, *cap. sicut 3. 7. quæst. 1. cap. inter 2. de*
16 *translat.* & quemadmodum maritus, propria authoritate, ab uxore recedere nequit, aliamque ducere, *canone 5. apostol. cap. conjugatus, c. sanè, de convers. conjugor.* quod etiam avaritiã, ambitionemque argueret. Concilium Nicenũ, *canone* 13. Leo, relatus à Gratiano, *in cap. si quis Episcopus* 31. 7. *quæst.* 1. Antherus Papa, *epistola sua unica.* Gregorius Magnus, *lib. 3. registri, epistola* 20. D. Isidorus, *lib. de summo bono, cap.* 34. summaque involueret incommoda.

DECISIO IV.

IN causa Monasterii Sancti Martini Neapol. Carthusien. contra Universitatem Terræ Lanciani, super petitione unciar. 200. vigore cujusdam instrumenti, celebrati in anno 138. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

CUm igitur in capiciana isthac prædefinitione nonnullæ exstant facti species, quas Capicius hic describit; jure meritò de his singillatim.

Prima Facti Species.

QUicquid per majorem deputatorum partem gestum fuisse perhibetur: numquid firmum habendum sit?

SUMMÆ.

A'num. 1. usq; ad 4. thesis primę prędefinitio.
A'num. 4. usq; ad 8. primæ thesis probationes.
A'num. 8. usque ad 11. objectiones, & solutiones.
Num. 12. thesis secundæ prædefinitio.
A'num. 13. usque ad 18. secundæ thesis probationes.
A'num. 18. usque ad 20. objectio, & solutio.
Num. 21. thesis 3. prædefinitio.
Num. 22. ejusdem probatio.
A'num. 24. usque ad 44. objectiones, & solutiones.
Num. 45. thesis 4. prædefinitio.
A'num. 46. usque ad 53. ejusdem thesis probationes.
Num. 53. & 54. requisita alienationis, inspecto Regni jure.

1 FIrmum habendum esse, si à duobus deputatorum partibus gestũ sit existimo. est Capicii *hic, nu.* 1. Reg. de Marin. *observat. ad dec.* Reg. Revert. 388. *num.* 5.
2 aliorumque, dummodo cuncti citati sint, nec
3 aliqua habeatur consuetudo.
4 Probatur 1. *ex l. novationum, Cod. de decurionibus, lib.* 10. *l. finali, C. de prædiis cur. l. quod major, ff. ad municipalem, l. 3. ff. de decur. ab ordine facie.* author est Capicius *hic, igitur &c.*
5 Probatur 2. quicquid enim per majorem deputatorum universitatis partem gestum fuisse proditur, per totam factum esse ducitur, *l. quod major, ff. ad municipalem.* Petrus Faber *de divers. regulis juris, ad tit. de decretis, ac decurionum ordine faciendum, litter. C. pag.* 592. quandoquidem per binas universitatis partes
6 omnis represẽtatur universitas; secus verò stabiliendum esse arbitror; si per majorem deputatorum universitatis partem id celebratum fuerit; siquidem id hæsitabile foret, ut perpendenti liquet.
7 Ne differas. quicquid enim per majorem deputatorum universitatis partem fit, per cunctam universitatem geri ducimus; igitur binæ deputatorum partes, hoc in themate, haud necessariæ reputandæ sunt.
8 Nullum est antecedens: siquidem, quicquid enim per deputatos, decurionesque gerendum sit; id non nisi maturo, perfectoque faciendum erit judicio, quod fieri impossibile est, nisi saltem duæ deputatorum partes inter se convenire dicantur.
9 Ne dicas 2. evenire posset, quod major illa deputatorum pars dignior foret, utputà sensũ, juris consultorum, proborum virorum, idque genus, secus verò reliqui alii deputati; igitur major isthæc deputatorum pars firmior esse debet.
10 Denegatur antecedens: siquidem, id portendere foret: quandoquidem universitatem haud indignos creasse deputatos supponendum est, ac per consequens capaces suo fungi munere.

Secunda Facti Species.

INstrumẽtum, sive per deputatos alicujus universitatis, sive per Syndicum, electosve ejusdem confectum, in quo bis centum uncias venerabili alicui cenobio persolvere se obstrinxere: numquid, præcisè per hoc, firmum censendum sit, si tabellio ipsorum nomina haud singillatim descripserit; dumtaxat verò in ipso

ſo binas tantummodò deputatorum partes, vel Syndicum, ſive unà cum electis; ſive insimul cum deputatis. ibi interfuiſſe.

12 Si tabellio, teſteſve fide digni ſint, firmum fore inſtrumentum reor. eſt Capicii, *hìc, nu.*4. Urſill. ad Afflictum, *dec.*245.*nu.*10. Maſcard. *de probat. concluſ.*1377.*nu.*31. Riccii Collect. *dec.* 381. Author eſt Thorus, *tomo* 1. *compend. deciſ. neap. verſ. univerſitas, mediante inſtrumento, obligata alicui* &c. quare, inſtrumẽtum à cœnobio divi Martini Neapolitani Carthuſienſium adverſus Lanciani univerſitatem firmum eſt.

13 Probatur ſive deputatorum, ſive Syndici nominum deſcriptio, hoc in themate, merè materialiter ſe habet; propterea quod pro inſtrumenti robore, & tabellionis, & teſtium, inibi deſcriptorum, fides ſat eſt, quæ quam ma-
14 ximam gignunt probationem: quandoquidem inſtrumenti falſitas, vel quod illi deeſt per teſtes probari poteſt, *cap. cum joannes* 10. *de fide inſtrumentorum, cap. tertio loco, cap. poſt ceſſionem* 7. *de probat. cap. cum præcibus, Cod. eodem tit. l. optimam, C. de contrahenda ſtipulatione, cap. cum à nobis, de teſtibus.* Cujacius Alteſſerra *in dicto cap. cum Joannes.* Oſualdus, *lib.*15. *cõmentar.* Donell. *cap.*16. *litt.K.* tametſi ſecus in
15 re propria. textus *in l. nullus*, 10. *ff. de teſtibus, l. omnibus, C. eod.* Pich. *lib.*2. *inſtit. tit.*10. *de teſtam. ordin.* §. *ſed neque hæres*, 6. *nu.*2. *pag.*126. hinc Cicero in oratione pro Roſcio Amerino; ibi: *more majorum comparatum eſt, ut in minimis rebus homines ampliſſimi teſtimoniũ de ſua*
16 *re non dicerent*, idem in oratione pro Fonteo, ibi: *Noluerunt majores noſtri hanc patere inimicitiis viam, ut quem quiſque odiſſet, eum teſtimonio poſſet tollere; ementiuntur enim ſæpè in eos, quos oderunt*: quandoquidem tabellio, teſteſve fide digni ſupponuntur; alioqui inſtrumentum iſtud falſificari poſſet cum tabel-
17 lio, & Syndici, & teſtium nomina, & facti ſpeciem pro libito variare quiret, quod poſt longevam comprobare tempeſtatem impoſſibile autumatur; eſt enim tabellionum uſus ſub Imperatoribus chriſtianis, in utroque Imperio, ad conficienda ſollemniter inſtrumenta introductus, *l. moris* 9. §. 4. *ff. de pœnis.* Cujacius, *in novella* 44. *& in l. univerſos, C. de decurionib. lib.* 10. Treutl. *vol.*2. *diſp.*5. *theſi* 2. quare ſub chriſtianis Imperatoribus, publici negotiorũ, & teſtamentorũ ſcriptores vocitabantur, *l. contractus* 17. *C. de fide inſtrum. l.*2. *Cod. de eunuchis, l. ambiguitates* 24. *C. de teſtam. l.*1. *C. ut nemo ad ſuum patrocinium, lib.*11. ac inſtrumenta, ab ipſis confecta publica acciri occepere, *l. jubemus* 14. §. *his tabellionibus, C. de ſacroſ. Eccl. l. comparationes* 20. *C. de fide inſtrũ.* indè fit, quòd ſubſcribunt teſtes, & partes, *l. mutua* 14. *C. ſi certum petatur, l. ſi non ſubſcripſiſti* 15. *C. de inſtrumentis, l.*2. *C. de rebus alienis, l. ſi pater* 6. *C. de fidejuſſor.* idque genus, inſpicito textum *in l. repetita* 41. *l. orphanotrophos* 42. *C. de Epiſc. & Cler. l. donationes* 8. *Cod. Theodo. de donat. l. teſtamenta* 18. *l. conſulta* 23. *C. de teſtam.* Gothofred. & Pancirol. *in notitia. imper. cap.* 14. Juſtum Lipſium ad Tacitum, *lib.* 5. *annot.* 6. alioſque.

18 Ne dicas: Syndici, Electorum, Deputatorumque nominum deſcriptio quammaximã præſtant fidem: quandoquidem ſi quicquid eſt in
19 inſtrumento, geſtum fuiſſe, comprobandum erit; quippè per hos, ſecus per tabellionem, teſteſve commoſtrandum erit; igitur &c.

20 Verum ducitur argumentum, ſi Syndicus, Electi, vel Deputati ſuperſtites forent; ſi ſecus, tunc nonniſi tabellionis, teſtiumque fidei ſtandum ſit.

Tertia Facti Species.

SI majorem deputatorum partem inſtrumento interfuiſſe fateatur, tabellio: numquid præciſè per hoc firmum ducendum ſit inſtrumentum.

21 Infirmum fore docent Capicius, *hìc, nu.* 6. Anna *allegat.*53. *& allegat.* 57. aliique authores ad Franeum, *dec.*2. *nu.*29.

22 Theſis iſthæc ex ſupra commonſtratis liquet: ſiquidem pro actus robore duæ deputatorum repoſcuntur partes: Major porrò
23 deputatorum pars haud binis æquipollens eſſe ducitur; igitur, &c.

24 Nec differere fas eſt: quicquid enim per majorem deputatorum, decurionumque partem fit, quippè per totam univerſitatem fieri ducitur, *l. quod major, ff. ad municipalem, l. nominationem, Cod. de decurionibus, lib.* 10. *cap. cum omnes, extra, de conſtit.* igitur, &c.

25 Diſtinguendum eſt antecedens; in favorabilibus, ac per conſequens in iis, quæ ipſi univerſitati utilia ſunt conceditur antece-
26 dens: favores etenim ſunt ampliandi, *l. cum quidam, ff. de liberis, & poſthumis, cap. odia, de regulis juris in* 6. *l. cum quidam, ff. de liberis, & poſthumis, cap. odia de regulis juris in* 6. *appen. ſentent. ex apophț. pag.*339. *num.* 28. ibi:
27 *benè beneſactis addenda ſunt.* Svet. in Nerone *cap.* 57. Siquidem tunc univerſitas, ceu pupilla, minor, ac per conſequens, uti privilegiata, in iis, quæ ſibi utilia extant, cunctis per
28 hujuſmodi majorem deputatorum partem aſſentiri videatur: in odioſis verò irritum re-
29 putatur antecedens: quandoquidem in hiſce, vel tota univerſitas, vel ſaltem duæ, ejuſdem intereſſe debent partes, uti interceſſere in contractu, cum Cœnobio Divi Martini Neapolitani Carthuſienſium, cum Lanciani Univerſitate confecto, in quo bis centum perſolvere uncias ſe obſtrinxere.

30 Neque obſtat S. R. C. prædefinitio, quam memorat de Franchis, *deciſ.* 2. *num.* 1. ubi ſancitum extitit, electionem per majorem, ſive Collegii, ſive ſedilis partem, à cunctis eſſe factam autumari; ac per conſequens eſſe firmam, tametſi minor oppugnaſſe feratur pars.

31 Eſt longè namque diſparitas: ſiquidem noſtro in caſu de rigoroſa eloquitur univerſitate, in qua regenda, quam maximum repoſcitur judicium; quinimò ſi neceſſum erit demo-

32 ri:

32 ri: quare juremeritò in isthæc descripsit verba, 2. *de legibus*, Cicero, ibi: *pro qua mori, & cui nos totos dare, & in una omnia nostra ponere, & quasi consecrare debemus*. Et in Ora-
33 tione pro Planco, ibi; *qui pro Republica vitam reddiderunt, nusquam me hercle eos mortem potius, quàm immortalitatem assecu-*
34 *tus putavi*; & *Philip.* 9. ibi: *his, majores nostri, qui ob Rempublicam mortem obierant, pro brevi vita diuturnam memoriam reddiderunt*; & ad Quirites post reditum, ibi: *Patria nil*
35 *dulcius, nihil charius in vita esse debet*; & ad Atticum 8. ibi: *pro Patria, & in Patria mo-*
36 *ri praclarum, &c.* quandoquidem cunctos
37 attingere supponitur; secus verò de stabilium
38 universitate, quæ nonnisi largè nuncupanda est universitas; tùm quia mobilium potius cœtus, quàm universitas devocandus sit.
39 Urgebis. igitur contradictio: siquidem per te Syndicus cum duobus electis, relatè ad alios duos diffidentes, prævalere supponitur: idque nonnisi, quod per majorem fieri proditur partem, à tota universitate fieri necessum ducatur, *d. l. quod major*.
40 Disparitatis ratio est: Siquidem Syndicus, idque genus, Electi venire, differuntur singu-
41 li, ut singuli; ac per consequens uniuscujusq; numeratur votum: propterea quod ab universitate creati fuere, ut quilibet juxta suum
42 prudens judicium administraret: quare nil mirum, si major prævaleat numerus; secus
43 verò in deputatorum reposcuntur partes, utpotè supra commonstratum fuit, & ob rationes
44 supra allatas: quandoquidem deputati sunt ipsamet universitas; ac per consequens non sunt illecti ab eadem, utpotè extant Syndicus, Electique; idque genus.

Quarta facti species.

UNiversitas, ut præjudicialibus in contractibus, cæterisve aliis alienationibus, ritè se obstringat: numquid verus Regius reposcendus sit assensus.

45 Regium reposcendum fore assensum, ac per consequens veram causæ expositionem, germanam fidem, probationemque haud perplexè existimo: alioqui contractum, ceu infirmũ habendum esse plusquàm manifestum est. est Regentis Roviti, *Consilio* 64. *à num.* 1. de Marinis, *tomo* 1. *resol. lib.* 1. *cap.* 77.
46 Probatur 1. Collateralis namque Regii Consilii decretum, juxta postulata à Dominis Regentibus, divulgatum fuisse supponitur; igitur si ipsa exposita erronea sint, infirmum
47 est decretum: siquidem Senatus Consultum hujuscemodi, ultra permittentium velle, suum haud producere queat effectum, *l. non omnes*, *l. in agris*, *ff. de acquirendo rerum dominio*, *l.* 2. *ff. de his, quæ in testam. delentur*, *l. legata inutiliter*, *ff. de legatis* 1. *l. cum tale*, §. *ultimo*, *ff. de condit. & demonstr. l. age cum geminiano*, *Cod. de transact.* Connanus, *comm. juris civilis, lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 13. verum enimverò Dominorum Regentium assensus est circa hanc numero, per universitatem expositam rem; igitur circa istiusmodi, secus
48 verò aliam verificari debeat assensus: propterea quod expositæ res involuntariæ esse censentur.
49 Probatur 2. Quemadmodum minoris bona, procul à vero Judicis decreto, alienari impossibile est. *toto tit. Cod. de præsidiis minorum*, *l.* 2. *Cod. de pred. minorum*, *l.* 3. & 5. *eodem*, *l.* 5. §. *penult. l. quamvis* 9. *ff. eodem*, *l.* 16. *Cod. de auctor. tutor*, *l. cum plures*, §. *non licet*, *ff. eodem*. Hothomanus, *consilio* 13. *n.* 29. *pag.* 77. Antonius Faber, *in juris prudentia, tit.* 11. *de tutel. princip.* 8. *illat.* 63. *l. lex*, *quæ tutores*, *Cod. de admi. tut. l.* 1. *ff. de rebus eorum, qui sub tutela sunt.* Balduinus, *instit. lib.* 2. *tit.* 8. *quibus alienare licet, vel non*, *pag.* 249. *inspicito quæso* Pichardum, *instit. lib.* 2. *tit.* 8. *quibus alienare licet*, *in* §. *nunc admonendi*, *num.* 1. sic etiamnum Uni-
50 versitatis bona: quandoquidem universitas pupillis æquipollens esse supponitur, *l. cum Rempublicam, Cod. de jure Reipublicæ, lib.* 11.
51 igitur si in minoris bonorum alienatione veritas haud ritè divulgetur, tunc decretum infirmum ducendum sit; igitur sic nostro in themate est differendum, *l.* 1. *Cod. de serv. Reipublicæ manumittendis*; cum utrobique par urgeat ratio; ac per consequens eadem juris prædefinitio, *l. illud*, *ff. ad legem aquiliam*, *l. si postulaverit*, §. 2. *ff. ad l. jul. de adulter. l. quidam nummularios*, *ff. de edendo*, *l. nauta*, §. *fin. ff. nautæ caup. l. à Titio*, *ff. de furtis*, *l. illud*, *C. de sacros. Eccl.* §. *si igitur*, instit. *quod cum eo*.
52 Probatur 3. *ex cap. bonæ memoriæ* 3. *de confirmatione utili, vel inutili*; ubi est prædefinitum per Cœlestinum III. quòd rescriptum, obtentum per obreptionem infirmum est; ibi: *adversarius autem ipsum cautè præveniens, confirmationis promulgatæ sententiæ rescriptum fuerat assecutus, in quo nulla de facta appellatione mentio habebatur*, &c. propterea quod ideo est infirmum hoc rescriptum, quia Ecclesia in rescripto, obtento per obreptionẽ, tacuit veritatem, quatenus non dixit, quòd adversarius ad Sedem appellavit Apostolicam, *cap. præceptis* 12. *dist. cap. postquam* 3. *cap. cum in cunctis* 7. *cap. transmissam* 15. *cap. qualiter* 17. *cap. nihil est* 44. *de electione*, *cap. ex parte, de constitutionibus*, *cap.* 2. *de rescriptis*, *cap. quoniam Abbas*, *cap. pastoralis*, §. *præterea, de officio delegati*, *cap. ex literis* 3. *cap. accepimus* 4. *c. inter delictos* 6. *de fide instrumentorum*, *cap. cum jamdudum, de præbendis*, *cap. super eo*, *cap. licet, de crimine falsi*, *c. olim*, *c. ex parte, de verborum significatione*, *c. avaritiæ*, *cap. fin. de electione*, *lib.* 6. *l. Aurelius*, §. *testamento, de liberali causa*, *l. si quis priore*, *ff. ad Trebellianum*, *l.* 3. §. *missum*, *ff. de Carboniano edicto*: exornant Cujac. *in cap.* 2. *ne sede vacante*. Covar. *in practicis*, *cap.* 15. *nu.* 6.

nu. 6. Menoch. *de arbitrariis*, *casu* 202. *&* *consil.* 75. *num.* 32. 191. *num.* 46. *& consil.* 351. *num.* 19. *& consil.* 378. *num.* 39. Molina, *de primogen. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 9. idque genus; igitur, &c.

53 Requisita autem, quæ in præjudicialibus contractibus, aliisque universitatis alienationibus, nostri Regni jure inspecto, reposcuntur, sunt; ut solemniter sit citata universitas, & discussa res, idque genus. inspicito textum. *in l. finali, Cod. de vend. rebus civit. lib.* 11. Authores sunt Staibanus *resol.* 20. *à num.* 6. Reg. Capycius Latro *decis.* 194. *lib.* 2. *num.* 35. de Marinis, *tom.* 2. *resol. juris, lib.* 2. *cap.* 59. *à num.* 4. *& tomo* 1. *lib.* 1. *cap.* 77. *à nu.* 9. Antonius Capicius *hic, num.* 9. Thorus *voto* 70. *à num.* 2. *usque ad* 10. Rovitus, *consilio* 14. *num.* 1. *&* 2.

CAPUT I.

Syndici obligatio independenter ab Electis, & ab universitate gesta: numquid firma ducenda sit.

SUMMÆ.

Num. 1 thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad 9. ejusdem probatio.
A'num. 9. usque ad fin. & oppugnationes, & solutiones.

1 Infirmam fore existimo. est Decii *consilio* 297. Roviti *in prag.* 5. *de administratione universitatis*. Thori, *parte* 2. *voto* 70. *num.* 2. quod placitum, inspecto jure Regni, apud cunctos commune esse debet Authores. inspicito quæso Reg. de Franchis, *decis.* 253. *num.* 8.

2 Probatur Syndicus, quà Syndicus, inter Electos Civitatis, ac administratores facilè
3 Princeps esse autumatur: siquidem Electi unũ misti cum cum Syndico conflãt corpus: quan-
4 doquidem à deputatis Civitatis, & ut ipsorum bona, idque genus jura, & ut personas difen-
5 sarent, creati fuere: quare universum ipsorum jus, ditionemque in Syndicum, Electosve
6 transtulere; quod haud distributive, ast copulatim, scilicet per modum unius administrare
7 necessũ ducitur; igitur Syndicus, independẽter ab his, nihil agere potest, ceu caput procul à membris, ac per consequens inutiliter; alio-
8 qui frustra electi per universitatem editi fuere, cum universitas per solum Syndicum repræsentaretur; quod perabsurdum foret.

9 Ne dicas 1. Universitas tota per Syndicum dumtaxat repræsentatur. consule Cujacium, *ad §. ultim. & ad l.* 2. *lit. E. columna* 2. *in ff. de acquirenda, vel amittenda possess. pag.* 1276. *tomo* 2. Reg. Revert. *decis.* 177. ubi
10 Reg. de Marinis, *pag.* 361. quandoquidem universitatis Princeps reputatur, ac per con-
11 sequens ipse solummodò formaliter; Electi verò merè materialiter accipiuntur: siquidem
12 simplices Syndici Consiliarii sunt; ac per consequens consultivum, secus verò decisivum obtinent votum.

13 Irritum est antecedens: propterea quod, & Syndicus, & Electi formaliter comprehendi prædicantur; ac per consequens, quemlibet ipsorum decisivum obtinere votum plusquàm
14 manifestum est: siquidem, & per Syndicum, & per Electos formaliter repræsẽtari supponitur
15 universitas; tametsi Electorum Princeps Syndicus sit, quod idem æquipollens est, ac administratorum primævus.

16 Ne dicas 2. Syndicus universitatis procurator acciri assolet, uti edocent authores apud Amendolam *ad dec.* de Franchis 210. *nu.* 85. ac per consequens liberam administrandi obtinere supponitur administrationem, ad instar pa-
17 tris respectu familiæ suæ; igitur nullum speciale reposcit mandatum, ut aliquid efficere possit.

18 Verum suo in genere ducitur antecedens; quatenus unà cum electis universitatem administrare debet; quare irrita reputatur ejusdem
19 illatio: siquidem, quæ specialem postulant mandatum, in his, & Syndici, & Electi velle
20 reposcitur; neu rigorosè loquendo, ad instar Patris se habere fertur; cum pater privata supponitur persona, tametsi ejusdem jus in liberos, proprium est civium Romanorum, ac proindè juris civilis est, ut Justinianus scribit *in §. jus autem hoc, instit. de patria potestate*, post Cajum, *in l.* 3. *ff. de his, qui sunt sui, vel alieni juris*, cum non aliqua Romanorum lege inductum sit, ast moribus populi receptum, ut Ulpianus loquitur in *l. patre furioso* 8. *in principio*, *ff. de patria potestate*. hinc Tullius post reditum ad Senat. ibi: *Parentes charissimos habere debemus, quòd ab his vita, patrimonium, libertas, Civitas tradita est.* Syndicus verò publica; tametsi aliquo sub conceptu haud dissentanei exstant.

21 Ne dicas 3. in Syndici ditione defactò est, ut pro sua stipulari possit universitate. authores sunt apud supralaudatum Amendolã ad Francum *dicta dec. nu.* 100. igitur &c.

22 Distinguendum est antecedẽs; unà cum suis electis, permittitur antecedens; seorsim ab his, insimul cũ ejus illatione denegatur antecedens.

CAPUT II.

Gestum per Syndicum cum duobus Electis; oppugnantibus verò aliis binis: numquid firmum habendum sit.

SUMMÆ.

Num. 1. thesis prædefinitio.
Num. 2. usque ad finem, ejusdem probatio.

1 Firmum fore reor.
2 Probatur: Syndicus namq; duobus cum electis major cæterorum aliorum Electorum supponitur pars, ac per consequens

quens

quens, per majorem hujuscemodi Electorum partem, ritè universitas repræsentatur: quando-
3 quidem majori electorum parti assentiri debere universitatem rationabiliter præsumendum
4 est; propterea quod in Syndico major probitas, sagax judicium, sedulitas, vir frugi; idque
5 genus, supponuntur; cùm pater patriæ, seu navis gubernator vocitandus sit, ad instar ducis, qui de exercito curam habet.

CAPUT III.

Gestum per Syndicum cum uno electo, oppugnantibus verò aliis tribus electis, vel è diverso: numquid firmum sit.

SUMMÆ.

Num. 1. thesis prædefinitio.
A'num. 2. usque ad 6. ejusdem probatio.
A'num. 6. usque ad finem, objectiones, & solutiones.

1 Infirmum fore existimo; ac per consequẽs pro re isthac stabilienda cuncti vocitandi sunt universitatis deputati.
2 Probatur: gestum namque per Syndicum cum uno electo tribus æquipollens esse ducitur electis: siquidem æqua lance inter se exstare
3 perhibentur: quandoquidem Syndici persona
4 duobus æquipollens est electis: etenim inter simplices haud annumerari debet electos; cum aliquam supra electos obtineat
5 præeminentiam: propterea quod ipsorum facilè princeps esse supponitur; igitur si inter se æquales sint, juremeritò neutrum gestum esse firmum censendum sit, ac per consequens facti species, unà cum ipsis à deputatis universitatis, celebranda erit.
6 Ne edisseras: tametsi Syndicus electorum facilè princeps esse ducitur; veruntamen in nostra facti specie ceu simplex habenda erit persona: quandoquidem unicum, simplexque di-
7 vulgat votum: ex votorum namque multiplicitate personarum pluralitas arguenda est; igitur tria electorum vota hoc in casu prævalere debere, pro comperto habetur.
8 Erroneum ducitur hujuscemodi argumentum: siquidem inter electos facilè princeps esse supponitur Syndicus, ac per cõsequens haud ut simplex habenda erit persona: alioqui inter electos nulla esse prædicaretur disparitas, quod
9 perabsurdum foret: quare ipsius votum binis æquipollens esse censetur; quod si secus edisseretur, quippè Syndici essentia pessundaretur, Terent. *in And.* 1.3.3. quæ si non actu providentur, me, aut herum pessundabunt, quod perabsurdum esset.
10 Ne edisseras 2. si vera foret thesis isthæc, profectò quammaximum sectaretur absurdũ, utputà in nova Syndici creatione: siquidem tunc ejusdem votum binis æquipollens est votis; quod perabsurdum foret; igitur &c.
11 Irritum est antecedens, immò ipsius denegandum est suppositum: supponit etenim adversarius, in nova Syndici creatione, prædecessorem Syndicum votum edere, utpotè Syndicum, quod perabsurdum est: quandoquidem ipsius munus esse exstinctum supponitur: qua-
12 re votũ divulgat suum, uti universitatis simplex deputatus; propterea quod exstant inter
13 se isthæc duo longè dissentanea, utputà votũ edere, ut Syndicus, quod fieri supponitur, ad
14 usque ejus perdurat munus: siquidem tunc binis (ex commonstratis) æquipollẽs esse ducitur votis; votumque divulgaret, uti simplex uni-
15 versitatis deputatus: propterea quod tunc nonnisi, ut unicum habendum erit votum, & dis-
16 paritatis ratio est: etenim, ubi, ut Syndicus votum divulgat suum, tunc non nisi, ut universitatis caput, ac per consequens universitas de facti speciebus stabiliẽdis se dispoliasse suppo-
17 nitur, cum in Syndicum, electosque suam trãstulerit ditionem, secus verò ubi res aliter se habet: etenim tunc, ut simplex deputatus unà
18 cum aliis votum edit deputatis; adeoque universum negotium minimè illi, qui fuit Syndicus, ast universitatis deputatis admissum esse supponitur.
19 Urgebis, ubi de novi Syndici creatione peragitur, tunc in deputatorum consessu sede-
20 re debeat Syndicus: verum enimverò experientia nobis, secus in dies commonstrare videtur; igitur votum divulgat ut Syndicus; sed de facto unicum est votum; igitur &c.
21 Erronea est major, unà cum ejus illatione; & distinguenda sit minor subsumpta: unicum est votum, editum formaliter per Syndicum; nego minorem subsumptam; editum materialiter, perindè ac si foret deputatus; concedo minorem subsumptam; & nego
22 consequentiam: quandoquidem longè discriminantur isthæc bina, edere votum, uti Syndi-
23 cus, & sedere in Syndici subselliis; primum erroneum: siquidem extinctum supponitur
24 Syndici munus; secus verò secundum: propterea quod, ibi sedet, non nisi ratione inveteratæ consuetudinis, & dignitatis muneris, quod exercuit.
25 Ne postmodum dicas. Si thesis isthæc vera duceretur, sequeretur, quod ubi Syndicus universitatis, utilitatis studio, deputatos vocitare juberet, tunc inter ipsos votando duplex divulgaret votum, quod perabsurdum est: quandoquidem experientia secus demonstrat.
26 Nego antecedens: quandoquidem, ubi Syndicus universitatis deputatos acciri mandat suos, tunc inter ipsos votando, non nisi, ut simplex deputatus votare existimatur: quandoqui-
27 dem universam ejus jurisdictionem, non nisi ab ipsis habuisse supponitur, ac per consequẽs luminare majus deesse, efficiat luminare minus; tametsi in Syndici sede federe supponitur; ve-
28 rumtamen votum minus edit, uti Syndicus, ast ceu simplex deputatus: Syndici namque munus exercet suum, nonnisi extra deputatorum consessum; ut perpendenti liquet.

C A-

CAPUT IV.

Quicquid per cunctos universitatis deputatos ritè gestum sit: numquid per duas deinde universitatis partes revocari valeat.

SUMMÆ.

Num.1.thesis prædefinitio.
A'num.2.usque ad finem ejusdem probatio.

1 REvocari posse audacter duco.Authores extant apud Reg.de Marinis,*observ.ad dec.*Reg.Reverter.388.*nu.*6.

2 Probatur: tametsi per cunctos universitatis deputatos ritè aliquod gestum fuit: verumtamen evenire potest, ut melius, re, per binas universitatis deputatorum partes, perpensa,dignoscatur,ut quicquid per priscos universitatis deputatos gestum fuisse supponatur, ipsi universitati inutile, & perniciosum sit; ac
3 per consequēs esse derogandum.hinc Cicero 1. *de finibus*;ibi:*Universitas in seditione non potest esse beata*: quare deputatorum hujusmodi partes perindè se habent, ac si tota universitas
4 habeatur: quandoquidem in gerendis rebus, magis edocti censendi sunt isti, quam tertia deputatorum pars.

CAPUT V.

SI, ut securius ageret creditor, voluit, ut minimè universitas; sed ut nonnulli determinati cives ad pecuniæ solutionem se obstringerēt: perindè quasi pecuniæ utilitas ipsis foret acquisitura: numquid universitas isthæc, vel cives obstricti, vel ambo insimul conveniendi sint, si id cum universitate conventum fuisse perhibeatur.

SUMMÆ.

Num.1.thesis prædefinitio.
A'num.2.usque ad 6.ejusdem probatio.
A'num.6.usque ad finem, objectiones,& solutiones.

1 CIves dumtaxat principaliter esse obstringendos existimo.est contra Reg. de Marinis *resol.juris lib.2. cap.59. nu.1.& lib.1.cap.77. à n.1.usque ad 5.*Thesaurum,*quæst.for.quæst.1.à n.3.*aliosq;

2 Probatur.Tò prior creditoris cum universitate pactio merè materialiter se habet: siquidē
3 creditoris mens est, ut secura sit ejus pecunia. hinc perbellè Tullius 1.*de officiis* edocet; ibi: *Expetuntur divitiæ, tum ad vitæ usus necessarios,tum ad perfluendas voluptates,*ac per consequens divites reposcit cives; alioqui pecuniā
4 haud tradidisset; nec cives, cum quibus creditor contraxisse supponitur, uti universitas, ast ut cives, non instrumentaliter, atqui prin-
5 cipaliter veniunt; quandoquidem principale dandi pecuniam motivum creditoris fuit; non nisi civium securitas, cum quibus contraxit: tametsi deindè pecunia hujuscemodi in uni-
6 versitatis utile conversa fuit: hinc juremeritò, prisca inspecta tempestate,nimis asperè contra debitores agebatur:etenim lege 12.tabularum, quam referunt Cujacius *lib.30. observ.cap.39.* Jacobus Gothofredus *in 4.fontibus tabular.3.* si debitor intra ligitimū judicati tempus haud persolvebat;tunc creditori manus in eum iniicere fas erat,ac secum ducere vinctum nervo, aut compedibus quindecim pondo, nō plus,ne essent impedimento ambulandi; ac sacris interessendi. Revardus *ad l.12.tabular.cap.*8.eidemque victum, & stratum refundere, si debitor nil habebat,*l.si victum 34.ff.de re judicata, l.234.§.2.ff.de verbor.significatione*. Terent. *in Phormione, actu 2.scena 2.* post verò 60. dies, intra quos reus à creditore publicè producebatur; debitumque publicabatur, ut Populo constaret, reo nullam fuisse à creditore,vel Judice injuriam illatam, *l.2. C. de custodia reorum,* Covarr.*lib.2.var.cap.1.nu.1.* intra quod tempus, si haud solvisset; vel si pactum cum creditore non iniisset; tunc creditori peregrè transTyberim vim divēdere,aut capite punire; & si plures forēt creditores in partes debitoris corpus secare fas erat; ibi: *Debitoris corpus in partes secanto.*Aulus Gellius *lib.20.noctium, cap.10.*Tertullianus *in apolog.cap.4.*Quintilianus *lib.3.cap.6.*Osualdus *lib.18.cap.7.lit.N.& lib.27.comment.cap.3.duplici lit.H.*Hothomanus *lib.18.antiquitatis,ad finem.* Balduinus *ad leg.rom.lib.2.cap.4.*Contius *lib.2.success.c.18.* Rosinus *lib.8.antiquitatum, cap.19.* Robertus *lib.2.rer.judicat.c.6.* Petrus Gregorius *lib. 22. syntag.cap.6.nu.5.* quibus deindè pœnis abrogatis,*l.ob æs alienum,Cod.de obl.& act.* dumtaxat in usu sollemnes remanserunt,& bonorum divenditio,*tit.*instit.*de success.sublatis,* & debitoris conjectio in carcerem, *l.4.Cod. qui bonis cedere possunt,l.1.§.penult.vers.ultimo,Cod.qui bona cedere,l.si pro aliquo 21. §.1.ff.ad Vellejanum,l.ultima, §.ultimo,ff.quæ in fraudem creditorum,l.3. §.qui pecuniā,ff.de suspectis tutor.* Hothomanus *quæst.illustr.quæst.26.*ac creditoribus inservire, ac assiduè verberibus affici. Livius *lib.1.decade 1.& lib.6.* quinimò eorum filii creditoribus dabātur. Dion halircan.*lib.6. l.3.& 7.*Cod.Theodosian.*de exact.l.80.eodem Cod.de usuris.*Baronius *tomo 1.anno 33.nu.34.* Revardus *ad S.S.12.tabularum,cap.*8. Amaya *in l.1.Cod.de exact.tribut. lib.*10.quare debitores isti nexi, & addicti vocitabantur, quatenus ex ipsa lege, ob æs alienum,in temporariam creditorum servitutem addicebantur; indèque obligatio ipsa nexus erat, quatenus per eam corpus, ut pignus afficiebatur. Budeus *ad tit. de in diem adjecto.*quod Senatui Romano indignum visum fuit; adeòque sanxit, ut debitoris bona divenderentur; corpus autem obnoxium haud foret. Livius *lib.8.*author est, juxta textum *in l.ob æs alienum, Cod.de obligat.& actio.* Pancirola *lib.2.var. cap.200.* quod deinde roboratum per Imperatorem Constantinum fuit,

anno Christi 320. sui Imperii is per constitu-
tionem, relatam *in dicta l.3.& 7.* Cod. Theo-
dos.*de extract.*& per Justinianum *in auth.quia
ut nulli,* §.*quia verò,* collat. 9. ideòque debito
cadit, si debitorem in servitutem detineret,
quam carceris molestiam hodie effugiunt de-
bitores per bonorum cessionem, lege Julia in-
troductam, *l.1.& 4. Cod.qui bonis cedere*; etsi
varia sit apud nationes, præter bonorum ces-
sionem, pœna isthæc: propterea quòd apud nõ-
nullas nationes viridè pileum gestare cogũtur,
idque genus.consule Fornerium, *lib.2. select.c.
27.*quod est per constitutionem Pii V. fieri ec-
clesiasticis inhibitum.

6 Ne differas. Universitas in isthac facti spe-
cie, secus verò cives principaliter veniunt:
quandoquidem cum universitate pactio inita
fuisse supponatur:civium namque obligatio in
7 causa fuit,ut ocyus in pecunia universitati per
civium manus per creditorem maturaretur,
ac per consequens cives merè instrumentaliter
veniunt.

8 Irritum ducitur antecedens: siquidem illud
principaliter venit, quod principaliter credi-
torem excitat ad agendum: verum enimverò
9 id per divites cives, secus verò per egenam
haberi supponitur universitatem; nec profectò
cum universitate, ast cum divitibus celebratus
10 fuit contractus civibus: quandoquidem civiũ
interest, patriam defensitare suam. hinc Cice-
11 ro in Vatinium; ibi: *Civis est; isque patriam
suam diligit, ac bonos omnes salvos, incolumes-
que desiderat, & lib.1.de officiis*; ibi: *Civem
12 oportet æquo,& pari cum civibus jure vivere.
neque summissum, & abjectum, neque sese af-
ferentem; & in Republica ea velle, quæ tran-
quilla, & honesta sunt, & 5. act. in Verr.* ibi:
*Ab omnibus, hujusmodi civis laudandus,ac di-
13 ligendus est, qui non solùm Reipublicæ civem
improbum removet: verumetiam seipsum ejus-
modi fore profitetur, ac præstat, ut sibi non mo-
dò communi voluntate virtutis, atque officii,
sed etiam,ut quadam magis necessaria ratione,
rectè sit,honestèque vivendum.*

14 Urgebis. creditor defactò cum universitate
contraxisse supponitur: igitur universitas, uti
obstricta,saltem insimul cum divitibus civibus
convenienda sit.

15 Illa rigorosè loquendo haud conventio
cum universitate fuisse, ast potius præviũ exa-
men quoddam, ac per consequens discursus ad
pactionem,atque ad pariendam obligationem,
per divites cives contrahendam.

16 Iterumque urgebis: defactò per Senatum Pe-
demontanum sic prædefinitum fuisse testatur.
Thesaurus *lib.1.quæst.for.à nu.3.*igitur &c

17 Inanis est illatio: quandoquidem moralium
mentes, opinionesque haud similes esse suppo-
nuntur; ac per consequens nil mirum,si quic-
18 quid in uno prædefinitum fuerit foro, in alio
secus prædefiniatur.

19 Nec obstare videtur textus *in l. Titio* 134.
§.*idem respondit is* 1.*ff.de verborum obligatio-
nibus,* ubi est prædefinitum: quæ in præfatio-
nibus decripta sunt etiamnum in sequentibus
20 repetita esse intelliguntur actibus;igitur quic-
quid in contractus exordio cum universitate
actum fuisse supponatur, etiam cum divitibus
21 repetitum esse ducitur civibus: quandoquidẽ
textus hujuscemodi alio in casu, ac in nostro,
est: siquidem loquitur. ubi de eodem subjecto,
& antecedens,& subsequens verificantur,adeo-
que in ipsis nulla fit subjecti variatio;secus ubi
22 fieret suppositionis variatio, utpotè hoc in
themate esse videtur: propterea quod, tametsi
23 cum universitate quædam rei gerendæ allocu-
tio inita fuit; verumtamen nullum obtinuit
effectum, ac per consequens in subsequen-
tibus haud assiduare autumatur, adeoque sub-
jectum minùs perseverare id plusquàm manife-
stum est.

CAPUT VI.

SI universitas, pecunia egena, ad aliquem prò
illa, sive sub usuris, sive mutuò, idque ge-
nus,contendisse perhibeatur;quid prædefinien-
dum, si ille denegaret? inquiens, se nolle cum
illa negotiari: numquid universitas ne? an
cives, pro pecunia restituẽda conveniendi sint?
si deindè cives nonnnulli ad eum convenerint,
ac pecuniam ab eodem acceperint; quam non
nisi in universitatis utile versa fuisse suppona-
tur.

SUMMÆ.

Num.1.thesis prædefinitio.
A'num.2.usque ad 6.ejusdem probatio.
Num.6.exploditur Regens de Marinis.
Num.7.usque ad finem, objectio, ejusdemq;
solutio.

1 CIves dumtaxat, secus verò universi-
tatem esse conveniendam duco. est
Reg. de Marinis, *tom. 1. resol. ju-
ris lib.2.cap.59.nu.2.* differentis, sic
per S.C.sancitum fuisse. Thori *par.3.compend.
decis.verbo,creditor.*aliorumque.

2 Probatur contractus namque nullimodè cũ
universitate initus est: siquidem universitas ab
hoc explosa fuisse supponitur creditore; adeoq;
3 est extra creditoris mentem: quare jureméri-
tò nec principaliter, nec instrumentaliter, neu
ut purum (ut pecunia mutuetur)venire autu-
4 matur motivum,neu aliquid suffragatur,pecu-
niam in universitatis utile versam fuisse:prop-
5 terea quod, id nonnisi extrinsecè,ac præter fa-
cti speciem se habet; cum prorsus alienum,
etherogeneumque sit nostro è casu; ceu per-
pendenti liquet.

6 Hinc est explodendus Regens de Marinis,
incohærenter eloquens: propterea quod secus
in cap. 5. disservisse supra commonstratum
fuit, cum utrobique par urgeat ratio; adeo-
que eadem legis prædefinitio, *l. illud, ff. ad
leg. aquil. l. si postulaverit,* §. 2. *ad leg. jul. de
adulter. l. quidam nummularios, ff. de eden-
do, l. nauta,* §. *finali ff. nautæ caup. l. à Ti-
tio, ff. de furtis, l. illud, Cod. de sacros. Eccles.*
§. *si igitur,* Instit. *quod cum eo, argum. legis, si*
ita

ita, *ff. de manumiss. testament. l. servus, ff. de statu. liberor. l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verbor. obligat. l. fin. ff. de ritu nuptiar. l. his solis, vers. satis etiam cautè putamus*, *l. item veniunt*, *§. ait senatus*, *ff. de petitione hæredit.* Tiraquellus, *in l. si unquam*, *verbo libertis*, *num.* 45. & 46. indè est, quòd potius ratio, quàm verba spectanda sunt, *l. scimus*, *§. aliud*, *ff. de excusat. tutor.* Tiraquellus, *in dict. l. si unquam*; *verbo, libertis, nu.* 47. & *l. cum pater*, *§. dulcissimis*, *ff. de legatis* 2.

7 Nec differere obstat: longè namque primævo in themate disparitas, ac in secundo: quandoquidem in primo contractus cum universitate præcessit: ac per consequens scientiam, secus verò in secundo; igitur nil mirum, si in primævo adstricti sint Cives, secus verò in secundo.

8 Ridicula profectò est isthæc disparitatis ratio: siquidem utroque in casu contractus sciētia præcessisse supponitur, quod haud obscurè arguitur: propterea quod cum Civibus, à quibus pecunia mutuata fuit; dumtaxat contractus fuit celebratus; quare S. R. C. prædefinitionem utroque in themate locum sibi vendicare suum haud dubiè reor.

CAPUT VII.

OBtento per Regium Collat. Consil. decreto, ut Cives nonnulli, insimul cum universitate, pro recipienda pecunia mutuanda, se obstringere queant: quid sanciendum, si Cives hujusmodi unà cum universitate copulatim contraxisse; ac se obstrinxisse perhibeantur: numquid cuncti simul per creditorem conveniendi sunt.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A num. 2. usque ad 10. ejusdem probatio.
A' num. 10. usque ad finem, & objectio, & solutio.

1 IUxta pactionis modum, Cives hosce insimul cum universitate esse conveniendos per creditores, dubiè procul existimo: quare, si æquè principaliter obstricti fuere, æqua lance obstringendi sunt; si fideicommissariè, etiam ut fideicōmissarii; idque genus discurrito. Consule Regentem de Marinis, *tom.* 2. *resol. juris, lib.* 2. *cap.* 59. *à num.* 3. *usque ad* 7.

2 Probatur: actio namque nonnisi ex obligatione gignitur. Hothomanus *instit. tit. de actionibus, in princip. l. licet* 24. *§. obligatio, de Procur. §.* 1. *instit. colum.* 2. *lit. C. pag.* 1362.

3 cum actionis mater obligatio sit, ac per con-
4 sequens illius naturam sectatur: siquidem in foro nemo esse potest, procul ab ipsa actione. *l. si Pupilli, §. videamus, ff. de negotiis gestis, l. quoties. §. si temporalis, de administr. tutor.*
5 nec alium cogere, quare actionem obtinens rem habere differitur suam, *l. rem in bonis, ff. de acquirendo rerum dominio, l. qui actionem, ff. de regulis juris, l. id apud se* 1 3. *ff. de verborum significatione*, authores apud eumdem, *num.* 10. igitur si obligatio erit fideicommis-
6 sria, actio adversùs ipsum etiam fideicommis-
7 saria erit; si principalis actio, etiam princi-
8 palis, idque genus: propterea quod contractus non nisi ex contrahentium pactionibus vim obtinent, *l.* 1. *§. conveniat, ff. depositi*, *l. contractus, ff. de regulis juris, l. lege, ff. de pactis conventis, l.* 1. *Cod. de oper. liber. l.* 1. *Cod. commodati, cap. contractus* 85. *de regulis juris in*
9 6. nec extra ipsorum mentem ullam producunt obligationem, *l. non omnis, ff. si certum petatur, l. in agris, ff. de acquir. rer. domin.* idque genus. Connanus, *jur. civil. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 13.

10 Ne dicas: pecuniam hanc nonnisi in universitatis utile versam fuisse supponitur; igitur universitas solummodò adstringenda est:
11 siquidem Cives merè instrumentaliter, & per accidens, seu uti causa coadiuvans ad mutuandam pecuniam hujuscemodi in causa fuere.

12 Irrita est illatio: quandoquidem Cives hujusmodi non nisi juxta obligationis vinculum esse conveniendos, plusquàm manifestum est.

CAPUT VIII.

SI sola universitas cum mutuante pecunia cōtraxisse feratur, ut pro pecunia, mutuò recipienda, restituenda, nonnulli ditiores se obligare deberent Cives: quid prædefiniendum inspecto Regni jure, si Cives istiusmodi se obstringere renuant: numquid per Collaterale Consilium adstringendi sint, ac per consequens eorum facultates hypothecari, si necessum sit, pro pecunia, mutuò recepta, restituenda.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
Num. 2. & 3. ejusdem probatio.

1 PEr Collaterale Consilium esse adstringendos. Reg. de Ponte, *de potestate Proregis, tit. de diversis provisionibus fieri solitis, in quæst. de alienatione, fieri solitis bonorum universitatis.* Reg. de Marinis, *resol. juris, lib.* 2. *cap.* 59. *num.* 7.

2 Probatur: quælibet namque universitatis pars nonnisi toti ipsi, naturali attento jure, subjecta esse supponitur, ac per consequens Civis quilibet, cujuscumque conditionis sit, ipsi in necessitatibus, si possit, subjectus esse
3 ducitur: quare, jureoptimò, si Civitas frumenti copia egena foret; nec ob ejus paupertatem haberet aliquem, qui ipsi mutuaret; tunc divites Cives fore adstringendos plusquàm manifestum est, ut unà cum ipsa ad pecuniam persolvendam se obstringere debeant. hinc Cicero, 2. *officior.* ibi: *Civem oportet æquo, &*

& pari cum Civibus jure vivere; neque summissum, & abjectum, neque sese afferentem: tum in Republica ea velle, quæ tranquilla, & honesta sint: & ad Attic. 9. *lib. epistolarum*; ibi: *nihilo viro bono, & quieto, & bono Civi magis convenit, quàm abesse à civilibus controversiis*: igitur; &c.

CAPUT IX.

SI Cives ab aliquo flagitarent, ut ipsis, sive sub usuris, sive mutuò mutuaret, pecuniam in universitatis utile convertendam, & unusquisque proprio se obstringens nomine: numquid pro pecunia, ipsis præstita, & in universitatis utile conversa, pro ipsa restituenda adstringendi sint ipsimet Cives.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis decisio.
A' num. 2. usque ad finem, ejusdem Thesis probationes.

1 ESse dumtaxat adstringẽdos Cives reor. est adversus Regentem de Marinis, *resol. juris, lib. 2. cap. 59. num.* 8.

2 Probatur 1. ex argumento textus, *in l. si fœnebris 13. Cod. ad Senatus Consultum*
3 *Vellejanum*: siquidem unusquisque arbiter, & moderator in re supponitur sua, *l. in re man-*
4 *dati, Cod. mandati*; ac per consequens de rebus pro libito stabilire valet suis; dummodò
5 lege, vel vi haud inhibeatur; siquidem, lege inhibente, ut rebus suis ad quemlibet usum
6 haud fas est. exemplo extat de gladio proprio ad se obtruncandum: quandoquidem leges ri-
7 tè conditæ per cunctos servandæ sunt. hinc illud proprium in definitione legis à Demosthene, cui omnes obtemperare par est, *l. 2. ff. de leg.* Donellus, *de jur. civil. lib. 1. cap. 5. num. 30. pag. 11.* Cod. Theod. 10. *tit. 26. de conduct. & hominibus, pag. 537.* ibi: *non aliter, quàm ex legum ordine, quibus similiter omne hominum genus tenetur*. hinc Princeps, ceu communitatis pars leges servare, quoad vim directivam fas, & jura sinut: quare Tullius, 3. *de legibus*, ibi: *Non tantum mali est peccare Principes, (quamquam est magnum per se ipsum malum) quantum illud, quod permulti etiam imitatores Principum existunt. Nam licet videre quæcumque mutatio morum in Principibus extiterit, eandem in populo secutam. Nobilium enim vita, victuque mutato, mores Civitatis mutari solent. Nec solùm vitia concipiunt ipsi Principes, sed ea infundunt in Civitatem: neque obsunt, quod solùm ipsi corrumpuntur, sed etiam quod corrumpunt: plusquàm exemplo, quàm peccato nocent. Pauci enim, atque admodum pauci*
8 *honore, & gloria amplificati, vel corrumpere mores Civitatis, vel corrigere possunt*: etenim lex, & deorum sententia hominum Regina reputatur. Hinc Tullius, *Philippic. 2.* ibi: *lex, nihil est aliud, nisi recta, & à numine Deorum tracta ratio, imperans honesta, prohibensq; contraria, & 1. de legibus.* ibi: *lex est ratio summa insita in natura, quæ jubet ea, quæ facienda*
9 *sunt, prohibetque contraria*. igitur pro Civiũ libito est, sive sub usuris, sive mutuò alienam recipere posse pecuniam, illamque in universitatis utile vertere: tametsi universitas isthæc, pro pecunia recepta, ipsis obstricta esse supponitur Civibus:

10 Probatur 2. ex falso supposito: siquidem de Marinis ratio est, quatenus Regii Collateralis Consilii decreti desinentia habetur, quod decretum, *ex pragmatica 11. de administratione universitatis*, necessariò reposcitur: verum enimverò ratio isthæc nullius ducitur
11 momenti; quinimò à falsò arguere videtur supposito: supponit etenim, universitatem contraxisse, quod erroneum reputatur: propterea quod Cives solummodò contraxere; tametsi pecunia in universitatis utile conversa
12 fuit. nec supralaudata pragmatica in hujuscemodi facti specie obstare videtur: nam ibi mentionatur de universitatis alienatione, & obligatione, idque genus; vel de universitatis, Civiumque insimul obstrictione; secus de Civibus, ab universitate secretis obligatis.

CAPUT X.

SIve Syndicus, sive universitas, ab aliquo sub usuris pecuniam recipiens: numquid adstricti esse autumantur, si instrumentum deperditum sit, dumtaxat verò apocha bancharia reperta, in qua extat pecuniæ solutio.

SUMMÆ.

Num. 1. thesis prædefinitio.
Num. 2. & 3. ejusdem thesis probatio.

1 FOre obstrictos duco. est nonnullorum apud Thorum *in supplemento, decis. Neapol. verbo, Syndici.*

2 Probatur: apocha namque bancharia isthæc suo in genere fidem parturit suam; ac per consequens haud inefficax ad adstringendum debitorem, ut pluries commonstratum fuit; neu creditoris obligatio est, pecuniam in
3 universitatis utile versam fuisse, comprobare debere; alioqui nemo in orbe reperiretur, qui pecuniam universitati mutuare vellet.

D E-

DECISIO V.

IN causa Universitatis Terræ Tocci cum Abbate de Sancro, in qua dubitatur, an Syndicus ipsius Universitatis, ad causam, seu litem constitutus, possit, seu potuerit accusare de falso testes, productos per dictum Abbatem, & de factò, & mandato. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

IN procuratoris universitatis ditione: numquid sit, falsos adversus universitatem deponentes testes incusare posse; tametsi per universitatẽ, hoc in themate, speciale haud habuerit mandatum.

SUMMÆ.

Num. 1. thesis prædefinitio.

A num. 2. usque ad 15. ejusdem thesis probatio.

A num. 15. usque ad finem, objectio, ejusdemque solutio.

1 PRocuratorem, sive ad unam, sive ad cunctas per universitatem designatum causas, testes in falsi pœnam lapsos incusare posse: tametsi ad hoc speciale minus habuisse mandatum feratur, existimo. est Antonii Capicii, *hic, à nu. 2. usque ad 9.* aliorumque apud eumdem, & Thorum *par. 1. compend. dec. vers. Syndicus universitatis ad causam.*

2 Probatur. rigorosè loquendo in isthac facti specie haud per se in criminalibus sistere per-
3 hibetur causis procurator, cum id sibi inhibitũ sit; *cap. si quando 2. quæst. 6. cap. absente 3. cap. qui accusare 8. cap. absente 11. cap. absens 18. 3. quæst. 9. cap. in criminalibus 2. cum sequenti, quæst. 3. cap. statuit 25. 1. quæst. 9. cap. 1. ut lite non contestata, cap. examinatores de testibus, c. veniens 8. de dolo, & contumacia, cap. super his 16. de accusat.* Higinus, relatus à Cratiano, *in cap. criminationes 2. quæst. 7.* Julius Papa pro Athanasio. *canone 20.* Calixtus, *epistola 7.* Stephanus Papa, *epistola 2. canone 4.* Dionisius Papa epistola 2. Marcellus Papa epistola 2. Damasus epistola 3. Concilium Toletanum 6. *canone 11.* Concilium Chalcedonense, *canone 1.* Vvoramatiense *canone 47.* Hadrianus Papa, *canone 5. §. si quis absentem, canone 20. 35. & 41. l. penultima, §. ad crimen, ff. de publicis judic. l. 1. §. an per alium causæ appellationis, l. miles, §. ea, quæ, ff. ad leg. Juliam, de adulter. l. servum, §. publicè, ff. de procurat. l. 3. Cod. de accusat. l. tunc cõvenit 15. ff. eodem, l. 3. Cod. ubi Senatores, l. ultima, Cod. de injuriis, l. 2. Cod. ad leg. flaviam, l. de fide 16. Cod. ad leg. Corneliam, de falsis.* Paulus, *lib. 5. sentent. tit. 16. §. 11.* Osualdus ad Donellum, *lib. 18. cap. 10.* Vvltejus, *de judiciis, lib. 1. cap. 7. nu. 552. & disput. juris, cap. 11.* Cujacius, *lib. 2. observat. cap. 20. & 21. & lib. 15. responsor.* Papin. *in l. penult. ff. de publicis judiciis, & in l. quamvis, Cod. ad leg. Juliam, de adulter.* Duarenus, *ad tit. de procurat. cap. 6.* Hothomanus, *lib. 13. observat. c. 39.* Vvisembacius, *disput. 49. nu. 6.* Petrus Gregorius, *lib. 49. syntag. cap. 4. n. 3.* Facchineus, *lib. 1. controvers. cap. 24. 25. & 26.* idque genus: etsi ad proponendas absentiæ causas admitti possit, *l. servum 33. ff. de procurator. l. reos, Cod. de accu-*
4 *sat.* Salgado *in praxi, cap. 151.* quandoquidem per accidens civili in causa criminalis incidit
5 articulus: siquidem per litis contestationem, litis, suo in genere, factus esse supponitur dominus, *§. 1. instit. de iis, per quos cogere possumus, l. si procurator 11. §. ult. de doli except. l. ab executore, §. ultimo de appellat. & relat.* Cujacius *in lib. 8. pauli ad edictum lit. A, pag. 690. l. procuratoribus 22. & sequen. Cod. de procuratorib.* Antonius Faber 4. *Cod. tit. 18. de pignoratitia act. def. 5. nu. 2. in alleg. pag. 358.* Donellus *de jure civil. lib. 18. cap. 15. nu. 11. pag. 230.* cum procuratio administratio sit. Cicero *acad. 1.* ibi: *dũ me ambitio, dum honores, dũ causæ, dum Reipublicæ non solum cura, sed etiam procuratio in multis officiis implicatum, & constrictum tenebat, & lib. 3. de legibus*, ibi: *Sed quæro quid reapse sit turpius, quam sine procuratione se-*
6 *nator?* Hothomanus, *verb. iuris, verbo procuratio:* quare tacitè veniam per universitatem obtinuisse ritè præsumendum est: alioqui indefensam linqueret universitatem, quod perab-
7 surdum foret: tutari insontes justitiæ est, sontes verò injustitiæ: propterea quod summum patereretur damnum universitas isthæc, si testes
8 falsi per procuraturem haud respuerentur; indè est, quòd in suo deficeret munere, quo Reipublicæ obesse, cum hoc onus summopere Reipublicæ utile, ac nacessarium esset, alioqui fal-
9 sitati aditus permitteretur, quod nefas est. *l. in fundo, ff. de reivindic. l. cum ii, §. si cum lis, ff. de transact. l. qui sub prætextu, C. de Sacros. Eccles. cap. porrò de divort. clem. 1. & usuris, clem. 1. §. fin. de concess. præbend.* quare testes bini falsi ab
10 Atheniensibus cõbusti, alii in oleum ebulliens
11 immersi fuere, alii de saxo præcipitati, alii
12 divenditati, eorumque facultates publicatæ, idque genus. Strabo *lib. 15.* author est; præser-
13 tim cum universitas privilegiata sit, *l. Respub. 4. Cod. quibus ex causis, l. non solum 6. ff. de in integrum restit. l. Rempubl. Cod. de jure hastæ fiscalis, l. ergo 22. in fine, ff. eodem, l. illud as, ff. de appellat.* Gonsalez. 1. *decretal. tit. 41. de in integrum*

*grum restit.nu.*11.*col.*2.*pag.*911. ac per conse-
14 quens in odiosis minimè intrusa est, nisi de ip-
sa expressè per legislatorem mentionetur.

15 Obstat textus *in l.penult.§.ad crimen,ff.de publicis judiciis, l.per omnes in fine, Cod.de defens.civitatis,l.reos,Cod.de accusat.l.cum servũ, §.publicè, ff.de procurator. pragm. nihil est* 4.*de possessionibus non turbandis,ritu* 269.in quibus secus prædefinitum est.Thorus *tomo* 1.*cōpend. decis.§.procurator etiam cum speciali mandato.*
16 tametsi hodie justa ex causa, utputà,si princi-
palis extra civitatem infirmus commoretur,
tunc per novellam pragmaticam,editam anno
1608.speciali cum mãdato admitti potest pro-
curator. Capycius Latro author est *dec.* 45.*n.*
17 49. verum enimverò nostro in casu supponi-
tur expressum procuratoris mandatum; igitur
&c.

18 Textus namque supralaudatus,pragmatica,
ac M.C.V.ritus alio in casu sunt; ac per con-
sequẽs nostræ obstare haud perhibentur thesi:
19 quandoquidem longè aliena isthæc censenda
sunt, utputà, criminalem agere per se in pri-
mordio causam, & per accidens criminali-
tatis articulum civili in causa subnascens per-
20 tractare: propterea quod supralaudata jura,
pragmatica, & ritus magnæ Curiæ Vicariæ de
primæva facti specie, secus verò de secunda
21 commentantur; quod etiam liquet:siquidem
hìc de universitatis procuratore sermo est, qui
universitatem absentem repræsentat. neu jura
22 isthæc, idque genus,de accusatione, ast de ex-
cusatione eloquuntur, quod est extra facti spe-
ciem.

Pro Prędefinitionis hujusce illustratione.

CAPUT I.

PRocurator:nunquid à certa oppidorum civitatis parte, oppugnante civitate, designari possit.

SUMMÆ.

Num.1,Thesis decisio.
A' num. 2. usque ad finem, ejusdem thesis probationes.

1 COncurrente una oppidorum civitatis parte,binis aliis civium partibus oppugnantibus,haud in ipsius ditione fore, procuratorem creare posse,existimo.est adversus Baldum,Angelum, Annam *singulari* 76.Thorum *parte* 1.*cōpend.dec. Neapol.vers.procurator an constitui possit.*
2 Probatur 1.ut universitatis procurator ritè
designetur necessũ ducitur, ut ab ipsa creetur
3 universitate,velà Syndico, electisve ejusdẽ: verũ
enimverò universitatis nomine una Oppido-
rum Civitatis pars haud comprehendi duci-
4 tur: pars etenim, quà pars, numquam effor-
mare potest totum, ut edocent Philosophi,
quod pluribus ex partibus componitur, (ceu
somniarunt adversarii) ast saltem binæ uni-
5 versitatis partes reposcuntur; igitur,&c. qua-
re juremeritò potius privatorum, quàm uni-
versitatis vocitandus sit procurator.
6 Probatur 2. paritate, ducta à Syndici, Ele-
ctorumque designatione,in qua ex supra com-
monstratis saltem binæ deputatorum,decurio-
numque reposcuntur partes, nisi consuetudo
secus postularet; igitur etiam in universitatis
7 procuratore designando: quandoquidem
utrobique par urgere prædicatur ratio, adeò-
que eadem legis prædefinitio, *l. illud, ff. ad leg. Aquil. l.si postulaverit, §. 2. ff. ad l.jul. de adult. l. quidam nummularios, ff.de edendo, l. nauta, §.fin.ff. nautæ caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, Cod. de sacros. Eccles. §.si igitur,* instit. *quod cum eo.*
8 Probatur 3. ex absurdo: evenire namque
posset, ut procurator iste in causa foret; cur
aliquid universitati præjudicii inferatur, ut-
putà, vel ob institutionem, vel alia ex cau-
sa, quod à recta alienum foret ratione.

CAPUT II.

PRocurator in cunctis,in foro excitis, ventilandis,futurisque; idque genus,passivèque designatus causis: numquid feudales etiamnum defensitare valeat causas.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
Num. 2. ejusdem Thesis probatio.
A num. 3. usque ad finem,objectio,ejusdemque solutio.

1 ETiam feudales tutari posse causas docent Afflictus, *in cap. in generali,nu.* 9.*si de feudi fuerit controversia inter Dominum, & agnatum.* Fabius de Anna, *in repet.cap.*1.*de vassallo descriptæ ætatis,num* 42.*&* 43. commemorans sic fuisse prædefinitum, *tom.* 1. *compend. decis. vers. procurator,constitutus in omnibus causis,motis, & movendis.*
2 Probatur 1. cunctis in causis,excitis, ventilandisve idem æquipollens esse ducitur,perinde ac si differeret quis. quæcumque causa in foro excitatur cujscumque generis sit, sive feudalis, sive non, in qua, sive actor, sive reus sim, defensitabis me, ac per consequens procurator est; igitur, &c.
3 Ne differas 2. cunctis in causis,excitis, sive ventilandis, vel futuris; sive id genus; de reliquis alterius generis, quàm de feudalibus interpretari possit causis, cum feudales diversam sectantur naturam, ac reliquæ aliæ causæ; quare de ipsa expressè reposcenda sit mentio; igitur, &c.
4 Irritum ducitur antecedens: quandoquidẽ
stabilientis, hoc in casu, mens est,quibuscum-

que

que in causis, cujuscumque generis sint, sive feudales, sive non, procuratorem designare velle suum; alioqui quammaximum refunderetur principali incommodum; ut perpendenti liquet: quare juremeritò tacitè feudalibus in causis etiamnum designatus ille autumatur procurator.

CAPUT III.

PRocurator, per universitatis Syndicum, Electosve designatus: numquid ejus extinctum extemplò perhibeatur munus, finito Syndici, Electorumque officio.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis decisio.
A' num. 2. usque ad 3. ejusdem probatio.
A' num. 3. usque ad finem objectio, ejusdemque solutio.

1 HAud esse extinctum hujusmodi procuratoris munus existimat Reg. de Marinis *super rubrica, de procuratoribus*.

2 Probatur: adusque per Syndicum, & Electos successores, procuratoriū, sive expressè, sive tacitè, revocatū non sit; tunc ex præsumpta ipsorum mente in robore persistit suo: quandoquidem si adimere voluissent procuratorem, profectò revocassent; igitur evidens symbolū est, quod cum prisci Syndici, Electorumque voluntate se uniformare voluissent.

3 Nec obstat *textus in Clementina finali de procuratoribus*; ubi per Pontificem prædefinitum fuit, Prælati procuratorium ob ejusdem præfecti extinctionem perimi, tametsi lis contestata sit; igitur à pari hoc in casu: siquidem
4 utrobique par urget ratio; igitur eadem legis dispositio, *dicta l. illud, l. si postulaverit*, §. 2. *ff. ad leg. juliam, de adult. l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. nauta*, §. *fin. ff. nautæ caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, Cod. de sacros. Eccles*. §. *si igitur*. Instit. *quod cum eo*. propterea quod quemadmodum enim extincti Prælati jurisdictio in capitulum remansit, *cap. ex noscitur, de iis, quæ fiunt à Prælatis, & cap. requis. de testam*. Cironius, *in parat. in 5. lib. decretal. de concess. tit*. 8. & idem, *tit*. 9. *ne sede vacante aliquid innovetur, pag*. 192. *cap. sicubi* 12. *quæst*. 5. *& cap. ult*. sic etiamnum Syndici, Electorum, priscorumque jurisdictio in posteros transilire fertur successores.

5 Est longè namque disparitas de primæva, ac de secunda facti specie; disparitatis ratio est: siquidem in Cathedrali Capitulo, extincto Episcopo, haud arguitur velle, ut procurator, ab Episcopo demortuo designatus, suo in munere restet; nec persuncti Episcopi jura tutari possit, cum defuncto extincta sint; & per consequens personam extinctam repræsentant,
6 quæ nostro in themate non verificantur, cum personalia jura, extincta persona, extinguantur. Gellius, *lib*. 10. *cap*. 2. Balduin. *instit. lib*. 1. *de jure naturali, gentium, & civili. argum. legis* 4. *in fine, ff. de actionibus empti, l. finali, ff. de collat. bonor. l. nullam*, §. *si absentis, ff. de petit. hæreditatis, l. Pomponius*, §. *finali, ff. de acquirenda possess*. §. *ideo*, instit. *de servit. rustic. prædior. princ. instit. de usufructu*. quandoquidem, & eadem numero restare supponitur universitas, idemque in Syndico, Electisve, de novo creatis, velle, ac extabant in præteritis, adusque per successores revocetur.

CAPUT IV.

PRocurator ad singulas, cunctasve designatus causas: numquid ad futuras etiam stabilitus esse ducendus sit.

SUMMÆ.

Num. Thesis decisio.
A' num. 2. usque ad 5. ejusdem probatio.
A' num. 5. usque ad finem, objectio, & solutio.

1 EtiamnumEtiamnum ad futuras esse creatum causas reor. est Thesauri, *decis*. 59. edocentis sic per Senatum Pedemontanum sancitum fuisse in novissima *decis*. 413. Verall. *decis*. 393. *parte* 2. *verbo, procurator*, aliorumque adversus Bartolum, *in l. damni*, §. *si his, qui vicinas, num*. 2. *ff. de damno infecto*, aliosve.

2 Probatur: Tò namque *ad cunctas causas* de sui conceptu ex stabilientis mente est, & præsentes, & futuras comprehendere velle cau-
3 sas: quare procuratorium creantis mens est, ut qualibet in causa, sive actuali, sive futura,
4 sua tutatur jura; quod etiam patet *ex textu in l. finali in fine, Cod. quæ res pignori obligari possit*. supralaudatus Thesaurus Author est; igitur, &c.

5 Ne dicas: ly *ad cunctas causas* de sui conceptu præsentes dumtaxat amplectitur causas; igitur ad futuras inanis fit extentio.

6 Gratis assumitur, secus verò probatur ab adversariis antecedens: quandoquidem in hujuscemodi facti specie, procuratorium designatis mentem esse interpretandam duco,
7 quæ & ad præsentes, & ad futuras extare autumatur: quandoquidem unumquemque tutari jura velle sua quomodolibet præsumendum est, cum hic sit procuratorii finis, *l*. 1. *in principio, l*. 3. *l. filii*, 8. *l. si quis* 41. §. *unius, l. qui proprio* 47. *in principio, l. Paulus* 69. *ff. de procurat. l. rectè* 39. *ff. de judiciis*. Treutlerus, *lib*. 2. *select. thes. disput*. 9. ubi Bachovius. Vultejus, *de judiciis*. Duarenus, *ad tit. de procurat. cap*. 2. *argum. legis, si diligenti* 4. §. *ultimo, ff. mandati, l. licet* 42. §. *is, qui, ff. de procurat*. Symmachus, *lib*. 10. *epistola* 32. *l. minorem* 51. *l. is, cujus* 64. *l. Titius, ff. de procurat. l. liberto* 31. §. *item*,

E *ff. de*

ff. de negotiis gestis, *l. Tutori*, *Cod. eodem tit. l. nam postea 9. §. 6. si jusjurandum 34. §. procurator*, idque genus.

CAPUT V.

PRocurator, per universitatem designatus: numquid in singulorum causis idoneus esse ducendus sit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad finem ejusdem probatio.

1 CEnsendum esse idoneum dubioprocul reor. est nonnullorum apud Cācerium, *parte 2. cap. 14. de procur. num. 2.*

2 Probatur: Procurator, sic per universitatē designatus, haud singulorum, ast universitatis
3 esse differitur: quare singulos, ut singulos non repræsentat universitas; igitur causæ hujusce-
4 modi universitatis, secus singulorum sunt. nec quod universitati debetur, singulis, uti singulis refundendum erit. Hothomanus, *consil. 107. num. 5. pag. 511.*

DECISIO VI.

IN Causa mota per Reverendum Abbatem, seu Commendatarium Sanctæ Mariæ de Avantio, contra Magnificum Mociam de Mocia super fructibus annorum præteritorum, ex dicta Abbatia perceptorum, ac bonis exindè emptis per patrem dicti Mociæ. cum pro parte ipsius conventi sit ad impediendum litis ingressum opposita exceptio defectus tituli. videndum est quid juris. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

PRælatus in prælaturæ possessione, sive de recenti, sive per longevam tempestatem exstans: numquid, & prælaturæ titulum, & actualem prælaturæ legitimam possessionem commonstrare adstringendus sit, si contra debitores pro fructibus, ex præfata prælatura jam perceptis, agere voluerit; si ipsi excipient veram haud fore prælaturam.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad 22. ejusdem Thesis probationes.
A' num. 22. usque ad finem, & objectio, & responsio.

1 SIve per longevam tempestatem, sive de recenti possidet Prælatus, tunc neç prælaturæ titulum, nec actualem ejusdem legitimam possessionem (dummodò ejus possessioni clarè non liqueat esse violentam) commonstrare adstringendum esse existimo. est adversus Capicium, *hìc, à num. 1. usque ad 10.* Rotam, *decis. 331. & decis. 264.* Riccium *in collectanea decis. 61. & 889.* Boerium, *decis. 124. num. 14.* Mascardum, *de probationibus, conclus. 1. num. 6. & 8. & conclus. 304. num. 4. & conclus. 623. num. 5.* sibi contradicentem, *conclus. 728. num. 4.* Thorum, *tomo 1. Compend. decis. Neapol. §. Titulus, an ostendi debeat per actorem, instante reo*, aliosque, concedentes in prisca, secus verò in recenti possessione.

2 Probatur 1. *ex textu in l. 2. C. qui accusare non possunt*, *l. si multi*, *ff. de publ. l. tres tutores*, *ff. de administratione tutorum*, in quibus prædefinitum fuit, quòd pro Prælatis, legitimisque administratoribus præsumendum sit adusque secus per adversarios commonstratur: author est Mascardus, *de probationibus*,
3 *conclus. 728. num. 4.* igitur quousque per debitores hoc in casu, secus commonstratum fuit, verus, legitimusve erit arguendus Præla-
4 tus, ac per consequens, nec titulum, nec possessionem comprobare adstringendus est.
5 Probatur 2. eadem prorsus de prisco urgere
6 prædicatur ratio, ac de recenti possessore; igitur eadem juris prædefinitio, *l. illud*, *ff. ad leg. Aquil. l. si postulaverit*, *§. 2. ff. ad leg. Jul. de adulter. l. quidam nummularios*, *ff. de edendo*, *l. nauta*, *§. fin. ff. nautæ caup. l. à Titio. ff. de furtis*, *l. illud*, *C. de Sacros. Eccles. §. si igitur*, instit. *quod cū eo*, de pristino porrò nulla habetur hæsitatio, utpotè fatentur adversarii, argumento textus, *in l. 3. ff. ad Macedonianum*, *l. barbarius*, *ff. de officio Prætoris*, *l. 1. ff. uti poss.* Donell. *de jur. civil. lib. 9. cap. 9. n. 50 pag. 426.* Cod. Theodos. 11. *tit. 39. de fide testium, & instrum. in comment. ad leg. 1. col. 1. pag. 319. l. 2. ff. uti possidetis*, *l. 1. §. ult. & l. 3. in princ. eod. tit.* Petrus Faber *ad tit. de diver. reg. Juris, ad leg. act. furti 154. pag. 503.* igitur etiamnum de recenti possessore fatendum est.
7 Probatur major: quemadmodum enim antiquus possessor, & titulum, & possessionem suo in genere arguit, ac per consequens adversarii
8 rationes dirimit, sic etiam in recenti fatendum
9 erit possessore; propterea quod suo etiamnum

10 in

10 in genere possidere differitur; cùm in utrisq; facti speciebus eadem suo in genere urgeat ratio, ceu perpendenti liquet; etsi regulariter loquẽdo possessionis suæ causam, seu titulũ edere nequeat; immò interrogatus, cur possideat? sat est respondere; possideo, quia possideo, *l. in speciali 63. ff. de rei vindicatione, l. ult. C. eod. tit. l. extat alias decretum, ff. de jure Fisci, l. cogi* 11. *C. de petitione hæreditatis, l. 2. C. de probationib.*

11 Probatur 3. ly *priscus*, vel tò *recens possessor*
12 merè materialiter se habet: siquidem sat est, si actu possideat, legitimamq; apparenter adep-
13 tus fuerit possessionem; ex quo illegitimus
14 haud arguẽdus sit titulus, inde fit quod melior sit possidentis conditio, *l. si debitor. ff. de pignor. l. is, qui destinavit, ff. de rei vindicat. l. fin. C. eod. tit. l. qui accusare, C. de edendo, §. retinendæ, ver. cõmodum, instit. de interdict. c. possessore. de reg. juris, lib.* 6. igitur juremeritò in istiusmodi facti specie pro Prælato exstare supponitur possessio, adusque per adversarios secus probatur.

15 Probatur 4. reposcendum ab adversariis: tò *recens possessor* vel veram, vel fictam involuit possessionem; si veram, tunc nullus quæ-
16 stionis status est: si secundum; igitur id potius per adversarium comprobandum, quàm præsumendum esse ducitur, cum quid facti sit, *l. in bello, § facta, ff. de captivis, & postlim. reversf. l. si emancipati 9. Cod. de collat. l. 1. Cod. de probat. l. quæcumque, §. finali, ff. de publicanis, l. assecuratio, Cod. de non num. pecunia, cap. cum Joannes, §. verum, de fide instrum. cap. licet de constit.*
17 *in* 6. quandoquidem melioris conditionis præsumitur recentis tituli actualis possessio, quàm
18 adversariorũ exceptio, quæ potius calumnia,
19 quàm exceptio ducenda est: quare jure meritò pro recenti possessore exstare supponitur pos-
20 sessio: propterea quod possessionis recentis vitium quid facti est, ac per consequens proba-
21 tione indiget, juxta illud, quæ facti exstare differuntur, probatione indigent, *dicta l. in bello, § facta, ff de captivis, & postlim. reversf. l. si emãcipati 9. C. de collat. l. 1. C. de probat. l. quæcunq; §. fin. ff. de public. l. assecuratio, C. de non num. pecun. cap. cum Joannes, §. verũ de fidei instrum. cap. licet de constit. in* 6. quod non nisi per adversarios faciendum est.

22 Neque dicas: longè disparitas de primæva, ac de secunda facti specie exstare videatur: si-
23 quidem longæva possessio verum, secus verò recentem arguit titulum; igitur nil mirũ, si de secundo, secus verò de primo hæsitatio habeatur casu.

24 Irritum est antecedens: quandoquidem tò *lõgæva*, vel ly *recens possessio* hìc merè materialiter ex supra commonstratis se habet: siquidẽ
25 ly *prisca*, tò *recens possessio* de ipsorum conceptu possessionem involuit.

26 Numquid autem vera necnè sit recens possessio, excipientis munus esse debere par est; cum ad ipsum spectet se defendere, ac excipe-
27 re: omnis etenim exceptio defensio est, *l. sed etsi 52. ff. de judic. l. defensiones, Cod. de except. l. emptore, Cod. de evict. l. sed si debitor* 16. *de doli except. l. ex diverso* 17. *§. 1. ff. soluto matrim. l. finali, §. cum mihi, ff. de verbor. obligat.* Donellus *lib. 22. cap.* 1. inde fit, quod verbum, *defensio*, simpliciter prolatum, pro exceptione sumitur, *l. siquidem, l. defensionis, l. cum nondum, Cod. de exception. l. 1. Cod. de r. v. l. diffamari, Cod. de ingen. manumiss. l. 2. ff. de juris, & facti ignor. l. sed etsi 52. ff. de judic. l. dolia 76. §. 1. de contra. emptione, l. is, qui 5. l. nemo 8. ff. de except. cap. cum inter, cap. dilecti 8. cap. significaverunt* 11. *de except.* & si vera exceptio est illa, quæ evacuat, seu injustam reddit actionem, sive quòad rem, sive quòad modum, *l. 2. ff. de exception. l. si filius la 2. §. ultimo, ff. de interrogat.* Paulus *in l. verbũ 8. ff. de verbor. signific. l. minor 39. §. finali, ff. de jure jurando*: propterea quod pro veri tituli tutamine sat ducitur, si recens possessor violenter haud possideat.

Pro Decisionis hujusce illustratione.

CAPUT I.

Prælatus in beneficio diù subditum tolerans: numquid illum adstringere queat, ut suum comprobet titulum.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
Num. 2. & 3. ejusdem Thesis probatio.

1 Cogere posse, ut titulum commonstret suum, reor. est adversus nonnullos authores apud Mascardum *de probationib. conclus.* 1377. *n.* 127.

2 Probatur: est longè namque disparitatis ratio, de superiore, subditum adstringente suum, ut titulum commonstret, ac de inferiori respe-
3 ctu superioris: in subdito namque, superioris respectu, subjectio habetur, ac per consequens jubere potest Prælatus, ut quilibet sua in Diœcesi beneficia possidens, cujuscumque conditionis, longæve tempestatis sit, titulum, possessionemque comprobet suam; idque non nisi ob ipsius finem, secus verò inferioris, respectu superioris.

CAPUT II.

Quæ per pseudomagistratum, utputà, per barbarium Prætorem, Magistratus nomine, gesta fuere: numquid firma, rataque esse debeant, si deinde servus esse reperiatur; an vero quasi à non Prætore gesta pro nihilo habenda sint. ad commentationem textus *in l. barbarius 3. ff. de officio Prætoris.*

SUMMÆ.

A num. 1. usque ad 6. thesis prædefinitio.
A num. 6. usque ad 19. ejusdem thesis probationes.

Num. 19. germanus thesis sensus.
A num. 20. usque ad 71. objectiones, & solutiones.
A num. 71. usque ad 75. secundæ thesis prædefinitio.
A num. 75. usque ad finem, objectio, & solutio.

1 TAmetsi rata, firmaque habenda esse acta hujuscemodi edocet Ulpianus in *dicta l. barbarius*; ibi: *Et verum puto nihil eorum reprobari*; quod Ulpiani placitum communiter fatentur Cujacius *observat. lib. 18. cap. 33.* Franciscus Hothomanus *quæst. illustr. 17.* Antonius Faber *in juris prudentia tit. 1. de justitia, & jure, principio 1. confut. 2. & in rationali de officio Prætorum, in l. barbarius Philippus 3.* Antonius Goveanus 1. *var. c. 6.* Franciscus Duarenus *de officio Prætoris*; Dionysius Gothofredus *in laudat. l. barbarius, lit. S.* Henricus Hahnius *observat. ad Vvesembecium in d. officio Prætor. vers. omnis autem Prætoris*
2 *potestas*; Pichardus, Oroz, aliique: verumtamen, mea sententia, pace tantorum authorum haud simpliciter, ast aliqua cum distinctione esse commentandum hunc textum existimo.

3 Vel acta, quæ per pseudomagistratum, Prætoremque, idque genus gesta de ipsorum natura amplius revocari impossibile autumantur, utpotè extant definitivæ sententiæ, confessiones auditæ; idque genus. tunc istiusmodi firma esse ducenda reor: quare Ulpiani respon-
4 sum hoc in sensu interprætandum est; secus si sint isthæc, quæ de ipsorum natura haud difficulter adimi queunt, tunc infirma esse hujuscemodi acta per pseudomagistratum gesta du-
5 bioprocul sunt; quare Ulpiani responsum hoc in sensu minus commentandum est.

6 Prima thesis pars sic communiter probari assolet. primo, *ex l. barbarius Philippus*; ibi: *& verum puto nihil eorum reprobari, hoc enim humanius est, &c. l. 2. Cod. de sententiis, & interlocutionibus, l. 1. Cod. de testamentis, l. si quis patrem 3. ff. ad Marcellum, §. sed cum aliquis* instit. *de testamentis. author est* Amaya, 10. *Cod. si servus, aut libertus, num. 9. tit. 32. l. debitor 59. ff. ad Senatus Consultum Trebellianum, l. 3. in principio, ff. ad Senatus Consultum Macedonianum*. Antonius Faber Author est *in laudata confutatione* 1. igitur, &c.

7 Probatur 2. Decreta isthæc non nisi propter publicam utilitatem, ac commune Civium
8 bonum asservanda sunt: propterea quod Cives istiusmodi bona fide apud eum egisse supponuntur, ac per consequens, qui Populi Romani fidem, gestumque consectati fuere, eos deci-
9 pi inhumanum erat: dolus namque nemini patrocinari debet, *l. nec ex dolo, ff. de dolo, l. 3. ff. de transact. l. is, qui dolo, ff. de rei vindicat. l. pen. in fine, ff. de jure dotium. l. si ex dolo, ff. de re judicata, l. etiam, §. 1. ff. soluto matr. cap. audivimus, de collus. deteg.* Hothomanus, *observat. lib. 4. cap. 4. litera B. col. 2. pag. 108. l. ex contractib. ff. de obligat. & act. l. item, ff. de dolo.* Donellus, *de Jure Civili, lib. 15. num. 20. pag. 528.* siquidem dolus, deceptio quælibet, calliditas, fallacia, ac machinatio ad circumveniendum, fallendum, & decipiendum alterum adhibitæ, *l. 1. ff. de dolo*, mortalibus ob-
10 noxiæ censendæ sunt: quandoquidem prisca inspecta tempestate Romanus Populus Præto-
11 res in comitiis creabāt suos; utpotè barbarius Philippus, qui servus erat designatus, fuisse Prætor perhibetur; & Lucius Equitius, qui cū servus esset, plebis Tribunus contra leges designatus fuit, mentitus, se esse filium Titii Gracchii. describit Valerius Maximus, *lib. 9. cap. 7. & 16.* idque genus. inspicito Hothomanum, *quæst. illustr. quæst. 27.*

12 Probatur 3. Humanum namque, benignumque ducitur, ita interprætari actum, ut potius firmetur, quàm infirmetur, *l. 18. ff. de legibus*:
13 verum enimverò id humanarum principiis actionum convenit: quandoquidem homines in hujuscemodi finem operari differuntur; ut quicquid per eos actum sit effectum gignat suum; igitur, &c.

14 Probatur 4. In Populi Romani ditione defactò exstare supponebatur, si haud ignorasset, barbarium Philippum fuisse servum; profectò illi libertatem dare potuisset, *argumento Codicis, pro quibus caus. servus pro libert. pro em. lib. accip.* & ex nostro textu hìc; ibi: *cum Populus Romanus etiam servo quivisset decernere esse potestatem, sed etsi haud ignorasset servum*
15 *esse libertum, effecisset*; igitur etiam firma illa facere quivisset Romanus Populus, quæ barbarius Philippus effecit: quod à fortiori per Cæsaream Majestatem. utpotè edocet Ulpianus, hìc, in textu in fine; ibi: *quod jus in Imperatorem multò magis supponendum est*; igitur, &c.

16 Probatur 5. Ex Cicerone *Philippica* 1. ibi: *primum igitur acta Cæsaris servanda censeo nō quo probem: quis enim id quidem potest; sed quia rationem habendam pacis, & ocii.* Author est Hothomanus, hìc *in dicta l. barbarius*. idem 16. *ad Atticum*; igitur, &c.

17 Probatur 6. Per gestum per publicum Cor. Scipionem Africanum, qui cum ædilitatem peteret, tribuni autem plebis obsistebant, negantes, rationem ejus habendam esse, quippè
18 qui nondum ad rogitandum legitima ætas ei erat; *si me* (inquit) *omnes Quirites ædilem facere volunt, satis ætatem annorum habeo.* Livius Author est, *lib. 35.* igitur sic etiamnum Romanus quivit Populus Senatus consulta istiusmodi per Barbarium Prætorem gesta roborare.

19 Ex quo liquidò constat, conclusionem hanc haud commentandam fore, qui istiusmodi Prætoris munus sibi ipsi assumpsisse traditur: siquidem in hoc secus erit differendū, cum prædefinitum sit *in l. non idcircò, §. 1. ff. de judiciis, l. 1. Cod. ne de statu defuncti, l. si constet, de appellat.*

20 Ne dicas 1. Nil profectò tam rationi disso-
num,

num, adversumque autumatur, quàm error, *l. quod non ratione* 39. *ff. de legibus*: siquidem
21 error est animi vitium, quo aliud pro alio quis putat, aut falsum pro vero: hinc apud Virgilium

Aut aliquis latet error; equo ne credite theucri.

22 Quare juremeritò Scipio Affricanus turpe esse prædicabat, in re militari differere non putaram. Valerius Maximus, *lib. 7. cap. 2.* author est quod quammaximè alienũ est à justitia: siquidẽ si justitia est constans, perennisve vocitatur voluntas, jus suum cuique tribuẽdi, *l. justitia, ff. de*
23 *justitia, & jure*; cõsequens fit, ut haud obscurè liquet, errantis nullum esse velle, nullumque assensum, *l. si per errorem* 5. *ff. de jurisdict.* igitur cuncta isthæc, per Barbarium Philippum pseudoprætorem gesta, uti infirma habenda sunt.

24 Irrita ducitur illatio isthæc: siquidem tametsi irrita erant gesta per pseudoprætorem Barbarium; verumtamen per Romanum Populum roborata fuere.

25 Ne dicas 2. Communem errorem jus facere, perabsurdum est: siquidem in specie dictæ legis Barbarius, per pseudoprætorem Barbarium gesta, non nisi ratione publicæ utilitatis firma
26 censenda sunt; neque in specie *legis* 3. §. *ultim. ff. de supple. legi*, sed testatoris voluntas, collecta ex ipsius eloquendi consuetudine, tametsi erronea sit; igitur, &c.

27 Transmisso antecedenti, nulla ducitur ipsius illatio: siquidem hìc per pseudoprætorem Barbarium gesta, non nisi utilitatis studio, per Ro-
28 manum roborata ducitur populum: quare dicterium illud, *communis error legem gignit*, sub hoc intellectu commentandum est; quatenus in Populi Romani ditione erat roborare posse illa, quæ communiter, ut firma habebantur, tametsi infirma exstabant.

29 Ne dicas 3. quæ de Cæsareo sunt jure, horum incapacem esse servum explorati juris esse: siquidem pro nihilo autumatur, *l. quod attinet*
30 32. *ff. de regulis juris*: quare optimo jure quadrupedibus assimilari servum par est, *l. 2.*
31 *ff. ad leg. aquil.* atqueadeò Cicero *philippica* 10. edocet, quòd omnis servitus misera sit, & *Philipp.* 11. ibi: *nihil est fœdius servitute*; *ad decus, & libertatem nati sumus*; igitur Barbarius iste Prætoria fungi nequivit dignitate.

32 Argumentum hoc nil nostræ obsistit thesi: siquidem hic verus non fuit Prætor, imò pseudoprætor; tametsi prætoria fungi potuisse ditione respondet Faber, *in rationali, in ff. de officio Prætoris, in dicta l. 3, Barbarius Phi-*
33 *lippus*; quatenus fungi Prætura facti est; Præ-
34 toris verò munus juris ducitur: eorum porrò, quæ facti sunt, capaces autumantur servi, *l. qui hæredi* 44. *ff. de condit. & demonstrat.* verum de hoc, quo pacto res se habeat, infra luculenter dissertabitur.

35 Ne dicas 4. Quicquid per Prætorem prædefinitur, vim habere ducitur suam, non nisi Magistratus jurisdictione, ditioneque, §. *Præ-*
36 *torum de jure naturali*: verum enimverò nullo irradiatus fuit honore Barbarius; nam non fuisse supponitur Prætorem; igitur quicquid gestum per illum fuit, ceù infirmum habendum erit.

37 Hoc argumentum totum verum ducitur; ast nostræ haud obstat thesi: propteraquod quicquid per pseudoprætorem Barbarium infirmiter gestum fuit, id roborari per Romanum Populum potest; idque non nisi publicam ob
38 utilitatem: quandoquidem cuncti utilitatem expetimus, ad eamque rapimur, neu aliter pe-
39 ragere possimus: nam quis est, qui utilia fugiat? aut quis potius, qui ea non studiosissimè
40 persequatur? Cicero 3. *de offic.* & ibidem: *cum aliqua species utilitatis objecta sit, nos commoveri necesse est.*

41 Ne dicas 5. Haud magis Imperatoris, quàm Populi, vel alterius errantis, nullũ ducitur velle, *l. si per errorem* 15. *ff. de jurisdictione*; igitur, &c.

42 Inanis eruitur illatio isthæc: siquidem neu Imperatoris, neu Populi ulla fuit voluntas; ast excitus populus, non nisi publicam ob utilitatem.

43 Hinc explodendum Henricum Hahnium, supralaudatum esse reor, edocentem, quòd tametsi barbarii persona incapax erat: verumtamen in ipso substantiale habebatur, scilicet publica, sollemnisve electio, quæ hoc in casu inspicienda est, præsertim in Præturæ electione;
44 nec in electionis assensu populus curasse pro-
45 ditur: quare actus hujuscemodi etiam volun-
46 tarii fuere; & tametsi ratione personæ incapax esse ducitur servus: verumtamen non est talis propter factam electionem, & subsequutã administrationem, ac per consequens titulum habere legitimum, scilicet electum esse suppo-
47 nitur: quandoquidem cuncta isthæc, quæ tradit Hahanius merè materialiter in hujuscemo-
48 di facti specie se habere autumantur: siquidẽ pseudoprætorem barbarium Philippum fuisse supponitur; ac per consequens sollemnia hujusmodi formaliter involuntaria, voluntaria
49 verò materialiter erant; cum errantis nullum sit velle, nullaque solennitas, *l. quod non ratione* 39. *ff. de leg.* quod tamen est alienum à justitia: siquidem si justitia sit constãs, & perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi, *l. justitia* 10. *ff. de justitia, & jure*, constat, errantis nullam esse voluntatem, nullumque consensum, *l. si per errorem* 5. *ff. de jurisdict.* idque genus. Antonius Faber, *Instit. de justit. & jure, princip.* 1. *confut.* 1. *pag.* 3.

50 Ne dicas 6. infirmum ducitur judicium illud, quòd quis sive per se, sive per procuratorem instituit suum, si deinde servus esse repe-
51 riatur, *l. 44. ff. de judiciis*; quemadmodum nulla libertas competit illi, si manumittens servus pronunciatus sit, *l. lis nulla. ff. qui, & à qui-*
52 *bus manum.* siquidem Peregrinus manumittens, nec Civem Romanum, neu Latinum fa-
53 cit: quandoquidem juxta legem juniam, quæ latinorum genus induxisse memoriæ proditum est,

est, minus spectat ad peregrinos, ast peregrinũ
54 facessit: sic Plinius ad Trajanum; ibi : *Manu-*
55 *missus à Peregrino , peregrinæ conditionis est* ;
nec etiamnum firmum ducendum sit testamẽ-
tum illud, quod is, qui deinde servus repertus
sit,obsignasse supponitur, *l.* 1. *Cod.de testamen-*
tis .
56 Dato antecedenti, infirma ducitur ejus illa-
tio: quãdoquidem per barbarium pseudopræ-
torem gesta,non nisi ex Populi Romani velle
57 rata fuisse respondit Ulpianus hìc : quare est
longè disparitas inter isthæc,quæ quis proprio
authoramento suo, utpotè liber facere fertur ;
58 utputà, vel si manumiserit, vel si testamenta-
rias obsignaverit tabulas,vel si litigaverit,quæ
rata minimè sunt, si deindè in servitutem re-
59 digatur; secus verò, si principali, vel Princi-
pis authoritate munus aliquod publicum , ut-
putà Prætoris, gesserit: siquidem cuncta illa sic
per Imperatorem rata esse prædicantur.consu-
le supralaudatum Cujacium .
60 Ne dicas 7.quicquid ad civile jus pertinet ,
servo convenire impossibile ducitur:quare ju-
61 remeritò nec ei deberi quicquam possit, ne-
que debere, nec convenire, nec conveniri,ne-
que procuratorem constituere,neque tutorem
esse , neque postulare , neu testari , neu ju-
dicare, nec ullum civile munus obire , *l.in his*
officiis 175. *l.ultima, ff. de regulis juris, l.cum*
Prætor 12.*ff.de judiciis,* ceu arguit supralauda-
62 tus Goveanus in *l.7.ff.de falsis*:quandoquidem
servorum status,arreptis mendacio dignitati-
bus,non immutatur, *l.non mutant* 15.*l.non id-*
circo 38.*Cod.de liberali causa, l.assumptio* 1.*ff.*
63 *ad municipalem*: propterequod honores, di-
gnitatesque haud mendacio,fraudeque , ast le-
gitimis capiuntur modis, *l. herennius* 10. *ff.de*
decurionibus. Hothomanus supralaudatus au-
thor est .
64 Dato antecedenti,nulla est ejus illatio:siqui-
dem responsio ex supradictis liquet.
65 Ne dicas 8.barbario Philippo tacitè data
per Populum Romanum libertas esse duci-
66 tur:siquidem uti arguit Hothomanus hìc lite-
ra , C, ubi conceditur aliquid, toties,& sine
quibus illud esse nequit, permissa intelligun-
tur, *l.2.ff.de jurisdictione*: quandoquidem, dato
67 homine, necessum est, ut materia , & forma
68 permittantur : quare jureméritò servus haud
ignoranter,à domino liberis testamẽto suis da-
tus, & libertatem, & tutelam obtinet, *l.quæro*
32.*ff.de testamentaria tutela*; igitur &c.
69 Irritum est antecedens : siquidem Populus
Romanus non potuit Philippo barbario Magi-
stratum mandare : propterequod si servum
haud sciebat,consequens fit,ut nulla sit volun-
tas, *l.si per errorem* 105.*ff.de jurisdictione*:exẽ-
70 plo extat de domino , qui Sticum , quem
servum esse ignorabat , tutorem liquit suis,ni-
hilque legasse intelligitur; Sticus enim nec tu-
tor, nec liber est, *l.si quis* 22. *ff. de testamenta-*
ria tutela, l.generaliter 24.§.*si quis, ff. de fidei-*
commissaria libertate .

71 Vel acta, quæ per pseudomagistratum,Præ-
toremque, idque genus , gesta fuisse perhiben-
tur, de ipsorum natura revocari queunt , pro-
cul à populi concessione,uti exstant beneficio-
rum collationes,idque genus, tunc,hoc in thẽ-
mate, ritè adimi posse haud dubiè existimo :
72 quandoquidem in primæva facti specie quam-
maxima gigneretur orbis perturbatio , quæ
nonnumquam adeò mortales vexat , ut illos
73 ad exstinctionem perducat:exemplo exstat de
illo,qui,audita herculis fama,in specum quem-
dam se abdidisse fertur.Erasmus *in adagiis* , se-
74 cus in secundo casu,ut speculanti liquet;quod
prudentis Judicis judicio linquendum esse au-
tumo, noscentis ubinam orbis perturbatio su-
boriretur,ubi verò non .
75 Ne dicas: est vulgare elogium illud: ubi lex
haud distinguit , nec nobis disjicere fas est :
l.non distinguemus, ff.de recept.arbitr. l.Præses,
ff. de offic. Præsidis, l. 2. §. *convenire, ff. de ju-*
dic. l. quos prohibet, ff. de postulando, l. 1. §.*ge-*
neraliter, ff. de legat. præst. l. quamvis , ff. de
in jus vocando, l. si servum, §. *non dixit , ff. de*
acquirend. hæred. l. 1. §. *quod autem , ff. de*
elector. l. unica, C. qui pro sua Jurisd. l. illam,
C. de collationibus , cap. Romanus 9. *dist. cap.*
consuluit 2. *quæst.* 5. *cap. solutæ de major. &*
obed. cap. quia circa 22. *de privileg. Clem.ult.*
76 *de rescript.* verum enimverò in laudata *l.Bar-*
barius nulla exstare videtur distinctio ; ibi: *&*
verum puto nihil eorum reprobari,quæ de ipso-
rum conceptu cuncta amplecti videntur ; igi-
tur, &c.
77 Distinguenda est major: si nulla distinguen-
da ratio urgeat, vera ducitur major ; sin secus,
78 falsa . distinguenda est etiam minor ; cun-
cta rata facit Ulpianus hìc, de illis eloquendo,
quæ procul à populi confusione , incommodo-
que adimi impossibile ducuntur, vera est mi-
79 nor; de illis verò, quæ haud difficulter revo-
cari possunt , utpotè est beneficiorum colla-
tio , idque genus , quæ procul à populi confu-
sione adimi par est,erronea est minor,una cum
80 ejus illatione : propterequod in hujuscemo-
di facti specie, legis *barbarius* mentem com-
mentari nos hìc necessitat : siquidem edocet
Ulpianus hìc,per quæ verba ostentatur , ne in
populo confusiones , perturbationes , incom-
modaque gignantur,ac per consequens nil mi-
rum, si quicquid per pseudoprætorem Barba-
rium infirmum fuerit,id ratum per Romanum
Populum fuit ; secus verò ubi perturbationes
minùs dimanant ; nam tunc, ex unanimi Ro-
mani populi assensu, secus erit stabiliendum.

CAPUT III.

QUo pacto conciliandus est textus *in l. barbarius* 3.*ff.de officio Prætoris*,cum textu *in l. cum Prætor, ff. de judiciis*;& quomodo verba textus in laudata *l. barbarius* haud faciliora commentanda sint.

SUM-

SUMMÆ.

Num. 1. verba *l. cum Prætor* 12. *ff. de judiciis*.

A' num. 2. usque ad 9. conciliatur *dicta lex cum Prætor cum lege Barbarius Philippus*.

Num. 9. cætera verba *legis cum Prætor* 12. *ff. de judiciis*.

Num. 10. horum verborum commentatio.

Num. 11. secunda Thesis pars.

A' num. 12. usque ad 23. ejusdem Thesis commentatio, decisioque.

Num 23. Authoris sententia.

A' num. 24. usque ad 28. objectio, & solutio.

Num. 28. sequuntur ejusdem legis verba.

A' num. 29. usque ad finem, horum legis verborum interpretatio.

1 QUoad primævam thesis partem hujuscemodi exstant verba *legis cum Prætor* 12. *ff. de judiciis*; ibi: *quidam enim lege impediũtur, ne judices sint: quidam moribus: quidam natura. Natura, ut surdus, mutus, & perpetuò furiosus; & impubes, quia judicio carent. Lege impeditur, qui Senatu motus est. Moribus fæminæ, & servi: non quia non habeant judicium, sed quia receptum est, ut Civilibus fungatur officiis*. Hæc Paulus.

2 Conciliatur namque lex isthæc, cum supralaudata *l. barbarius*, quatenus, & si populi moribus receptum non sit (qui haud minus quàm lex asservandi sunt, *l. de quibus, ff. de legibus*) nec Senatus Consulto, nec in Romani

3 Populi ditione sit, prædefinire posse, ut servus Prætor sit, nisi per legem aliquam specialiter

4 id diffiniatur: verumtamen absque hujuscemodi petitione, servum per Populum Prætorem

5 rem creari posse fas est; cujus status haud ignoratur: quandoquidem extemplò ac Romanus Populus servum creat Prætorem, ex inconti-

6 nenti (inquam) illum liberum facessit: exemplo exstat de servo, creato per testatorem tutore, cujus statum minus ignorat, confestim

7 liber fit; quæ cum in Barbario Philippo veri-

8 ficari nequibant: siquidem, ipsius statum Romanum Populum haud sciisse, supponitur; consequens fit, ut nil mirum, si dumtaxat per ipsum gesta, per Romanum Populum roborata fuerint. author est Goveanus, hìc.

9 *Qui possunt esse judices, nihil interest in potestate, an sui juris sint*. hæc Paulus in fine.

10 Horum commentatio est, ut quilibet judicis honore irradiatus esse queat; sive sit in paterna, sive in Dominica ditione, dummodò Domini, vel Populi assensus habeatur: siquidem confestim fit liber.

11 Quòad secundam thesis partem, petendum est: numquid Barbarius Philippus verus fuit Prætor.

12 Pomponius (ceu describit Ulpianus hìc) respondit, haud verum fuisse Prætorem; tametsi Prætoris munere functus fuisse differitur; ibi: *sed nihil ei servitutem obstitisse, ait Pomponius*

13 *quasi Prætor non fuerit*; atqui verum est, Prætura eum functum; & tamen videamus; si ser-

14 vus quamdiù latuit dignitate Prætoria functus

15 sit: quandoquidem juxta Hothomanum hìc *litera, F*, longè discriminantur isthæc bina, aliud sit, Prętorem esse, aliud, Prætura fungi; sicut aliud est, Proconsulem esse, aliud, pro Consula-

16 tu haberi, *l. 1. ff. de tut. dat. ab his*; aliud est, esse in libertate, aliud est, esse liberum, *l. quod autem* 10. *ff. de liberali causa, l. noxali* 23.

17 *ff. de noxalibus actionibus*; sic proprietarii servus apud fructuarium servire, & in servitute esse dicitur; cum tamen ejus servus non sit, *l. is, qui* 18. *ff. de noxalibus actionibus, l. uxori* 24. *ff. de usufructu legato, l si postulaverit* 24. §. *de eo, ff.*

18 *de adulteriis*: atqueadeò aliud est possidere, aliud, esse in possessione, *l. si quis ante* 10. *ff. de*

19 *acquirẽda possessione*, aliud, tutorem esse, aliud, tutela fungi, *l. si quis putans, Cod. de petitione*

20 *hæredilatis*; tametsi nonnunquam versa ratione quis Prætor esse possit, & Prætura fungi ne-

21 quit, utpotè liquet in furore correpto, *l. nec mandante* 8. §. 1. *ff. de tutor. & curator. l. qui faceret* 20. *ff. de judiciis*, & juxta Ciceronem in

22 Verrem 3. aliud est quæstura, aliud quæstoria procuratio; ibi: *C. Maleolo Quæstore Cr. Dolabella occiso, duas sibi hæreditates venisse arbitratus est, unam, Quæstoriæ procurationis; nam à Dolabella statim pro Quæstore jussus est esse*.

23 Verum enimverò barbarius Philippus, suo in genere, Prætor devocari potest, utputà denominativè: vocitabatur etenim Prætor, quatenus communiter ita habebatur, & per Romanum designatus fuerat populum, ad instar tutoris falsi, erronei testamenti, idque genus, *l. Paulus* 221. *ff. de verborum significatione, l. 2. ff. de testamentis*.

24 Nec dicas: si barbarius iste verus haud fuisset Magistratus; utpotè jus non fecisset; ete-

25 nim jus facere dicitur ille, qui in Magistratu exstare supponitur, *l. 2. §. post origenem, ff. de origine juris*; igitur &c.

26 Tametsi quicquid (rigorosè loquendo) per barbarium gestum fuit, infirmum fuisse supponitur: verumtamen populi deindè authoramẽto, falsitate haud ignorata, roboratum fuit, non nisi ob rationes supra commonstratas; quod

27 etiãnum ex ipsismet textus verbis liquet; ibi: *cum populus Romanus etiam servo potuisset decernere hanc potestatem*; sed si sciisset, servum esse, liberum effecisset.

28 *Quod jus in Imperatore multò magis observandum est*.

29 Per isthæc namque verba commonstratur, quod major dignitas in Imperatore, quàm in populo resulget: quare jurèmeritò, quem prius Princeps fecerit Prætorem, & li-

30 berum fecisse intelligitur: siquidem Principis beneficium latissimè commentandum est,

31 quàm populi rogationes: exemplo exstat in nudo Imperatoris velle, quod liberum confestim parturiat, *l. apud eum, ff. de manumiss.*

32 quare nil mirum, si plures virtutes reposcan-

33 tur

33 tur in Imperatore, quàm in populo; scilicet scientia rei militaris, virtus, authoritas, felicitas. Cicero pro lege Manilia; ibi: *atqueadeò labor in negotiis, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in providendo.*

DECISIO VII.

IN causa illorum de Campora, agentium contra prætensos filios, detentores bonorum quondam Francisci de Campora. cum per patrem conventorum petitum fuisset, causam debere compromitti, ex quo inter conjunctos, juxtà formam Reg. Pragmaticæ, & per actores sit oppositum non habere locum compromissum; ex quo vertitur quæstio de matrimonio, & illegitimitate. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

SI contra præsumptos filios, ac bonorum extincti, utputà Titii, detentores, agere perhibeatur quis: quid prædefiniendum, si conventi, juxta Regiam Pragmaticam, *Odia litium de ordine judiciorum,* compromissum poscerent: numquid compromisso hujuscemodi locus sit; si agens nuptiarum deficientiam opponat: an verò Ecclesiastico coram Judice articulus iste examinandus erit; quo prædefinito ad potissimam causæ deinde decisionem per secularem deveniendum erit Judicem; an verò utrique adversario per eumdem Judicem terminus ad probandum dandus erit.

SUMMÆ.

A' num. 1. usque ad 5. thesis prædefinitio.

A' num. 5. usque ad 34. ejusdem thesis probationes.

A' num 34. usque ad finem, objectiones, & responsa.

1 TErminum ad filiationem probandam convento per secularem Judicem fore concedendum, ac per consequens compromisso interea nullum esse lo-
2 cum reor; secus verò si de nuptiarum firmitate dissidium subortum sit, siquidem tunc Ecclesiasticus erit adeundus Judex, ac per consequens interea per secularem erit supersedendũ
3 Magistratũ: quare S.C. prædefinitio, quàm Capicius, hic in fine describit; ibi: *fuisse votatum, quòd attenta significatoria Ecclesiastici, supersedeatur in causa, mota in S.C.* sic com-
4 mentanda est Fabii de Anna, *consilio* 58. *num.* 19. Reg. de Franchis, *decis.* 263. *nu.* 1. Mascardi, *de prob. concl.* 686. *num.* 1. & 3. Riccii, *in collect. decis.* 79. aliorumque. Thorus Author est, *tom.* 1. *compend. decis. vers. compromissum inter conjunctos an impediatur,* adversus nonnullos Authores apud Capicium, hic.
5 Probatur 1. *ex textu in l.* 1. *&* 2. *ff. de exceptionibus, l. in exceptionibus, ff. de prob. l. generaliter, ff. de except. & præsumpt. l. age cum geminiano, C. de transactionib.* Mascardus, Reg. de Franchis locis supralaudatis, *num.* 1. & 3. Authores sunt; igitur, &c.
6 Probatur 2. Compromissum, quà compromissum est, ut celebretur, necessariò de sui
7 conceptu non nisi filiationis jus supponit; igitur pars conventa hoc in themate, compromissum rogitans, filiationis jus prius commonstrare debebit, alioqui compromissum de subjecto haud supponente prædicaretur, quod perabsurdum foret.
8 Probatur 3. Tò *concedere adversario in jure dicendo convento terminum ad filiationem comprobandam*, de sui natura nullam spiri-
9 tualis causæ notionem involuit: quãdoquidem secularis Judicis partes extant merè, purèque scripta examinare: numquid filiationem commonstrant; si verè, tunc compromisso erit locũs, ac per cõsequens permittendus terminus;
10 si secus compromissi rogitatio evanescit:
11 quare juremeritò secularis Judex hoc in casu: numquid nuptiæ firmæ fuere, necne (est nam-
12 que agnitio isthæc merè spiritualis, ac per cõsequens ad ecclesiasticum pertinens Judicem) haud noscitare proditur.
13 Probatur 4. filiatio, quà filiatio est, de sui
14 conceptu est quid facti: quod autem facti est probatione indiget. *l. in bello, §. facta, ff. de capt. & postlim. reverss. l. si emancipati.* 9. *C. de collat. l.* 1. *C. de probat. l. quæcumq; §. fin. ff. de publican. l. assicuratio, Cod. de non num. pecun. cap. cum Joannes, §. verum, de fide instrum. cap. licet, de*
15 *constit. in* 6. igitur filiatio prius probanda est, ut deinde cõpromissi rogitatio suum obtineat
16 locum; igitur filiationis exceptio compromissi petitioni impedimento est, quominùs suum prodeat effectum.
17 Probatur 5. tota adversariorum ratio, cur secularis Judex dignoscere nequeat est, quatenus filiationis agnitio spiritualis autumatur, adeòque ad spiritualem pertinet Judicem: ve-
18 rum enimverò isthæc infirma est: siquidem filiationis notio tunc spiritualis ducitur, ubi de nuptiarum firmitate ambigitur, ac per conse-

sequens agnitio isthæc non nisi adEcclesiasticū
19 pertinet Judicem, cujus partes extant forma-
liter judicium struere, examinando testes, im-
pedimenta dirimentia nosse ; idque ge-
20 nus ; secus verò ubi nulla judicii efformatio
habeatur;dignoscēdo dumtaxat scripta in actis
21 redacta : propterea quod isthæc per secularem
22 dignosci queunt Judicem, scilicet , si Parochi
23 fides in actis sit adjecta;atque his similia; alio-
qui adversarii quammaximum paterentur in-
commodum, quod perabsurdum foret .
24 Probatur: ideo matrimoniales nosse debet
causas Ecclesiasticus Judex, *cap. 1. infra de*
consang. cap. cum te consulente , & cap. supra
de officio delegati. Cironius, *in parat. in 5. lib.*
decretal. de foro comp. tit. 2. pag. 113. cap. no-
vit de judiciis. Idem Author ibidem, *tit. 1. de*
judiciis, pag. 112. DD. Antonius Grannanieto
2. decretal. de ord. cognition. tit. 10. in cap.
tuam 3. num. 5. pag. 71. Alteserra , *1. decre-*
tal. tit. 4. de consuetud. in cap. ad nostram
25 *3. pag. 43.* non nisi quia spirituales sunt , sed
etiam ad lætalia effugienda peccata;ne scilicet
inter se homines , aliquo detento dirimente
26 impedimento, copulentur. ast ratio isthæc hoc
27 in casu suum non obtinet locum : siquidem
28 hìc de sola filiatione sermo est, quæ si ex ne-
fariis dimanata sit nuptiis, præteritam , secus
29 verò præsentem involvit labem ; sin autem
ex justis;tunc neu præsentem, neu præteritum
commonstrat reatum .
30 Probatur ultimo : de præjudicialis excep-
tionis conceptu est, ut ipsa in jure dicendo op-
posita , causam sistere facit , *cap. si fortè de*
elect. in 6. l. 1. §. 1. ff. familiæ ercisc. §. præ-
judiciales instit. *de actionibus, l. 1. §. per hanc,*
ff. de rei vindic. l. adoptatum 5. §. 1. ff. de in
jus vocando, l. quoties 28. ff. de probat. l. finali,
Cod. si libertus ingenuus , l. 3. §. 1. l. si quis ex
liberis , §. si vel parens, ff. de liberis agnoscen-
dis, l. actionis, verbo, ff. de ob. & act. l. 1. Cod.
si mancipium ita fuerit, l. 5. §. solent de lib. hom.
l. 5. §. ult. ff. si familia furtum , l. 27. & 31.
de testament. tutel. Corasius *lib. 2. miscell. cap.*
5. Revardus, *lib. 1. de præjud. cap. 11.* Parla-
dorius, *in sesquicent. differentia 8. num. 5.* Do-
nellus, *de jure civil. lib. 14. cap. 11. num. 10.*
pag. 256. & lib. 20. comment. cap. 8. Petrus
Faber , *lib. 2. semestrium cap. 25.* Cujacius ,
lib. 5. observat. cap. 37. & lib. 12. cap. 1. &
lib. 24. cap. 16. & ad Tit. Cod. de liber. causa.
Ultejus , *lib. 1. discept. cap. 3.* Robertus , *lib.*
sentent. cap. 3. Osualdus , *lib. 22. comment.*
cap. 9. lit. S. D. Mart. de Larreatigui , *lib. 6.*
select. per totum. Carleval. *de judiciis, tomo 2.*
tit. 2. disput. 6. Pichardus, *in §. præjudiciales,*
instit. de actionibus. inspicito textum *in l. 2.*
l. fin. C. de ordin. judic. l. ordinari 13. C. de
rei vindic. l. si de vi 38. ff. de judiciis, l. si quis
libertatem 7. ff. de petit. hæredit. l. res minoris
21. ff. de except. l. qui minorem 54. ff. de ju-
31 *dic. l. penult. ff. de noxal.* ac per consequens
præjudicialis causa ante cuncta discutienda est
32 *l. fundum, ff. de exceptionibus*; igitur compro-
misso hoc in themate locus esse nequit , adus-
que causa isthæc per Judicem examinetur;præ-
sertim cum inter dilatorias exceptiones com-
promissi exceptio annumeretur , *Prag. Odia*
33 *litium, de ordine Judiciorum* ; igitur nil mi-
rum si terminus per secularem Judicem inte-
rea erit concedendus .
34 Ne differas 1. obstare textus *in cap. tuam, de*
ordine cognitionum;ubi est prædefinitum, quòd
si spiritualis res in civile incidat judicium ,
tunc non nisi ad Ecclesiasticum remittenda
sit Judicem; ast nostro in casu res sic se habet :
35 quandoquidem,& filiatio, & legitimatio spi-
rituales sunt causæ; igitur, &c.
36 Irrita ducitur minor : nam ex supra proba-
37 tis hìc haud foret mera spiritualis notio: qua-
re supralaudatus textus *in dicto cap. tuam* no-
38 stræ minus oppugnat thesi : cum de re purè
spirituali eloquatur , quod extra facti speciem
nostram est .
39 Ne differas 2. thesis isthæc ex diametro
40 S. R. C. prædefinitioni obsistit : siquidem in
S. R. C. habita Ecclesiastica judicis significa-
toria,esse supersedendum , prædefinitum fuit .
author est Capicius *hìc num. 7.* igitur,&c.
41 Nego antecedens ; quinimò thesis nostra
42 juxta Capicianam prædefinitionem est: quan-
doquidem Capicianæ decisionis mens fuit ;
si de nuptiarum firmitate ambigiatur , tunc
non nisi per Ecclesiasticum Judicem erit
stabilienda hæsitatio; ac per consequens signi-
ficatoria per Ecclesiasticum ad secularem de-
43 mandanda sit Epistola Judicem: sin de pura
44 filiatione secus erit differendum : quod etiam
45 ex supra commonstratis liquidò constat. quàm
verò varius sit Capicius hìc , tu mi Lector Ju-
dex esto .
46 Ne differas 3. si quis sive naturalis, sive spu-
rius sit filius, Principis rescripto deinde legiti-
matus esse prædicatur , sollemnibus in testa-
47 mentariis tabulis hæres sit institutus;si ipsi fi-
liationis,vel legitimationis deficiētia oppona-
tur , tunc exceptione hac minùs obstante in
48 possessione erit redigendus ; in petitorioque
verò exceptiones hujuscemodi forent etiamnū
examinandæ . Author est Reg. de Marinis
49 *resol. juris , lib. 2. cap. 101.* igitur idem
nostro in casu erit prædefiniendum , cum
utrobique par urgeat ratio,adeoque eadem le-
gis prædefinitio, *l. illud, ff. ad leg. aquiliam, l. si*
postulaverit, §. 2. ff. ad leg. jul. de adulter. l. quidā
nummularios, ff. de edendo, l. nauta, §. fin. ff. nautæ
caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, Cod. de Sacros.
Eccles. §. si igitur instit. *quod cum eo* .
50 Est longè namque disparitas de nostra, ac de
Marinis facti specie : siquidem in de Marinis
themate præsumptio, ac possessio non nisi pro
51 filio exstare supponatur : quandoquidem , &
Principis rescriptum de legitimatione , & hæ-
res in sollemni institutus testamento, saltem
52 apparenter liquent : quare nil mirum , si in
53 possessionem redigēdus sit prius filius;excep-
tionesve verò in petitorio examine expo-
nendæ , atque prædefiniendæ sunt ; secus verò

54 hìc erit differendum: propterea quod istæ præsumptiones deesse supponuntur, cum hic dumtaxat
55 xat de sola filiatione quæstio sit: numquid sit filius; secus verò si sit legitimus, vel illegitimus: quandoquidem ly *legitimus, illegitimuve*
56 de facto filiationē supponūt; nam filiatio quid facti est, de qua nulla habetur hæsitatio, ac per consequens nulla indiget probatione: siquidem
57 supponitur (quæ enim supponuntur non probātur) quæ nostro in casu prius commonstranda erit, ut perpendenti patet.

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT I.

SIgnificatoriis Ecclesiastici Judicis supralaudato in casu litteris: numquid per secularem parendum sit Judicem.

SUMMÆ.

A'num. 1. usq; ad 3. primæ thesis part. prædefinitio, ejusdemque probatio.
A'num. 3. usq; ad finem secundæ thesis partis prædefinitio, ejusdemque probatio.

1 DIstinguas: vel causa merè spiritualis autumatur, ac per consequens de animæ, idque genus salute peragendum sit; tunc secularis Judex, ceu haud incompetens ipsi omnino obtemperare
2 debet: quandoquidem quicquid spirituale ducitur; non nisi ad spiritualem ejus notio pertineat Judicem, *cap. lator 5. cap. causam 7. qui filii sint legitimi.*
3 Si non spiritualis, ast purè laicalis, scilicet (ut supra probatum fuit) de simplici filiatione; secus vero de ejusdem esse legitimo, vel illegitimo peragatur, tunc cum notio isthæc merè laicalis ducatur, ac per consequens laico competens Judici; ita significatoriis ecclesiastici Judicis epistolis, utpote nullius momenti, haud obedire debere, plusquàm manifestū est.

CAPUT II.

COmpromisso juxtà pragmaticam *odia litium, de ordine judiciorum*: numquid, & inter consanguineos, affinesque ex licita, illicitaque suborto copula, locus esse perhibeatur.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
Num. 2. & 3. ejusdem probatio.
A' num. 4. usque ad finem ejusdem Thesis objectio, & solutio.

1 SUum obtinere debere locum haud dubiè reor. est nonnullorum authorum, quorum author, sectatorque est Rovitus *in pragmatica odia litium de arbitris, num.* 14. adversus nonnullos.
2 Probatur: pragmaticæ finis est, ne odia, jurgiaque inter affines, consanguineosque, sive ex licita, sive ex illicita gigniti sint copula, verificari posse plusquàm nobis compertum est;
3 quod communi obnoxium foret bono: quare jure meritò Divus Agustinus, *lib. diffin.* (inquit) *odium est vetus ira, ex pluribus causis collecta, diuturno tempore perseverans.*
4 Ne dicas: ex juris civilis rigore consanguinitas, affinitasve ex licita contrahitur copula, §. *affinitatis*, instit. *de nuptiis*; igitur inter ex legitima adstrictos copula compromissum verificari debere dumtaxat par est.
5 Non modo affinitas ex licita, ast etiamnum ex illicita usque ad secundum gradum copula verificari posse nobis plusquàm manifestum
6 est; ac per consequens pragmatica *odia litium* hosce ex illicita subortos copula usque ad se-
7 cundum amplectitur gradum; cum odia, jur-
8 giaque in utrisque verificari valeant: quare in hujusmodi facti specie, potius Canonico, quàm Civili attento jure, affinitas, consanguinitasve introspiciendæ sunt.

CAPUT III.

HÆreditarium rogitanti jus, si illegitimitatis exceptio opposita sit: nūquid prius exceptio isthæc Ecclesiastico coram Judice prædefinienda sit, quàm principale seculari coram Judice prædefiniatur dissidium; ac per consequens secularis interea Judex supersedere teneatur: tametsi principalis quæstio coram ipso prius intentata fuit. ad commentationem textus *in cap. tuam de ordine cognitionum.*

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad 21. ejusdem Thesis probationes.
A' num. 21. usque ad finem, & objectiones, & solutiones.

1 SUpersedere debere secularem Judicem prædefinitum commonstrat supralaudatus textus *in cap. tuam*; ibi: *mandamus, quatenus si fortè ab ipsa Regina fueris super hoc requisitus, donec jam dicta causa natalium, Apostolico judicio finem acceperit patienter expectes*; quā prædefinitionē sectātur Balboa, *in dicto cap. tuam.* Cironius, *in 5. cōpilat. de ord. cognit.* Cujacius, *in dicto c. lator, & cap. tuam.* Petrus Barbosa, *in l. Titia 35. à num. 24. ff. solut. matrim.* Osualdus ad Donellum *lib. 17. comment. cap. 9. in fine.* Castill. *lib. 5. controvers. cap. 105.* Scaccia, *de judiciis, cap. 34. à num. 23.* Marta *de jurisdict. 2. parte, cap. 8. §. 11.* Andreas Gaill. *lib. 1. observat. cap. 9.* Fornerius, *lib. 6. rer. quotidian. cap. 1.* D. Joannes de Larra, *allegat. 64.*
2 Probatur 2. ex textu *in cap. lator 5. cap.* cau-

causam 7. qui filii sint legitimi , cap. 1. 33.
quæst. 2. cap. multorum 35. quæst. 6. cap. au-
dientibus, de excess. Prælator. cap. 1. de con-
sanguinitate, & affinitate, cap. auditis , de re-
scriptis. Clement.dispendiosa,*de judiciis,*Trid.
sess. 24. *de reform. canone* 12.
3 Probatur 3.ubi de natalium validitate per-
agitur, quippè notio isthæc non nisi spiritualis
4 est,ac per consequens ad Ecclesiasticum perti-
net Judicem, *cap. ita dominus* 1.*distinct.cap.*2.
5 *cap.novit,de judiciis*: quandoquidem tunc de
nuptiarum firmitate est dignoscendum; adeo-
que de matrimonii valore. *cap.debitum de bi-*
6 *gamis*;nam quæ spiritualia sunt, nō nisi ad spi-
7 ritualem pertinent Judicem, cum secularis Ju-
dex ad isthæc non nisi impertinenter se ha-
bere supponatur .
8 Probatur 4.successionis causa nō nisi à nup-
tiarum firmitate , ac per consequens à nataliũ
9 quæstione pendet; adeòque priùs natalium dis-
10 sidium est prædefiniendũ,deindeque juxta jura
de successione erit stabiliendum, *dicto cap. la-*
11 *tor,l.per multa,Cod.de statu defuncti*;qua deci-
sa, principale diffidium est extinctum : prop-
12 tereaquod ubi præjudicialis disputatio in
causa incidit, tunc de ipsa dumtaxat sit diffe-
rendum, priusquàm de principali dignoscatur
causa, *l.*13.*Cod.de ord. cognitionum* : quando-
13 quidem sententia lata super ea , cunctis aliis
litibus præjudicium fieri supponitur , *l. inge-*
*nuum,ff.de statu hominum, l.*1.*§.finali,l.*2.*ff.de*
liberis agnoscendis .
14 Probatur 5. ex absurdo : si,& ecclesiasticus
Judex eadem tempestate super nuptiarum
validitate , & secularis super successione pera-
gere dicantur;quippe perabsurdum sectaretur,
utputà , & negotii , & juris ordinis perturba-
15 tio:quandoquidem evenire posset,ut Ecclesia-
sticus super illegitimitate , & secularis super
successione(ut arguunt authores supralaudati)
16 diversa divulgarent placita: quare ut damna,
confusionesve hujuscemodi effugiantur; jure-
meritò per textum nostrum hìc , fuit prædefi-
17 nitum,ut in successionis causa sit superseden-
dum,adusque de illegitimitate per Ecclesiasti-
18 cum diffiniatur Judicem : propterea quod dã-
na idem æquipollentia sunt, ac detrimenta ,
vel jacturæ .
19 Secus verò discurras si haud, sed de nuptiarũ
celebratione,ejusque robore peragatur,cũ no-
tio isthæc ad Ecclesiasticum spectet Iudicẽ,dũ-
taxat defactò, scilicet:numquid sit contractum
matrimonium? num sit filius familias? idque
genus; siquidem tunc notio isthæc ad secularẽ
20 pertinet Iudicem : propterea quod agnitiones
hujusmodi merè laicales autumantur,*cap.*2.*de*
jurejurando, cap. decernimus de sententia ex-
communicationis in 6.
21 Ne 1.differas : Romanorum etiam jure me-
moriæ proditum est;dissidia,jurgiaque de nup-
tiis subnascentia non nisi ad Pontificem perti-
nent. Tacitus *lib.*1.*annalium.*Ulpianus *in l.*3.
§.ult.ff.de suis,& legitimis, authores sunt; igi-
23 tur notio quælibet, sive de nuptiis , sive de
pura filiatione,nō nisi ad Ecclesiasticum perti-
nere debet Iudicem.
24 Irrita est illatio : quandoquidem ex supra
commonstratis , quæ de nuptiarum infirmita-
te peraguntur,nō nisi ad Ecclesiasticum perti-
25 nent Iudicem;secus verò si de pura filiatione,
scilicet: numquid sit Titii filius: numquid le-
gitimo ex stemmate gignitus sit, idque genus ,
hinc Mart.
Atrio pisonum stabant cum stemmate toto .
Juvenal. *satira* 8. *stemmata quid faciunt* ?
Sveton.in Nerone. *quod in vetere gentilium*
stemmate , C. Callii percussoris Cæsaris imma-
26 *gines retinuisset* ; siquidem notiones hujusmo-
di non nisi ad secularem pertinent Judicem ;
27 secus verò : numquid matrimonium sit fir-
mum, necnè .
28 Ne differas 2. obstat textus *in l. quoties* 9.
Cod. de judiciis ; ubi sancitum fuit , quòd ta-
metsi Judex ad cognoscendum incompetens
sit: verumtamen ratione incidentiæ sit com-
29 petens;igitur per secularem etiam Judicem de
nataliũ causa incidenter dignosci posse par est.
30 Verum ducitur antecedens de illo eloquen-
do, Judice , qui utpotè incompetens , ratione
31 incidentiæ,competens sit; secus verò de inca-
paci , qui neque incidenter dignoscere quit;ut-
potè exstant seculares Judices Ecclesiasticis in
32 causis,quà Ecclesiastici sunt:inde fit, quòd Ju-
dices tripliciter considerari queunt : siquidem
nōnulli simpliciter competentes dicuntur,qui,
communi inspecto jure absque ulla proroga-
tione, seu litigantium assensu adiri queunt , &
debent, itaut horum forus simpliciter compe-
tens sit, utpotè est Judex unius loci respectu
sui territorii, *l.* 2. *ff. si quis in jus vocatus* , *l.*
penult. ff. de jurisdict. cap. ult. de foro compe-
33 *tenti.*alii verò, qui tametsi , communi attento
jure , incompetentes sint, attamen proroga-
tione partium competentes reddi queunt;quod
in Ecclesiastico contingit Judice ; qui tametsi
laicorum respectu temporali in causa incom-
petens sit ; verumtamen eorum consensu , ac
prorogatione competẽs reddi potest,communi
inspecto jure, *l. Episcopale* 9. *Cod. de Episcopali*
audientia. Bartolus, *in l. ex consensu, in prin-*
cip. de appellat. Boerius , *decis.* 69. *num.* 4.
Navarr. *consilio* 1. *de sentent. excommunica-*
tionis; quod per laicum inhiberi potest Judicẽ,
34 cum nemo alienam in messem falcem immit-
35 tere debeat. alii postmodum sunt , qui nec de
consensu partium competentes fieri queunt ,
vel ipsorum jurisdictio prorogari; quare inca-
paces, ac prohibiti acciri assolent , ut sunt se-
culares Judices respectu spiritualium , ac Ec-
clesiasticarum rerum,veluti hæresis, simoniæ ,
matrimonii,natalium, idque genus, *cap.ut in-*
quisitionis,§.prohibemus,de hæreticis,cap.tuam
de ordine cognit. cap. quanto,de judic. cap.per-
venit,de decimis. Barbos. *in l.Titia,à num.*21.
ff. soluto matrim. Cabedo, *de patronatu Regiæ*
36 *Coronæ,quæst.* 49. inde fit, quòd incapaces &
vetiti, nec principaliter, nec incidenter nosce-
re possunt de causis , in quibus sunt incapaces

& directò prohibiti: incompetentes verò licèt non possunt cognoscere principaliter de causis, in queis sunt incompetentes, attamen possunt de illis pronunciare, cum inciderent in causis, in quibus sunt competentes. quare sic commentandus erit textus *in l. 1. Cod. de ordine judiciorum*.

37 Ne differas 3. Obstare *textus in l. cum status 5. Cod. de ordine judiciorum*; ubi fuit prædefinitum, Provinciæ Præsidem etiamnum de status causa incompetentem esse Judicem; igitur, &c.

38 Quicquid sit de Goveani, Cujacii, aliorumque responso; erat (inquam) Provinciæ Præses incompetens Judex circa status causam: si-
39 quidem, ubi de nuptiarum firmitate peragitur, notio isthæc cum ad Ecclesiasticum spectet Judicem, juremeritò de status causa Pro-
40 vinciæ Præses dignoscere nequibat; tametsi de hæreditariis, quæ in Provincia exstabant bonis, nosse voluit.

41 Nec 4. obstat *textus in cap. de prudentia de donationibus inter*; ubi sancitum fuit, Ecclesiasticum Judicem, & de dotis causa incidente, & de illa principaliter excita, dignoscere posse; igitur, &c.

42 Secunda antecedentis pars est falsa: quandoquidem in supralaudato textu dumtaxat de dotis agnitione incidenter Ecclesiastico per-
43 missa supponitur Judici; secus verò principaliter. juxta textum in supralaudata *l. quoties*.

44 Ne differas 5. Quemadmodũ Ecclesiasticus Judex de laicali incidenter causa nosse quit; sic laicus de spirituali: propterea quod utrobique par ducitur esse ratio.

45 Disparitatis ratio est: quandoquidem Ecclesiasticus rei laicalis incompetens, secus verò incapax; secularis verò rei Ecclesiasticæ incapax est. *cap. causam, qui filii sint legitimi*.

46 Ne differas 6. obstat *textus in cap. ex literis de pignoribus*; ubi Ecclesiastico Judici de dotis causa principaliter nosse permissum habetur; igitur, &c.

47 Per accidens autem notio isthæc Ecclesiastico permissa ducitur Judici: siquidem fæminæ, viro destitutæ, Ecclesia subvenire debet, *cap. ex parte de foro competenti*; ac per con-
48 sequens Ecclesiasticus Judex: quandoquidem supralaudatus textus de muliere, viro destitu-
49 ta, eloquitur: propterea quod idem est, viro carere, ac illum habere inutilem. argumento textus *in cap. inter corporalia de translat. Episcoporum*.

50 Nec obstat textus *in cap. causam, quæ 7. qui filii sint legitimi*; ubi est sancitum, Ecclesiasticum Judicem, qui de natalium quæstione agnovisse feratur, restitutionis bonorum causam incidenter Anglorum Regi judicio asservare debere; igitur, &c.

51 Textus iste nostram comprobare videtur Thesim: siquidem causa illa Anglorum Regis, judicio asservanda, non nisi laicalis erat; atqueadeò principaliter in jure dicendo excita, cujus agnitio non nisi ad laicalem pertinebat
52 Judicem: quare distinctione isthac cuncti, & textus, & argumenta opposita haud difficili
53 dilui queunt pacto.

54 Nec obstat expressè *canon. 17.* Concilii Milevit. relatus *in cap. placuit 32. quæst. 7.* ubi sancitum est, Imperialem reposcere legem, ut conjugium divulgetur infirmum; igitur, &c.

55 Idque per patres illos fuisse expostulatum; non ut per Imperialia jura nuptiarum infirmi-
56 tas divulgetur: siquidem id, & Divino, & Ecclesiastico vetitum habetur jure. Matthei, *cap.* 19. D. Pauli 1. *ad Corinthios, cap. 10. ex parte de sponsalibus, cap. gaudemus de divortiis*;
57 ast ad defensitationem; scilicet, ut per seculares Magistratus ad standum promissis adstringi queant.

CAPUT IV.

Quo pacto de articulo in principali subnascente causa in praxi præcedere æquum sit Iudici.

SUMMÆ.

A num. 1. usque ad 4. prima Thæsis pars, ejusdemque decisio.
A num. 4. usque ad 7. secunda Thæsis pars, ejusdemque probatio.
A num. 7. usque ad finem, illatio.

1 Distinguas, vel articulus ille sit adeò principali annexus causæ, ut impossibile sit, quòd principalis causa, minùs, prædefinito hujuscemodi articu-
2 lo, prædefiniri possit; tuncque sub distinguendum est: vel Ecclesiasticus est Judex, vel secu-
3 laris: si Ecclesiasticus, & articulus sit purè laicalis, & incidens, vel principaliter, alio in jure dicendo principaliter excitus, tunc Ecclesiasticum Iudicem articulum illum prædefin[i]ri posse per accidens plusquàm manifestum e[st] juxta jura, rationesve præcedenti *in cap.* comprobata.

4 Sin autem laicus, distinguendum est: vel sit purè articulus Ecclesiasticus, ac per consequens ad animæ salutem pertinens; tunc in secularis Judicis ditione haud est, articulum hujuscemodi, ut subjectum incapax nosse; vel
5 secus, utputà si affinitatem quamdam cum Ecclesiastica re habeat, dummodò ad animæ salutem haud tenderet; tunc optimè dignosci
6 per secularem Judicem æquum ducitur: quare jura cuncta inter se dissidentia ritè distinctione isthac conciliantur.

7 Ex quo haud obscurè liquet, quod si unus ex sponsis procul à justa causa à sponsalibus resiliisse tradatur, tunc pro damno, interesseq; illatis (si quæ forent) minùs in ipsius manu sit,
8 damnum hujuscemodi nosse: quandoquidem purum laicale esse supponitur. author est Agustinus Barbosa *in dicto cap. tuam nu. 3.* laudans Ann. Robertum *de re judicata, lib. 3. cap. 5.*

DE-

DECISIO VIII.

IN Causa Reverendi Domini Prioris Baroli cum Magnifico Domino Ioanne de Tuso dubitatur; an dictus Dominus Ioannes, qui conventus est à præfato D. Priore sub uno tamen libello, unà cum Universitate, & Baiulis Lavelli: si sua interesse putaverint ad prosequendam quamdam litem, alias motam contra suos prædecessores Lavelli Dominos, ac Universitatem prædictam, possit expediri contra eumdem Priorem volentem, ut causa contra eum nunc expediatur quòad capita; quæ eum comprehendunt, cum contra Universitatem iam expediri non possit, ex quo cæpit beneficium; & an possit dicere causæ expediantur simul, & semel, cum insimul cæptæ fuerint; licèt dividua sint jura, quibus ipse convenitur à juribus, ob quæ Universitas provocata est; &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

COnventus in foro aliquis, utputà in causa (A) quid prædefiniendum, si conventus cōtra actorem opponere perhibeatur suum, quod adversus ipsum etiamnum expediatur alia causa; contra cōventum prædecessoris in foro jam occœpta; secus verò per acta, si conveniens pro causæ expeditione, in Senatu jam introducta, contra conventum instet.

SUMMÆ.

A'num. 1. usque ad 4. primæ Thæsis partis prædefinitio.

A'num. 4. usque ad 7. secundæ Thæsis partis prædefinitio.

A'num. 7. usque ad 12. secundæ Thæsis partis probatio.

A'num. 12. usque ad finem ejusdem secundæ Thæsis partis oppugnatio, ejusdemque solutio.

1 TAmetsi in causa in jure dicēdo occæpta usquead conclusionem in causa esse contendendum; in causæ ex-
2 peditione erit stabiliendum: numquid una, an verò cunctæ insimul forent expediendæ causæ. per S. C. fuisse prædefinitum commonstrat Capicius hìc *num.* 4. in isthæc verba; ibi: *fuit votatum, quòd procedatur ad instantiam D. Prioris contra D. Jouvaunem ad conclusionem in causa; & quòd in expeditione deliberabitur, an simul, & semel expediri omnes causæ debeant.* quam Capicianam prædefinitionem sectatur Thorus *compend. decis. parte* 1. *vers. causæ expeditio, an possit ab uno ex conventis peti, si per alium falsò, &c.* laudans
3 Annam, Amendolam, aliosve: propterea quod Authores isti alio in casu, ut in *cap.* 1. infrà li-
4 quebit elocuti fuere: verumtamen in juris puncto publica in thesi, secus defensitare valet quispiam, scilicet, ut universæ civiles causæ, sive cum convento, sive cum ipsius prædecessoribus in Senatu occœptæ expeditioni
5 demandandæ sint: quare Magnifici Joannis conventi rogitationem firmam esse ducendam
6 haud dubiè existimo: neu Capicianæ rationes alicujus ducuntur momenti: propterea quod in alia exstant facti specie, ceu infrà commonstrabitur.

7 Probatur: ubi enim causa in jure dicendo haud impedimento est, quominùs alia expediatur causa, toties haud dissentaneum rationi ducitur, ut illa suæ demandetur expeditioni:
8 quandoquidem cuilibet quomodolibet rationabiliter suum tutari jus permissum supponitur. Caramuel, *Theolog. morali, quæst.* 8. *casu* 37. *pag.* 124. Cironius, *in paratitl.* 5. *decre-*
9 *tal. tit.* 28. *de appellat. pag.* 159. quare jure meritò apud Romanos non modica exstabat laus illis, qui quamplurimos nonnullarum Nationum, Civitatumque, quarum fortunarum propugnatores erant, ceu Siracusani in Marcellorum, Lacedemonii in Claudiorum, Puteolani in Brutorum, Neapolitani in Licinorum, Bononienses in Antoniorum, Allobroges in Fabii Sanga clientela fuere; idque genus edisserito.

10 Nec (inquam) ulla tempestatis intercapedo permittenda sit ad ejusdem expeditionem impediendam: propterea quod reo convento juxta jurium sancita, præsertim in ambiguis favendum est, *l. favorabiliores, ff. de regulis juris*, §. *retinendæ*, instit. *de interdictis*, cum
11 muneris sui sit se tutari, *l.* 1. *in principio, ff. de edendo*.

12 Nec obstare videtur textus *in l. si quis intentione* 66. *ff. de re judicata*, ubi sancitum est haud claram actoris petitionem, non nisi actoris, secus verò rei favorem commentari
13 debere: quandoquidem in litis exordio commentandus est; ubi magis est favendum actori,
14 ipsius audiendo rationes, quàm reo, secus verò

rò in judicii fine, ubi si æqua lance actoris, & rei rationes esse supponantur; tunc potius reo, quàm actori esse favendum plusquàm est com-
15 pertum: quare dicterium illud, potiùs reo, quā actori favendum sit, *l. favorabiliores, ff. de reg. juris*, §. *retinendæ*, instit. *de interdictis*, *cap. cum sunt partium, de regulis juris in 6. argum. juris in principio, ff. de edendo*, hoc in themate
16 commentandum autumatur; nec profectò melioris in istiusmodi facti specie ducũtur conditionis actoris. rationes, quàm conventi; ut speculanti liquet.

Pro decisionis hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

Iudicis sententia: numquid inter plures dividua esse queat, ac per consequens inter præsentes ferri, inter absentes verò suspendi fas sit. ad commentationem textus *in l. non idcirco 44. ff. de judiciis*; *& ubi quisque, &c. l. de unoquoque 47. ff. de re judicata, l. Cametia pia 24. de jure patronatus, l. manifesti 1. Cod. si unus ex pluribus hæredibus cred. l. in hoc judicio, ff. fam. ercisc.*

SUMMÆ

A' num. 1. usque ad 7. Thesis prædefinitio.
A' num. 7. usque ad 25. ejusdem Thesis probationes.
A' num. 25. usque ad finem, objectio, & solutio.

1 Distinguas, vel res, de qua ferenda sit per Iudicem sententia, indivisibilis
2 sit; vel diversa ratio sit præsentium,
3 ac absentium personarum; tunc de præsentibus, secus verò de absentibus posse
4 ferri sententiam haud dubiè existimo: sin autem res, vel indivisibilis sit, vel eadem prorsus de præsentibus, ac de absentibus esse supponitur ratio; tunc de præsentibus minùs posse per Iudicem efformari judicium, non efformato de absentibus, etiamnum stabiliendũ
5 est: quare sic commentandi sunt Authores, hoc in casu eloquentes; præsertim Anna *singulari* 465. Antonius Faber, *in l. non idcirco 44. ff. de judiciis, &c.* & Cujacius ibidem, *& in l. cum Elia pia ult. ff. de jure patronatus*. Hothomanus *ad legem 1. ff. si unus ex pluribus hæ-*
6 *redibus*. Staibanus, *resol. for. decis. resol. 52. num. 30.* proferens sententiam, plura continentem capita disiecta, tunc in parte alia approbari, aliave improbari. Dionisius, Gothofredus, aliique.
7 Probatur 1. ex textu *in dicta l. non idcirco, ff. de judiciis*; ibi: *cum præsentium, & eorum, qui non defenduntur, administratio discerni, & æstimari possit*; igitur si non defendentium (quod idem æquipollens est, ac absentium) administratio discernatur: etenim de tutoribus
8 eloquitur textus, qui ab aliis tutelam administrantibus ritè discerni queunt, juremeritò
9 judicium pro præsentibus sumi potest, suspen-
10 so interea de absentibus: siquidem, & rerum, & præsentium, absentiumque rationum diversitas supponitur.
11 Probatur 2. ex textu *in l. cum elia pia 24. ff. de jure patronatus*; ibi: *Placuit, nullam esse libertorum divisionem; alimentorum autem divisionem à Judice inter chohæredes factam eodē*
12 *modo ratam esse*: idemque verum ducitur, non nisi ratione diversitatis, quæ erat inter unam facti speciem, & alteram, ut perpendenti liquidò constat.
13 Probatur 3. ex textu *in l. de unoquoque negotio 47. ff. de re judicata*; ibi: *De unoquoque negotio præsentibus omnibus, quos causa contingit judicari oportet, aliter enim judicatum*
14 *tantum inter præsentes tenet, &c.* per illa nãq; verba, *quos causa contingit judicari oportet*, ritè isthæc infereda est illatio; igitur quos causa haud contingit, judicari non oportet: verum enimverò, ubi res, vel ratio divisa esse supponitur, tunc causa illos minùs contingere prædicatur, ac per consequens illos judicare non oportet; igitur &c.
16 Probatur 4. ex textu *in l. manifesti 1. Cod. si unus ex pluribus hæredibus*; ibi: *Defuncto creditore, multis relictis hæredibus, actionem quidem personalem inter eos, &c. & in l. duodecim tabularum.* dividi pignus verò in solidum unicuique teneri; idque non nisi ratione diversitatis, ut perpendenti liquet.
17 Probatur 5. tametsi sententia de sui natura indivisibilis sit, *l. etiamsi 29. §. 1. ff. de minor. l. quadã mulier, ff. fam. ercisc. l. labeo 25. in princip. de recept. arbit. l. ult. ff. de jure patronatus.* Antonius Faber 3. *Cod. tit. 2. de sportul. & sumpt. def. 7. nu. 7. pag. 169.* verumtamen nostro in themate rigorosè loquendo haud dividitur:
18 propterea quod ubi diversæ rationes, vel res exstare supponuntur, toties rigorosè loquendo minùs dividitur sententia: ast plures voci-
19 tantur sententiæ: quandoquidem de unaquaq; ratione, vel re, ferri supponitur sententia, ju-
20 diciumque; igitur in nostra facti specie nulla habetur contradictio, quæ per rerum, vel rationum diversitatem salvatur; utpotè Philosophi edocent.
21 Probatur 6. Cujacianis ex verbis in supralaudata *l. cum Elia pia*; ubi Bartoli doctrinam cõmentat, edocentis, sententiam posse pro parte rescindi, & pro parte conservari; quod Bar-
22 toli dicteriũ in hujuscemodi interpretat Cujacius verba; ibi: *sed hoc verum est, quoties judicatum est de variis speciebus*: nam ly *de una re judicatum sit*, id non admittitur, *l. in hoc judicio, ff. fam. ercisc.*
23 Probatur 7. ex Cujacii verbis in commentatione ad textum, *in l. non id circo, ff. de judiciis*; ibi: *Et tamen Papinianus respondet, Judicem suo officio fungi posse, & sententiam dicere, nõ quidem de re absentium, sed de re præsentium tutorum tantum; quia administratio absentium, & præsentium, à Judice dividi, &*

di-

discerni potest; *ergo & judicari*, *& æstimari separatim*, *& sic administratio præsentium rectè separatim æstimabitur sententia Judicis &c.*
24 hæc Iacobus Cujacius : quandoquidem præsentium administratio, absentiumque, ideò per Judicem dividi potest, non nisi ob diversas rationes .
25 Ne dicas 1. si plures creditores hæredes sint, tunc unusquisque pro rata potest detinere pi-
26 gnus: quandoquidem sicuti lex duodecim tabularum nomina inter nepotes viritim dividit, *l.6.ff.fam.ercisc.l.ult.ff.de actione hæreditaria*; igitur etiamnum pignoris jus dividendum erit .
27 Diversa namque exstare supponitur pignoris natura, ac aliarum hæreditatis rerum: siqui-
28 dem pignus de sui natura indivisibile est: inde fit, quod fructus ex re pignorata percepti imputantur in sortem debiti principalis, *cap.cum contra 6.de pignoribus*, textus *in cap.illo vos 4. cap.6.hoc tit.cap.1.cap.2.cap.cum quæstus de usuris, cap.6.& 7.eodem tit.in 1.collect. cap.ad nostram, el 1.cap.ex literis 32. de jure jur. l.1. & 2.C.de pignor.action.l.2.Cod. de pactis pigno. l.si dominum, C.de pignor.* Petrus Gregorius *lib. 3.partit.tit.de usuris, cap.4.& in tract. de usuris, lib.2.cap.9.nu.1.* Cujacius *hìc, & in dicta l. 1.Cod.de pignor.& in l.17.Cod.de usuris, quæst. 11.*cum sequent. Hothomanus *lib.1.observ.cap. 4.& de fænore, cap.4.* Leotardus *de usur. quæst. 11.cum sequent.* Arias à Mesa *lib.3.variar.cap. 46.* D. Ioannes de Larrea *alleg.41.* Merlinus *lib.5.de pignor.tit.14.* Robertus *lib. 2. rerum judic.cap.8.* Faber *de erroribus, decade 9. errore 1.& 9.* D. Iosephus de Retes *de donat.c.3.n.18.* quare si plures res pignori datæ sint ; tunc nisi universo ære alieno persoluto, nulla erit earũ liberatio, *l.qui pignori 19.ff.de pignoribus*, Hothomanus author est in supra laudata *l.qui pignori.*
29 Ne dicas 2. Judex datus post litem occœptã, non nisi adversus cunctos designatus esse supponitur, ea quippe mente, ut universam causã, quæ unica est, unica expediat sententia ; alio-
30 quin summa cum perturbatione multiplicantur lites, quod perabsurdum foret; igitur &c.
31 Verum ducitur antecedens, ubi eadem indivisibilis esse supponitur res, eademque de cunctis ratio; secus si res, & ratio sint diversæ: quare responsio isthæc, ac thesis nostra etiamnum ex Antonii Fabri verbis in laudata *l.non idcirco*, liquidò constat ; ibi : *Cum adversus plures, sive contutores, sive alios ex eadem causa obligatos, una tantum lis instituitur multũ interest, an materia litis dividua sit, an individua, &c.* ibidem: *facile autem fieri potest ; &*
32 *fit plerumq; ut inter tutores tutela dividatur, & tutelæ administratio, &c.* ibidem: *id verò cũ*
33 *factum est, facile discerni, & extimari potest administratio per sententiam, & eorum, qui non defenduntur* ; igitur aliud esset, si discerni non posset .

DECISIO IX.

IN Causa vertente, & mota in R. C. per Angelum de Vena contra Magistrum Actorum Curiæ Admiratiæ, dubitari contingit, an Illustris Dominus Admiratus Regni, qui ex privilegio habet jurisdictiionem in suos Officiales, & Actorum Magistrum: possit repetere dictam Causam ad se, non obstante, quòd dictus conventus jurisdictionem S.C. non declinaverit, immo tacitè in eo consenserit, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species .

SI actorum magister admiratii fori, sive in regio jure dicendo, sive alio in Senatu, sive civiliter, sive criminaliter conventus sit, illique tacitè haud dissentiens ; nec ullam fori exceptionem excipiens: numquid in Illustris. domini Regni hujusce admirati ditione sit; ex privilegio per Regiam sibi Majestatem permisso, remissionem hujuscemodi causæ rogitare posse .

SUMMÆ.

Num.1. Thesis prædefinitio .
A'num.2. usque ad 8. ejusdem probatio.
A'num.8. usque ad finem, objectiones, dilutionesque .

1 CAusæ remissionem petere posse, ac per consequens actorum magistrum ad magni Admiratii Senatum per Regium forum esse remittendum prædefinitum fuisse per S. C. in hujuscemodi commonstrat Antonius Capicius hic verba in fine ; ibi : *Fuit votatum, causam esse remittendum ad Admiratum* . est Reg. Sanfelice *decis. 419.nu.17.33.40.63.65.75.* edocentis, & in S.R.C. & in Collaterali pluries sic fuisse sancitũ. de Franchis *decis.417.& decis.529.* Fabii de Anna, *consilio 107.* aliorumque apud Thorum *parte 1.compend.decis. vers.magister actorum curiæ admiratiæ, & parte 2. vers. remissio alicujus vassalli.* Rovitum *in pragm.2.ubi de delicto quis debet conveniri, nu.6.*
2 Probatur si Magistratus admiratii fori ipso mi-

minus oppugnante à cæteris dignosci 'quiret Senatibus;profectò privilegium Admiratiæ curiæ permissum nullius duceretur momenti: propterea quod, & pro subditorum, & cæterorum fororum libito frustari valeret; quod per-
3 absurdum esset; igitur stante ritè firmo indulgentis velle, necessum ducitur, ut infallibiliter effectum producere debeat suum, ac per cōsequens Judex quilibet hoc in casu incompetens esse autumatur; alioqui oppugnantia sectaretur, utputà, & esse privilegium, & haud esse
4 privilegium; ut speculanti liquet: privilegium namque non nisi lex privatis facta vocitatur.
5 author est Cicero *in paradoxo* 4. ibi: *Sed quid ego communes leges profero, quibus omnibus es exul? familiarissimus tuus cornificius de te privilegium tulit, ut si in opertum bonæ deæ ac-*
6 *cessisses, exulares.* idem pro domo sua; ibi: *quo jure, quo more, quo exemplo legē nominatim de*
7 *capite civis indemnati tulisti vetati*; ibidem: *an hoc timerem, si mecum ageretur more, instituto que majorum, ut possem præsens sustinere? utrum si dies dicta esset judicium, mihi fuit pertimescendum? an sine judicio privilegium, judicium, &c.*
8 Nec obstat regula illa, qua prædefinitur, ut adversarii, procul à proprii Iudicis assensu, jurisdictionem prorogare queant, *l.* 1. *&* 2. *ff. de judiciis.*
9 Nec supralaudata regula illa, neu jura nostro in themate ullum obtinere queunt locum; nam hìc non nisi de privilegiato subjecto sermo est; cui nec per subditos, nec per alios Senatus derogatio aliqua fieri poterit.
10 Ne dicas 2. unicuique suo denegari posse privilegio permissum esse supponitur, *l. si quis in conscribendo, C. de Episcop. & cleric. l. penult. C. de pactis, cap. tuis* 39. *vers. nisi de testibus, cap. ad Apostolicam, de Regularibus, cap. de tertia, de privil.* cum nemini irroget injuriam, *l. injuriarum*, §. 1. *ff. de injur. l.* 3. §. *is tamen, ff. de libero homine exhib. l. qui injuriarum*, §. *is qui, ff. de jure jur. l. jure jurando, l. quod Reip. l. injuriam, ff. de injur. l. fluminum*, §. *ult. ff. de damno infecto, l. Proculus, ff. eod. tit. l. si donaturus*, §. *si quis indebit. C. de condict. ob causam &c.* igitur in subditi ditione sit, in isthac facti specie admiratiam deserere curiam, ac in alio cōveniri foro.
11 Irrita ducitur illatio isthæc: quandoquidem privilegiū in hujuscemodi facti specie magno Admirato, secus verò ejus subditis concessum
12 esse supponitur, ac per consequens subditorū volitio, vel nolitio hìc merè materialiter se habet.
13 Nec obstat de Franchis prædefinitio 528. ubi secus defactò est prædefinitum; igitur &c.
14 De Franchis decisio alio in themate extat: siquidem subditus magni Admirati haud liquebat, ac per consequens nil mirum, si interea
15 & magnum Vicariæ forum, & S.C. procedere queat: quandoquidem esse alicujus fori quid facti est; igitur probatione indigere supponitur, *l. in bello*, §. *facta, ff. de capt. & postlim. rever. l. si emancipati* 9. *Cod. de collat. l.* 1. *Cod. de probat. l. quæcumque*, §. *finali, ff. de publicanis, l. assecuratio, Cod. de non numerata pecunia, cap. cū Joannes*, §. *verum de fide instrum. cap. licet de constit. in* 6.

Pro Prædifinitionis hujusce illustratione.

CAPUT I.

EX magni Admirati judicum decretis, ad quemnam sit appellandum Senatum?

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A'num. 2. usque ad finem, ejusdem probationes.



1 AD Sacrum Consiliū esse provocandū haud dubiè reor. est Reg. de Ponte *decis. collat. consilii* 13. Reg. Sanfelcei *decis.* 419. *nu.* 25. *de* Franchis *dec.* 417. *nu.* 5. aliorumque.
2 Probatur 1. in magni namque Admirati Senatu par exstare supponitur jurisdictio, ac in magno Vicariæ foro. Rovitus author est super *prag. de tit. abusus*, quem laudat, sectaturque idem supra laudatus Reg. Sanfelice *nu.* 31. verū enimverò à magno Vicariæ foro ad S. C. appellatio in dies fieri videtur; igitur &c.
3 Probatur 2. tametsi à Principe Senatus iste creatus fuit, ac per consequens ab aliis exemptus sit: verumtamen secus à superiori foro,
4 ceu est S.R.C., vel Collaterale Consilium: alioqui omnimodam abdicasse à se videtur ditionem, quod perabsurdum foret; igitur &c.

CAPUT II.

PRivilegium obtinens quis, ut conveniri non possit, nisi coram artis suæ cōsule: numquid in sui præjudicium explodere queat privilegium, ac per consequens coram alio conveniri Judice.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A'num. 2. usque ad 9. ejusdem probatio.
A'num. 9. usque ad finem, & objectio, & solutio.

1 HAud posse, ac per consequens coram Cōsule artis suæ esse conveniendum existimo. est adversus Masullum ad Capicium hìc *nu.* 1. apud eumdem.
2 Probatur: ex contractu inter Artistas suum designantes Consulem inito; cujus causa obligatio inter contrahentes esse suborta supponitur; atqueadeo Artista quilibet artis Consulem, utpotè competentem Iudicem, nosse debet suum: quandoquidem contractus ex
3 partium conventione legem prænsant, *l.* 1. §. *si con-*

si conveniat, ff. depositi, l. contractus, ff. de reg. juris, l. lege, ff. de pactis conventis, l. 1. *Cod. de oper. lib. l.* 1. *Cod. commodati, cap. contractus* 85. *de regulis juris in* 6. igitur huic per Artistam quemlibet obligationi derogari nequi-
4 bit: pacta namque inter mortales rationabiliter inita servanda sunt. Author est Cicero, *lib.* 2. *de inventione*; ibi: *pactum est, quod inter*
5 *aliquos convenit, quod jam ita justum putatur, ut juri præstare dicatur, & lib.* 3. *de officiis*; ibi: *Regulus non debuit conditiones, pactionesque*
6 *bellicas, & hostiles perturbare.* Plinius, *epistola* 100. ibi: *sollicitas me in formianū, veniam ea conditione, ne quid contra commodum tuum*
7 *facias; qua pactione invicem mihi cauto.* Sallustius, *collegam suum Antonium pactione Provinciæ propulerat, ne contra Rempublicam dis-*
8 *sentiret*: nec Artis Consuli jus adeptum procul à recta ratione minimè denudandum erit.
9 Ne differas: cuilibet ut suo denegari queat privilegio, permissum esse supponitur, *l. si quis in conscribendo, Cod. de Episcop. & Clericis, l. penultima, Cod. de pactis*; idque genus; igitur, &c.
10 Distinguo antecedens: si de privato eloquatur privilegio, verum est antecedens; sin autem de publico, vel aliqua supponitur obligatio, erroneum est, unà cum ejus illatione: in nostro porrò casu inita supponitur inter artistas contracta obligatio, unà se adstringentes coram Consule artis conveniendos fore.

CAPUT III.

Consuli artis subdens quis; si sub illius ditione desinere prædicetur: numquid etiamnum coràm illo sit conveniendus.

SUMMÆ.

Num. 1. Prima Thesis pars, ejusdemque prędefinitio.
Num. 2. Secunda Thesis pars, ejusdemque prædefinitio.
Num. 3. Utriusque Thesis probatio.
Num. 4. Thesis impugnatio.
Num. 5. Ejusdem solutio.

1 Distinguas; vel loquitur de contractibus tempestate illa, qua in Consulis artis ditione esse differebatur artista; & tunc quòad hujuscemodi contractus, esse conveniendum existimo.
2 Vel de contractibus exstra id tempus celebratis, & tunc secus est dicendum: quare sic commentandi sunt Paulus de Castro, aliique, quorum Sectatores sunt, Præses de Franchis *decis.* 417. *num.* 9. Masullus ad Capicium *hic num.* 2.
3 Prob. Thesis isthæc, ex supra commonstratis, probatione haud indiget; & disparitatis ratio esse quit, quatenus in illis contractibus subiectus, secus verò in his esse supponitur artista.
4 Nec obstat textus *in l.* 1. *C. ubi de rationi-*
5 *bus agi oportet*: Siquidem de contractibus subiectionis tempore celebratis eloquitur, secus verò extra.

CAPUT IV.

Si Consiliarius, antequam ad Consiliariatus dignitatem pervenerit, crimen aliquod patraverit: numquid per Magnum Vicariæ Forum pœnam luere debeat aliquam.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
Num. 2. & 3. ejusdem probatio.

1 Tametsi quòad bona; verumtamen secus quòad personam esse plectendum reor: quare sic est commentandus textus *in l. curiales, qui honorariam, Cod. de Decurionibus, lib.* 10.
2 Prob. extemplo ac quis Consiliarii, vel id genus dignitatem adipiscatur; ex incontinenti (inquam) Regi immediatè subiectus fit; ac per consequens, ceu persona privilegiata à nemine dignosci potest: exemplo exstat de Clerico, qui si in Laicali statu deliquerit, tunc assumpta Clericali dignitate à Laicali jurisdictione quòad personam exemptus esse supponitur, Grannanieto 2. *decretal. tit.* 2. *de foro comp. ad text. in cap. si quis Clericus* 1. *num.* 6. *pag.* 27.
3 secus verò de ipsorum bonis erit differendum: siquidem isthæc per confiscationem factam incorporata Fisco esse ducuntur: quandoquidem ubi Secularis patrare proditur crimen, ex incontinenti ejus bona Fisco incorporata sunt.

CAPUT V.

Actualis Magni Admiratii fori minister delinquens; si ad informandum à Magno Vicariæ Senatus citatus fuisse perhibeatur, contumaxque factus: quid prædefiniendum, si per Magnum Vicariæ forum in vinculis injectus sit; ad quem ex his causæ notio etiamnum pertinet? ad M. C. V. ne? an verò ad Magni Admiratii Tribunal? si Magnus Admiratus è 50. inservientium numero eum deleverit.

SUMMÆ.

Num. 1. thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad 8. ejusdem thesis probatio.
A' num 8. usque ad finem, & objectio, & solutio.

1 Ad Magnum Admiratii forum esse remittendum reum fuisse per S. C. prædefinitum, testes sunt Reg. de Franchis, *decis.* 4017. *num.* 9. *in fine*, Grammaticus, *decis.* 10. *in fine*.

2 Probatur 1. ex textu *in l. 1. Cod. ubi de ra-*
3 *tiocinio agi oportet*; nam de ſubjectionis, ac
per conſequens contumaciæ conceptu eſt, eſ-
ſentialiter juriſdictionem involvere: ſiquidem
delictum eſt, *l. contumacia, ff. de re judicata,*
l. omne delictum, in principio, ff. de re militari:
4 verum enimverò tempore patrati criminis,
non niſi in Magno Admirati Senatu hujuſce-
modi Miniſter ſubjectus eſſe ſupponitur; igi-
tur potius illi, quàm Magno Vicariæ foro
5 iſthæc convenit juriſdictio: quandoquidem
ibi eſt contumax, ſecus verò alibi; cum Ma-
gnus Vicariæ Senatus patrati delicti tempeſta-
6 te incompetens exſtabat Iudex. Nec aliqua
obſtare proditur deletio Magiſtratus illa, per
Magnum Admiratum geſta: ſiquidem de cri-
minibus, poſt deletionem patrandis, ſecus ve-
rò patratis locum ſibi commonſtrare videtur:
7 propterea quod Magni Admirati velle hoc in
caſu eſt, ut illum ſuo in ſervitio haud amplius
habere velit; quod non niſi de patrandis, ſecus
verò de patratis intelligi poteſt delictis.
8 Dices: contumax, excontinenti ac contu-
max eſſe ducitur, privilegium fori deperdit.
Author eſt Afflictus, *deciſ.* 133. memorans, ſic
per S. C. fuiſſe prædefinitum, quàm deciſio-
nem ſectatur de Franchis ſupralaudatus *nu.* 1.
9 quinimmò beneficio caret, *l. ubi cæptum, ff. de*
judiciis: ſiquidem contumacia grave delictum
eſt, *l. contumacia, ff. de judiciis, l. unica, ff. ſi quis*
jus dicenti, l. omne, §. contumacia, ff. de re milita-
ri, l. ſancimus, Cod. de judiciis, cap. 2. de dolo, &
contumacia. propter injuriam Judici illatam
in non comparendo: Caſſiodorus *lib. 3. var. epi-*
ſtola 15. eum contemnendo, & per hoc vocitatur
contumacia, *cap. 1. & 2. de dolo, & contumacia,*
& reus. Cujacius *lib. 17. obſervat. c.* 30. & jux-
ta nonnullos authores à tumore contumax di-
citur, quaſi contumax, ut tumidus ſuperioris
præcepti arguatur, docet Livius, relatus à Ro-
berto *lib. 1. rer. judicat. cap.* 10. quod delictum
patratur, ſive verè, utputà, ſi quis tribus edi-
ctis, vel uni pro tribus haud reſpondeat, *l. ad*
peremptorium 68. *ff. de judiciis, l. contumacia*
53. §. 1. *ff. de re judicata, l. 3. Cod. quomodo, &*
quando. Paulus *lib. 5. ſentent. tit. 5. verſ. trinis*
litteris, l. 2. §. Senatu, l. arrianus, §. ultimo, de jure
fiſci, l. divus 7. *ff. de in integrum reſtit. l. ex con-*
ſenſu 23. §. *ultimo, ff. de appellat. cap. nullus*
c. nemo 11. *quæſt.* 3. Cujacius *lib. 29. obſervat.*
10 *cap.* 11. Vvltejus *diſceptat. cap.* 2. inde fit quod
graviſſimis punitur pœnis. Borrellus *in ſumma*
deciſ. tit. 46. Velaſcus, *de privileg. pauper. quæſt.*
63. §. 1. & quamvis regulariter loquendo judi-
cium à ſequeſtratione exordiri nequeat: verũ-
tamen ob contumaciam bona rei ſequeſtran-
tur, *cap. 2. de ſequeſtranda poſſeſſione*, & pi-
gnoris jure capiuntur, *l. 1. §. qui ergo, ff. de ven-*
tre inſpiciendo, ac contumax excommunicatur
cap. 1. de judic. dicto cap. quoniam, §. in aliis, &
apud Romanos mulcta unius ovis illi diceba-
tur, *l. 1. ff. ſi quis jus dicenti*, quare Marcus Var-
11 ro de Marco Terentio ait: quando citatus ne-
que reſpondit, neque excuſatus eſt, ego ei unius
ovis mulctam dico, & contumax exul judica-
tur. Livius *lib. 5. decad. 3.* ibi: *Plebs ita ſcribit,*
ſi poſthumus ante kalendas majas prodiiſſet, ci-
tatuſque eo die non reſpondiſſet, neque excuſatus
eſſet, videri eum in exilio eſſe. Aſconius *actione*
3. *in verrem*. & apud aliquas nationes villa
diruebatur, arbuſtaque ſuccidebantur, *l. ſi is cũ*
20. *ff. communi dividundo*. conſule Cujacium
lib. 13. obſervat. cap. 39. Duarenum *lib. 1. diſput.*
cap. 4. Robertum *lib. 3. ſentent. cap.* 4. Revardum
lib. 1. var. cap. 7. Vvltejũ *diſcept. cap.* 9. Parlador.
lib. 1. rer. quotidian. cap. 21. & miles, qui ad mi-
litiam devocabatur haud reſpondebat; ceu li-
bertatis proditor in ſervitutem ridigebatur,
l. qui cũ uno, ff. de re militari. Quintilianus *de-*
clamatione 3. ibi: *Eo tamen uſquequò Populus*
Romanus vindicta proceſſit, ut ardentibus bello
finibus ad delictum nemo reſponderet, niſi pœna
proditoris. Cicero pro Cecinna; ibi: *ubi jam*
populus eum vendidit, qui citatus ad militiam
non venit. Halicarnaſſeus, laudatus à Cujacio
dicto cap. 39. quæ profectò contumacia purga-
tur, non niſi per ſatisfactionem, quam præſtare
poteſt per cautionem de obediendo mandatis
Eccleſiæ, *cap. ex parte* 33. *verſ. in primo, de ver-*
bor. ſignific. cap. qua frõte 25, *verſ. ſanè, de appel-*
lat. cap. cum deſideres, cap. per tuas, de ſententia
12 *excom.* adeoque ſi communione privatus, aut
ordine motus, ſi parverit, mandatis abſolvẽdus,
& reſtituendus eſt ordini, *cap. ex litteris* 11. *de*
conſtit. cap. ſi quis 81. *diſt. c. præsbyter. 2. quæſt.*
4. *cap. nos autem* 15. *quæſt. 7. cap. ſi quis deinceps*
16. *quæſt. 7. cap. ex litteris* 29. *de officio delegati,*
cap. ſignificavit, de officio ordinarii, cap. cum in
Eccleſiis, de majoritati, & obedientia, cap. non
eſt vobis, de ſponſalibus, cap. finali, de matrimo-
nio contracto, cap. cum deſideres, cap. à nobis,
cap. per tuas, de ſententia excomm. cap. cum
olim, cap. ex parte de verbor. ſignificatione, cle-
mentina 1. de decimis, cap. quamquam, in fine,
de cenſibus in 6. clementina 2. poſt principium,
de decimis, clem. 2. de decimis. Robertus *lib. 1.*
rer. judic. cap. 10. Balboa, *in cap. 1. de judiciis, n.*
66. de Valentia, *tomo 4. controverſ. diſp. 7. q.* 18.
Alteſſerra *in cap. ex litteris 11. de conſtit.* Tira-
quellus *in tract. ceſſante cauſa*, 1. *p. nu.* 60. igitur
idem noſtro in caſu ſanciendum eſt.
13 Afflicti deciſio alia in facti ſpecie, ac in no-
ſtra eſſe videtur: quandoquidem noſtro in the-
mate haud ſubdito, aſt magno Admirato privi-
legium permiſſum eſſe ſupponitur; ut ejus ſub-
diti dumtaxat coram ſe, ſecus verò coram alio
conveniendi ſint Judice.

DECISIO X.

IN Causa Dominæ Rogasiæ Caietanæ Monialis Sancti Cosmati de Urbe, & Mon. ipsius, pro ea agentis ad Castra Montis Rodonii, & Marchiæ Provinciæ Terræ Laboris, contrà Magnificum Ludovicum de Afflicto ex successione quōdam Magnifici Berardini Caetani fratris dictæ Dominæ Rogasiæ, cum per præfatum Ludovicum opponeretur agenti ad impediendum litis ingressum, quod tam ipsa Rogasia, quàm Mon. sunt inhabiles ad feuda, &c. *Hucusque Antonius Capicius.*

Ejusdem Authoris Decisio XXXI.

IN Causa Sancti Cosmati de Urbe veteri: ex quo proposuit de commoditatibus, vera videtur decisio, quòd quando servitium juxta feudi conditionem potest æque præstari per Monasterinm, sicut poterat per ipsum Vassallum: ut quia non esset militare servitium feudum ipsum transit ad Monasterium saltem quòad commoditates, durante vita Vassalli, &c. *Hactenus Antonius Capicius.*

Ejusdem Authoris Decisio XXXII.

IN Causa Magnificæ Mariellæ Mormilis cum Andrea Mormili super Feudo Fautiani, quod Andreas ipse tenet ex donatione, sibi facta per quondam Reverendum Nardum Mormilem Archiepiscopum Surrentinum, ejus Patruum, mediante quodam assensu Regis Ferdinandi Primi, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

UT distinctè, enodatiusque his in tribus Capicianis prædefinitionibus eloquatur; hic habendus sit doctrinæ ordo, qui si à priscis observatus fuisset authoribus; fortassis his in casibus confusio haud foret.

Prima facti species.

FEudum, personalem, immediatamque reposcens subditi personam, ut putà belli: numquid à Moniali, vel à Monacho Divi Frācisci; vel à Subdiacono, Diacono, Sacerdote, Episcopo, Archiepiscopo, Patriarcha, Cardinali; idque genus, vel à fæmina, cujuscumque generis sit, sivè defuncti soror, sive mater, sive avia, &c. absque Superioris permissu obtineri queat; an verò sat sit, si per hujuscemodi personas substitutus sit suffectus: quidvè, si pro Superioris subiectione reale præstetur servitium.

Pro quibus prædefiniendis variæ sunt texendæ thæses; idque non nisi ob thematis æquivocationem.

SUMMÆ.

A' num. 1. usque ad 3. primæ Thesis prædefinitio.

A' num. 3. usque ad 20. ejusdem Thesis primæ probationes.

Num. 20. secundæ Thesis prædefinitio.

A' num. 20. usque ad 27. ejusdem Thesis secundæ probationes.

Num. 27. tertiæ Thesis prædefinitio.

Num. 28. ejusdem Thesis tertiæ probatio.

Num. 29. Thesis quartæ prædefinitio.

A' Num. 30. usque ad 32. ejusdem Thesis quartæ probationes.

Num. 33. & 34. quintæ Thesis prædefinitio.

A' num. 35. usque ad finem ejusdem quintæ Thesis probatio.

1 FEudum, absque Principis permissu, per istiusmodi personas obtineri non posse, nec pro onere satisfaciendo, substi-
2 tutum esse sufficientem existimo 1. est cunctorum ferè Authorum, inter quos exstant, Fachineus 7. *controver. cap.* 35. Anna *alleg.* 98. Capicius *hîc, num.* 10. *&* *decis.* 31. *in principio, & decis.* 32. *n.* 1. Minadojus *super Constit. Regni, in aliquibus,* verbo, *filiorum, num.* 8. Afflictus *decis.* 320. Staibanus *resol.* 33. de Ponte *de potestate Proregis, tit.* 7. §. 8. *num.* 4. de Franchis *decis.* 20. *num.* 3. de Olea, *de cession. jurium tit.* 3. *quæst.* 5. *num.* 28. Cancerius *var. resol. parte* 3. *cap.* 20. *num.* 330. idque genus.
3 Prob. 1. stabilientis namque feudum mens est, ut si ad bellandum necessum sit feudatariis,

riis uti possit suis: cujus causa feuda primum instituta esse constat. Franciscus Hothomanus
4 *cons.*123.*num.*10. *pag.*585. inde est, quod feudum militare, & bellicum est, quod non nisi propter militum servitia subortum sit. idem Author *de feud.disputat.cap.*5. *lit.B, & C.pag.*
5 816. exemplo exstat de Masinilla Micipsæ patre, qui victis Carthaginensibus, in amicitiam à Populo Romano receptus, ei, Populus Romanus qui nõnullas Urbes, & agros cæperat, dono dedit; qua de causa Micipsam, ipsius filium Numãtino bello equitum, ac peditũ auxilium Populo Romano misisse. idem author, ibidem. Sic etiamnum cum Cæsar Divitiacum Heduum in priscum honoris gradũ restituisset; eique Principatũ Heduorum attribuit, ut ei postea bello Gallico operam navaret, *lib.*1. *de bello Gallico,* aut cum Cavarinum apud Senones Regẽ constituisset *lib.*5.*eodem,* aut Comium Etrebatibus Regem victis imposuisset *lib.*4.*identidem*; sive cum Tasgetium in Carnutum Civitate Regem constituisset, *lib.* 5. *indidem*; aut cum Viridomarum Heduum ex humili loco ad summam dignitatem produxisset, *lib.* 7. quæ cuncta Cæsaris beneficia, barbarico nomine feuda differuntur: tametsi quandoque ob privatas Procerum, & Nobilium inimicitias, quorum quisque suos quasi devotos ad suas feidas, contentiones persequendas paratos haberet, dimanata fuere: quare juremerito feudum personale est beneficium; Hothomanus *cons.* 31. *num.* 20. *pag.* 144. quandoquidem ad depugnandum vassalli isti necessarii sunt, cum tota belli fortuna ab istis pendeat: verum enimve-
6 rò virtus isthæc nostro in themate deesse supponitur: siquidem impotentes sunt personæ istiusmodi ad dimicandum, ut ipsamet experientia nos docet; igitur, &c.

7 Prob.2.ut feudum quis acquirat necessum est, ut conditiones, & pacta in feudi investitu-
8 ra adiecta, serventur: quandoquidem paciscentium pacta, ceu leges servanda sunt, si juribus haud obnoxia sint, *l.* 1. §.*si conveniat, ff.depositi*, *l.* 1.*ff. de pactis, l. juris gentium,* §. *Prætor ait, ff. eodem tit. l.* 1.*ff.de constit. pecun. l. cum amplius in fine, ff. de regulis juris, cap.* 1. *de*
9 *pactis*: exemplo extat de Zenone, qui cuidam quingentos pollicitus fuerat denarios mutuò; admonitus ab amicis, hominem esse malæ fidei; hoc minùs obstante, pecuniam mutuasse
10 memoriæ proditum est. Sic de egregio gesto illo, quod Romanus quidam gessit, qui cum à Carthaginensibus belli causa compræhensus fuisset; missus ab jisdem Romam, ut aliquid Carthaginensium nomine cum Senatu perageret, componeretque; quo peracto statim fideliter ad ipsos rediret; quippe haud infideliter ad ipsos reversus; tametsi deinde ab jisdem obtruncatus fuit: Author est Titus Livius sua in historia; alioqui pro-
11 mittentis feudum mens frustaretur, quod
12 perabsurdum foret; ast nostro in casu feudum permittentis mens est, ut personale præstetur munus, ac quammaximè fidelitas, quæ præsertim his in fæminis (uti experientia edocet) impossibilia sunt, de quorum conceptu nullam parturiunt obligationem, *l.si quis in gravi, in princip. ff. ad Syllia. l. si stipulet, ff. de verb. oblig.* idque genus; igitur, &c.

13 Prob.3. & ex absurdo, & ex repugnantia: propterea quod, utpotè feudatarii per Principem, si rei sint, de ipsis sumi potest pæna; quà
14 verò Ecclesiastici (utpotè divino exempti jure) ab ipsis, quòad personam nosci impossibile est: igitur essent, & non essent feudatarii,
15 quod implicat, hinc est explodendus Gonzalez *in cap. cæterum* 5. *de judiciis num.* 5. edocens Clericum vassallum coram Domino Laico fore conveniendum, quatenus hoc in casu Clericus nullo fruitur privilegio, non virtute potestatis civilis, quam in Clericos nõ habet, sed condonationis, & relaxationis factæ per Constitutiones Canonicas, prædictis usibus feudorum consonas: quatenus in hoc themate alicui privilegio exemptionis locus est, cum natura causæ feudalis trahat ad se personam, secus verò persona naturam ejusdẽ. Baldus *super feudis cap.*1.*num.*4. Andreas Gaillus *pract. observat. lib.*1. *observat.*37. *num.*3. *in fine,* Antonius de Amato *var.resol.tomo* 2.*resol.*86. *n.*55. & 56. idque genus; rejectionis ratio est, quatenus primo id gratis assumit, secus verò probat. Secundo Clericus, cujuscumque ordinis, dignitatisque sit, si in habitu, & tonsura incedat, ac Divinis in serviat, de Episcopi mandato, officiis, juxtà firmius placitum, Divino inspecto jure, à Laicali exemptus sit jurisdictione, cui privilegio etiam cum juramento resignare nequit, *Cap. si diligenti* 12. *de foro competenti*, *cap. in olita* 42. *cap. placuit* 43. 11. *quæst.* 1. *cap.* 2. & 3. 9. *quæst.* 2. *cap. significasti*, *de foro competenti*, *cap. significaverunt, de judiciis, in* 5. *compilatione.* Synod.Carthag. *Canone* 107. Marcellinus *epistola* 2.*cap.penult. de foro competenti.* Donellus *lib.*17. *comment. cap.*20.*vers.illud.* Cironius *ad tit.de pactis.* Petrus Gregorius *lib.*1.*partit. tit.*9. *cap.*11. Faber *lib.*22.*conjectur.cap.*7. Fermosinus, & Agustinus Barbosa *in dicto cap. si diligenti.* Fachineus *lib.*8. *controvers. cap.* 4. Suarez *in defens. Fidei lib.*4.*cap.*31. Quintanaduennas *lib.*1.*Ecclesiast. cap.*1. *num.* 8. Anguianus *lib.* 2. *de legibus, cap.*21.*num.*20. idque genus; cum privilegium illud non nisi dignitati Ecclesiasticæ permissum sit, adeòque omnibus Clericis, qua Clerici sunt, secus verò quà tales: quare nil mirum, si huic dignitati, utilitatique publicæ Ecclesiasticæ renunciari nequeat, cum circa jus publicum nullam habeat authoritatem, *l.jus publicum, ff.de pactis, l.* 2. §. *sed quia veremur, Cod.de jure jurando propter cal.* secus verò privato, *l.si quis in conscribendo, Cod. de Episcopis, & Clericis, l. penult. Cod. de pactis, cap.tuis* 39.*vers. nisi de testibus, cap.ad Apostolicam, de Regular. cap. si de tertia, de privileg.* igitur ratione conventionis feudi, habiti à Laico, non nisi quòad bona conveniri jura sinunt; cum huic juri privato resignare valeat;

16 qua-

16 quare textus *in cap.cæterum,5.de judiciis*,ubi est prædefinitum, quòd vassallus etiam si Clericus sit, super feudo conveniri, & comparere debet coram Domino feudi. *Cap. novit, vers. non enim, de judiciis, cap. ex transmissa, cap. verum, de for. competenti, cap. Romana, §.debet de appellat. lib. 6. cap. 1. de controuers.inter Episcopum, & Vassallum,cap, Imperialem, ad finem;vers. præterea,de prohibita feudi alienatione, per Federicum.* Cujacius, *in dicto cap. cæterum, & in dicto cap. ex transmissa*. Fachineus, *2. controvers. cap. 10.* Duarenus, *de feudis, cap. 20. & 21.* Altesserra, *de feudis, cap. 12.* Solorzanus, *tomo 2. de jure Indiarum, lib. 2. cap. 28. num. 15.* Suarez, *adversus Reg. Angliæ, cap. 14. num. 12.* aliique: sic commentandi sunt: siquidem in his privatum respicitur jus, secus verò publicum: enimverò jura juribus concordari expedit, *l. sed & posteriores, ff. de legibus, l. non est novum, ff. eodem tit. l. præcipimus,in fine,Cod. de appellat. l. unica, Cod. de inofficios. dotibus, cap. cum*
17 *expediat. de elect. lib. 6.* & si Gonzalez, quòad bona interpretari possit, cum verba illa; ibi: *quia natura causæ feudalis trahit ad se personam, & non persona naturam causæ*, non nisi quòad Clerici bona, secus verò quòad personam. nam conventio isthæc,quòad personam nulla est, utpotè de subjecto haud supponente, seu incapaci disponente de sua
18 jurisdictione; quemadmodum de Clerico tutore convento, & quòad personam, & quòad bona coram Judice Ecclesiastico esse conveniendum per R.Coll.Cons.prædefinitum fuisse memorat. Reg. Rovitus, *decis. 20. in fine*;ibi; *his omnibus latè discussis, & ponderatis, die 22. Novembris 1622. ad relationem ejusdem Domini Consiliarii Georgii cum intervento, seu votorum duarum Aularum fuit revocatum primum decretum, & remissa causa ad Ju-*
19 *dicem Ecclesiasticum, etiam quòad bona*;inibi consule Blasium Altimarum *num.24.* edocentem, quòd ubi Excellentissimus Prorex hujus Regni, habita relatione à Regia Camera, solet mittere Capitaneum Regium, quando Clericus est privatus feudo pro administratione præfati feudi, cui subditi parere adstringuntur; & sic Clericus,procul à violentia, à feudo exploditur.

20 Clericum cujuscumque Ordinis,dignitatisque, ac per consequens, sive minoribus, sive Sacris initiatum Ordinibus, sive Episcopum, sive Cardinalem, idque genus,sive Regularem, cujuscumque generis sit; sivè Monasterium successionis capax sit; feudum obtinere posse, dummodo in feudi investitura realis, utputà annuus census; secus verò, si personalis subjectio inter Principem, & Subditum conventa fuerit, existimo 2. est Fachinei *7.controvers.cap.35. litera B.* Antonii Capicii *decis.32.num.2.& decis.10.num.8. & 9.*Clari *in §.feudum, quæst.78. vers. quam tamen.*Minadoi *in constit.in aliquibus*,in verbo,*filiorum num.87.* Afflicti *decis.320. num.4.* aliorumq; Author est Menochius *de arbitris Judicum lib. 2. centur.3. casu 231. à num.35. usque ad 39.*

21 Probatur 1. à supralaudato Fachineo *litera B. ex cap.1. de vassallo Milite, qui arma bellica deposuit*, hoc in themate minùs obstat:
22 propterea quod ratio legis inhibentis, Clericos detinere posse feudum, deest; utputà ne beneficium ad eum pertineat,qui munus exer-
23 cere inefficax est: propterea quod efficax esse supponitur: sat enim est, si annuum juxta pacta cum Principe inita,persolvat censum; igitur, &c.

24 Prob. 2. Principis namque in hujuscemodi facti specie mens est, ut ex feudo annuum sin-
25 gulis annis censum percipiat; igitur semper ac per solutionem census haud incapax censetur subjectum, firma est feudi investitura: indè
26 est,quòd sit explodendum Monasterium successionis incapax, utpotè extant mendicantium cænobia.

27 Si feudum francum esse supponatur, tunc & fæminis, & Clerico, & Monasterio successionis capaci acquiri posse existimo 3. est Fachinei *7. juris cap.35. lit. C.* Afflicti *decis. 230. n. 4.* aliorumque, quorum Sectator est Menochius *de arbitris Judicum, lib. 2. centuria 3. casu 231. num. 47.*

28 Probatur:in feudo namque frãco nulla personalis esse supponitur subjectio, ac per consequens persona sua in dignitate, suoque munere restat; igitur,&c,

29 Feudum Ecclesiasticæ adjunctum dignitati per Clericum obtineri posse existimo 4. est Fachinei *7. controver. cap. 35. litera, C*, aliorumque.

30 Probatur 1. à supralaudato Fachineo ex praxi, quæ hodie in Germania vigere videtur, in qua, & Abbates, & Episcopos, idque genus feuda Ecclesiasticæ adjuncta dignitati possideri plusquàm certum est;quod juri haud dis-
31 sentaneum videtur: inde fit, quòd textus *in cap. 1. §. ult. de capitulis Conradi*,& textus *in dicto cap. verum, & in cap. ex transmissa de foro competenti*, hoc in casu commentandi sunt; igitur, &c.

32 Probatur 2. Feudum hujuscemodi seculari haud conferri posse, explorati juris esse: propterea quod Ecclesiasticæ adjunctum supponitur dignitati; igitur non nisi Ecclesiastico subjecto conferri potest, alioqui ejus pessundaretur essentia.

33 Sive Clericum,cujuscumque generis sit, sive Monasterium successionis capax, sive fœminas, si in investitura pactum initum sit,ut Domino feudi per substitutum inservere possit, feudum obtinere valere existimo 5. est Fachinei *7. contr. cap. 35. litera, F*, Afflicti, *decis. 320. num. 4.* Antonii Capicii, *decis. 10. num. 16.* Clari, *§. feudum, quæst. 78. §. sed ad hoc rursus*, aliorumque. Author, sectatorque est Menochius, *de arbitris judicum, lib. 2. centu-*
34 *ria 3. casu 231. num. 39.* secus verò si isthæc desint.

35 Probatur: si in Principis ditione sit, fran-

cum

cum investire posse feudum, ac per consequẽs absque subjectione aliqua; quanto magis in ipsius manu erit, feudũ permittere, adjecta pactione isthac, ut per substitutũ personale, belli
36 tempestate, servitium præstetur; nec in Religiosis, vel Clericis, idque genus, ulla dignita-
37 tis denigratio habeatur: propterea quod ab
38 ipsorum munere non removentur: quare Canonum inhibitiones ritè salvantur; secus si in investitura de substituti suffectione nil mentionatur.

Secunda facti species.

FEudum pro se, quibuscumque successoribus permissum: numquid, & Clericos, cujuscumque ordinis sint, & prima tonsura, & minoribus, & sacris initiatos ordinibus, & Monachũ, & Monialem, quorum Monasterium successionis capax esse supponitur, etiamnum amplecti perhibeatur.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad finem, ejusdem Thesis probatio.

1 PErsonas hujuscemodi haud amplecti, ac per consequens ab isthac facti specie explosas fore reor. est Antonii Capicii *à n. 4. usque ad finem*, aliorumque apud Menochium *de arbitris judicum, lib. 2. centuria 3. cap. 23. nu. 43.* adversus nonnullos.
2 Probatur: Tò dictio (quibuscumque) hoc in usu, Clericos, Monachos, Moniales, Monasteriumque haud amplectitur: propterea quod Ly
3 (quibuscũque) nõ nisi habiles, secus verò inhabiles amplectitur, cum Clerici, Moniales, Monaci, & Monasteria, ut infra liquebit, inhabilia
4 differuntur: enim verò directi domini feudum permittentis mens est, ut capaces, secus verò ex juris prædefinitione incapaces succedant; igitur, &c.

Tertia facti species.

FEudi rigorosè sumpti: numquid Monachus, Monialis, Monasterium successionis capax, clericus, sive secularis, cujuscumque dignitatis, ordinisve sit, sive regularis, capaces esse prædicantur.

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. Thesis prædefinitio.
A' num. 3. usque ad 11. ejusdem Thesis probationes.
A' num. 11. usque ad finem, ejusdem Thesis objectiones, & solutiones.

1 ESse incapaces audacter reor, ceu per S. C. fuit prædefinitum, Auctor est Afflictus *dec. 320. n. 10.* est Præsidis de Frãchis *dec. 20. num. 3.* Menoch. *de arbitris judicum, lib. 2. centuria 3. casu 231. n. 1. 8. 15. 17. 18. & 24.* Minadoi *super constit. Regni, in verbo, filiorum, nu. 5.* Clari *in §. feudum, quæst. 28. vers. & hæc omnia.* Fachinei. *7. controvers. c. 37.* Cancerii *p. 3. cap. 20. n. 330.* Alfonsi de Olea *de cessione jurium, & actionum, tomo 3. quæst. 5. nu. 28.* Camill. de curte *resol. feud. cap. 1. à nu. 20. usque ad 29.* Vincentii de Anna *allegatione 98.* Pauli Staibani *resol. forens. dec. resol. 33. à n. 1.* aliorumque. inspicitò Thorum *compend. dec. Neapol. par. 1. vers. monialis, sive monasterium*
2 *ordinis S. Francisci*: tametsi authores aliqui in Clerico prima initiato tonsura, secus opinantur.
3 Probatur 1. *ex libris feudorum 4. si de feudo defuncti contentio sit inter dominum, & agnatum vassalli*; ibi: *Qui clericus efficitur, aut votum religionis assumit, hoc ipso feudum amittit*; *& ex tit. de feudo fœmineo, cap. 1.* ibi: *Hi enim, nec postea de feudo succedunt*; *& si quod habent perdunt*; *& ex c. 1. de milite vassallo, qui arma bellica deposuit, §. qui clericus*; ibi: *Postquam desiit miles esse sæculi, qui factus est miles Christi, nec beneficium pertinet ad eum, qui non debet gerere officium, & ex tit. non mutus, vel alius imperfectus*, & ex textu *in cap. ex multa, de voto*; igitur, &c.
4 Probatur 2. feudũ hujuscemodi, utpotè personalem involvẽs subjectionem, impossibile est ut à Clerico, vel ab aliis, idque genus acquiri valeat; alioqui duobus quis inservire posset dominis; quod perabsurdum foret. Antonius Faber *in juris prudẽtia, de jure naturali, gẽtium, & civili, principio 4. illat. 5.* Oroz *de apicibus*
5 *juris civilis, lib. 4. cap. 8. nu. 7.* propterea quod utpotè Clericus Ecclesiastico domino; quà verò feudatarius, directo domino feudi subiiceretur, quod repugnat; igitur, &c.
6 Probatur 3. fidelitatis juramentum (quod à feudatario asservari supponitur) Frãciscus Hothomanus *de feudis disput. cap. 26. lit. C.* Cironius *in paratitl. 5. decretal. tit. de feudis 20. pag. 206.* si à Clerico haud asservetur, quippè in cor-
7 pus luere nequiret: quandoquidem, Divino attento jure, à laicali exemptus ducitur jurisdi-
8 ctione: quod à fortiori de Monacho, idque genus differendum est; quæ cum ita sint, ac feudi naturæ observantur, juremeritò incapaces feudi personæ istiusmodi sunt.
9 Probatur 4. implicat in terminis; seu in adjecto dicere, ut superior, quà superior inferiori pareat: verum enimverò Clericus, Monachus, idque genus, cujuscumque ordinis, dignitatisve sint, utpotè spirituales res, cum in sortem domini vocitati sint, *cap. duo sunt 12. qu. 1.* Coloniense Conciliũ *2. part. cap. 2.* Duarenus *lib. 2. de sacris Ecclesiæ ministeriis c. 10. & 11.* superiores, quibuscũq; secularibus esse prædica-
10 tur: inde est, quòd apud omnes gẽtes tãta reverẽtia, tantusque honos eis fuit adhibitus, quod haud facile esset cũcta exẽplo cõmõstrare; præcipuè Romanorũ, qui nulla post Sacerdotũ religionem, ponẽda esse autumarunt, nõ mussantes supremi Imperii culmen, sacris, & sacerdotibus su-

subiici debere. authores exstant Arnobius *lib. 4. adversus gentes.* Anastasius Germonius *lib. 1. de sacris Ecclesiæ ministeriis, cap. 3. nu. 7.* quare si barbaræ gentes illæ, quibus nulla veri Dei notio erat, tantam reverentiam sacerdotibus præstabant, à fortiori fideles nostros id efficere debere par est. vide Antonium Grannanieto 3. *decretal. tit. 1. de vita, & honestate cleric. in cap. ut laici 1. num. 2. pag. 276.* igitur feudatarii hoc in themate esse nequeunt; alioqui duo pugnantia, utputà, essent, & non essent superiores, quod perabsurdum foret, ut speculanti liquidò constat.

11 Nec obstat 1. textus *in cap. 1. §. ult. de capitulis Conradi*; ibi: *Item si clericus veluti Episcopus, Abbas beneficium habens, à Rege datum non solummodò personæ, sed Ecclesiæ*; igitur Abbas, & Episcopus feudum obtinere queunt.

12 Textus hujuscemodi nostræ minùs obstat thesi: siquidem eloquitur ubi feudum adjunctum edisseritur dignitati, utpotè Ecclesiastici extant in Germania feudatarii.

13 Nec obstat 2. textus *in cap. verum, & in cap. ex transmissa de foro competenti*, ubi Clericum, idque genus, feudum permittere posse prædefinitum est; igitur, &c.

14 Alio in casu eloquitur textus, ac in nostro: nam de feudo Ecclesiasticæ adjuncto dignitati eloquitur.

15 Nec obstat 3. textus *in cap. imperialem, §. firmiter, de probibita feudi alienatione*; ibi: *Firmiter etiam statuimus, tàm in Italia, quàm in Alemania, ut quicumque in dicta publica expeditione vocatus à domino suo, in eadem expeditione spacio competenti temerè venire supersederit, vel alium pro se domino acceptabilem mittere contempserit, vel dimidium redditus feudi unius anni domino non sumministraverit feudum, quod ab Episcopo, vel ab alio domino habuit, amittat, & dominus feudi usus suos illud redigendi omnibus habeat facultatem.* hactenus Federicus; igitur, &c.

16 Textus iste non nisi de capaci, secus verò de incapaci eloquitur subjecto.

17 Pro argumentorum solutione; ac pro disputationum agnitione, longè duo isthæc inter se discriminantur; utputà aliud sit rogitare: numquid in directi domini ditione sit, sive Clerico, sive regulari, cujuscumque generis sit, feudum permittere posse, nullum personale præstando servitium; & de hoc nulla habetur hæsitatio,

18 quin possit; aliud verò petere: numquid in feudi successione Clericus, sive secularis, sive regularis, sive Monachus, Monialis, Monasterium, idque genus, capaces sint; de quo in præsenti articulo disceptatur.

Quarta facti species.

CLericus: numquid Clericalem dimittere possit habitum, ac feudum acquirere.

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. Thesis prædefinitio.

A' num. 3. usque ad finem ejusdem Thesis probatio.

1 CLericum, sive tonsuratum, sive minoribus initiatum ordinibus, Clericalem dimittere habitum, feudumque adipisci posse arbitror. est

2 cunctorum Authorum: inde est, quòd, & tonsurã, & feudum detinere nequit. est adversus nonnullos; quorum, & author, & sectator est Menochius, loco supralaudato, *num. 25.*

3 Probatur: extemplò ac primæ resignasse perhibeatur tonsuræ; tunc ex incontinenti secularis fit, nec impossibile ducitur, quòd quis prima initiatus tonsura, laicale detineat feu-

4 dum: quandoquidem etiam Ecclesiastica supponitur persona; igitur, &c.

Quinta facti species.

COnstitutionibus Regni inspectis, in quibus, fœminas feudi esse capaces, ac per consequens per substitutum inservire posse, est prædefinitum: numquid Moniales, & Monasteria etiamnum capacia, reddere differuntur.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.

A' num. 2. usque ad finem, ejusdem Thesis probatio.

1 ESse incapacia existimat Afflictus, *decis. 320. num. 7.* aliique.

2 Probatur: diversa profectò facti species exstat in fœmina, ac in Monaste-

3 rio, Monialibusque: quandoquidem fœmina civiliter, secus verò Monachus, Monialisque vivunt: *auth. de Monachis, §. si quis autem, cap. ad Monasterium de statu Monachorum, cap. in præsentia, de probat. auth. ingressi. Cod.*

4 *de sacrosanctis Ecclesiis*: propterea quod jurisdictioni divinæ, secus humanæ esse subje-

5 cti supponuntur. consule Antonium Grannanieto, 2. *decretal. tit. 2. de foro compet. ad text. in cap. si quis Clericus, in eodem tit. num. 6. pag. 27. colum. 1.* nec extensio de una facti specie irrationabiliter ad aliam fieri par est. Antonius Faber, *de erroribus prag. tomo 2. decade 26. error. 4. pag. 17.* juxta textum *in l. gallus, §. & quid si tantum, ff. de lib. & posthumis.* Hothomanus, *observat. 6. cap. 22.* ubi diversitas haberi supponitur, & in quibus expressum directi Domini velle reposcitur;

6 præsertim, cum Ecclesiastici, quoàd personam pœnam luere nequeant; secus verò fœminæ, si delinquentes sint.

Sexta facti species.

FEudum obtinens quis, in quo personale præstatur servitium, si bellica deposuisse arma, ac

ac Monasticum suscepisse habitum, successionis capacem, perhibeatur: numquid, superstite illo, feudi fructus lucrari possit Monasterium.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
Num. 2. 3. & 4. ejusdem probatio.

1 Fructus hujuscemodi haud lucrari posse Monasterium docent Fachineus 7. *contro. cap.* 35. aliique; dummodo hoc in themate, sive Monachus, sive Monasterium dispensationem minùs impetraverit: est Antonii Capicii, *decis.* 10. *num.* 9. *&* 10. *&* *decis.* 31. *num.* 1. *&* 3.

2 Probatur 1. *ex cap.* 1. *de milite vassallo, qui arma bellica deposuit*; ibi: *miles, qui beneficium tenebat, cum esset sine liberis, venerabilem domum intravit, & sæculo renunciando, arma bellica deposuit, habitumque Religionis assumpsit, & sic conversus factus est: hic donec vixerit feudum retinere conatur. Sed judicatū est domini, vel agnati conditionem esse priorem, eoquòd desinit miles esse sæculi, qui factus est miles Christi; nec beneficium pertinet ad eum, qui non debet gerere officium.*

3 Iisdem prorsus mediis, quibus supra tertia commōstrata fuit thesis, probatur 2. cum eadē
4 urgeat ratio; inde fit quod sit eadem juris prædefinitio, *l. illud, ff. ad legem aquiliam, l. si postulaverit, §. 2. ff. ad leg. juliam, de adulter. l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. nauta, §. finali, ff. nautæ caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, Cod. de sacros. Eccles. §. si igitur*, instit. *quod cum eo.*

Septima facti species.

PRinceps Monachum ad feudi successionem capacem efficiens, ac per consequens per substitutum inservientem: numquid post Monaci extinctionem successor fiat in feudo Monasterium.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
Num. 2. ejusdem probatio.

1 HAud succedere Monasterium docet Afflictus *decis.* 320. aliique.
2 Probatur: Principis namq; in feudi permissione mens est, ut Monachus iste adusque superstes extat, suos lucretur fructus, ac per consequens ejus Monasterium, secus verò post ejus obitum; igitur, &c.

Octava facti species.

SI per Principem, ut fæmina fratri in feudo succedat suo, dispensasse feratur: numquid si sit Monialis, etiamnum fratri succedere dispensasse ducatur.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A num. 2. usque ad finem ejusdem Thesis probationes.

1 HAud dispensasse edocet Afflictus *dec.* 320. *n.* 11.
2 Probatur 1. ubi duo exstare supponuntur defectus, tunc dispensato in uno, haud in alio dispensatum fuisse dicitur, *cap. tuam in domino, de ætate, & qual. &c.* Laurea *in epitome canon. lit. D*, verbo, *dispensatus ab irregularitate, pag.* 253. *& cap.* 1. §. *ille verò, de filiis Præsbiterorū in* 6. idem auth. ibidē, verbo, *dispensatio facta*: verū enimverò esse fæminam, & fore Monialem duo supponuntur defectus; igitur dispensato in uno, haud in alio dispensasse præsumendum est.

3 Probatur 2. quicquid est extra superioris mentem, haud in illo per superiorem fuisse dispensatum autumatur, *cap. bonæ memoriæ* 3. *tit.* 30. *de confirm. utili. cap. cæterum* 3. *de rescriptis, cap. si autem* 9. *cap. ex parte* 12. *cap. cum dilecta* 22. *cap. plerumque* 23. *cap. cum contingat* 24. *cap. ex tenore, de rescriptis, cap. causam, quæ* 2. *de judiciis, cap. tua de filiis Præsbyt. cap. pastoralis* 28. *cap. ex literis* 29. *cap. coram* 34. *de officio Delegati, cap. sicut nobis de officio Vicarii, cap.* 2. *de dolo, & contumac. cap. audita* 4. *de restit. spoliator. cap. penult. de præscript. cap. inter* 20. *de re judicata, cap. cum teneamur* 20. *de præbendis, cap. cum nostri* 6. *de concess. præb. cap.* 2. *de rescriptis in* 6. *cap. dudū* 31. *de privilegiis.* Petrus Gregorius, Fagnanus *in dicto cap. cæterum* 3. Suarez *de legibus, lib.* 8. *cap.* 39. *num.* 5. Salas *de legibus disput.* 7. *sect.* 14. *num.* 71. Molina *lib.* 2. *de primogen. cap.* 4. *num.* 5. Gonsalez 2. *decretal. tit.* 30. *nu.* 2. *pag.* 865. DD. Antonius Crannanieto 2. *decretal. tit.* 30. *de cōfirm. utili, vel inutili, pag.* 271. textus *in reg. ea, quæ, de regulis juris in* 6. *cap. cū olim de cōsuet. cap. penult. de privileg.* Augustinus Barbosa 1. *decretal. de consuetud. tit.* 4. *in cap. cum olim* 6. *num.* 6. Covarr. 1. *var. cap.* 17. *num.* 13. *ad finem*, ast fore Moniа-
4 lem feudum concedentem defactò fugiebat; igitur minimè in hoc per superiorem fuisse dispensatum ducitur; alioqui velle in incognitum tenderetur, quod est abs re dictum, siquidem voluntas ferreretur in incognitum, quod perabsurdum foret, quod universis in dispositionibus est effugiendum, *l. ita si* 39. *in fine, ff. de oper. libert. l. nam. absurdum, ff. de bonis libert. cap. in genesi de elect.*

Nona Facti Species.

CLericus post patris exstinctionem Ecclesiastico resignare volens beneficio, ut in feudo succedat: numquid possit.

SUM-

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
Num. 2. ejusdem probatio.

1 Clericum post patris obitum, Ecclesiasticũ volentẽ à se abdicare beneficium, ut feudum acquirat, tẽpestatemque protrahere posse, adusque per Judicem ad se stabiliendum adstringatur: numquid feudi successor fieri queat, nec ne; duco. est adversus Afflictum, aliosve, quorum authores sunt Menochius, *de arbitris judicum, lib. 2. centur. 3. num. 28. & 29.* Camillus de Curte, *resol. feudal. cap. 1. num. 71.*

2 Probatur: ipsi Clerico in feudo succedere posse, jus esse acquisitum supponitur. argum. textus *in cap. cæterum de judiciis, cap. ex trãsmissa, cap. verum, de foro competenti.* D. Antonius Grannanieto 2. *decretal. in cap. decernimus. 2. tit. de judiciis, num. 22.* author est, *cap. verum quoniam de foro competenti*; igitur istiusmodi jus pro ejus libito prorogare potest, adusque per Judicem citatum, ut stabiliet: numquid in feudo successor esse queat, nec ne.

Decima facti species.

SI novitiatus tempore feudum vacet: numquid primogenitus à novitiatu egredi, feudumque adipisci queat.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
Num. 2. & 3. ejusdem probatio.

1 Egredi; feudumque acquirere posse edocet Paulus Staibanus, *resol. for. decis. resol. 23. num. 7. usque ad 12.* memorans, in Sicano Senatu sic fuisse prædefinitum. est Capicii, *decis. 115. à num. 9. usque ad finem*, aliorumque. consule Thorum *in compendio, tomo 1. decis. vers. Monialis Ordinis S. Francisci*,

2 Probatur: adusque Monaci, Monialisque professio non verificatur, civiliter vivunt. argum. authent. *ingressi, Cod. de sacros. Eccles. cap. super quodam 4. de statu Monachorum, cap. scimus, cap. Abbates 16. quæst. 2. cap. Monacho 27. quæst. 1. cap. 7. de officio ordinar.* Concilium Altissiod. *Canone* 23. Concilium Vereneasse sub Pipino *Canone* 11. Concilium Aquisgranum *Can.* 110. Concilium Mogunt. sub Urbano *cap.* 14. Tridentinum *sess. 25. de reform. cap.* 20. Durantius, *quæst.* 6. Hunnius ad Treutl. *volum. 2. disput. 10. quæst.* 10. Ægidius, *in l. 1. Cod. de sacros. Eccles. p.* 4. Robertus, *lib. 2. rer. judicatarum, cap.* 2. Antonius Augustinus, *epit. juris Pontific. lib. 9. tit.* 4. aliique, ac per consequens pro ipsorum libito è Monasterio egredi, ac feudum adipisci

3 queunt: numquid verò Staibani ratio firma sit; nec ne; mi lector Judex esto.

Undecima facti species.

FEudum post Cardinalitiam devolutum dignitatem: numquid Cardinalis affinibus, consanguineisque feudum acquiratur.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
Num. 2. ejusdem Thesis probatio.

1 IPsis adipisci existimo, si in feudi investitura per Dominum id fuit prædefinitũ. est Annæ, *singulari* 70. aliorumque apud eumdem contra Julium Clarum, aliosque.

2 Probatur: pactum in investitura adjectum ceu lex est asservandum, *l. 1. §. si conveniet, ff. de pactis, l. juris gentium, §. Prætor ait, ff. eodem tit. l. 1. ff. de constit. pecunia, l. cum amplius, in fine, ff. de regulis juris, cap. 1. de pactis*; exemplo exstat de pacto, quod Deus pepigit cum Noè *Genesi, cap.* 9. vel cum populo Israelitico Exodi, *cap.* 19. & in lege Evangelica; ibi: *si vis ad vitam ingredi, serva mandata, & Genesi cap.* 30. ubi Jacob Patriarcha cum Laban pasciscebatur; nec Cardinalis civiliter extinctus esse prædicatur, ac per consequens sanguinis jus detinere suppnni turs igitur, &c.

DECISIO XI.

IN Causa Federici de Sancto Blasio hæsitatum fuit de duobus. primum, an reus conventus, qui fuit condemnatus ad restituendum dicto Federico Casale Persani: possit adversus Victorem uti prætensione ipsius Casalis ob debitum vitæ, & militiæ, quam clarum est victo deberi, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti Species.

REus in Senatu ritè conventus; & ad restituendum actori feudum damnatus: numquid feudum hujuscemodi ob militiæ vitæ debitum, etiam detinere possit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad num. 11. ejusdem Thesis probationes.

H A' num.

A' num. 11. usque ad finem, ejusdem Thesis impugnationes, & solutiones.

1 Etineri posse per S. C. fuisse prædefinitum memorat Antonius Capicius hìc in fine; ibi: *fuit votatum quoàd primum dubium, quod Actor teneatur ad omnem vitam, & militiam, ex quo de tota loquitur sententia condemnatoria feudi*; quam definitionem consectati fuere Hector. Felic. *in allegatione* 43. Thorus, *parte* 1. *compend. decis. vers. condemnatus ad restitut. feudi cessi*.

2 Probatur 1. ex *l. si non sortem*, §. *si centum, de condit. indebiti*, *l. eleganter*, §. *qui reprobus, ff. de pignoratitia, l. si cum aurum, ff. de solut.* Author est Antonius Capicius hìc *n.* 1. igitur, &c.

3 Probatur 2. ubi eodem in casu esse supponatur; vel si creditum sit liquidum, toties reconventioni locum esse plusquàm manifestum est. argum. textus *in cap. ex litteris, de mutuis petitionibus, tit.* 4. *num.* 4. *cap. multis* 2. *quæst.* 1. *cap. neganda* 3. *quæst.* 11. *cap.* 1. 3. *quæst.* 8. *cap. dispendia*, §. *reus de rescriptis in* 6. *clement. sæpè*, §. *verum, ff. de verbor. significat. l. si idem* 11. §. *sed etsi mutuæ, ff. de jurisdict. l. non cogitur* 22. *ff. de judiciis, l.* 1. §. *ultimo, ff. de variis, & extraordinariis, l.* 1. §. *ultimo, ff. quæ sententiæ sine appellat. l. cum Papinianus* 14. auth. *consequenter, Cod. de sentent. ac interlocut. novella* 96. *justinian. cap.* 2. & 123. & *cap.* 25. Antonius Faber, *lib.* 20. *conjectur. cap.* 5. & 6. Cujacius *ad tit. Cod. de sententiis, & interloc. & in l.* 6. *Cod. de compensat.* Et ad Ulpium Marcellum *in l. Lucius* 22. *ff. mandati*. Giphanius *in l.* 2. *Cod. de sent. ex peric.* P. Gregorius, *lib.* 1. *de rescriptis, cap.* 37. Vultejus *lib.* 3. *de judiciis, cap.* 5. *per totum*. Reg. de Marinis, *lib.* 2. *resol. cap.* 169. Balboa *in cap.* 1. *de causa possess. num.* 50. Carleval. *de judiciis, tomo* 2. *disput.* 7. *per totum*. indè est, quòd sæpè sepiùs reconventio

4 ab Imperatoribus compensatio nuncupatur, *l. neque* 6. *Cod. de compensationibus, l.* 1. *Cod. de rer. amotar.* Cujacius, *lib.* 6. *observ. cap.* 34.

5 quare mutua petitio, est præparatoria compensationis; atque hinc fit, quòd desinente mutua compensatione, deest etiamnum mutua rogitatio, veluti in causa depositi, *cap. bona fides de deposito, l. finali. C. depositi.* Antonius Capicius *decis.* 17. Author est Masullus *hìc, num.* 1.

6 propterea quod conventio, reconventioque inter se fermè sunt connexa. Consule authores apud Augustinum Barbosa *de mutuis petitionibus, tit.* 4. *in cap. ex literis* 1. *num.* 2. *pag.* 389. *l. penult. C. de Judæis*, cum reconventio aliud non sit in effectu, nisi retorsio, *l. cum Pap. cum auth. sequenti, Cod. de Senatus, &*

7 *interlocut. omnium Judicum*: quare jure meritò, Cajus reconuentionem mutuam nuncupat actionem, *in l. si cum idem, eodem*, §. *sed etsi*

8 *mutuò, ff. de jurisdictione*: verum enimverò in nostra facti specie cuncta istæc habentur; cum idem sit casus, & militiæ vitæ æs, fore liquidum supponitur alienum; igitur, &c.

9 Probatur 3. paritate à despoliationis causa ducta: propterea quod in despoliationis causa, si quis despoliatus fuerit; tunc super eadem spolii causa ab eodem despoliato reconveniri potest, secus verò super alia spolii causa, *cap. nullus* 3. 2. *quæst.* 2. *cap.* 1. *cum duob. sequent.* 3. *quæst.* 1. *cap. in literis* 5. *cap. ex conquæst.* 10. *de restit. spol. cap. eod. tit. in* 6. *cap.* 2. *vers. sed quoniã de ordine cognit. l.* 1. §. *qui à me, l. si colonus* 12. *ff. de vi, & vi armata, l. non à Judice* 64. *ff. de judiciis, l.* 1. §. *si prædo, ff. depositi, l. si pignore*, §. *si prædo, ff. de pignorat. action. l.* 4. §. *dominus, ff. de usucap. l. si meminerim* 6. *cum sequenti, C. unde vi, l. unica, Cod. si pro suo, vel alio, l. si maritus, Cod. de donat. inter, l. final. in fine, Cod. de compens. l. si quis* 7. *Cod. ad leg. jul. de vi, l. qui possessionem* 17. *ff. de vi, & vi, cap.* 2. *de ord. cognit. l. si alius* 7. §. *bellissime, l. finali, vers. si ad januam, ff. quod vi, aut clam* Menochius *de recuper. remed.* 1. *n.* 336. Maranta *de ordin. judic.* 41. *ep. dist.* 6. *nu.* 43. Petrus Barbosa *in l.* 2. *verbo legatis, nu.* 151. *ff. de judiciis*. Fermosinus *in cap.* 1. *quæst.* 2. *de restit. spol.* Fachineus *lib.* 8. *controvers. cap.* 10. Scaccia *de appell. quæst.* 19. Codex Theodosianus 2. *in l. universa* 5. *tit.* 4. *de denũc. vel edit. & c. l. si quis debiti* 6. ibidem; ubi Iacobus Gothofredus *in comment. columna* 1. *pag.* 103. *cap.* 1. *cap. sæpe, cap. in literis, & poss. exstr. de restit. spoliat. cap. super spoliatione extra, de ordine cognit. l. si de vi* 37. *ff. de judiciis, l. si maritus* 10. *Cod. de donat. inter virum, & uxorem*, Antonius Faber 3. *Cod. tit.* 7. *de ord. judicio, def.*

10 7. *nu.* 1. *pag.* 181. propterea quod spoliare idem æquipollens est, ac bonis exuere, *l.* 1. *ff. de donat. inter virum, & uxorem*: quod Imperator §. *finali* instit. *de actionibus*, inquit; ibi: *Expoliatum bonis*; jurisconsultus verò *in l. finali, ff. de his, quæ in fraudem*; ibi: *Exutum bonis*: quare paria sunt exui bonis, ac expoliari bonis, utputà jacturam bonorum pati. Terent. *in hecyrra. quin spolies, mutiles, laceres*; igitur &c.

11 Nec 1. obstat textus *in l. finali, Cod. commodati, l. si non inducta, Cod. in quibus caut. pign. vel hypothec. t ac. contra*; igitur, &c.

12 Textus hujuscemodi alio in casu extat, ac per consequens nostræ minùs oppugnare vide-

13 tur thesi: propterea quod in nostra facti specie eadem feudi causa habetur; idemque militiæ vitæ æs alienum; secus verò supralaudato in textu, in quo in diverso casu, reconventionem fore inhibitam, sancitum est.

14 Nec obstat 2. dicere: Tò *militiæ vitæ debitum* alio in themate extare videtur, ac est in

15 primæva facti specie: recõvẽtio porrò in eodẽ,

16 secus verò in diverso fieri permittitur: propterea quod nova causæ notio ducitur, ac per consequens novum judiciumr; igitur, &c.

17 Nego antecedens: nam eodem in casu est, ac thesis nostra; utpotè ex supra commonstratis liquet.

S E-

SEcundum, de quo principaliter dubitabatur, erat, ex quo reus condemnatus erat ad restituendum Casale, cum fructibus perceptis à tempore litis contestatæ: & reperitur lis contestata bis: post primam enim contestationem perempta erat instantia, an attendatur tempus litis contestatæ prima vice, ut ab eo veniant dicti fructus, &c. *Hactenus Antonins Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Secunda Facti Species.

SI reus ad feudum, unà cum fructibus à litis contestatæ tempore perceptis, restituendum damnatus fuerit: quid prædefiendum, si lis inter eos bis contestata, & post primævam contestationem, instantia perempta sit: numquid fructuum restitutio, inspecta primæ litis contestationis tempestate, efficienda sit; an verò secundæ.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A'num. 2. usque ad num. 9. ejusdem Thesis probationes.
A'num. 9. usque ad finem, oppugnationes, & solutiones.

1 FRuctuum restitutionem, inspecto primæ litis contestationis tempore, esse efficiendam, per S.C. fuisse sancitum memorat Antonius Capicius hìc, in fine; ibi: *Quò verò ad secundum dubium, quòd ad rationem de ipsis fructibus habendam, attēdatur tēpus litis primo loco coutestatæ*. est Reg. Roviti *in prag. 1. num. 5. de inst. caus. non restit.* aliorumque inspicito Thorum *par. 1. compend. vers. fructuum restitutio ex sententia condemnatoria proveniens*.

2 Probatur 1. per litis namque cōtestationem quis malæ fidei possessor factus esse supponitur;
3 cum litis contestatio sit principalis negotii apud compentem Iudicem facta narratio. Petrus Gregor. *lib. 38. syntagmat. cap. 6. num. 2.* Parladorus *lib. 1. cap. 14.* Cujacius *in Cod. ad tit. de litis contestat. & lib. 9. cap. 21. l. sed etsi, l. 25. §. si ante de petit. hæred.* Antonius Faber *conject. 16. cap. 2. columu. 1. in fine, pag. 543.* idem Author 4. *Cod. tit. 2. si certum petatur, defin. 18.*
4 *col. 1. nu. 2. in alleg. pag. 278.* quæ quippè, perēpta instantia, etiam perimitur. Antonius Faber 2. *Cod. tit. 8. ut nem. privat. præd. def. 32. num. 1. col. 1. pag. 103*, quæ Civili inspecto jure per triēnium exstinguitur, secus verò jure Canonico. Gonsalez 1. *decretal. tit. 29. de officio, & potestat. in cap. de causis 4. num. 7.* quandoquidem mala fides, non nisi in mortalis animo exstare supponitur, dignoscens quicquid detinet, saltem esse hæsitabile: numquid sit suum, vel alienum, *l. 28. §. etiam, ff. de petitione hæreditatis, l. 45. ff. de rei vindic. l. 27. ff. de contrahenda emptione, l. 15. §. qui à pupillo, ff. de public. l. 7. §. qui sciens, ff. pro emptore, l. 17. ff. de rei vindicat. l. 22. §. petitam, ff. de petitione hæreditatis, l. 32. §. 1. ff. de usucap.* igitur ob hujuscemodi malæ fidei fructuum restitutionem occipienda est.

5 Probatur 2. mala namque fides, non nisi pravus intellectus, voluntatisve actus esse supponitur, *l. sequitur 4. §. quod autem, ff. de usucap.* Hothomanus 7. *c. 18. pag. 224.* ac per cōsequens absurdus intellectus est evitandus, *l. nam absurdum, ff. de bonis damnatorum, l. 1. §. unde quæritur. ff. de publicis in rem action. l. observare, §. fin. ff. de officio Proconsulis, cap. quemadmodum, de jure jurando, cap. cum inter, de except. cap. dudum, de præbendis in 6.* ac per consequēs ex incontinenti, ac quis malam se habere noverit fidem, extemplo (inquam) restituendi
6 obligatio suboritur, cum restitutio non nisi ex obligatione tamquā à causa subnascatnr. Do-
7 nellus 7. *jur. civil. cap. 21. n. 50, pag. 185.* verum enimverò verificata litis contestatetione (in Regno autem termino in causa) ex incōtinen-
8 ti (inquam) in mala redigi proditur fide. Antonius Faber, 16. *conject. cap. 2. col. 1. pag. 543.* propterea quod, quicquid detinet, hæsitabile dignoscit; igitur in incontinenti, ac mala verificatur fides, restituendi obligatio dimanat; ac per consequens à litis contestatione, per quam in mala redigitur fide.

9 Ne 1. differas: sententia primæ litis contestationis, non nisi perempta esse supponitur; igitur ab ipsa fructuum restitutio haud inceptare
10 æquum ducitur: propterea quod quicquid extinctum esse supponitur, quippe effectum gi-
11 gnere nequeat suum, *l. adigere, §. quamvis, ff. de jure patronatus, l. si pater, ff. de hæredum instit. l. generaliter, Cod. de Episc. & cler. l. cum te Cod. de pacto inter empt. cap. magnæ, in fine, de voto, cap. cum cessante 60. de appellat.* Tiraq. *in special. tract. cessante causa, cessat effectus, & de*
12 *jure primog. quæst. 40. nu. 170. cum sequ.* quandoquidem non entis nulla exstant attributa. ut inquiunt Philosophi.

13 Inepta ducitur illatio isthæc: propterea quod instantiam fuisse peremptam, id merè materia-
14 liter se habet: quandoquidem fructuum resti-
15 tutio ex mala occipere ducitur fide: quæ non

 nisi

nisi ex litis cōtestatione extemplò dinascitur:
16 quare, sive prima instantia in suo persistere feratur esse, sive non, id hoc in themate merè
17 materialiter se habet; quod autem de formali est, est malæ fidei occæptio, institutioque quæ confestim ex litis contestatione dimanat.
18 Ne differas 2. instantia isthæc, ex actoris culpa, negligentiaque, esse perempta supponitur, qui causam prosequi in Senatu noluit; igitur, &c.
19 Ex hoc antecedenti nulla legitima infertur illatio: propterea quod ex supra commonstratis, fructuum restitutio, haud ex instantia sive firma, sive infirma sit, regulanda est; ast mala ex fide, in qua quis redigi ducitur confestim, ac lis contestari prædicatur.

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT I.

IN mulieris ditione: numquid sit feudum pro dote detinere posse.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
Num. 2. 3. & 4. ejusdem Thesis probatio.

1 SI dotis debitum liquidum sit, quippè in ejus manu feudum detinere posse haud dubiè reor. est Joannis Vincentii de Anna, *allegatione* 136. *num.* 6. aliorumque.
2 Probatur: liquidum creditum paratam obtinet exequutionem. Vide Cujacium, *in ff. de petitione hæreditatis, ad l.* 5. 6. *&* 7. *lit.* C, *pag.* 381. *tom.* 2. ac per consequens de ipso
3 rogitari posse æquum ducitur; quare juremeritò pro dotis credito, feudum sequestro sub-
4 dere, detinereque indulgetur; secus si creditū ex parte suscipientis turpitudinem contineat: siquidem tunc districtione Ecclesiastica, compelli potest creditor ad relaxationem juramenti, si intercesserit, *cap. ex administratis* 1. *de jurejurando, cap. tua, cap. quia in omnibus, cap. super eo, de usuris, cap. significante, de pignor. cap. cum contingat* 28. *de jurejurando, cap. licet* 2. *eodem tit. in* 6. *l. finali, ff. qui satisdare, l. finali, in principio, ff. ad municip.* Balboa, *in dicto cap. ex administratis* 1. Cujacius, ibidem. Germonius, *lib.* 3. *de sacror. immunitate, cap.* 21. *num.* 128. Fachineus, 3. *controvers. cap.* 13. *&* 18. *& lib.* 8. *cap.* 82. Suarez, *de relig. tomo* 2. *lib.* 3. *de juram. cap.* 39. *&* 41. Petrus Gregorius, *lib.* 50. *syntag. cap.* 5. *num.* 7. Guttierez, *de juram.* 1. *par. cap.* 2.

CAPUT II.

CReditor, cui bona adjudicata fuere: numquid pro alio detineri queat debito.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad finem, ejusdem Thesis probationes.

1 PRO alio minùs detinere posse debito existimo. est Besoldi, *in delibatis juris ex lib. ff.* 41. 42. *quæst.* 8. *pagina* 160. aliorumque, adversus Decium Bartolum, aliosque. quorum & author, & sectator est Mastrillus, *lib.* 1. *decis.* 88. memorans, sic in Senatu Pedemontano fuisse prædefinitum.
2 Probatur 1. extemplò, ac res aliqua alicui pro debito, A, adjudicata fuit, hujuscemodi æs numero alienum, extinctum esse confestim
3 supponitur, cùm res judicata litem dirimat, juxta Modestinum, *in l.* 2. *ff. de sent. & re judic.* ibi: *res judicata dicitur, quæ finem controversiarum pronuntiatione judicis accipit*, quod vel condemnatione, vel absolutione contingit. hinc Tullius, *lib.* 2. *de inventione*; ibi: *judicatum est, de quo jam antè sententiam alicujus, aut aliquorum constitutum est*. & ad Herennium, *lib.* 2. ibi: *judicatum est, de quo*
4 *sententia lata, aut decretum interpositum*: inde est, quòd diffidet sententia à re judicata, quatenus sententia, pro decisione controversiæ ritè facta, in judicio accipitur. Treutl. *volum.* 2. *disput.* 32. *thesi* 1. *l. qualem* 19. §. 1. *ff. de receptis, l.* 2. *ff. de appellat. l. ante* 9. *Cod. de sent. & interl. i. penult. Cod. quor. appell. l. interlocutio* 4. *Cod. comminationes epistol.* Pichardus, 2. *par. manuduct. in prælud.* §. 3. *num.* 5. Osualdus, *lib.* 27. *Donelli*; & si quandoque, & pro definitiva, *l.* 2. *Cod. de Episcop. audi. l.* 3. *Cod. de sent. & interl. cap. ei, qui* 41. §. *definitiva* 2. *quæst.* 6. & pro interlocutoria, *l. ultima, Cod. de sententiis, & interlocut. cap. ultimo de appellat. in* 6. Trid. *sess.* 24. *de refor. cap.* 20. Donellus, *lib.* 27. *comment.*
5 *in proœmio*; res verò judicata omnem dirimit
6 controversiam; quare juremerito in jure sententia haud pro veritate habetur, ast res judicata. Corasius, *in l. ingenuum* 25. *num.* 2. *ff. de statu hominum.* Osualdus, *lib.* 27. *Donelli, cap.* 2. *litera*, G. Cicero, *Philipp.* 2. prope medium; ibi: *absentem credo in reos relatum*
7 1. *rem in dicta causa judicatam.* quandoquidem res judicata, perinde se habet, ac si foret vera veritate naturali, *l. ingenuum* 25. *ff. de statu hominum, l. res judicata* 207. *ff. de regulis juris*; quod jus positivum introduxit propter rerum judicatarum auctoritatem, *l. servo* 65. §. *cum Prætor, ff. ad Trebell. l. non minorem, Cod. de transact. l. penult. Cod. de sentent. & re judic.* quæ facit, ut quod jus non est, jus sit, & fiat; idque non nisi, ut litibus modus imponatur, *l. finali, ff. pro suo, l. fratris, Cod. de transact. l. quidam* 21. *ff. de rebus creditis*:
8 quare juremeritò regulariter loquendo rei judicatæ standum est, *l. si protinus* 10. §. *si quis cum esset, ff. de bonis libert. l.* 1. *Cod. de his, qui per metum, l.* 1. *l. cum prolatis, Cod. hoc tit.*

tit. etiam si quis solvat quod non debebat, l. si fidejussor. 29. §. 1. ff. mandati, l. 1. Cod. de condict. indebiti, l. 2. Cod. de compensat. l. cum putarem 36. ff. familiæ ercisc. l. de qua re 74. §. ult. ff. de judic. l. servo 58. ff. de condict. indebiti. Duarenus, *de condict. indebiti, cap.* 11. Osualdus, *lib.* 14. *Donelli, cap.* 15. *lit. C.* Valentia, *lib.* 2. *illustr. tract.* 2. *cap.* 8. *ex num.* 2. Menchaca, *lib.* 3. *usu freq. & lib.* 6. *illustr. cap.* 63. igitur pro alio ære alieno illam detinere nequit: siquidem debitum illud suo in robore extare differitur, in quo nomina, Judicis adjudicatio, pro ipsius satisfactione, reposcenda sint.

6 Probatur 2. pro credito namque hoc, pro quo haud immissus esse fertur, retensione uti non posse, pro comperto habetur.

CAPUT III.

Vidua, pro dotis restitutione: numquid in bonis extincti viri, retensionis jure, uti potest.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad finem, ejusdem Thesis probatio.

1 Detinere posse, vel ex Judicis permissu; vel si sic cum ejus viro initum fuerit pactum; vel si isthæc deficiant, saltem illa (si id expediens sit) sequestro subdere, reposcere posse, reor. est aliqua ex parte, Magon. *decis. Lucens.* 64. aliorumque. Besoldus Author est *in delibatis juris, ex lib.* 23. 24. 25. *ff. quæst.* 12.

2 Probatur: pacta juribus haud obnoxia esse asservanda, & explorati juris esse, *l. juris gen-*
3 *tium, §. ait Prætor, ff. de pactis, l. pacta, Cod. de pactis, l* 1. *§. si conveniat, ff. depositi, l. 1. ff. de pactis, l. juris gentium, §. Prætor ait, ff. eod. tit. l. 1. ff. de constit. pecun. l. cum amplius, in fine, ff. de reg. juris, cap. 1. de pactis*;
4 secus si adversus jura, etiamnum in stipulationibus. Cujacius, *ad titulum 1. jul. Paul. recept. sentent. lib. 1. §. neque contra leges.* &
5 apud cunctos Authores pro comperto haberi plusquàm manifestum est; quod sibi vendicat locum, etiam si Princeps foret, cum voluntariè coactioni se subiiciat. Duarenus, *in l.*
6 *conventionum, Cod. de pactis conventis*; quod haud est differendum, si pactum turpè, vel impossibile de jure, vel de facto sit, *cap. 1. & 2. cap. in malis, cap. unusquisque, & per totam 22. quæst. 4. cap. veniens 16. cap. cum contingat 28. cap. Quintavallis, de jurejurando, l. juris gentium 7. §. si ob maleficium, l. si unus 27. §. pacta, l. sumptus, ff. de pactis, l. 4. §. quæsitum, ff. si quis cautionibus, l. penult. & ult. ff. de condict. ob turpem causam, l. 2. §. 6. ff. de eo, quod certo loco, l. si quis, 31. ff. de evict. l. si rem 6. §. rei turpis, l. si mandavero 22. §. quædam, ff. mandati, l. si in emptione, §. 1. ff. de contrahenda, l. illud, ff. de pactis dotalibus, l. alia, §. 1. ff. soluto matrim. l. libertus 30. ff. de oper. libertor. l. si qui, 112. §. 3. ff. de legatis 1.* idque genus. Cujacius, *ad Digesta, in l. generaliter, ff. de V. O.* Donell. *lib. 12. comment. cap. 21. & in l. generaliter 26. & in l. pacta, C. de pactis.* Merenda, *lib. 1. controv. cap. 9.* Duarenus, *de pactis, cap. 4. nu.* 3. Petrus Barbosa, *in l. alia, §. eleganter, nu. 28. ff. soluto matrimon.* Arnoldus Vinius, *de pactis, cap.* 18. Antonius Faber, *in d. l. si unus*
7 *27. §. pacta.* impossibile de factò foret, utputà si promitteret hyppocentaurum dare, *l. si ita 97. ff. de verbor. oblig. §. 1. instit. de inutil.* vel montem aureum construere, Cœlum ascendere, *§. impossibilis* Instit. vel Romæ promittens eodem die Carthagine dare, *l. 1. §. 6. de eo, quod certo loco.* de jure verò impossibile esset, scilicet, si quis sororem ducere polliceretur, *l. quod si stipuler, §. 1. ff. de verbor. obligat.* vel si minor promittat servum manumittere, *l. si minor 66. ff. de verbor. obligat.* & sic de similibus, in queis nulla oritur obligatio; nec si pœna polliceatur, debetur, *l. si stipulatus 97. l. si ita 126. §. finali, ff. de verbor. obligat. l. quod de bonis, §. 1. ff. ad leg. falcid.*
8 nec deterioris conditionis fieri mulieris dotis conditionem æquum ducitur, *l. Attlicinus 17. ff. de pact. dot.* Antonius Faber, 4. *Cod. tit. 21. ad S. C. Vell. def. 13. par. 3. allegat.*
9 *pag. 367. colum.* 1. ac per consequens, si expediens sit, tunc extincti viri bona, sequestro esse subdenda, alioqui dotis restitutio alicui exponeretur periculo, quod absurdum foret.

DECISIO XII.

In Causa Hurgonii Hispani Armigeri C. Majestatis, fuit dubitatum, an privilegium dicto Hurgonio, ut Armigero concessum, quod possit omnes etiam privilegiatos trahere in Magna Curia Vicariæ, ad instar Neapolitanorum, extendatur ad ejus famulum, &c. *Hactenus Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

Privilegium alicui Regiam per Majestatem, ut aliquo in Senatu designato conveniri queat: numquid ejus familiæ, sive ad tempus, sive perpetuò permissum esse perhibeatur.

SUM-

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad 13. ejusdem Thesis probationes.
A' num. 13. usque ad finem, ejusdem Thesis impugnatio, & solutio.

1 HAud esse permissum edocent Antonius Capicius *hic, à num. 2. usque ad finem*. Bajardus ad Clarum *in §. finali, in principio*. Scaccia *in tract. de Judic. caus. civil. & criminal. cap. 11. num. 22.* Capiblancus *in pragm. 8. num. 143. de Baron.* Carolus Tapia *in l. finali, p. 2. c. 3. n. 98. & 99. ff. de Constitut. Principum*, aliique. Author est Thorus, *par. 1. compend. decis. vers. fori privilegio, an gaudeāt famuli privilegiatorum.*
2 Prob. 1. Privilegium namque hujuscemodi personale esse supponitur, ac per consequens
3 exstincta persona extendi nequit: quæ enim merè personalia extant, extincto subiecto,
4 extinguntur: propterea quod accidens de sui natura, perempto subiecto, perimi necessum est, ceu edocent Philosophi, *l. 4. in fine de actionibus empti.* Balduinus, *Instit. lib. 2. de jure naturali, gentium, & civili.* Gellius, *lib. 10. noctium cap. 20.* igitur ejus amplecti fa-
5 miliam nequit: propterea quod privilegium permittentis mens fuit, ut hic numero vir istiusmodi num. obtineat privilegium; secus
6 verò alii; nec extra indulgentis mentem aliquē produci queat effectum: enim verò privilegium est jus quoddam præcipuum, & singulare, seu beneficium à Principe concessum. Hothomanus *in comm. verbor. juris*, verbo, *privilegia*. Divus Isidorus *in cap. privilegia, 3. dist.* juxta Textum, *in l. quia tale, ff. soluto matrimonio, l. 16. ff. de re judicata, l. omnibus, 66. ff. de regulis juris, l. privilegia 196. ff. eodem, cap. in his 30. de privilegiis.* Petrus Faber *in dicta l. privilegia*. Suarez, *lib. 3. de legibus, cap. 1. num. 7.* Salas *eodem tract. disput.*
7 *17. sect. 1.* idque genus; indè fit, quòd privilegia, & beneficia promiscuè usurpantur. Cassiodorus, *lib. 1. var. cap. 28.* siquidem in genere, saltem conveniunt; cum ex indulgentia dimanant. Suarez *dicto lib. 8. cap. 2. num. 11.* igitur, &c.
8 Prob. 2. ideò Episcopi familiares coram eodem conveniendi sunt, non nisi speciali ex privilegio, Episcopo permisso, *c. finali*; ubi Augustinus Barbosa innumeros laudat Authores
9 *de officio Archidiaconi*: verum enimverò nostro in casu res aliter ex commonstratis se habere supponitur; quare argumentum ab Episcopi familia ad reliquos infirmum esse autumatur, quod non nisi de familiari Ecclesiastico intelligendum est: quandoquidem de Laico familiari dissidium est apud Authores:
10 etenim Augustinus Barbosa *in collect. in cap. dilecto filio 10. de officio Archidiaconi.* Fermosinus *in cap. cum contingat, quæst. 10. & 12. de foro competenti.* Diana *p. 1. tract. 2. resol. 97. & 4. part. tract. 1. resol. 30.* Solorzanus, *tomo 2. de jure Indiar. lib. 3. cap. 8.* Carleval. *de judiciis, tomo 1. quæst. 6. disput. 2. sect. 3.*
11 *num. 427. & 509.* idque genus. edocent, etiam Laicos, prætextu familiaritatis à sæculari jurisdictione, sive civili, sive criminali fore exemptos; qui moventur ex textu *in cap. Ecclesiarum 69. 12. q. 2. l. 1. & l. 2. §. 1. Cod. de Episcopis, & Clericis, cap. 1. de pœnis in 6. &* Trid. *sess. 14. de reform. cap. 5. vers. familia-*
12 *ribus.* quod prædefinitum fuit per Sacram Cardinalium Cōgregationem, memorat Augustinus Barbosa, *lib. 1. de jure Eccles. cap. 39. §. 4. à num. 34.* & receptum in Aragonia testatur Cenedo *qq. Canonis, q. 4. num. 26.* idem in Lusitania observatum fuisse refert Pereyra *de manu Regia, tomo 1. q. 10. num. 30.*
13 secus verò fatentur alii Doctores, edisserentes, familiares Ecclesiasticos, non autē Laicos esse exemptos à Sæculari jurisdictione. ità Thesaurus, *quæst. forens. quæst. 78.* Cevallos *de cognitione per viam violentiæ, 2. par. q. 58. nu. 9.* Pereyra, ubi supra. Fælicianus Vega *in cap. 2. de foro compet. num. 22.* Ansald. *de jurisd. 2. par. tit. 11. c. 5. n. 151.* Cutellius *2. par. contr. fol. 183.* de Marinis, *alleg. 75.* sibi contrarius, *lib. 1. resol. 117.* Suarez adversus Regem Angliæ, *lib. 4. cap. 29. num. 9.* quod placitum sectatur Gonsalez, *1. decretal. in cap. dilecto filio 10. de officio Archiadiaconi, tit. 23. nu. 3. pag. 581.* utriusque placiti fundamenta describens.
14 Ne edisseras: obstat Textus *in l. non alias, ff. de judiciis, l. 1. Cod. si qua præditi potestate*, in quibus est prædefinitum, Dominum à Senatu aliquo exemptum, etiam ejus familiam fore exemptam.
15 Textus hujuscemodi commentandi sunt ubi de familia expresè mentionatur.

Pro prædefinitionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

MInistris Sanctæ Inquisitionis actu quæsitori inservientibus: numquid privilegium hujuscemodi etiamnum conveniat, sicut familiaribus Episcopi convenit.

SUMMÆ.

Num. 1. Primæ Thesis partis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad 10. ejusdem Thesis probationes.
Num. 10. secundæ Thesis partis prędefinitio.

1 DIstinguas, vel loquimur cōmuni inspecto jure, vel de Regno Hispanico. Si primum, privilegium Episcopo permissum, etiamnum Inquisitori debere, reor. est nonnullorum, quorum Author, sectatorque est Gonsalez *in cap. dile-*

dilecto filio 10. *de officio Archidiaconatus*, *à n.* 11. *usque ad finem*, adversus Suarez, Barbosam, aliosve.
2 Prob. 1. ex verbis Concilii Viennensis *in clementina* 2. §. *ultimo*, *de hæreticis*; in quo est prædefinitum, Officiales in Officio delinquentes ab Inquisitoribus esse pæna luendos. Author est Gonsalez supralaudatus *num.* 12.
3 Prob. 2. eadem prorsus urgere perhibetur ratio de Episcopo, ac de Inquisitore, imo ma-
4 jor: propterea quod est munus adeò arduum in exequendo, ut fideles reposcantur Ministris;
5 nec major jurisdictio extare supponitur in Episcopo; ac in Inquisitore, in quo est summa contentiosa jurisdictio; igitur ex mente Sacrorum Canonum, communi inspecto jure, etiamnum Inquisitor istiusmodi frui debere privilegio, haud dissentaneum existimatur:
6 quare quæsitor, hoc in themate, æquipollens Episcopo esse ducitur quoàd jurisdictionem.
7 Probatur 3. sanctæ inquisitionis munus, non nisi ad spiritualia respicere supponitur; igitur in Romani Pontificis ditione est, seculari quolibet, ad hujuscemodi munus exercendum, uti
8 posse: propterea quod fidelis quilibet, seu Ecclesiasticus, seu Secularis sit, in spiritualibus, pro Religione defensitanda, Ecclesiastico parere de-
9 bet Iudici: quare jure meritò deciditur quæstio illa (quam memorat Gonzalez supra *nu.* 27.) numquid in Romani Pontificis manu sit, Seculares à Laicali jurisdictione, pro Sancti Officii servitio, eximere posse.
10 Si de Hispanico Regno sermo habeatur, tūc facultatem hanc expresè Inquisitori fore permissam, pro comperto haberi plusquàm manifestum est. author est Gonsalez *à nu.* 14. *usque ad finem*.

DECISIO XIII.

IN Causa Ill. Marchionis Laini Domini Acerrarum, cum Universitate Civitatis Capuæ pro ejus interesse. Dum eisdem partibus existentibus in controversia quasi possessionis jurisdictionis criminalis in Vassallos Feudi Capitis Risii: ac nullo eorum volente sustinere partes actoris; fuisset per S.C. ad obviandum scandalis processum ex officio: ad capiendas informationes super possessione, quas quasi possideat: scilicet, an Marchio, an Capitaneus. &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti Species.

SI inter Ducem Castri alicujus, ac finitimam aliquam universitatem, super criminali jurisdictione, in subditos feudi alicujus finitimi, suborta esse perhibeatur lis; putantem unumquemque adversariorum, judisdictionem sibi competere, ac per consequens actuali in possessione extare, nec ullus ipsorum, actorem se declarare volens, ne à possessione denudetur: numquid in S.R.C. ditione sit, ex munere, hac in causa procedere posse, & Castri jurisdictionem sequestro subiiciendo, & utrique jurisdictionis dominium inhibendo, ad causæ prædefinitionem usque.

SUMMÆ.

Num. 1. Thæsis prædefinitio.
A num. 2. usque ad finem, ejusdem probatio.

1 PRocedere posse edocet Antonius Capicius hìc, in principio. Menochius *in præludiis, de recuperanda possess. n.* 24. Anna *allegatione* 60. Petra *hìc nu.* 1. & Massullus *nu.* 3. ad Capicium, aliique.
2 Probatur: extemplò ac aliqua populi perturbatio, ac per consequens aliquid mali evenire quiret; & S.R.C. & Iudicis cujuslibet muneris est, proprio ex munere, ne adversarii perveniant ad arma, procedere posse, plusquàm
3 manifestum est: quandoquidem id communi
4 haud dissentaneum perhibetur bono, cui homo
5 quilibet parere debet. hinc Tullius pro lege Agraria ad populum hæc habet verba; ibi: *Nihil est tàm populare, quàm pax, qua non modo iis, quibus sensum natura dedit, sed etiam tecta, atque agri nihil lætari videntur*. idem *Philippica* 13. *dulce est nomen pacis, res verò ipsa*
6 *cùm jucunda, tùm salutaris*: propterea quod per Principem, & Senatum, & Iudices, non nisi ad universitates, ritè regendas, creati fuere, hinc Apopht. ibi: *Bono Principi nihil jucundius est, civium concordia, at Tyranno nihil formidabilius*; ibidem: *nihil Principi magnificentius, quàm si ditionem, quam accepit, reddat statim meliorē*. indidem: *Principis munus unicum aliis prospicere, & publicis consulere commodis*: hinc postremò Xenoph. de Pædia Cyn. *lib.* 1. sic descriptum liquit: *ego arbitror decere Principem subditis anteire, non vita deside, & laborum experte, sed eo quod rebus provideat, laboresque*
7 *libenter subeat*: quod profectò frustaneum affo-
8 ret, ni perturbationibus, jurgiisque occurrant: siquidem omne malum juxta Divum Paulum I. ad Thessalon. *cap. ultimo*, est fugiendum; ibi: *Omnia probata; quod bonum est, tenete; ab omni mali specie, abstinete*. Erasmus post versionem vul-

vulgarem legit: *ab omni specie mala abstinete*; omnisque malitia, quæ secundum Tullium *lib.3.de natura Deorum*, est versutia, & fallens nocendi ratio, quæ quidem oritur ex dolo, & calliditate, *l.1.ff.de dolo, l.si quis alius 11.ff quod metus causa, l.ubi cogitur 8.ff.de edendo, l.servus 67.ff.de legatis 1.cap.ut circa 4. de elect.in 6.* hinc jure meritò seculares Principes, & ex charitatis officio, & ex obligatione justitiæ; & ex securatione officii, debent oppressis suppetitias ferre *cap.fortitudo, cap. non inferenda 23. quæst.3. c. qui potest 23. quæst.5.* hinc Horatius:

Sic Reges olim, tali sunt fine creati
Dicere jus populis injustaque tollere facta:

cum filii obedientiæ sint. *cap. omnes 7.quæst.1. cap.dilecta, de sent.excom.lib.6.* ideoque Rex Ecclesiæ protector, devocatur in Trid. *sess.25. de refor.cap.20.* Salgado *de retent bull.p.1. cap.1. ex nu.72.* quod de se narrat Iob.*cap.26.*ibi: *conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.* divinumque præceptum extat *proverb.cap.25.* ibi: *Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, liberare necesses.* Divus Thomas 2.2.*quæst.60. art.ult.ad 2.*

Secunda facti species.

VNiversitati adversus prętermissas probationes; quarum causa se esse læsam fatetur: numquid in integrum restitutio convenire edisseratur.

SUMMÆ.

A' num. 1. usque ad 4. Thesis prædefinitio.
A' num. 4. usque ad 7. ejusdem Thesis probatio.
A' num. 7. usque ad finem, oppugnationes, & solutiones.

1 UNiversitati convenire in integrum restitutionem, si id probet, existimant Puteus, *decis.* 193. *lib.2.* Osascus, *decis.* 158. Antonius Capicius, *decis.* 109. quorum Author sectatorque est Amendola *ad decis.* de Franchis 229. *à num.* 12. *usque ad* 15. Præs. de Franchis, *decis.* 43. *num.* 2. *& decis.*
2 439. *num.* 9. quare Capiciana isthæc prædefinitio, secus commonstrans, per S.C. fuisse sancitum in fine, in hæc verba; ibi: *fuit votatum, & conclusum, quod petita restitutio, seù beneficiũ concedi nõ debet, &c.* ibi: *& idem fuit votatũ in causa D.Pauli Brancacii cũ Archiepiscopo Capuano, &c.* commentanda est, si non pro-
3 bet; secus si exceptiones, & dilationes, ac peremptorias commonstrat suas. inspicito Thorum, *parte 1. compend. decis. vers. restitutio in integrum, an sit concedenda Universitati,* nonnullos laudantem Authores.
4 Prob. 1. eadem prorsus urget hic ratio de Universitate, ac de minore; vel de privilegiato quolibet. Reg. de Marinis, *resol.juris, tomo 1.*
5 *cap.78. num.13.* Author est: Verum enimverò hoc in themate, adversus prætermissas exceptiones, sive dilatorias, sive peremptorias, in integrum restitutionem minori, idque genus, de facto permitti explorati juris est, *l. minor 25.annis 37.ff. de minoribus 25.annis*; ibi: *minor 25. annis omissam allegationem per in integrum restitutionis auxilium repetere potest, l. minor 9. eodem tit. ibi: minor etiam si quasi contumax condemnatus sit, in integrum restitutionis auxilium implorabit, l. minoribus 256.ff. eodem.* argum.textus *in cap. auditis 3. de in integrum restit. cap. cum causa 8. de re judic. cap. ad nostram de rebus Eccles. cap. 1. de in integrum restitut. in 6. l. 1. §. minorem, & §. verum, l. ait Prætor, §. non solum, l. pactis 28. §. si pecuniam, l. si minor, §. finali, l.si tutor 48. l. si res 50. ff. de minoribus.* Augustinus Barbosa *in cap. requisivit 1. de in integrum restit.* Donellus *lib.21.comment. cap.19.* Hothomanus *consilio* 125. Antonius Gomez, 2.*var. cap.14. num.* 7. Fachineus 10. *controvers. cap.1.* idque genus: enim vero minorum consilium imbecille, fragile, infirmumque est, multis captionibus expositum; quamplurium
6 insidiis suppositum: inde est, quòd jura ad negotia pertractanda, 25. anni metam expectari voluere, qua in ætate virilis, & legitimus, robustus, & perfectus hominis status consistit, *l.cum pater 77. §. curatoris, ff. de legatis 2. l. finali, Cod. de his, qui veniam, l.lex Julia, ff.ad leg. Juliam; de adulter.* Consule Cujacium *in l. 1.ff. de minor.* & Jurisconsultum *in l. 1.ff.de minor.* Antonium Fabrum, 4.*Cod.tit.22. defin. num.6. allegat. pag.234. col.2.* igitur, &c.
7 Prob.2. Universitatẽ, quà universitas est, inter privilegiatos esse redigendam plusquàm apertum est: verum enimverò, si hoc minùs fruatur privilegio; profectò privilegii ratio pessundaretur, quinimò quis aliena cum jactura locupletaretur, quod juribus obnoxiũ esset, *cap.2. de in integrum restit. l.nàm hac natura, Cod. de condict. indebiti, l. naturaliter, §. finali, l. hæc condictio 66. ff.eodem tit. l.bona fides 50.ff.de action.empti, l. jure naturæ 206.ff. de regul. juris, l. ultima, Cod. de usucap. pro emptore, cap. suam de pœnis, cap. locupletari 47. de regulis juris in 6.* Antonius Faber *in jurisprudentia de justitia, & jure, princip. 2. illat.1. in fine, pag.5.* Donellus, *comm.de jure civili, lib.4. de rebus privatis, cap.5. sub num. 20. & 30. pag.240* quod dolosum foret, *l. 1. §. an in pupillum, ff.depositi, l. si quis municipiis 17.§.proculus ait, ff.de instit.actio.* igitur, &c.
8 Ne differas cum Antonio Capicio *hic n.* 3. Textus *in l.minor 25.annis omiss. ff. de minoribus*, de dilatoria exceptione solutionis, vel
9 de pacto de non petendo, secus verò de exceptione, quæ ante litem contestatam agnosci debeat, ritè commentatur: igitur, &c.
10 Gratis id assumit, secus verò commonstrat
11 Capicius: proptereaquod textus hujuscemo-
12 di, ne quidem id somniavit: siquidem, seu de dilatoria, seu de peremptoria eloqui censetur,

quæ

quæ utpotè à curatore reposci, prætermissa minori in integrum restitutio, indulgetur, ac per consequens rursus rogitari.

13 Ne differas 2. ubi curatori minoris, vel Universitatis patrono, probationis prædefinitus fuerit, per Judicem terminus, nihilque per eosdem fuit commonstratum, toties justitiæ actui fuisse satisfactum dicitur; ac per consequens
14 Judex ritè munere functus fuit suo; igitur in integrum restitutio, nullo ex motivo, minori, vel universitati permittenda sit.

15 Tametsi muneri, satisfecit Judex suo: quod facessere numquàmnon debet. hinc Cicero 3. officior. ibi: *Neque contra Rempublicam; neque contra jusjurandum, ac fidem amici causa, vir bonus faciet; nec si Judex quidem erit de ipso amico: ponit enim personam amici, cum induit Judicis: nam si omnia facienda sint, quæ amici, velint non amicitiæ tales, sed conjurationes putandæ sunt.* verumtamen, quoniam Universitas, minorque, privilegiatas inter personas, connumerantur; utpotè ex supralaudatis liquidò constat juribus; jure meritò ex hisce, rationibus supra commonstratis in integrum restitutionem, haud disconvenire, necessum est.

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

IN integrum restitutio: numquid adversus desertam sententiam; & peremptam instantiam, Universitati, permittenda sit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad finem, ejusdem Thesis probatio.

1 Contra utrumque esse concedendam in integrum restitutionem, haud dubiè reor. est contra Ursillum ad Afflictum, *decis.* 175. *num.* 2. edocentem; etsi adversus extinctam instantiam esse indulgendam: verumtamen secus contra peremptam instantiam. Author est Thorus, *parte* 1. *compend. decis. vers. universitas, restituitur adversus desertionem sententiæ.*

2 Probatur: in integrum restitutio Universi-
3 tati, non nisi ut læsæ, est indulgenda: propterea quod, est læsi in priscum reductio statum, *l. quod si minor*, §. *restitutio*, *ff. de minoribus*, *l. si locus*, §. *quemadmodum servitutes*; *l.* 1. *Cod. de reputationibus*, *l.* 2. *Cod. in quibus causis*, *l.* 1. §. *certè*, *ff. ad Macedonianum*, *l.* 3. *ff. rem ratam*, *l. sed si* 8. juncto ibi Cujacio, *lib.* 26. *ff. Juliani*, *in ff. si quid in fraudem*, *l.* 1. §. 1. *ff. de collat. bonor.* *l.* 2. *ff. ne de statu defun-*
4 *cti*, *l. facta* 63. §. 14. *ff. ad Trebell.* quare Paulus 1. *sent.* 7. *definit. est reintegranda rei; vel causæ actio.* Osualdus ad Donellum, *lib.* 21. *cap.* 4. *lit.* D. Sfortia, *de in integrum restit.* 1. *par. ar.* 4. Morla, *tit.* 5. *quæst.* 1. *num.* 1. Mauricius, *de in integrum restit. cap.* 1. *num.*
5 7. aliique: verum enimverò læsa supponitur Universitas isthæc (ceu etiamnum adversarii
6 supponunt) seu adversus desertam sententiã, seu contra extinctam instantiam; igitur, &c.
7 quod ipsismet ex terminis liquet: propterea quod, si eadem de majori, ac de minori urgeat ratio, consequens fit, ut cui majus permittitur, etiamnum, & minus datum esse ducitur, *l. filius familias*, §. *finali*, *ff. de donat.* *l. Marcellus*, *ff. de donat. causa mortis*, *l. non debet*, *ff. de regulis juris*, *cap. ex parte de decimis*; cum
8 minus in majori includatur, *l. in eo*, *ff. de regulis jur. inde fit, quod major ratio elidit minorẽ*, *l. si debitori*, *in fine*, *ff. de fidejuss.* *l. cui pacto*, *ff. de*
9 *servis exportand.* ast hoc in casu sententia deserta suo in genere, majus esse; instantia verò extincta minus: ac eadem ratio est de senten-
10 tia perempta, quã de extincta instantia: siquidem in utraque facti specie læsa supponitur Universitas; igitur, &c.

DECISIO XIV.

IN Causa Domicellæ Helionoræ de Persico, cum Magistro Baldasare Architecto: cum constet ejusdem Domicellæ Tutores olim servatis servandis in emphitheusim concessisse prædicto Baldasari, palmos 80. cujusdam horti siti ad Portam Nolanam, ad rationem tareni unius, pro quolibet palmo, cum constitutione præcarii, ac potestate capiendi: lapsisque fuerint, ab inde plures anni: & ad præsens idem Magister Baldassar, à quo petitur census annorum præteritorum, opponat se non teneri: ex quo nondum fuit facta mensuratio, nec translatum in ipsum dominium; nec perfectus contractus. dubitari contingit, an hic conventus bene excipiat, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

TUtor fulani, in emphyteusim 80. palmis horti cujusdam, ad Portam Nolanam siti, Titio Architecto, alicujus designatæ summæ, pro quolibet palmo, cum præcarii stabilitione, ac capiendi dominium ritè permittens: si deinde

quamplures delapsi fuere anni, in quibus annuus haud persolutus fuerit census; & persolutionis rogitatio, per tutorem fiat: quid prædefiniendum, si Architectus excipiat, se minùs haud teneri: quatenus palmorū mensura minimè effecta fuit, neu ipsi esse acquisitū dominiū, neu perfectus contractus: numquid exceptio isthæc firma ducenda sit, ac per consequens ab istiusmodi persolutionis munere, solutus esse autumatur Architectus.

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. primæ Thesis partis prædefinitio.
A' num. 3. usque ad 14. ejusdem Thesis probationes.
A' num 14. usque ad 24. objectiones, & solutiones.
Num. 24. & 25. secundæ Thesis partis prædefinitio.
Num. 26. expenditur Decisio Capiciana.

1 SI dominii translatio, & perfectus contractus, & palmorum mensura desit, firmam hanc fore exceptionem, per Architectum oppositam, per S.C. fuisse prædefinitum, memorat Antonius Capicius hìc in fine; ibi: *fuit statutum, quòd Magister Baldassar, non teneretur ad pensionem, seu censum præteriti temporis*, est Annæ *singulari* 573. id fuisse sancitum, edocentis. Ursilli, *decis.* 68. *num.* 4. Joannis Francisci del Castillo, *decis. Sicil.* 65. Antonii Fabri, *Cod. tit. de act. empti, def.* 1. Author est Thorus, *parte* 1. *decis. vers. emptori, an teneatur ad solutionem.* Afflicti, *decis.* 280. *num.* 2. aliorumque;
2 secus verò, si transferit Dominium: tametsi palmorum mensura haud effecta fuit. est Capicii, *hìc num.* 21. aliorumque.
3 Primæva thesis pars probatur 1. *ex l. quod sæpè* 35. §. *in iis, ff. de contrahenda emptione*; ibi: *non tamen aliter videatur perfecta venditio; quàm si admensa, appensa, annumerata ve*
4 *sint, &c.* verum enimverò etiamnum hoc in themate, verba isthæc militare edisseruntur:
5 propterea quod utrobique par urget ratio, ut perpendenti liquet; inde fit eadem legis præ-
6 definitio, *l. illud, ff. ad l. Aquil. l. si postulaverit,* §. 2. *ff. ad leg. jul. de adulter. l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. nauta,* §. *fin. ff. nautæ caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, C. de sacros. Eccl.* §. *si igitur,* Instit. *quod cùm eo.*
7 hinc disertè Cicero 3. de natura Deorum; ibi: *sunt homines qui rationem bono consilio à Diis immortalibus datam, in fraudem, mali-*
8 *tiamque convertunt*: siquidem eadem de re numero, pondere, & mensura suadeat ratio, ac de re stabili; igitur, &c.
9 Probatur 2. ex textu *in l. si venditione,* §. *ut liber* 6. *ff. de periculo, & commodo rei venditæ*; ibi: *Scevola notat feudi nomine emptor agere non potest, cum priusquàm mensura fieret in venditione aquarum, &c.* igitur, &c.

10 Probatur 3. ut rei dominium, in alique m transeat, necessum ducitur, ut rei traditio, sive vera, sive ficta verificatur, *l.* 1. *ff. de contrahenda emptione, &c.* §. *sed, & certum, cum* §. *sequenti,* instit. eodem, *l. penult. Cod. de rerum permutat. l.* 1. *ff. eodem, dicta l.* 1. *l. si quis fundum* 37. *ff. de contrahenda emptione, l. hæc venditio* 7. *in principio, &* §. 1. *eodem, l. ult. C. eodem, l. servus* 30. §. *ult. ff. de actio. empti, l. si ita* 25. §. 1. *ff. de contrahenda emptione, & vendit. l. venditur* 8. *ff. de eviction. l. penult.* §. *ult. ff. eodem, l.* 2. *ff. eodem, l.* 4. *l.* 7. 1. 8. *eodem. interpretes ad l.* 1. *&* 4. *ff. eodem.* Antonius Faber 4. *Cod. tit.* 28. *de contrah. emptione, defin.* 2. *in allegat. pag.* 414. Jacobus Gothofredus *in* 3. *Cod. in tit.* 1. *de contrahenda emptione, in princip. pag.* 240. Franciscus Hothomanus *in epitom. Pandect. in lib.* 18. *in tit.* 1. *de contrah. emptio. & venditione, nu.* 1. *&* 2. *pag.* 301. siquidem traditio est modus res singulas jure gentium acquirendi, cum causa subest, idest titulus, veluti cum venditionis, permutationis, legati, donationisve causa aliquid traditur, *l. qua ratione* 9. §. 3. *ff. de acquirendo rerum dominio*; & si res incorporales corporalem traditionem non recipiunt, *l. servus* 43. *ff. de acquirendo rerum dominio*; attamen fictam, scilicet medium à lege inventum; quippe cum in his usus juris pro traditione cedat, *l. ultima, ff. de servitutibus.* Hothomanus *verbor. juris, verbo, traditio, pag.* 95. propterea quod vendi-
11 tionis verbum non nisi cum effectu accipiendum est, utputà prætio persoluto argumento, *cap. imperialem de prohibita feudi alienatione, cap. relatum, de clericis non residentibus, l.* 1. *C.*
12 *quodquisque juris*: atqui nostro in themate, neu vera, neu ficta palmorum horti traditio
13 verificata fuisse supponitur, neu profectò solus animus, ad dominii translationem sufficiens, esse ducitur; igitur, &c.
14 Ne dicas 1. tametsi divenditio isthæc quòad mensuram celebrata, quòad periculi effectum imperfecta sit: propterea quod rei venditæ periclum ante mensuram, non nisi ad venditorem pertinet. Donellus *de jur. civil. lib.* 13. *cap.* 14. *nu.* 20. *pag.* 145. verum secus quòad effectum, scilicet quòad dominii translationē; igitur, &c.
15 Irritum est antecedens, neu quòad causam, neu quòad effectum intelligi potest domininiū transire, ubi nec vera, nec ficta verificata fuit rei traditio, utpotè nostro extat in themate.
16 Ne dicas 2. in contractu namq; hoc, & præcarium, & constitutum inesse supponuntur, ex quorum vi, ipsius horti traditio, ac per consequens, & dominium, & possessio transire verificantur; perinde, ac si verè traditus fuisset hortus, *l. certè,* §. 1. *vers. propriè possidere videtur, ff. de præcario*: propterea quod cui præca-
17 rium permissum est, possessionem habere perhibetur, *l.* 4. §. 1. *l. & habet,* §. 4. *ff. de præcario*; igitur horti divenditio isthæc, perfecta suo in
18 genere ducitur: quare supralaudata jura ante mensuram, contractum fore imperfectum. edocentia, ritè commentantur, nisi ad traditionem

per-

perventum fuerit, *l. 11. Cod. de periculo, & commodo rei vendita*. inspicitò supralaudatum Capicium *à nu. 8. usque ad 11.*

19 Infirmum ducitur esse antecedens: propterea quod impossibile est, in actione, & venditione, rei divenditæ dominium transiisse intelligi posse, nisi verificata rei traditione, sive ficta, sive vera.

20 Hinc explodendi sunt Bartolus, Alexander, Aretinus, aliique apud Antonium Capicium *hic nu. 11.* edocentes per fictos actus, haud posse rei possessionem transferri: propterea quod
21 id plusquam absurdum foret: enimverò nonnè, seu per oculorum inspectionem, seu per constitutum, & præcarium, seu id genus edifferitò, verum transfertur dominium, & tamen modi transferendi dominium ficti vocitantur, *l. 3. §. 1. ff. de acquirenda possess. l. 1. §. si jusserim, l. quod meo, §. si venditorem, ff. eodem tit. l. si pecuniam 79. ff. de solut. l. clavibus 74. ff. de contrahenda empt. l. 1. §. si jusserim, l. qua ratione, §. item, ff. de acquirendo rer. dom. l. 2. Cod. de peric. & commodo rei vend. l. 1. Cod. de crim. expil. hæredit. §. item si merus* instit. *de rer. divis. l. quando si, ff. de acquirenda possess.* Donellus *lib. 11. cap. 5.* ibi: *Nihil interest utrum oculos, an pedes in alìud prædium immittemus.* Valentia *tomo illustr. tract. 2. cap. 14.* Oroz *de apic. juris, lib. 4. cap. 12. nu. 7.* Antonius Faber *de error. decade 75. error. 1. 6. & 7.* Parladorius *in sesquicenturia differ. 26.* Merillus *lib. 3. var.* ex Cujacio *cap. 36. l. quod si neque 14. §. 1. de peric. & commodo rei venditæ, l. injuria 22. ff. de injuriis, l. si ego 9. §. cæterum, ff. de fundo dotali, l. donationes 31. l. si pater 34. l. quod 41. in fine, §. finali, ff. de donat. l. falsus 43. §. si is, qui, ff. de furtis, l. scire 29. ff. de verbor. obl.*
22 &c. inde est dicterium illud in rebus incorporalibus vera haud refunditur possessio, *l. 3. in principio, ff. de acquirenda possess. l. si ædes 32. ff. de servit. urban. l. 4. §. si viam, ff. de usucap.* ast quasi, *l. ultima, ff. de servit.* quæ per usum, & patientiam acquiritur, *l. 3. §. dare, ff. de usufructu, l. si ego 11. §. 1. ff. de publiciana, &c.* Osualdus *lib. 20. illustr. tract. 2. cap. 2. in fine*; cum tãgi, neque apprehendi valeant. instit. *de rebus corpor.* Lucretius *lib. 1.* ibi: *Tangere autem, aut tan-*
23 *gi, nisi corpus, nulla potest res*; cum possessio sit rei detentio, ac factum continens, germano sub sensu commentandum erit: quatenus in incorporalibus corporeus, naturalisq; dari nequeat modus acquirẽdi dominium, sed ei similis, & si ex utroque modo verum transfertur dominiũ: quare inepta est illatio isthæc. datur quasi possessio, igitur quasi dominium: propterea quod ly (quasi possessio) dicitur, non quasi sit ficta possessio; sed in quantum diversus est modus, quo in incorporalibus acquiritur dominium; ac in corporalibus; etsi utroque modo verum transferatur dominium, utraque sit possessio, licet accidentaliter, seu instrumentaliter possessio, & quasi diffident inter se.

24 Secunda Thesis pars commonstratur: contractus namque iste suo in genere perfectus est: propterea quod in ipso &, vera rei traditio; & verum transferendi dominium facultas habetur, ac per consequens, verus rei dominus au-
25 tumatur: quare jure meritò rei haud traditæ, exceptio, ipsi convenire fas est: tametsi quòad mensuram imperfectus: quandoquidem metitum minus supponitur; adeoque potius emptoris exceptio, competere par est, quàm alia exceptio.

26 Ex quo Capiciana isthæc decisio clarescit: propterea quod de prima facti specie in S.R.C. hæsitatum fuit, in eaque prædefinitum, secus verò de secunda.

Pro Prædefinitionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Rei mensura, intra quod tempus, efficienda sit.

SUMMÆ

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A'num. 2. usque ad finem, ejusdem Thesis probationes.

1 Mensuram intra tempestatem illam fore efficiendam, quæ juxta prudentis viri sententiam, introspectis circumstantiis, prædefinitur, existimo. est adversus authorum sarcinam, secus opinantium, qui quammaximè inter se dissident. quorum, & author, & sectator est Thesaurus *decis. 85. usque ad nu. 3.*

2 Probatur 1. Tò (mẽsuram) intra 60. dies juxta nonnullos, vel intra annum juxta alios, ef-
3 ficiendam esse, id perabsurdum reor: propterea quod nostro in themate, determinata haud designari queat regula: quandoquidem nonnũquam necessum est, ut intra hebdomadam; aliquando intra mensem (sic de reliquis differito)
4 efficienda sit: siquidem evenire posset, ne adversarii armis confererent; vel ad effugienda
7 incommoda, idque genus, efficienda sit: quare jure meritò meliùs prudentis Iudicis judicio id esse redigendum; quàm ullam designare regulam.

6 Probatur 2. ubi determinata stabiliri impossibile ducatur regula aliqua; pro casu aliquo prædefiniendo; toties id prudentis Iudicis sententiæ, fore liquendum penes cunctos in con-
7 fesso est authores: ast (ex commonstratis) aliqua nostro in themate designari; impossibile ducitur regula; igitur, &c.

8 Major probatur ubi effectus aliquis indifferens se habere supponitur, quatenus pluribus ex causis pendet, toties pro ipso, nulla determi-
9 nata in particulari stabilienda est causa: atqui nostro in themate mẽsuræ exceptio isthæc, plu-
10 ribus è causis pendere quit; utputà, vel si periculum sit in mora; vel si ad diffidia sedanda, quammaxima expectanda sit tempestas, vel id genus; igitur, &c.

DECISIO XV.

IN Causa Magnifici Antonii Caraziolì cum Magnifico Barone Torolli; dum ipse Antonius litigasset in S. C. super parte cuiusdam Domus, cum eodem Barone: essetque prolata sententia, ageretur que de liquidatione ejus, quod judicatum fuerat: dato termino ad probandum; & facta publicatione Antonius prædictus petit Baronem, ut principalem examinari, articulis causæ principalis, super qua fuerat jam judicatum; &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

QUænam sit isthæc Capiciana facti species profectò ex Capicianis haud liquidò constat verbis: quare mea sententia hoc efformandum erit thema, quod ex Capicii his verbis *num.* 3. est arguendum, ibi: *Si deindè in causa appellationis adversarius facit articulos continentes, idem, non tenebitur ille respondere.*

Facti Species.

SI in S. R. C. inter Titium, ac Castri alicujus Baronem, quæstio super cujusdam domus parte suborta sit: atque adeò diffinitiva afforet divulgata sententia, ac per consequens ad ipsius liquidationem, quicquid prædefinitum fuit, perageretur: numquid si ab hoc definitivo decreto ritè appellatum, ac terminus ad probandum permissus fuisse edisseratur, & peracta testium publicatione, Titius autumaret, ut Baro, ceu principalis super articulis, seu iisdem, seu quasi, qui principali in causa discussi fuere, examinetur; an (inquam) Baro ad hujusscemodi adstringendus sit examen.

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usq; ad finem, ejusdem probatio.

1 SIve in iisdem articulis, qui in principali excussi fuere causa, sive in similibus, Baronem, à Judice, ad quem, hoc in the-
2 mate ad examen obstringi posse censeo: quare si extra Senatum afforet Baro, quippè alicui Ministro ad id designato, erit demandandum examen.

3 Probatur: ubi ad Judicē, ad quem appellatū esse suppponitur, toties diffinitiva sententia per Judicem; à quo divulgata; per Judicem, ad quem secundum, rursus dignoscenda erit, *argum. cap. ut debitus honor 59. de appellat. cap. capitulum, cap. constitutus, cap. dilectus, cap. significante, de rescriptis, cap. finali, de except. cap. finali, de appellat. cap. pro illorum, cap. dilectus, de præbendis, cap. proposuit, de concess. præb. cap. 1. cap. 3. de appellat. in 6. clem. 5. eodem tit. cap. super eo 10. cap. super eo 12. cap. cum Ecclesia 38. cap. cum cessante 60. vers. non obstante, cap. cum speciali 61. §. porrò, de appellat. cap. interposita, cap. significante 69. eodem tit. Clementina appellanti, eodem, cap. ex parte 7. de testibus, cap. omnis oppressus, 2. qu. 6. l. 1. §. quæsitum, ff. eodem, l. ante sententiam, Cod. quorum appellat. non recipiantur.* Trident. *sess. 13. de reform. cap. 1. in fine, & sess. 24. cap.* 10. Osualdus ad Donellum, *lib. 2. cap. 6. lit. L. & lit. Q.* idem *lib. 28. cap. 8. lit.* E. Augustinus Barbosa *in dicto cap. ut debitus honor.* Altesserra in idem, Pichar. *in manud. 4. part. præcept.* 11. Salgado *de protect. 2. par. cap.* 1. Mancinus, *genial. cap.* 255. Covarruvias, *in practic. cap.* 24. Mysingerius, *centuria 4. observat.* 43. Gaillus, *lib. 1. observat.* 132. idque genus; quod effici impossibile ducitur, nisi similes, consimiles articuli; testes; ac ideo examinatur Baro.

4 Neu nostræ Capiciana isthæc prædefinitio obstare videatur thesi: propterea quod in S. R. C. dumtaxat sancitum fuit, ut Commissarius articulos, si qui sint impertinentes di-
5 gnoscat in fine; ibi: *fuit votatum, ut videat Commissarius articulos, si qui sunt impertinētes.* Authores extant Anna, *singulari* 501. Reg. de Franchis, *decis.* 220. Mastrillus, *de Magistratibus, parte 2. lib. 5. cap. 13. num.* 60. quorum, & Author, & sectator est Thorus, *parte 1. compend. decis. vers. depositio principalis petita ab adversario.*

Pro prædefinitionis istiusmodi illustratione.

CAPUT I.

SIve Baro, sive quilibet alius: numquid impertinentibus respondere adstringendus sit articulis.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad finem, ejusdem Thesis probatio.

1 CUm Baronem, tum quemlibet alium principalē, impertinētibus respōdere haud esse adstringendum articulis duco. est Rotæ, *in novissimis, dec.* 394. *in antiquis* 640. & 2449. Prosperi Petra ad Ca-

Capicium, *hic num.* 1. Præsidis de Franchis, *decis.* 220. *num.* 2. Antonii Capicii, *in fine*, edocentis sic per S. C. fuisse prædefinitum,& quòd super impertinentibus etiam principalis non interrogetur. aliorumque.

2 Probatur: quicquid enim ad facti speciem pertinere haud edisseritur, pro impertinenti
3 quippè habendum est: quod autem impertinens esse ducitur,responsione minùs dignum
4 est: foret etenim interrogatio abs re, ac per cõsequens frustra tempestatẽ terere; nec interro-
5 gatus munere ritè perhibetur suo: propterea- quod sui muneris est circa casum principalem prętãtemque respõdere: hinc perbellè Authores edocent,impertinẽtes fore explodendos articulos. vide textũ *in l. indicia,Cod.de rei vindicat.* Antonium Fabrum 8. *Cod. tit.* 3. *unde vi, def.* 39. *in alleg.pag.* 963.Augustinum Barbosam, 2. *decretal. de appellat. in cap. cum cessante* 60. *num.* 7.

CAPUT II.

Articuli impertinentes: numquid extemplò in reclamationis causa sint explodendi.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
Num. 2. ejusdem Thesis probatio.

1 Esse explodendos per S. C. fuisse prædefinitum commemorat Thorus,*parte* 1. *compendii decis. vers. articuli impertinentes an sint statim reiiciendi.* est Grammatici, *decis.* 45. Misingerii, *singularum observationum, centuria* 2. *observat.* 56. Riccii, *collect. decis.* 1312.

2 Thesis isthæc eodem prorsus pacto probatur,quò supra prima facti species commonstrata fuit.

DECISIO XVI.

IN Causa Venerabilis Monasterii Casiniensis cum nonnullis detentoribus Terrarum dicti Monasterii asserentibus, ac ostendentibus, se habere titulum de Terris illis à prædecessoribus moderni Abbatis; fuit actum in S. C. & petitum, attento, quòd per multa tempora Mon. Cas. fuerat in Commendam. Et Commendatarii dicti Monasterii, qui pro temporibus fuerunt, seu eorum Procuratores alienaverant nonnulla bona stabilia eiusdem Monasterii, sine debitis sollemnitatibus, à jure requisitis, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

SI nonnulla stabilia bona,utputà Oppida, idque genus à prædecessoribus moderni Abbatis, scilicet, seu à Commendatariis, seu ab ipsorum Procuratoribus alienata fuisse perhibeantur (supponitur etenim Monasterium istiusmodi priscis tempestatibus per longævum fuisse in Commendam tempus; atque adeo ipsorum detentores possessionis titulum se obtinere commonstrantes) quid prædefiniendum, si Monasterium hujuscemodi alienationem, utpotè juris sollemnibus destitutam,in Senatu infirmam fuisse edisserit: numquid Monasterio, an actualibus potius possessoribus, fides præstanda sit, si longæva tempestas lapsa sit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad num.10.ejusdem Thesis probationes.
A' num. 10. usque ad finem, oppugnationes, earumdemque solutiones.

1 Actualibus detentoribus potius, quàm Monasterio hoc in themate fundum fore præstandum, si longæva lapsa fuisse perhibeatur tempestas,per S.C. fuisse prædefinitum memorat Antonius Capicius, *hìc num.* 1. in isthæc verba: *tamen S. C. ob duo conclusit titulos antedictos fore validos ob antiquitatem concessionum.* est Afflicti, *decis.* 107. *num.* 5. *&* *decis.* 345.*num.* 5.Annæ, *singulari* 373. Reg. de Ponte, *consilio* 1. *num.* 119. Putei, *decis. Rotæ Romanæ* 426. *par.* 3. *volum.* 1. Riccii, *in collect. decis.* 510. 46. aliorumque. quorum & Author, & sectator est Thorus, *parte* 1. *compend. decis. vers. concessiones rerum Ecclesiæ factæ per Abbates Mona-*
2 *sterii*: quare adusque Monasterium secus comprobarit.Castrorum, & Oppidorum detentores in possessione asservandi sunt.

3 Probatur 1. per textum, *in cap. ea noscitur* 6. *de iis, quæ fiunt à Prælatis, &* *ex l. sciendum* 30. *ff. de verborum obligat.*

4 Propterea quod ubi seu Castri, seu Oppidi alicujus, idque genus, & prisca concessio, & titulus à jure haud reprobatus fuisse supponatur; toties ritè possidere præsumendum est
5 adusque secus ab oppugnante probatur: propterea quod nemo sua è possessione despoliandus erit, adusque minùs ritè per adversarium possidere commonstratur, cum & melior sit possidentis conditio, *l. si. debitor, ff. de pignorib. l. is, qui destinavit, ff.de rei vindicat.l.fin. C. eod. tit. l. qui accusare, C. de edendo, §.retinendæ, vers. commodum*, Instit. *de interdict. cap. pro possessore, de reg. juris, lib.* 6. Tiraq. *de jure primog. q.* 17. *opin.* 11. *nu.* 20. *cum seqq.*

seqq. Surd. *cons.* 78. *nu.* 76. etiam in pari causa, ex text. *in l. quod Celsum*, §. *Marcellus*, *ff. de doli mali except*, *l. si servum*, §. *sequitur*, *ff. de verb. oblig. l. fin. C. de reivindic. c. impari de reg. juris, lib.* 6. & quæ facti sunt probatione indigent, *l. in bello*, §. *facta*, *ff. de captiv. & postlim. reverf. l. si emancipati* 9. *C. de collat. l.* 1. *C. de probationibus*, *l. quæcumq.* §. *fin. ff. de publician. l. assecuratio*, *C. de non num. pecun. cap. cum Joannes*, §. *verum, de fide instrum.*
5 *cap. licet*, *de constit. lib.* 6. verum enimvero nostro in casu Oppida Castra, idque genus isthæc, sive à Commendatariis, sive ab ipsorum Procuratoribus, & alienata (en titulus haud à jure improbatus), & longæva adest alienationis tempestas; igitur à possessione hujuscemodi minus despoliandi sunt possessores, quousque secus per adversarios commonstratum fuerit; igitur, &c.

6 Probatur 2. Tempestatis diuturnitas universum purgat vitium, ac per consequens ob tẽporis longiquitatem ritè quis possidere ducitur, donec per adversarium secus probatur, *l. cogi* 11. *C. de petit. hæred.* Antonius Faber, 4. *Cod. tit.* 43. *def.* 21. *in alleg. num.* 5. *pag.* 493.

7 Tametsi sollemnia isthæc à jure expostulata utputà in Ecclesiasticorum bonorum alienatione, superioris assensus, idque genus reposcitur, *l. quæcumque*, §. *finali*, *ff. de publicis judiciis*: verumtamen sibi locum vendicare haud ducitur, si tempestatis diuturnitas habeatur, per textum *in l. filius*, *Cod. de petitione hæreditatis*, *l. qui in aliena*, *ff. de acquirenda*
8 *hæreditate*: propterea quod temporis longinquitas, omne purgat vitium. Author est Capicius, *hic num.* 1. quinimò ceu ritè arguit Menochius *consil.* 136. laudatus à Fontanella, *decis.* 303. *num.* 9. etiamnum bona arguitur
9 fides; tametsi possessio ipsa, communi observari feratur juri.

10 Ne differas 1. Ecclesiastica bona alienari impossibile ducuntur, si Apostolicus desiderari perhibeatur assensus, *l. jubemus*, §. *sanè*, *Cod. de sacros. Ecclesiis*, *l. quod si minor* 24. §. 1. *ff. de minor. l. cum plures* 12. §. 1. *ff. de administrat. tutor. cap. nulli* 5. *de rebus Eccles. alienandis*, *&c. cap. quisquis* 37. *cap. Ab batibus* 41. *cap. sicut* 49. *cap. non liceat* 62. *& fere per totam* 12. *quæst.* 2. *cap. possessiones* 93. 16. *quæst.* 1. *cap. si Sacerdos* 10. 16. *quæst.* 3. *cap. quicumque* 2. 17. *quæst.* 4. *cap.* 1. *cap. tua de his, quæ fiunt à Prælatis, cap.* 2. *de donat. cap.* 1. *& per totum*, *de rebus Ecclesiæ alienandis in* 6. *Clem.* 1. *eodem tit. extravag. ambitiosæ*, *eodem tit.* Concilium Aurelian. 4. *can.* 9. *&* 11. *& canone* 18. *&* 34. Concil. Aurel. 5. *can.* 13. Tolet. *can.* 3. 5. *&* 8. Narbonense, *can.* 8. Parisiense, *lib. cap.* 17. Trident. *sess.* 22. *de reform. cap.* 11. Auth. *hoc jus*, *l. penult. Cod. de sacros. Eccles. novella* 7. *&* 120. Justinian. Cironius, *in parat.* 5. *decretal. in tit. de rebus Ecclesiæ alienandis*, *vel non.* Duarenus, *lib.* 7. *de sacris Ecclesiæ ministeriis, cap.* 9. Cujacius, *in laudato cap. nulli*, & in novella Justiniani, *tit. de rebus Ecclesiæ non alienandis*. idem, *in novella* 120. *sub tit. de alienatione emphyteusis.* Germonius, *lib.* 2. *animadvert. cap.* 20. Petrus Gregorius, *lib.* 1. *de republica, cap.* 31. Olea *de cessione juris, tit.* 7. *quæst.* 1. *num.* 2. Reg. de Marinis, *lib.* 1. *resol. cap.* 4. *usque ad* 6. Arias de Mesa, *lib.* 2. *var. cap.* 41. *& lib.* 3. *cap.* 23. Molina, *tomo* 2. *de justitia, & jure disp.* 465. Baronius, *tomo* 6. *anno* 483. *num.* 13. *& tom.* 7. *anno* 535. *num.* 10. Covarr. *lib.* 2. *var. cap.* 12. *&* 18. Concilium Lateranense, 4. *cap.* 4. Concil. Agathense, *cap.* 7. *&* 22. Turonense, *cap.* 1. Valentinum, *cap.* 11. Carthaginense 5. *cap.* 6. alioqui, & contractus nullitas, & usurarum incursus verificantur *extravaganti*
11 *ambitiosè de rebus Ecclesiæ alienandis*: in nostro porrò casu, per Venerabilem Cænobium Cassinense sollemnitatis deficientia, ac per consequens exceptio opponitur; igitur, &c.

12 Verum ducitur antecedens: ast nil est adversus thesim nostram: propterea quod in nostra facti specie & longæva Castrorum, Oppidorumque possessio, & titulus à jure haud reprobatus haberi supponuntur: quare si Apostolicus desinens fuit assensus; quippe probandus potius, quam assumendus est; & adusque commonstratur, Castrorum; Oppidorumque detentores, in possessione asservandi sunt.

13 Ne differas 2. Concessio semper adversus illum, cui concessio fit; secus contra alios intelligenda est: igitur Castrorum, Oppidorumque Monasterii Cassinensis permissio, adversus potius Commendatarios, quam contra Monasterium commentanda est.

14 Irrita est illatio isthæc: propterea quod cõmendatarii, vel eorum procuratores ritè castra oppidaque hujuscemodi alienasse supponuntur; adusque secus per Cassiniense comprobatur monasterium, cum melior sit possidentis conditio, *l. si debitor*, *ff. de pignoribus*, *l. is, qui destinavit*, *ff. de rei vindic. l. finali Cod. eod. tit. l. qui accusare*, *Cod. de edendo*, §. *retinendæ*, *vers. commodum* instit. *de interdict. cap. pro possess. de regulis juris in* 6. Tiraquellus *de jure primogen. quæst.* 17. *opin.* 11. *nu.* 20.

Pro Decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT I.

Monasterii bona, quæ cum sollemnitatibus à jure expostulatis, obligata, oppignorata, hipotecataque fuisse perhibeantur: numquid deinde ab aliis absque sollemnitatibus alienari possint.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.

A' num. 2. usque ad 12. ejusdem Thesis probatio.

A' num.

A'num.12.usque ad finem, Thesis impugnatio, & solutio.

1 Haud alienari posse audacter reor. est contra Reg. de Marinis *in observat. ad decis.* Reg. Revert. 506. *nu.*6. aliosve apud eumdem.

2 Probatur 1. diversa est oppignorationis, hy-
3 pothecæque species, ac divenditionis: propterea quod in venditione dominium transit, §. *sed & certum est* 3. instit. *de empt. & vendit.* Oroz. *de apicibus jur. civ. lib.*5. *cap.*7. *n.*19. *col.*1. *pag.* 381. secus verò in oppignoratione, vel in hypotheca, in quibus rei securitas habetur, *l. sicut*, §. *super vacuum, tit. quibus, vel hypotheca, &c. l.*1. *Cod. de distract. pign.* Cujacius *in tit. ff. de ac-*
4 *quir. vel amitt. possess. litera*, C, *pag.*1301. quandoquidem pignus, vel hypotheca, non nisi rem
5 facessunt securam; cum pignus, & hypotheca promiscuè usurpari soleant. inde est, quod & in immobilibus dari potest pignus, ut fundi, aut ædium, *l.*8. §. *si anni* 5. *ff. de transact. l.*2. §. *finali ff. de relig. & sumptibus, l. Cajus* 39. *ff. de pignorat. l. sciendum* 15. §. 1. *ff. qui satisdare, l.*1. §. *cum prædium* 2. *l.* 11. §. *l. creditor* 23. *ff. de pignor. l.*6. *Cod. de pignoratitia, l. cum notissimi*, §. *sed cum illud, Cod. de præscript. triginta, &c. l. si dominium* 9. *Cod. de pignor.* Tacitus *lib.* 19. *hist.* Plautus in Phormione; ibi: *Ager appositus est pignori, & in mobilibus, ut in nominibus, cautionibus, servitutibus, & usufructu, l.*2. & 4. *Cod. quæ res pignori, l.*11. §. *usus fructus, cum sequent. ff. hoc tit. l. si convenerit* 18. *ff. de pignorat. l. postquam* 7. *ff. de hæredit. vendita.* Marcianus *in l.*5. §. 1. *ff. de pignor.* Cujacius *lib.*70. *qq. Papin. in l.*64. *ff. de rei vindic. & in l.*3. §. *ultimo, ff. de usufructu*, Faber *lib.*8. *conjectur. cap.*17. & *lib.*19. *cap.*6. & 7. Bachovius *lib.*2. *de pignor. c.* 6, 7. & 8. Merillus *lib.*1. *observat. cap.*36. Olea *de cess. juris tit.*4. *quæst.*2. Connanus *lib.*4. *commentar. cap.*14. *nu.*2. *l.*5. *ff. de pignor. l.*9. §. *proprio, l. cum & sortis* 35. *ff. de pignorat. l.*88. *ff. de acquirenda hæredit.* Theophilus *in* §. *item ser-*
6 *viana instit. de action.* & si prisca inspecta tempestate pignus pro mobili; hypotheca verò pro immobili, usurpabatur re, *l. plebs*, §. *pignus instit. de action.* hodie verò nonnulli hanc refundunt differentiam, quatenus in pignore possessio in creditorem transfertur, secus verò in hypotheca, in qua pænes debitorem restat, *dicta l.*9. *dicta l. cum & sortis*, §. *finali*: quod tamen
7 haud perpetuum est: quandoquidem rei mobilis etiam possessio, debitori relinqui potest, *l. si quis rem* 66. *ff. de furtis*; vel non transferri in creditorem, *l.*20. *ff. de pignor.* & rei immobilis obligatæ transferri in creditorem, *l. quid de creditore* 11. *ff. de damno inf. &c.* *l.*9. *de oper. nov. nunc. l. ei, qui* 16. *de servitut. l. Cajus Sejus, de pignorat. dicto* §. *item serviana*, maximè si mobilis sit, *l.*9. §. 1. *l. finali, ff. quibus modis pignus.* id non nisi, ex hac promiscua vocum acceptione, dimanat, ut sub pignoratitia actione, actio etiamnum hypothecaria comprehendatur. *l. in rem* 41. *ff. de pignorat. l.*3. §. 3. *ff. ad exhibendum, l. duobus* 19. *l. penult.* §. 1. *ff. de except. rei judic. l. Titius* 9. *ff. quibus modis pignus, l. mævio* 66. §. *fundo, ff. de legatis* 2. *l.*5. *Cod. si aliena res pignori*, licet in modo constituendi diffident: quatenus pignus re constituitur, & traditione; hypotheca verò pacto, *l.*1. & 4. *ff. de pignor. l.*17. §. *de pignore, ff. de pactis, l. qui balneum* 9. *ff. qui potiores, l. solutam* 29. *ff. de solut. l. non solum* 33. §. *qui pignori, ff. de usucap. l.*4. *ff. de fide instrum.* quare à Paulo *in l. servus* 36. *ff. de condict. indebiti*; & *lib.*2. *sentent. tit.*51. & *lib.*5. *tit.*26. §. *finali*, pignus, quod re constituitur, depositum pignus vocitatur, *l. præteriti* 27. *ff. de pignorat.* consule Donellum *de pignor. cap.*2. Merlinum *lib.*1. *tit.*1. *quæst.*1. Balduinum *de pignor. cap.*2.
8 hinc apud Athenienses ad majorem securitatem in prædiis oppignoratis columnæ, seu sepes ex lapidibus erigebantur, cum inscriptione, qua cavebatur prædia illa esse oppignorata, ut ex Iulio polluce, & Theophastro probat Gibalinus *lib.*3. *c.*7. *ar.*1. Salmutius *de modo usurar. cap.* 15. neu uno in themate dispensatus à Pontifice, in alio dispensasse ducitur, *cap. bonæ fidei* 3. *de confir. utili, vel inutili*; ubi Gonzalez 2. *decretal. pag.*865. D. Antonius Grannanieto *pag.*270. siquidem ut firma habeatur dispensatio isthæc, necessum est, ut dispensantis velle verificatur, siquidem voluntas non potest ferri in incognitum, cum eius objectum debeat esse
9 notum, ut edocent Philosophi; neu dispensatio firma censenda sit, si extra superioris velle sit cum non nisi à dispensante vim obtineat
10 suam: igitur si in nostra facti specie in oppignoratione, vel in hypotheca à Pontifice solummodo dispensatum fuisse supponatur; hinc recta in illatione haud sectatur etiamnum in earumdem venditione dispensasse superiorem.

11 Probatur 2. ubi Pontifex, seu in pignore, seu in hypotheca ritè dispensat, non nisi quia potest rerum dominium hypothecare, vel op-
12 pignorari: quare jure merito in hypothecantis, vel oppignorantis ditione est, rei dominium; secus verò in creditoris, in cujus manu, solummodò crediti habetur securitas. Consule Cujacium *in tit. ff. de acquir. vel omitt. possess. lit.*
13 C, *pag.*1501. propterea quod haud faciliter dispensaret Pontifex in venditione, quàm in pi-
14 gnore, vel in hypotheca: siquidem in venditione maturum reposcendum est, superioris examen; quàm in hypothecis; vel pignoribus
15 Ne disseras: pignus, vel hypothecam, non nisi ad venditionem protendere plusquàm nobis manifestum est, ac per consequens ad dominii translationem, *l.*3. *l.*6. *Cod. quæ res pignor. l. sed quæ*, §. *emptionem, ff. de pignoribus, l.*2. *Cod. de*
16 *relig.* propterea quod pignoris alienatio verificatur, si creditori minus satisfaciat, *l. sed & quod* 9. *in fine, l.*16. §. *creditor, ff. de pignoribus*; igitur in pignoratione, vel hypotheca dispensans, etiam in venditione dispensasse feratur.

17 Longè profectò isthæc scilicet transferre dominium; & ad dominii translationem, tendere discriminantur: propterea quod Tò *esse in via ad dominii translationem* (uti edocent adver-

versarii) potentiam potius appellat, quatenus si haud persolvendo sit debitor; tunc in foro ad pignoris, vel hypothecæ divenditionem obstringendus sit; secus verò de actuali dominii translatione edisserendum est: siquidem hoc pacto actualem rei venditionem
18 involuit: quare nil mirum, si uno in themate dispensatum, minùs in alio fuisse, arguendum est.

CAPUT II.

Concessio in emphyteusim per Monasterium, procul ab Apostolico gesta assensu: numquid firma ducenda sit.

SUMMÆ.

Num 1. Thesis prædefinitio.
Num. 2. ejusdem Thesis probatio.

1 Fore infirmam, per S. C. fuisse prædefinitum, memorat Afflictus, *decis.* 85, *n.* 5. *&* 6. est Valer. Vall. *decis. Lucens. divers.* 48. *coll.* 2. Author est Thorus, *parte* 1. *compend. decis. vers. conces. in emphyteusim facta per Monasterium.*
2 Probatur: in emphyteusim concessio, non nisi alienationis species est, *l.* 1. *Cod. de jure emphyteutico.* Vide Donell. *de jur. Civil. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 40. *pag.* 447. ac per consequẽs Apostolicus pro ipsius robore assensus reposcitur, qui in qualibet alienatione, est necessarius; ut expressè Pontifex; in extravaganti *ambitiosè, de rebus Ecclesiæ alienandis* sancit, *dicto cap. nulli, & dicto cap. non licet, de rebus Ecclesiæ non alienandis.*

DECISIO XVII.

IN Causa Reverendiss. D. Cardinalis de Sancto Severino, qui obtinuit pro se sententiam, super restitutione Castri FossæCecæ cum fructibus, ita quod fructus percepti excomputantur in meliorationibus: & quod si meliorationes excedent fructus; ipsæ meliorationes reficiantur, liquidandis omnibus tempore executionis. fuit dubitatum, an dictus Cardinalis possit petere executionem ante factam liquidationem, ex quo liquidatio fructuum, ac meliorationum, requirit altiorem indaginem, dando cautionem idoneam de ipsis meliorationibus solvendis, &c. *Hactenus Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

DEfinitivam pro feudi alicujus restitutione, unà cum fructibus, sententiam obtinens quis; quodve fructus etiamnum percepti, unà cum meliorationibus compensetur: quid prædefiniendum, si meliorationes, perceptos exuperarent fructus: numquid meliorationes hujuscemodi altiorem reposcentes indaginem priusquàm definitiva executioni demandetur sententia, liquidandæ sint, ac per consequens Castri restitutionem immorari, adusque idonea præstetur satisfactio; an verò extemplò Castrum restituendum sit, præstita tamen prius debita cautione, de restituendis meliorationibus, per Senatum sanciendis.

SUMMÆ.

A' num. 1. usque ad num. 8. Thesis prædefinitio.
A' num. 8. usque ad 15. primæ Thesis partis probationes.
A' num. 15. usque ad 23. ejusdem primæ partis oppugnationes, & solutiones.
A' num. 23. usque ad num. 30. secundæ Thesis partis probationes.
A' num. 30. usque ad finem, ejusdem secundæ partis, objectiones, & solutiones.

1 TAmetsi definitivam exequutioni esse demandandam sententiam; & perceptos fructus, cum meliorationibus liquidationis tempestate esse compẽsandos, per S. C. fuisse prædefinitum, memoriæ
2 prodit Capicius hìc, & in fine; ibi: *fuit decretum, quòd vadat Commissarius qui liquidat, & exequatur juxta formam sententiæ, summariè de plano; & extrajudicialiter, & sic*
3 *fuit prius liquidatum,* & in principio; ibi: *qui obtinuit pro se sententiam super restitutione Castri FossæCecæ cum fructibus, ità quod fructus percepti excomputantur in meliorationibus, & quod si meliorationes reficiantur, liquidandis omnibus tempore executionis*; quam prædefinitionem sectati fuere Jacobus, Masullus hìc, Thorus *cõpend. decis. tom.* 1. *ver. executio*
4 *sententiæ præstationis annui introitus.* Verumtamen si meliorationes istæ ob adversariorum dissidia (cum res sic reposcat) extemplo liquidari, sancirique nequeant; tunc de meliorationibus, præstita prius idonea cautione, juxtà

ta Judicis Decretum, Senatusque consultum, restituendis, ad definitivæ sententiæ expeditionem esse deveniendum, quà idonea minùs verificata securitate, ad fructuum sequestrationem peragendum esse reor. est Reg. de Franchis, *decis.* 112. *num.* 17. Fabii de Anna, *consilio* 43. *num.* 10. Thori, *tom.* 1. *compend. decis.* §. *meliorationes domus*; memorantis, sic per S. C. fuisse sancitum. Reg. de Marinis, *observat. ad decis.* Reg. Revert. 554. *num.* 2. &
5 *resol. lib.* 2. *cap.* 113. *num.* 18. aliorumque adversus Capicium hìc, edocentem, definitivæ sententiæ executionem impediendam, si deinde meliorationum exceptio opponatur. Mariscottam, *lib.* 2. *var. resol. cap.* 112. *num.* 18.
6 aliosve apud supralaudatum de Marinis; secus verò si meliorationum exceptio ante definitivam opposita sit sententiam: siquidem tunc sententiæ executioni impedimento est, quominùs suum sortiatur effectum, ac per consequens per creditorem detinendam fore rem, adusque de meliorationibus sibi satisfit. est Reg. de Franchis loco supralaudato, *num.* 16.
7 quare Capicius *num.* 7. sic commentandus est.
8 Prima thesis pars probatur: ubi post definitivam sententiam meliorationis exceptio opposita per adversarium sit: toties velociter se gessisse edisseritur. Martialis, *lib.* 1. *velociter erit ab hoste.* Cicero, *de somno Scipionis*: *quibus curis exercitatus animus velocius in hanc se-*
9 *dem pervolabit*; ac per consequens nil mirum, si in moræ pœnam, rei detensio deneganda sit; dumtaxat verò meliorationum cautio sit
10 præstanda: propterea quod mora est temporis intercapedo. Cicero, 6. *phil.* ibi: *nullam moram interponendam insequendi Antonium putavi.* Terent. *in and. nec mora ulla est quin eam uxorem ducam.* Virgil. 3. *Æneid.* *nequæ*
11 *moræ fuerint dispendia tanti*; videtur namque suo cessisse juri: adeoque nemini irrogat injuriam, *l. injuriarum*, §. 1. *ff. de injuriis*, *l.* 3. §. *is tamen*, *ff. de libero homine exhibendo*, *l. qui injuriarũ*, §. *is, qui*, *ff. de de jure jaran. l. jure juran. l. quod reipubl. l. injuriã*, *ff. de injuriis*, *l. fluminum*, §. *ultimo*, *ff. de damno infecto*, *l. Proculus*, *ff. eodem tit. l. si donaturus*, §. *si quis indebitam*, *Cod. de condict. ob causam*, *l. si meo*, *ff. de aqua pluvia arcenda*, *cap. cum Ecclesi.* 21. *vers. quia*, *de elect. l. si quis in conscribendo*, *C. de Episcop. & Cleric. l. pen. C. de pactis*, *cap. tuis* 39. *vers. nisi*, *de testibus*, *cap. ad Apostolicam*, *de Regularibus*, *c. si de tertia*, *de privil.* quandoquidem ante definitivam sententiam meliorationum exceptionem opponere debebat; igitur, &c:
12 Probatur 2. Tò *rei manutensio*, *ejusdemque sequestratio*, *vel debita præstita cautio*, inter se æquipollentes esse ducuntur. Vide C. Theodos. 2. *tit.* 28. *de pecuniæ sequestrat. in Para-*
13 *tit. in principio*, *pag.* 215. propterea quod in cunctis hujuscemodi tribus speciebus, securus
14 redditur creditor: igitur merè materialiter se habet in istiusmodi facti specie, sive res per creditorem detineatur, sive idoneam recipiat cautionem, ut perpendenti liquet.
15 Nec 1. obstat textus, *in l. si area tua* 33. §. *& ideo constat*. *ff. de condit. indebiti*. ubi Ulpianus descripsit; ibi: *& ideo constat, si quis cum existimaret, se hæredem esse, insolum hæreditariam fulsisset nullo alio modo, quàm per*
16 *retensionem impensas servare posset*; igitur cũ Ulpianus nullam inter meliorationum, seù expensarum, ante, seu post sententiam, mentionem fecisset; jure meritò merè materialiter se habet, sive mulier, sive expensa, sive melioramenta rogitet, sive ante, sive post diffinitivum Senatus consultum.
17 Nego antecedens: propterea quod tametsi Ulpianus rei detensionem fore faciendam adusque expensarum persolutio fiat: verumtamen id germano sub intellectu interpretandũ erit, scilicet si petens, haud in petendi mora sit uti edisseritur, ubi post definitivam petat sententiam: enim verò tunc definitivæ sententiæ robori haud impedimento esse quit; ac per
18 consequens suum sortiri debet effectum, cum definitiva sentententia paratam obtineat executionem, cum civili, tum canonico jure, *l. minor* 40. *ff. de minor. l. pignora* 50. *ff. de evict. l.* 4. §. *si ex conventione* 4. *l. à Divo Pio*, *cum suis*, §. §. *ff. de sent. & re judic. l.* 2. *Cod. de exequt. rei judic. l. si cum aliquibus*, *ff. de re judicata.* Pichardus *in manud.* 2. *par.* §. 5. Parlador. *lib.* 2. *rer. quotid. cap. ultimo*, *in princip.* Marante *in speculo* 6. *part. tit. de execut. sententiæ*, Afflictus *dec.* 341. *nu.* 3. & *dec.* 358. Reg. Rovitus *prag.* 1. *nu.* 3. *de officio R. C.* Reg. de Marinis 2. *quotidian. cap.* 28. *nu.* 3. alioqui frustra litibus modus imponeretur, quod perabsurdum foret, *l.* 2. *Cod. de execut. rei judic. l. si causa cognita*, *C. de transact.*
19 Textus in *l. si non sortem* 26. §. *si centum debens*, *ff. de actione indebiti*; ubi est prædefinitũ, agrum detinendum esse adusque idonea fit persolutio; ibi: *Ager autem retinebitur, donec debita pecunia persolvatur*: igitur cum testes isti nullam involvant distinctionem; neque nobis distinguere par est, *l. non distinguemus*, *ff. de receptis arbitris*, *l. præsis*, *ff. de officio Præsidis*, *l.* 2. §. *convenire*, *ff. de judic. l. quos prohibet*, *ff. de postulando*, *l.* 1. §. *generaliter*, *ff. de legatis præstan. l. quamvis*, *ff. de in jus vocando*, *l. si servum*, §. *nõ dixit*, *ff. de acquirend. hæredit. l.* 1. §. *quod autem*, *ff. de aleator. l. unica*, *Cod. qui pro sua jurisdict. l. illam Cod. de collationibus*, *cap. Romanorum* 9. *dist. cap. consuluisti* 2. *quæst.* 5. *cap. solutæ*, *de major. & obedient. cap. quia circa* 22. *de privileg. clementina ult. de rescriptis.*
20 Eodem responso diluendus est hujuscemodi textus, ac supra responsum fuit.
21 Urgebis: ratio cur melioramenta isthæc ante definitivam sententiam minùs rogitata fuere, est, vel ignorantiæ studio, vel quatenus tẽpestate qualibet, ac de ipsis poteret quis; sibi necessariò esse præstanda; igitur ejus ignoscendum est ignorantiæ.
22 Nego consequentiam: propterea quod procul à recta ratione definitiva minùs est impe-

 dien-

dienda sententia, cum paratam obtineat exequutionem.

23 Secunda thesis pars probatur 1. ubi quis ante definitivam sententiam expensas petit, in mora haud esse supponitur; igitur suo functus proditur munere.

24 Probatur 2. ex *l. si non sortem 26. §. si centum ff. de condict. indebiti, l. si in area tua, §. & ideo constat, ff. eodem, l. Paulus 14. ff. de doli mali, & metus except.* in quibus rei manutentio est
25 prædefinita: atqui manutentio isthæc, ex supra probatis, post definitivam haud verificari nequeat sententiam; igitur, &c.

26 Probatur 3. ubi quis ante definitivam expensarum exceptionem sententiam opponat; toties commonstrat, se velle rei possessionem assiduare, adusque debita ei refundatur satisfactio, ac per consequens minus ab ipsa denudandus possessione. argum. textus, *in §. conquarente 7. de restit. spoliator. cap. 2. & final. de ord. cognit. l. 1. §. si prædo, ff. depositi, l. 1. §. eum, qui, vers. qui à me possidebat, l. colonus, l. cum fundum, ff. de vi, & vi, l. judice 64. ff. de judic. l. si pignore 22. §. si prædo, ff. de pignor. action. l. si quis ad se fundum, Cod. ad leg. jul. de vi, l. meminerint, Cod. unde vi, l. si maritus 10. Cod. de donat. inter, l. ordinarii. Cod. de R. V. l. si quis 8. l. sed hæc 2. Cod. de præscript. 30. vel 40. l. si coloni 14. Cod. de agricolis lib. 11. l. ultima, Cod. de compensat. 4.* & his similia. Cujacius *in dicto cap. conquarente 7.* Donellus *lib. 15. commentar. c. 31.* Antonius Augustinus *in epitome juris lib. 81. tit. 2.* Vultejus *ad tit. Cod. ubi de possess. nu. 35.* Corasius *lib. 2.* Miscell. *cap. 2.* Solorzanus *lib. 3. polit. cap. 30. & tomo 2. lib. 2. cap. 28. & 90.* Petrus Barbosa *in l. si de vi 37. ex nu. 30. ff. de judic.* Gomez *in l. 45. tauri, ex n. 180.* & id genus:
27 propterea quod rei suæ deterioris fit conditionis: enimverò aliud est, rem detinere, ac de illa debitam obtinere cautionem, & illam sequestro subdere, ut speculanti patet.

28 Probatur 4. melioramenta namque, uti arguit Mastrillus *decis. 98. nu. 1.* non nisi rebus cohærent, ac per consequens rei detentio fieri fas est, adusq; ei satisfactio fiat. Plaut. *in amph. 18.* ibi: *quin ego illū aut deserā, aut satisfaciat mihi, atque adjuret, insuper nolle esse dicta, quæ*
29 *me insontem protulit*: propterea quod satisfactionis appellatione, non nisi solutionis viam involuit, *l. item liberatur, §. 1. ff. quibus modis*
30 *pignus, vel hypotecha*, etsi nonnumquam de solvendo cautionem amplectitur, quod commentandum est, si ante definitivam, ipsarum petitio facta fuerit, sententiam.

31 Nec 1. obstat textus *in l. statu liber, ff. de statu liber. ubi est sancitum, quod si alicui sub conditione legata sit libertas, si rationes redderet, &c. offerret de reddendis rationibus, tunc foret liber*; igitur, &c.

32 Supralaudatus textus alio in casu est: propterea quod id cautum habetur, non nisi libertatis studio: quandoquidem libertatis appellatione, omnimoda, & plena venire perhibetur,
33 *l. cum venderes, ff. de actionibus empti*, quare nil mirum si libertas etiamnum libertatis dea vocitabatur, cujus Templum in Avētino constructum fuisse literis proditum est apud Titū Livium. Cicero *philippica 5. duo semper sibi contingere optabat, & ut Populum Romanum liberū linqueret, quoniam à diis immortalibus majus dari posse bonum denegabat, & ut de republia foret benemeritus.* exemplo extat de Diogene, qui rogitatus, quid foret in vita optimum; responsitasse fertur, libertas, & lacon quidam interrogatus quid artis sciret? liber (inquit) esse. & Seneca *epistola 47. quid sit libertas*, definit esse rem, quæ nulli rei inservit:
34 inde est, quòd res inæstimabilis est, *§. finali instit. quibus ex causis manumitti non licet.*

35 Ne differas 2. expensarum rogitatio hoc in themate merè materialiter se habet, sive fiat ante, sive post definitivam sententiam: propterea quod æs semper supponitur alienum, ac proinde à rei detensione haud quis est denu-
36 dandus, adusque ipsi satisfiat: siquidem res sua, adeoque sibi subdenda, usquequò satisfactio sibi fiat.

37 Nego antecedens: disparitatisque ratio ex supra commonstratis liquet.

38 Ne differas 3. Tò *altiorem reposcere indaginem*, liquidum haud sit involvere creditorem: propterea quod de ipso erit dissertandum; igitur etsi ante definitivam sententiam meliorationum exceptio opponenda sit: verumtamen rei detensio minùs indulgenda est; dumtaxat verò idonea cautio de eo, quod per Senatum prædefiniatur, præstanda sit.

39 Irritum est antecedens: propterea quod liquidum in specie supponitur creditum, ac per consequens, de impensarum melioratione, certitudo haberi supponitur; tametsi rei quanti-
40 tas haud noscitur:: quare ly *altiorem reposcere indaginem*, dumtaxat circa determinatum expensarum valorem verificatur, ac per con-
41 sequens de ipso est ambigendum; secus verò simpliciter; numquid meliorationes extant; nec
42 ne,: quandoquidem tunc in alia facti specie foret quæstio; adeoque rei detensio fieri nefas esset; solummodò vel meliorationum cautio; vel res sequestro subdenda, pro ut Senatum libuerit.

43 Ne differas 4. obstat textus *in l. sumptus 48. l. emptor 65. ff. de rei vindic. l. plane 38. ff. de petione hæreditatis, l. hæres 21. ff. ad Senatus Consultum Trebellianum*; ibi: *Sed posse cum rerum hæreditariarum possessionem, vel repetere, vel*
44 *nancisci*; ly porrò *nancisci* post definitivam, interprætandum erit, sententiam; igitur, &c.

45 Textus iste alio in casu extat, ac in præsentia quæstionatur: propterea quod textus *in l. sumptus 48.* neu de definitiva sententia, neu de impensis, sive ante, sive post sententiam men-
46 tionatur. idem edisserito de textu *in l. emptor 65.* qui de sola restitutione, secus de retentione eloquitur.

Pro

Pro prædefinitionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT I.

Melioramenta in fundo facta, qua tempestate appretianda sunt, tempore ne, quo erogantur? an verò rei restitutionis?

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. Thesis prædefinitio.
A num. 3. usque ad 10. ejusdem Thesis probationes.
A num. 10. usque ad finem, objectiones, earumdemque solutiones.

1 Restitutionis tempestate fore restituenda reor. est Camilli de Curte, *resol. feud. cap. 5. num. 52.* Thori *compend. decis. parte 2. vers. melioramenta, in re facta, & vers. meliorationes facta in fundo.* Theodori *alleg. 74. num. 3.* de Franchis *decis. 109. nu. 2. & 3.* aliorumque, adversus Fabium de Anna *singulari 182.* distinguentem inter dominum, & bonæ fidei possessorem. Marzarium, memorantem, sic per Florentinam Rotam finitum fuisse. Thesaurum *decis. 271. nu. 2.* edo-
2 centem, Iudicis arbitrio esse redigendum: quare thesis nostra locum sibi vendicat suum, seu bonæ fidei possessor, seu dominus, seu sint voluptuariæ, seu necessariæ impensæ.

3 Probatur 1. ex textu in *l. in fundo 39. ff. de rei vindic.* ubi Celsus memoriæ prodit, fundi meliorationem restituendam esse, nullam adiiciens, neu temporum, neu bonæ fidei, nec dominii distinctionem; dumtaxat verò absolutè eloquens: ibi; *Finge, & dominum eadem factum fuisse, reddet impensam, ut fundum recipiat, eo usque dumtaxat, quò prætiosior factus est, ut si plus prætio fundi accessit, solum* quod impensum est; igitur, &c.

4 Probatur 2. à supralaudato Reg. de Franchis *decis. 109. nu. 3.* edocente, quod ultra valorem restitutionis tempestate extantem & de expensis, & meliorationibus illis acquiri debeat; igitur, &c.

5 Probatur 3. ex textu in *l. domos, ff. de legatis 1.* ubi Papinianus nullam hoc in casu refundit distinctionem inter bonæ fidei possessorem, ac dominum, inter expensas voluptuarias, & necessarias, idque genus; ast dumtaxat esse restituendas. ibi: *Ex causa fideicommissi post mortem hæredis restituendas, boni viri arbitratu sumptuum rationibus deductis, &c.* igitur, &c.

6 Probatur 4. restitutio quippe de eo, quod quis plus recipit, quod sibi par est, facienda; siquidem restitutio in priscû est repositio statum, quæ definitio eruitur, *ex l. quod si minor, §. restitutio. ff. de minoribus, l si laus, ff. quemadmodum servitus, l. 1. Cod. de deputationibus, l. 2. C. in quibus causis.* Paulus *lib. 1. sentent. tit. 7. l. 1. §. certè. ff. ad Maced. l. 3. ff. rem ratam, l. sed si 8.* juncto ibi Cujacio, *lib. 26. ff. Juliani, ff. si quid in fraudem, l. 1. §. 1. ff. de collat. bonor. l. 2. ff. ne de statu defuncti, l. facta 63. §. 14. ff. ad Trebell. cap. finali, 2. quæst. 3. cap. 1. de in integrum restit.* Osualdus ad Donellum *lib. 2. cap. 4. lit. D.*
7 verum enimverò id in nostra facti specie non nisi restitutionis tempestate verificatur: propterea quod quicquid est alienum detineri supponitur, ac per consequens restituendum; igitur id dumtaxat, secus verò aliud, est resti-
8 tuendum: quare illud quod erogationis tempestate plus erogatur, utputà bis centum; haud illi, cui restitutio fit, adipiscitur, ac per consequens si nil ex bis centum fuisse acquisitum sit; quo pacto, quove jure, ad illud restituendum adstringendus sit, alioqui aliena locupletari ansa præberetur, quod juri dissonum esset, *l. cum fundus, §. servum tuum, ff. de actionibus empti, l. nam hoc natura 54. ff. de conditionibus indebiti.* Antonius Faber *de just. & jur. in juris prudentia, principio 2. illat. 1. pag. 5.*
9 Probatur 5. illud plus, quod erogatum fuisse supponitur; quippe restitutionis tempore minùs reperitur, ac per consequens nullo debetur jure: propterea quod in restituentis utile minimè versum fuit; quod autem receptum haud fuit; quare restituendum sit?

10 Nec obstat textus in *l. domos 71. ff. de legatis, & fidei commissis 1.* ibi: *ædificiorum ætatibus examinatis, &c.* per hujuscemodi namque verba, erogationis tempestatem fore prospiciendam, probatur; igitur, &c.

11 Variè profectò istiusmodi textus verba à Doctoribus commentari assolent; author est
12 Thesaurus *decis. 251.* propterea quod nonnulli interpretant, utputà ædificiorum quantitati-
13 bus extantibus æstimatis. alii ædificiorum
14 quantitatibus extantibus. alii ædificiorum
15 ætatibus examinatis, idque genus: quare cum in mussatione isthac versemur, juremeritò textus verba; utpotè ambigua pro nihilo ducenda sunt.

16 Ne edisseras 2. cum aliena quis hoc in casu locupletari diceretur jactura, quod juribus dissonum est, *l. nam hoc natura, Cod. de condict. indebiti, l. naturaliter, §. finali, l. hæc condictio 66. ff. eodem tit. l. bona fides 50, ff. de action. empt. l. jure naturæ 206. ff. de regulis juris, l. ultima, Cod. de usucap. pro emptore, cap. suam, de pœnis, cap. locupletari 47. de regul. juris in 6.* Antonius Faber *in juris prudentia, de justitia, & jure, princip. 2. illat. 1. in fine pag. 5.* Donellus *comment. de jur. civil. lib. 4. de reb. privat. cap. 5. sub nu. 20. & 30. pag. 240.* propterea quod inspecto erogationis, plus impensum fuisse supponitur, quàm restitutionis tempore, restituitur; igitur &c.

17 Uno verbo: plus illud, quod impensum fuit id materialiter se habet: propterea quod melioramenta, quæ actu extant, formaliter hic veniunt: quandoquidem isthæc in alienam transeunt personam; secus verò plus illud quod erogationis tempestate erogatum fuisse traditur, ceù speculanti liquet.

CAPUT II.

Melioramenta in domo aliqua restituenda facta; si precium exuperare perhibeantur: numquid ipsi per fideicommissariumr estituenda sint;

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A'num. 2. usque ad finem, ejusdem thesis probationes.

1 Esse restituenda indubiè existimant Menochius *de præsumptionibus lib. 3. præsumptione 32. vers. ad hæc quidē.* aliique contra Reg. de Franchis *decis.* 109. Rotam Florentinam *fol. 66. in parvis*, aliosve consule Thorum *compend. decis. vers. meliorationes factæ in domo.*

2 Probatur 1. melioramenta namque isthæc per hæredem in æde restitutionis subjecta facta, haud à malo, ast à bonæ fidei possessore, ac per consequens in re, suo in genere erogata
3 esse prædicantur; igitur minùs dono data censentur; adeoque restituenda: utputà si ædes valoris centum, ubi hæredi traditur æstimata sit; restitutionis verò bis centum valoris appre-
4 tiatur: alioqui locupletationi aliena cum jactura locus esset, quod juribus dissonum foret.
5 Probatur 2. tametsi domum hanc meliorās, haud ignorabat illam, deinde domino fore re-
6 stituendam: verumtamen in ipsius mente non
7 fuit, melioramēta isthæc dono dare velle: propterea quod ædem meliorare voluit, ut illa usq; ad restitutionem; qua restitutione adventante sibi melioramenta fore persolvenda, igitur mi-
8 nùs ducenda sunt: quare adversariorum motivum, nullius ducitur momenti.

CAPUT III.

Melioramenta in feudo per Baronem facta, si ob lineam finitam, ad Fiscum devolatur feudum: numquid per Fiscum, Baronis creditoribus persolvenda sunt.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad finem, ejusdem Thesis probationes.

1 Fore creditoribus per Fiscum persolvenda, & in Regia Camera Summ. & in Collaterali Consilio, anno 1572. fuisse prædefinitum edocet Thorus, *compend. decis. vers. meliorationes feudi, factæ per Baronem.* est Fabii de Anna, *in novissimis additionibus, ad allegationem* 6. Joannis Vincentii Annii, *num.* 12. & 13. aliorumque.

2 Probatur 1. quicquid enim alienum est, fore persolvendum explorati juris est: alioqui quis aliena cum jactura locupletaretur, quod juribus dissonum foret, *l. cum fundus*, §. *servum tuum, ff. de actionibus empti, l. nam hoc natura, Cod. de condict. indebiti, l. naturaliter*, §. *finali, l. hæc condictio* 66. *ff. eodem tit, l. bona fides* 50. *ff. de action. empti, l. jure naturæ* 206. *ff. de regulis juris, l. ultima, Cod. de usucap. pro emptore, cap. suam, de pœnis, cap. locupletari* 47. *de regulis juris in* 6. Antonius Faber, *in jurisprudentia, de justitia, & jure, princip.* 2. *illat.* 1, *in fine, pag.* 5. Donellus, *comment. de jure civil. lib.* 4. *de rebus privat, cap.* 5. *sub num.* 20. & 30. *pag.* 240. cum quid dolosum esset, *l.* 1. §. *an in pupillum, ff. depositi, l. si quis mancipiis* 17, §. *Proculus*
3 *ait, ff. de instit. actio.* atqui cum melioramenta nostro in themate haud Fisci, ast Baronis
4 hæredis edifferuntur: propterea quod feudatarii muneris est, ut eo pacto, quo feudum sibi traditum fuerit, directo restituatur Domino, ac per consequens, si feudum per feudatarium melioris conditionis factum fuerit, quippe valoris restitutio feudatario, ac per consequēs ejus hæredi efficienda est.
5 Probatur 2. Meliorationes namque hujuscemodi, non ut quid accessorium ad principale, utputà ad proprietatem, se habent, imò ut quid à proprietate sejunctum; ac per consequens per se extans, adeoque per se appretiabile; neu meliorantis hoc in casu mens fuit, ut melioramenta isthæc directo sint dono data Domino; igitur, &c.
6 Probatur 3. ut aliquid alicui adipiscatur, necessum ducitur, ut acquisitionis titulus verificetur. Consule Joannem Baudium, *lib.* 1. *qq. cap.* 37. Donellum, *lib.* 15. *comment. cap.* 46. ubi Osualdus, *lit. L.* Cujacium, *lib.* 21. *observat. cap.* 36. & *tract.* 9. *ad African.* §. 1. *de damno infecto.* Ulpianum, *tit.* 19. *de dominio*. Brisson. *lib.* 4. *select. cap.* 22. & *de V. S.* verbo, *Dominium*, Connanum, *lib.* 2. *comment. cap.* 6. *num.* 9. Robertum, *lib.* 1. *recept. lect. cap.* 23. Revardum, *ad ll.* 12. *tabul. cap.* 16. Fabrum, *lib.* 7. *conject. cap.* 4. & *lib.* 20. *cap.* 11. Antonium Augustinum, *lib.* 1. *emendat. cap.* 7. & Cujacium ad Ulpianum, *tit.* 19. & *in l.* 2. *ff. de servit. in l. unica, Cod. de nudo jure quiritum, l. unica, Cod. de usucap. transfer.* alioqui actus frustraretur; enim verò in nostra facti specie Fisco meliorationū acquisitio sub nullo verificari queat titulo, scilicet neu donationis, neu emptionis, neque hæreditatis, nec consolidationis, nec id genus, igitur, &c.

CAPUT IV.

Melioramenta, per feudatarium in devoluto feudo facta: numquid feudatarii hæredi per directum sunt persolvenda Dominum.

SUMMÆ

Num. 1. Thesis prædefinitio.
Num. 2. ejusdem probatio.

1 FOre per directum Dominũ persolvenda & per R.C.S. & per Collat. Consil. fuisse prædefinitũ refert Thorus, *compend.decis. par.1.vers.meliorationes factæ* quam prædefinitionem sectantur Reg. de Ponte, *decis.* 12.*num.*1.*&* 6. *&* *decis.*4. *nu.*32. Riccius, *collect. decis.* 2069. aliique.

2 Isthæc probatur thesis, qua tertia commonstrata fuit: propterea quod utrobique par ur-
3 get ratio; inde fit ejusdem juris statuitio, *l. il-*
4 *lud, ff. ad leg. aquil. l. si postulavero*, §. 2. *ff. ad leg. jul. de adult. l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. nauta*, §. *final. ff. nautæ caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, Cod. de sacros. Eccles.* §. *si igitur*, instit. *quod cum eo.* hinc Tullius 3. *Tusc.* ibi: *munus animi est ratione uti.*

DECISIO XVIII.

IN Causa Nobilis Alphonsi Coppulæ super remedio *legis diffamari*, *Cod. de inge. & manu. l. titia, ff. de accus. C. tua, de de his ma. accus. po.* contra Reverendiss. Cardinalem de Aragonia, &c. *Hactenus Antonins Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti Species.

ALiquem diffamans Fulanus, ipsique ad probandum terminus per Judicem datus, quo perempto diffinitivam absolutionis divulgavit sententiam Judex: numquid rursus exaudiendus sit fulanus, si in accusatione sistere perhibeatur; appellatione à diffinitiva sententia deserta minus obstante.

SUMMÆ.

Num. 1. primæ Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad 10. ejusdem probationes.
Num. 10. secundæ Thesis prædefinitio.
A' num. 11. usque ad finem, ejusdem probationes.

1 HAud esse hoc in themate existimo.
2 Probatur 1. expresse ex textu *in l. Titia* 18. *ff. de accusationibus, & inquisit.* ibi: *quæro, an Titia, quæ non appellavit adversus sententiam Præsidis, posse ad falsi accusationem postea reverti, respondit nihil apertè proponi, propter quod adversus sententiæ authoritatem de falso agens audienda est.*

3 Probatur 2. ex textu *in l. diffamari statum* 5. *Cod. communia de manumissionibus*; ibi: *præsertim cum affirmes, diù Præsidem unum; atque alterum interpellatum à se vocitasse diversam partem, ut contradictionem faceret, si defensionibus suis confideret; unde constet merito, Prætorem Provinciæ commotum allegationibus tuis sententiam dedisse, ne de cætero inquietudinem sustineres.* Si igitur adhuc diversa pars perseverat in eadem obstinatione; Præses Provinciæ ab injuria temperari præcipiet; igitur, &c.

4 Probatur 3. *ex cap. cum in tua 6. qui matrimonium accusare possunt*; ibi: *alioqui cum rationabiliter præsumatur, quòd denunciationem publicè factam idem existens in ipsa Diæcesi minimè ignoravit, tamquam suspectus est procul dubio expellendus*; igitur, &c.

5 Probatur 4. extemplò ac sententia diffinitiva in rem judicatam transire proditur, tunc & juris, & de jure haberi supponitur præsumptio, ac per consequens eam fore firmam præsumit, in hujuscemodi firmiter insistendo præsumptione. Cod. Theodosianus, 4. *tit.* 17. *de fructibus, & litis expensis*, ad comment. textus, *in l. conditio* 5. *in principio, colum.* 1. *pag.* 396. *l. properandum*, §. *cum autem, de judiciis, l. & post*, §. *ult. ff. eodem, l.* 1. *infra, quor. app. non rec. l. ex consensu*, §. *ult. ff. de appellat. l. liberto*, §. *penult. ff. de negotiis gestis, l. contumacia, in princip. ff. de re judicat. novella* 86. Cujacius, *tom.*3. 7. *Cod. in paratitl. tit.* 43. *quomodo, & quando Judex sententiam proferre debeat, &c. lit.* B. *pag.*166. secus probari ab adversario non permittens, *l. res ju-*
6 *dicata* 208. *ff. de regulis juris*: propterea quòd diffinitiva sententia juxta Glossam, in verbo, *sententia*, §. *responsa*, instit. *ff. de jure naturali, gentium, & civili*, est firmum, & indubitatum responsum: adeoque juxtà Modestinum, *in l.* 1. *ff. de judiciis, l. qualem* 19. §. 1. *ff. de receptis arbitris, l.* 3. *Cod. de sententiis, & interlocutionibus*, controversiæ finem im-
7 ponens: quare jure meritò orationis lumen vocitatur, quod in clausulis breviter collectum est. Cicero, *lib.* 4. *ad Herennium*, paratam, & Civili, & Canonico jure obtinendo executionem, *l. minor* 40. *ff. de minor. l. pignora* 50. *ff. de evict. l.* 4. §. *si ex conventione* 4. *l. à Divo Pio cum suis* §§. *ff. de sent. & re judic. l.* 2. *Cod. de exequut. rei judic.* Pichardus, *in manud.* 2. *p.* §. 5. Parlador. *lib.*2. *rer. quotid. cap. ultimo in princip.* Maranta, *in speculo* 6. *part. tit. de execut. sententiæ, l. si*
8 *causa cognita, Cod. de transact.* idque, ne lites in infinitum protrahantur; siquidem summam parturiunt perturbationem, quæ à Civitate tranquillitatem, pacemque explodit. Hinc Tullius, *Philipp.* 8. ibi: *leges, aut judicia esse non possunt pace sublata*, neu frustrà ad appellandum terminus refundatur, *cap. pervenit* 28. *tit. de appell. recus. & relat.* Cironius, *in pa-*

paratitl. eodem tit. pag. 1604. Author est Reg. de Marinis 1. *resol. quotid. cap.* 188. *num.* 3.
9 idque genus: quod verum ducitur; tametsi sententia infirma sit, ceu per Senatum suum fuisse prædefinitum memorat Antonius Faber *in* 7. *Cod. definitione* 8. *num.* 3. *de tempore, & reparatione appellationis.* per textum, *in l. si expressim* 19. *ff. de appellat. l.* 1. 2. & 3. *ff. quæ sententia sine appellatione resci.*

Secunda facti species.

10 Priusquàm ab Actore futuro conventus sit reus: numquid præventio ab ipso fieri fas sit eum adstringendo, ut super exceptione sibi futura coram suo, secus verò Actoris sistat Judice.

11 Licere. quod per S. C. fuisse prædefinitum memorat Antonius Capicius hìc in fine; ibi: *sed quod debeat conventus super l. diffamari remitti ad Judicem suum. No. do. Maz. in decis.* 28. *ubi dicit. ita fuisse votatum,* quam decisionem sectatur. Abbas, Alexander, aliique. quorum, & Author, & sectator est Thorus, *tomo* 1. *compend. decis. vers. agens remedio, l. diffamari, Cod. de ingen. manum.*

12 Probatur 1. Et decisionis, & jurium supralaudatorum ratio (mea sententia) esse potest, quatenus reo futura competens exceptio potius actor in exceptione isthac, quàm reus est: propterea quod adversus futurum actorem reagere permittitur. Vide Donellum *de jur. civil. lib.* 18. *cap.* 14. §. *rem ratam haberi, sub num.* 50. *pag.* 222. & *lib.* 17. *cap.* 19. *sub num.* 50. *pag.* 84. ac per consequens nil mirum, si Judex coram se futurum convenire
13 queat actorem; inde est quod reus excipiens in exceptionibus comprehenduntur, *l. non utique* 9. *ff. de exceptionibus, l. siquidem, l. in exceptionibus* 12. *eodem tit.* Regula, *in exception.* 63. *de reg. jur. lib.* 6. *cap. illud, de præsumpt.* Cujacius. *in cap. cum* 6. *de except. & lib.* 9. *observat. cap.* 36.

14 Probatur 2. ab eodem supralaudato Capicio, *num.* 1. & 2. tametsi actor rei forum sectari debeat, *l. hæres absens in principio, ff. de judiciis, l.* 11. *Cod. de jure omnium judicum, l. finali, Cod. ubi in rem actio, l. in criminali, Cod. de jurisdict. omn. judic. l. juris ordinem, Cod. eod. tit. l.* 2. *Cod. ubi, & apud quem, cap. experientiæ, ac cap. si quisque* 11. *quæst.* 1. *cap. sanè, cap. cum sit generale, cap. si Clericus* 5. *de foro competenti, l.* 2. *Cod. de jurisdict.* Gonzalez, *in cap. cum sit generale* 8. *de foro competenti, num.* 4. *pag.* 67. verumtamen ubi super futura aliqua agi edisseratur exceptione, quippè posset reus antequàm à futuro conveniatur actore, ac per consequens coram
15 Judice suo: propterea quod futura exceptio isthæc, quæ reo convenire supponitur, accidentaliter exceptio devocatur, *l. requisisti de testamentis*; igitur, &c. Consule Capicium hìc, *à num.* 6. *usque ad* 7. variis id commonstrans exemplaribus.

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT I.

Sententia in quæ rem judicatam transit: numquid ob reperta rursus instrumenta, recognosci par sit, queis in thematibus.

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. Thesis prædefinitio.
Num. 3. & 4. ejusdem probatio.

1 Tametsi simpliciter loquendo recognosci posse explorati juris est. *l. sub specie, Cod. de re judicata, l. sub prætextu, Cod. de transactionibus*; adeoque fraudibus aditus fieret, ut speculanti li-
2 quet: verumtamen Fisci favore posse duco. est Hectoris Caraccioli, penes Reg. de Marinis, *alleg.* 8. *num.* 1.
3 Probatur: ex textu, *in l. Imperatores, ff. de*
4 *re judicata*; quare id Fisco non nisi ex privilegio convenire plusquàm manifestum est: igitur nil mirum, si à die latæ sententiæ ad petendum scripta, non nisi triennium Fisco à jure fuisse indultum pro comperto habetur, *l.* 1. *Cod. de sententiis adversus Fiscum latis retract. lib.* 10. igitur, &c.

CAPUT II.

Diffinitiva sententia adversus nuptias lata: si de errore liqueat: numquid revocari par sit, ac per consequens in rem haud transiit judicatam.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad 16. ejusdem Thesis probationes.
A' num. 16. usque ad finem, objectiones, & solutiones.

1 Revocari posse decernit Alexander 3. *in cap. lator de sententia, & re judicata*; ibi: *nolentes igitur matrimonia canonicè contracta levitate quadam dissolvi: mandamus quatenus, si vobis constiterit eos per judicium Ecclesiæ non fuisse legitimè separatos; Ecclesiamque deceptam ipsos faciatis, sicut virum, & uxorem insimul permanere*; quam prædefinitionem sectati fuere, & prisci, & moderni Canonistæ in supralaudato *cap. lator*, inter quos extant Vivianus, Cujacius, Augustinus Barbosa, Gonzalez, Antonius Grannanieto, Osualdus ad Donellum, *lib.* 21. *cap.* 12. *lit. F.*
2 Probatur 1. *ex cap. fraternitatis, de frigidis, & maleficiatis, cap. quod Deo* 35. *quæst.* 5. *cap. grave* 35. *quæst.* 9. *cap. causam matrimonii*

monii penult. de probat. cap. series 26. cap. sicut nobis, cap. ex tenore 35. cap. cum in tua 44. cap. constitutis 46. de testibus; igitur, &c.

3 Probatur 2. quæ de jure Divino sunt per homines immutari nequeunt, *cap. si dominus 11. quæst. 3.* quemadmodum & jus naturale; siquidem immobilia sunt, cum immutabilis sit Deus, hinc *in libris Apophtegmatum* descriptum reperio;ibi: *arbitrio Numinis res hominum sursum, deorsumque volvuntur, & revolvuntur.* Consule Caramuelē,*in Theologia morali, intent. lib. 1. de lege natur. &c. & in*
4 *procemio,n.71.pag.24.*verum enimverò Divino inspecto jure,nuptiæ inseparabiles sunt. Matthæi, *cap. 19.* igitur ubi constiterit, legitimas fore nuptias, tunc sententia, quæ illos sejunxerat, haud esse conjuges prædefiniens, ipso facto infirma erit, ac per consequens ipsi per conjuges,minùs obtemperandum est.

5 Probatur 3. tunc sententia revocari fas est, ubi de errore liquidò cōstat,*l.1.§.1.quæ sententiæ sine appellatione rescindūtur*,quemadmodū si cōtra Canones; & leges lata sit,tunc infirma est,neu ab ea appellare est necesśū,*cap.post longas tribulationes 1. de sententia, & re judicata, cap. inter 9. cap. cum inter, in cap. quoad consultationem 15. de sentent. & re judic.cap. per tuas, de sentent.excommun. cap. examinata,de confirm. utili, cap. ei,qui, vers. item 2. quæst. 6. cap. frater 26. quæst. 1. l. magis, §. si æs alienum, ff. de rebus eorum, l. nemo, Cod. de sentent. & interloc. l. si expressim 19. ff. de appellat.* auth. *hodie, Cod. de judic. l. 4. §.condemnatus, ff. de sentent. & re judic. l. in hoc 28. ff. famil. erciscund. l. si quis filio 6.§.quod si quis, ff. de injusto rupto, l. 1. §. item contra, ff. quæ sententiæ sine appellat. l. 1. & 2. Cod. quando provocare, l.1. Cod. si à non competent. cap. solet, de sententia excommunicat. in 6.* Cujacius, *in dicto cap. post longas tribulationes 1. & ad digesta, in l. si libertus 6. ff. de jure patronatus, & ad tit. Cod. quando provocare, & lib. 10. respons.* Modestini, *in l. Præses ff. de judic. & in l. 1. ff. quod quisque juris, & lib. 18. observat. cap. 33.* Faber *lib. 12. conject. cap. 14.* Osualdus ad Donellum, *lib. 26. cap. 6.* Duarenus, *ad tit. de judic. cap. de variis judic.* Cujacius, *in l. 1. Cod. de legibus, & lib. 6. observat. cap. 25. & in l. meritò, Cod. de suis, & legit.* Alciatus,*in l. qui Romæ, §. ultimo, ff. de verbor. obligat.* Valentia *lib. 2. illustr. tract. 2. cap. 6. num. 18.* Vultejus, *de judic. lib. 4. cap. 1.* Pichardus, *in princip. instit. de officio judic.* idque genus: siquidem inter partes haud jus facit, nisi ritè in rem transierit judicatam, *l. sicuti, §. sed si, ff. si servitus vindicetur.* Donellus, *de jure civil. lib. 1.cap.14.*
6 *sub num. 40. pag. 137.* verum enimverò cum sententia isthæc,in rem judicatam (ceu ex cōmonstratis patet) minimè transiliverit, *d. cap. lator 7. de sent. & re judic. cap. requisisti, vers. quod si 33. quæst. 1. cap. quod Deo 33. quæst. 5. cap. loci, vers. sicut ergo 35. quæst. 9. cap. tenor, cap. consanguinei, de sent. & re judic. cap. laudabilem 15. vers. verum, cap. fraternitatis, de frigidis, & maleficiatis, cap. ex literis, de in integrum restit. cap. sicut, cap. series 26. de testibus, cap. significantibus, de purgatione vulgari.* Parlad. *lib. 2. rer. quotid. cap. final. 1. p. §. 1. num. 21.* Velascus, *2. tomo, consult. 142. num. 6.* Barbosa, *lib. 1. voto 2. à num. 7.* Balboa, *in dicto cap. lator.* Fermosinus ibidem. Larrea, *decis. 63. num. 12.* Sanchez, *de matrimonio, lib. 7. discept. 100*: igitur ubicumque constiterit, conjuges minùs fuisse per Judicem legitimè sejunctos, ac per consequens deceptum fuisse Magistratum;erit juremeritò sententia isthæc infirma divulganda, atqueadeò conjuges insimul vitam degere adstringendi sunt.supralaudatus textus *in dict.*
7 *cap. lator, & cap. grave 35. quæst. 9.* quare juremeritò contra istiusmodi sententiam conjuges audiendi sunt, *cap. sicut, de testibus.*

8 Probatur 4. in Conjugum ditione haud est, nuptias sejungere, dirimereque posse. Matthæi, *cap. 19.* quare juremeritò non est eorum fraudibus indulgendum, ut fiat Judicis sententia matrimonii sejunctio, eum decipientes, *dicto cap. lator, & cap. cum quid, de regulis juris in*
9 *6.* tametsi priusquàm erratum pandatur, pro sententiæ robore præsumptio extare supponitur, *cap. tenor, cap. consanguinei, de sententia,*
10 *& re judicata.* quod ex Gratiano *in principio 35. quæst. 9.* corroboratur,edocente, quòd ubi legitimæ sint celebratæ nuptiæ; tunc nec in contrahentium, nec in Judicis ditione est,
11 illas infirmare, juxta dicterium illud, *quod Deus conjunxit*, &c. quemadmodum, si infir-
12 mæ sint, neu per eosdem firmari: quare juremeritò quamplurima matrimoniali in causa Judici permittuntur; quæ secus aliis in causis.

13 Probatur 5. à Jacobo Cujacio hìc, edocente,quòd res judicata haud sit tanti momenti, ponderisque,ut vincat veritatem;tametsi ipsa interea pro veritate habenda sit,adusque error aliquis non detegatur,juxta regulam, *res judicata pro veritate habetur*, cum melior sit possidentis conditio, *l. si debitor, ff. de pignor. l. is, qui destinavit, ff. de rei vindic. l. finali, Cod. eodem tit. l. qui accusare, Cod. de edendo, §. retinendæ, vers. commodum,* instit. *de interdict. cap. pro possessore, de regulis juris in 6.* Tiraquell. *de jure primogeniti, quæst. 17. opin. 11. num. 20.* igitur, &c.

14 Probatur 6. Ex absurdo: siquidem ex conjugum sejunctione adulterii labes patrari quiret; præsertim si de conjugum incontinentia addubitaretur, *cap. 1. de convers. conjugum*:
15 propterea quod, ubi animæ periclum esse potest; ut illud effugiatur,etiamnum est audiendus ille, qui suam allegat turpitudinem, *cap. cum super, de concess. prabend. cap. loci, §. his 35. quæst. 9.* igitur, &c.

16 Ne differas 1. defactò sententia isthæc in rem transivit judicatam, quæ adeo magna est, ut inter contendentes pro lege asservatur, *cap. cum inter 13. de sententia, & re judicata,*

17 *ta, l. ultima,Cod.de legibus*:quare nil mirum, si pro veritate habeatur,quicquid prædefinitũ fuit,ut amplius quæstionari haud par sit, *l. rei*
18 *judicatæ 207.ff. de regulis juris*, perinde ac si id à jure judicatum fuisset; & contendentes judicato quiescere debent, *l.1. Cod. hoc titulo, l.1.Cod.de his, qui per metum*.inspicito Petrũ Fabrum,*in l.207.colum.6.ff. de regulis juris*;
19 igitur etiam matrimoniali in causa,semel sẽtentia lata; nec appellatione suspensa,amplius de causa disceptari fas est.

20 Aliis in casibus, quàm in matrimoniali firmum est argumentum: siquidem sententia matrimoniali in causa in rem judicatam haud transit,nec pro veritate habetur,nec inter adversarios jus facit, ut in supralaudatis
21 liquet juribus: quare juremeritò retractari potest; secus verò aliis in thematibus edisse-
22 rendum: inde fit, quòd supralaudati textus in isthac secunda facti specie,id genus,cõmentandi sunt:disparitatis ratio ex supradictis liquet.

23 Ne edisseras 2.si sententia matrimoniali in causa, quolibet tempore retractari valeret; quippè ad eam infirmandam testes admitterẽtur.argumento textus in *l.illicitas, §. veritas*,
24 *ff.de officio Præsidis*; atqui testes in matrimoniali causa, nec post sententiam, nec ante, publicatis, scilicet attestationibus,admitti fas est, *cap.constitutis 46.de testibus*:igitur res judicata etiamnum matrimoniali in causa, sicut cæteris in thematibus,locum sibi vẽdicat suum.

25 Est dispar ratio de *capite constitutis*, deque aliis facti speciebus, ac de nostro casu: siquidem est lòngè diversum de irremisibili impedimento, scilicet de consanguinitate probanda,ad dissolvendum matrimonium quòad vinculum peragere, quàm de remisibili, utputà de divortio, quòad Torum, & de firmitate processus, ubi non imminet peccatum: siquidem de remisibili à regulis communis juris haud recedere fas est;secus verò de irremisibili, utpotè nostro extat in themate.

Pro solutione omniũ argumẽtorũ,nosse necessũ est, sententiã duplex posse continere vitium,vel remisibile,vel irremisibile.Remisibile,quatenus per partes remitti potest;utputà,si intra tẽpus,à jure stabilitũ,partes haud appellant. Irremisibile verò est, quatenus ab ipsis partibus, neu tacitè,neu expresse remitti potest; utputà, si de matrimonii valore agi prædicatur; ceu extant nostro in casu,in quo agitur de sola matrimonii firmitate; cujus facultas in partibus haud extare supponitur.

Ne edisseras 3.obstat textus *in l.post rem, ff. de sententia, & re judicata, l. ingenuum, ff. de statu hominum, cap.de cætero 5.cap.quòad 15. de sententia, & re judicata*, in quibus est prędefinitum, sententiam exequutioni demandandam fore; igitur, &c.

Isthæc supralaudata jura commentanda sunt, de sententia illa, quæ transire potest in rem judicatam; secus verò de matrimoniali causa,in qua sententia in rem judicatam haud transilit: siquidem hic de animæ periculo sermo est,quod in causa est,ut à regulis communis juris recessus fiat.

Ne edisseras 4. nonnè ob præsumptionem justæ sententiæ nuptiæ redduntur infirmæ,quæ alias fuere firmæ? igitur sententia super illis prolata irretractabilis redditur.

Distinguendum est antecedens: redduntur infirmæ adusque secus per adversarium probatur, verum ducitur antecedens; alio pacto, infirmum est, unà cum ejus illatione: propterea quod cuilibet adversus factum, erratumq; suum, ac per consequens illud corrigere fas est. vide Antonium Fabrum in 4. *Cod. tit. 16. de fide instrum. definit. 9. pag. 347*. vel nisi ab ea fuerit appellatum, *cap. cum inter vos 13.de sent.& re judic. l.penult.ff.de just.& jur. l.1.vers. quod si, ff.quæ sententia sine appellat.l.servo, §.cum prætor, ff.ad Trebel. l.1.§.quod si in liberis, ff. si quid in fraudem patroni, l.ultima, Cod.de fideicomm.libert. l.3. §.puberi, ff.de Carboniano Edicto,l.ultima,Cod. de collus.detegend. l.sed si hac 10. §.patronis. ff. de in jus vocando, l.fundus 16.§.si plures, ff.de pignor.cap.inter cætera, cap.suborta,de sent.& re judic. cap.examinata de confirm. utili, cap. cum dilecti de empt.& vendit*.Cujacius *lib.10. respons*.Modest.*in l.præses,ff.de judic.& in recit*.ad textum *in l.1.ff. quod quisque juris, & lib.18.observat.cap.33*.Faber *lib.12. conject. c. 14*.Pichardus *in princip.instit.de officio Judicis, & in manuduct. ad praxim,par. 2. in prælud. §.4*.Donellus *lib.26.comment. c.2.& 3*. Fachineus *lib.10.controvers. cap.92*. Petrus Barbosa *in l.maritum si,ff.soluto matrim.& in l.si prætor à nu.37.ff.de iudiciis*. Pinellus *lib.1. select. cap.19*.aliique,præsertim non nisi salutis æternæ studio asservandæ.

Ne edisseras 5. sententia, quæ in rem transiit judicatam,adeo pro veritate habetur, ut si ab ea non sit provocatum; tunc oritur præsumptio juris, & de jure, ac nulla alia probatio sit admittenda, *cap.benè, is primo, §.porrò, de electione, cap.15.qui fidem de sponsalibus*.argumento textus *in l.res judicata, ff. de regulis juris*:verũ enim verò, cum in nostra facti specie haud fuisse provocatum supponatur; igitur, &c.

Tametsi regulariter loquendo contra præsumptionem juris, & de jure, probatio aliqua haud sit admittenda,*cap.quòad consultationem de re judicata*, auth.*hodie, Cod.de appellat.qui, &c*.auth.*appellat.C.de appell*.& sententia,à qua non fuit provocatum in rem judicatam transit,*l.sicuti, §.sed si, ff.si servitus vindicetur*.Sintag.juris Tholosani,*tomo 3.de action.lib.50.nu. 26.pag.827.cap.bonæ 23. §.4.& §.nam agitur, de elect.cap.in præsentia 6. de renunc. cap. post cessionem 7.de probat.cap.sicut 16. de re judic*. Gonzalez *2.decretal.tit.13. de rest. spolitor. ad commentationem*, textus *in cap.cum ad sedem apostolicam 15.in notis,nu.2. pag.262*. verumtamen secus erit edisserendum in causis, in quibus animæ detrimentum, periculumque habetur.

Ne

33 Ne edisseras 6.& civili,& canonico inspectis juribus appellationis tempus esse prædefinitũ, quo appellationis termino lapso,sententia in rem judicatam transire proditur, *l.* 1. *§.biduũ, ff.quando appellandum sit, l. eos, §.si autem, C. de appellat.cap. quòad consultationem, de sententia, & re judicata, cap.sæpe,de appellat.clement.sicut, eodem tit.l.2.l.ult.§.illud,de tempor. appell.cap.constitutus, cap.oblatæ* 57. *de appellat.clement. sicut,eod.tit. cap.sæpè* 44. *cap.reprehensibilis, de appellat.cap:* 1.*post hoc, eod. tit. in* 6.*l.quoniã* 18.*Cod.de appellat.auth.ei qui,C. de tempor.appellat.*Authores extãt Balboa,Fermosinus,Cujacius *in præsenti,& lib.*12.*observ. c.*4.Donellus, *lib.*28. *cõment.cap.*7. ubi plures Osualdus,Cironius *in paratlit. ad tit. de præscript.*idque genus, quorũ agmen claudit Gonzalez, *in cap. cum sit Romana* 5. *tit.*18. *de ap-*
34 *pellat.in commentariis nu.*4.*pag.*771.idque ne lites in infinitum protraherentur; hinc Plato *lib.*5.*de legib.* descriptum liquit, *ubi plurimæ leges, ibi, & lites, itemque mores improbi*:
35 Quare jure meritò apud Romanos paucissimæ extabant leges: deinde additæ decem virales. à Iustiniano plurimæ latæ sunt. Lotharius suas adjecit in semen,& fomitem litium. hinc jure meritò Cassiodorus *super psalmo* 74.de litium, ac advocatorum genere loquens, in isthæc descripsit verba: *Hi sunt,qui causas protendunt, adhibiti; impediunt,prætermissi; fastidiunt,admoniti, obliviscuntur,locupletati. hi sunt,qui emunt lites, vendunt intercessiones, deputant arbitros, indicanda dictant,dictata convellunt, attrahunt litigaturos,protrahunt audiendos,retrahunt transigentes*: hinc non inscitè Ovidius *lib.*1.*amor.*

Turpe reor miseros,empta defendere lingua:
Quod faciat,magnas turpè Tribunal opes.

36 atqui ratio isthæc æqua lance, & in matrimonialibus, & in aliis urget causis; igitur idem
37 jus in his est stabiliẽdum; propterea quod matrimonialis causa,quòad juris ordinẽ,æquabiliter se habet, cum cæteris aliis diversi generis.
38 Tametsi verum sit quicquid expositum est in hoc argumento: verumtamen haud adeo transit in rem judicatam, ut non possit per viam querelæ, deinde reperta veritate, retractari, *l.* 1. *& per totum tit. Cod. si adversus*
39 *rem judicatam*: quare juris ordo asservandus est ubi eadem urget ratio,secus verò diversa, ceu nostro est in themate, in quo de vinculi separatione peragitur: siquidem tunc matrimonialis causa est privilegiata, *cap.* 1. *cap. quoniam frequenter, §. porrò, ut lite non contestata.* Alexander Tertius, *in cap. ex literis, de consanguinit. & affinit.* ibi: *non sunt causæ* (inquit) *matrimonii tractandæ per quoslibet, sed per Judices decretos, qui potestatem habeãt judicandi, & statuta Canonum non ignorent*:
40 quare jure meritò, ne causæ Ecclesiasticæ, à Pontifice delegatæ, alibi audiantur, vetatur, quàm in Civitatibus, vel locis insignibus,ubi est Peritorum copia, *cap. statutum,de rescriptis in* 6. Altesserra, 1.*decret.tit.* 3. *de consue-*
41 *tud. pag.* 43. Author est; secus verò de adulterii crimine,*cap.* 1. *de lite non contestata*; idque genus,in queis juris ordo servandus est.
42 Ne differas 7. inspecto positivo jure prædefiniri potest, ut per definitivam sententiam nuptiæ, quæ nunc sunt firmæ, imposterum, si alia superaddita edita sollemnia, non serven-
43 tur,infirmantur;infirmæ verò firmantur.exẽplo est de matrimonio,quod hodie celebratur, pro cujus firmitate Parochus, duoque reposcuntur testes.Trid. *sess.* 24. *de reform. cap.* 1.
44 potest Legislator velle,ac jubere, ut deinceps haud duo,sed tres postulẽtur testes,alioqui nuptiæ sint infirmæ. quemadmodum precipere, ut absque Parocho celebrentur: quæ cuncta, haud de celebratis,ast de celebrandis, commẽ-
45 tanda sunt,nuptiis: inde est, dicterium illud, *quæ firma sunt,per sententiam definitivam infirmari queunt; infirma verò firmari*, sic interpretandum erit.
46 Verum est argumentum de absoluta, secus verò de ordinaria jurisdictione eloquendo: nam etsi Romanus Pontifex matrimonia, nunc firmiter celebrata, infirmare nequeat, juxta illud, *quod Deus conjunxit,homo non separat*:verumtamen circa nuptias,imposterum celebrandas,sollemnia aliqua pręcipere potest, ut quibus non servatis, matrimonium sit nul-
47 lum, modo supra explanato: cum per quas causas res gignitur, per easdem solvatur, pessundeturque, *cap. omnis* 27. *quæst.* 2. *cap.omnis res,de regulis juris in* 6. *l. nil tam natura-*
48 *le.* ubi Petrus Faber, *ff. eodem*; secus verò Judex inferior,in cujus ditione minimè est,Pontificias dirimere posse leges, dumtaxat verò interpretare.
49 Ne differas 8.Propriã allegãs quis turpitudinẽ haud est audiẽdus,*cap.inter dilectos,de donat.* igitur nostro in casu haud est auditione dignus.
50 Præfata regula est restringẽda;ubi de animæ periculo peragitur;nec argumẽtũ de spirituali matrimonio sit ad rẽ cũ in alia sit facti specie.

DECISIO XIX.

IN Causa Francisci Vivaldi cum Bernardo de Ligorio de Hebulo, super interesse,ratione moræ,per ipsum Bernardum venditorem frumenti commissæ,in non consignãdo frumentum in tempore convẽto,&c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti Species.

VEnditor frumenti, procul à justa causa frumenti tradendi, in mora extans: numquid ad omne interesse,per emptorem passum, persolvendum, adstringendus sit; si frumenti precium persolvere paratus sit emptor: & vẽ-

ditor

ditor in causa fuit, cur persolutio isthæc, quominùs effecta fuisset.

SUMMÆ.

Num. 1. primæ Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad 17. ejusdem Thesis probationes.
Num. 17. & 18. & 16. secundæ Thesis prædefinitio.
A' num. 16. usque ad 29. ejusdem secundæ Thesis probationes.
Num. 26. oppositio.
Num. 27. ejusdem solutio.
Num. 28. tertiæ Thesis prædefinitio.
A' num. 28. usque ad 32. ejusdem Thesis probationes.
Num. 32. ejusdem Thesis oppugnatio.
Num. 33. & 34. ejusdem solutio.

1 MOre adstringendum per S. C. fuisse prædefinitum memorat Afflictus, *decis.* 20. *num.* 4. est Baldi, Pauli de Castro, Alexandri; quorum, & Author, & sectator est Capicius, *hìc à num.* 2, *usque ad num.* 7. Mysingerii, *centuria* 4. *observat.* 56. aliorumque.

2 Probatur 1. ex textu, *in l.* 3. §. *si per venditorem, ff. de actionibus empti.* ubi est prædefinitũ, quod si venditor, rem divenditã dare, in mora sit, adstringendus est, *l. si fundus, in fine, ff. de lege commissoria, l. si sterilis*, §. *cum per venditorem, ff. de actionibus empti, l. finali, Cod. quando licet ab emptione discedere, l. curabit, Cod. de actionibus empti.* Author est Thorus, *voto* 60. *num.* 223. & 224.

3 Probatur 2. Ubi conventum, ac per consequens legitimum, per emptorem oblatum sit precium venditori, tunc venditoris est, divenditam tradere rem explorati juris est. *l. Julianus*, §. *offerri, ff. de actionibus empti.* argum. *legis, ex empto, vers. quæ res, ff. de action. empti.* Argum. *legis necessariò*, §. *si ita res, ff. de peric. & commodo rei venditæ, l. quod vendidi* 19. *ff. de contrahenda empt. l. Procuratoris* 5. §. *sed si dedi* 8. *ff. de trib. actio. l. arboribus* 12. §. *ultimo, l. sed etsi* 25. §. 1. *ff. de usufructu, l. penultima*, §. 1. *ff. de peric. & commod. l. penult.* §. *ultimo, ff. de cont. empt. l. non videtur* 22. *ff. de acquirend. possess. l.* 2. *l. si à te* 7. *Cod. de pact. int. empt. l. fructus* 13. *l. penult. Cod. de actio empt. l. Julianus* 13. §. *si quod servo, ff. eodem, l.* 1. 4. & 7. *Cod. de contrah. empt.* Jacobus Gothofredus, 3. *lib.* Cod. Theodos. *in tit.* 1. *de contrah. emptione, in princip. pag.* 240. & 241. *num.* 3. Franciscus Hothomanus, *observat. lib.* 6. *cap.* 14. *lit. B*, & *C*, & 2. instit. *tit.* 1. *de rer. divis. & acquir. ear. dom. lit. A, lit. B, usque ad* 5. & *in consil.* 22. *num.* 3. *pag.* 110. Franciscus Balduinus, *in tit.* 29. *de empt. & vendit. in principio, pag.* 528. & *in* §. *tradita non sit, pag.* 533. & *in* §. *nam nulla emptio, pag.* 530. Petrus Faber, *tit. de diversis regulis juris, ad leg.* 16. *lit. B, pag.* 86. & *ad l. non videntur* 177. *eodem tit. lit. A, pag.* 604. si simulata non fuerit divenditio:
4 inde est, quod venditor vacuam rei emptori possessionem dare debet; alioqui emptorem dominum haud facesseret, *dicta l. ex empto*,
5 *vers. quæ res, ff. de action. empti*: quare inter tradere, & dare, differentiam refundunt Authores; quatenus verbum *Tradere* est absque effectu, ac ad possessionem spectat; *dandi* verò verbum, non nisi ad dominium, & proprietatem sæpènumero pertinet, *l. si rem tradi* 28. *l. ubi autem* 75. *ff. de verbor. obligat.* alioqui venditionis, & emptionis essentia pessundaretur, quod juribus obnoxium foret, *l.* 1. 2. 4. 6. 7. & 8. *Cod. de contrah. empt.* Cicero ad Brutum, *lib.* 2. & 3. igitur si causa moræ rem dandi esset; quippè ad universum illatũ
6 damnum adstringendus sit: quare sicuti venditor, moram in tradendo trahens, cunctos emptori restituit fructus, *l. si sterilis* 21. §. *cum per venditionem, l. si ea res* 31. *ff. de action. empti*; ita emptor moram faciendo in restituendo pretio, *l.* 4. §. 1. *l.* 5. *ff. de leg. commiss.* arg. legis, *interdum* 73. §. *ultimo, ff. de verbor. obligat. l. qui decem* 72. *ff. de sol. l. obsignatione* 9. *Cod. eod.* Hothomanus, in supralaudata *observat.* Balduinus ibidem, *in principio, in* §. *de precio convenerit, pag.* 528. *in* §.
7 *tradita non sit, pag.* 533. propterea quod nemini, alterius damni causa esse, perlicitum ducitur. Author est Cancerius, *var. resol. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 1. consule Thorum, *casu* 60. *à*
8 *num.* 144. *usque ad* 147. propterea quod etiamnum haud persoluto precio, perfecta est divenditio, *l. quod vendidi, l. ut res, ff. de contrahenda emptione*: si venditori, seu per pignus, seu per hypotecam, vel per expromissorem, vel per fidejussorem satisfactum sit: tametsi aliud est solvere, aliud satisfacere; solvit propriè, qui precium numerat: satisfacit verò qui pignus, vel expromissorem, vel fidejussorem præbet: qui solvit liberatus est: qui satisfecit non liberatus est, sed tanto amplius creditori cavit, *dicta l.* 4. §. 1. *ff. de re judic.*
9 idque genus: siquidem per emptorem factus securus venditor est. Secus verò edisserendum si venditor enormiter læsus fuerit, nam tunc ad contractus rescissionẽ, vel ad precii supplementũ agere fas, juraq; sinunt *cap. cũ dilecti* 3. *de empt. & vendit. cap. cum causa, de empt. & vendit. l.* 2. *l. voluntate, l. ad restituendum, l. dolus, Cod. de rescisc. vendit.* Cujacius, *in l.* 2. *Cod. de usuris, & ad tit. Cod. de rescind. & lib.* 16. *observat. cap.* 18. & *lib.* 23. *cap.* 32. Forcatulus, *in necyomant. dial.* 100. Merillus, *lib.* 2. *var.* ex Cujacio, *cap.* 5. *Gentilis, de æstimat. rerum, pag.* 38. Besoldus, *in delibatis juris, ad lib.* 18. *pandect. quæst.* 10. Merenda, *lib.* 1. *controvers. cap.* 34. Fachineus, *lib.* 2. *controvers. cap.* 16. Antonius Faber, *decade* 8. *error* 7. Schifordeg, *lib.* 13. ad Fabrum, *tract.* 13. *quæst.* 5. Capicius Latro, *consult.* 124. Valenzuola, *consil.* 182. *num.* 3. aliique.

8 Pro-

10 Probatur 3. ex §. *emptio, & venditio*; instit. *de emptione, & vendit.* ubi Imperator jubet, emptionem, quæ absque scripto celebrata fuit, si de precio fuerit conventum, tametsi illud haud fuit persolutum; tunc utpotè perfectam habendã esse. ibi: *emptio, & venditio contrahitur simul, atque de pretio convenerit, quamvis nondum precium numeratum sit, ac*
11 *ne arra quidem data fuerit*: verum enimverò nostro in themate, & isthæc, & precii conventi oblatio, esse supponuntur: igitur, &c. inspicito Reg. de Marinis, *resol. juris* 1. *cap.* 241. *num.* 1.
12 Probatur 4. Ad perfectam divenditionem tria quęritantur essentialia, utputà res divendita, consensus, atque adeò precium. Jacobus Gothofredus, 4. *Cod. in comment. tit.* 1. *de contrahenda emptione, pag.* 240. juxta textum *in l.* 1. 2. & 7. *l.* 6. *l.* 4. *l.* 8. *de contrahenda emptione*. Hothomanus, *epitom. in ff. de contrahenda emptione, lib.* 18. *num.* 6. *pag.* 302. §. *sed & certum, cum* §. *sequenti*, instit. *in eodem, l. penult. Cod. de rerum permutatione*, §. 1. *ff. eodem, l. si quis fundum* 37. *de contrahenda emptione, l. hæc venditio* 7. *in princ.* & §. 1. *eodem, l. ult. Cod. eodem.* Antonius Faber, 4. *Cod. tit.* 28. *de contrahenda emptione, defin.* 2. *in allegat. pag.* 414. Author est supralaudatus de
13 Marinis, *num.* 13. atqui cuncta isthæc hic supponuntur: propterea quod precium per emptorem jam oblatum ducitur; igitur, &c.
14 Probatur 5. Eadem urget ratio de venditore, ac de emptore. Hothomanus loco supralaudato: atqui emptor precii minùs persoluti adstringendus est, *l. curabit, Cod. de actionibus empti.* Authores extant Anna *allegatione* 42. & *singulari* 532. Muscatellus, aliique supralaudati; igitur, &c.
15 Probatur ultimo: de restitutionis conceptu est, ut læsus in priscum redigatur statum. *l. quod si minor*, §. *restitutio, ff. de minoribus, l. si locus, ff. quemadmodum servitus, l.* 1. *Cod. de repudiat. l.* 2. *Cod. in quibus causis.* Paulus, *lib.* 1. *sententiarum, tit.* 7. *leg.* 1. §. *certè, ff. ad Macedonianum, l.* 3. *ff. rem ratam. l. sed si* 8. juncto ibi Cujacio, *lib.* 26. *ff. Juliani, ff. si quid in fraudem, l.* 1. §. 1. *ff. de collat. bonor. l.* 2. *ff. ne de statu defuncti, l. facta* 63. §. 14. *ff. ad Trebell. cap. finali*, 2. *quæst.* 3. *cap. requisivit* 1. *de in integrum restit.* Osualdus ad Donellum, *lib.* 21. *cap.* 4. *lit. D.* nostro in casu porrò lęsio est, inter esse irrationabiliter
16 passum; igitur, &c. alioqui fraudibus aditus pandaretur, quod juribus obnoxium esset, *l. in fundo, ff. de rei vindicat. l. cum* 11. §. *si cum lis, ff. de transact. l. qui sub pretextu, Cod. de sacros. Eccl. cap. porrò, de divort.* Clement. 1. *de variis.* Clement. 1. §. *fin. de concess. præbend.* juxta dicterium illud, *fraus, & dolus nemini debent patrocinari, l. itaq. fullo, ff. de furtis, cap. dictum* 30. *quæst.* 1. *cap. intelleximus, de judiciis, cap.* 12. *de Cleric. non residentib. cap. sedes, cap. ex tenore, de rescriptis, cap.* 2. *de dolo, cap.* 2. *de cognat. spirit. cap.* 1. *de collus. deteg. cap. tuus, de usuris.*

Secunda facti species.

NUmquid etiamnum ad lucrum cessans hoc in themate adstringendus sit venditor, utputà, si venditor frumentum, oblato præcio, tradidisset; quippe emptor cariori venisset pretio.

17 Ad lucrum cessans haud esse adstringendũ venditorem prædefinitum, & per S. R. C. & per plures Senatus, memoriæ proditum est apud Afflictum, *decis.* 20 per totum. Petram, *hic*, *num.* 8. Antonium Capicium, *hic*, *num.* 8. ibi: & *secundam hanc opinionem fuit votatum.* est Reg. de Marinis, *resol. juris, lib.* 2. *cap.* 241. edocentis, etiamnum per S.R.C. fuisse finitum. Alciati, *in l. unica, cap.* 9. *quæst.* 3. *n.* 18. *vers. aliud tamen, Cod. de eo, quod interest.* Antonii Fabri, *in rationali, ad supralauda-*
18 *tum*, §. *cum per venditorem*: quod verum ducitur, sive suetus sit in illo negociari loco, sive nõ. aliorumque, adversus Bartolum, Baldum, Salicetum, Masullum ad Capicium *hic*, *nu.* 10. *in fine*, aliosve, sive simpliciter asseverantes, sive frustrà disterminantes. consule Antonium de Amato *var. resol. lib.* 1. *resol.* 34. *vers. si quid ad præsentem desideres materiam*
19 Probatur 1. in contractibus namque bonæ fidei, præsertim emptionis, & venditionis, verificata in re tradenda mora, interesse cessantis lucri rogitari haud posse, maximè si rei divenditæ preciũ venditori minùs fuerit persolutum explorati juris est, *l. si sterilis*, §. *cum per venditorem, ff. de actionibus empti*; ibi: *Cum per venditorem steterit, quòminus rem tradat; omnis utilitas emptoris in æstimationem venit, quæ modò circa rem ipsam consistit, &c.* Consule Cujacium *tom.* 2. *in dicta l. si sterilis, in* §. *cum per venditorem, eod. tit. pag.* 571. & 572. Antonium Fabrum, *in dicta l. si sterilis*, §. *cum per venditorem* 3. *eod. tit. tom.* 51. *pag.* 500. Authores sunt supralaudati de Marinis *nu.* 3. Antonius Capicius *nu.* 8. Afflictus *nu.* 2. & 3. aliique.
20 Probatur 2. ex textu *in l. finali, ff. de periculo, & commodo rei venditæ, l. quemadmodum*, §. *si navis, in fine, ff. ad legem aquiliam, l. naturale*, §. 1. *in fine, ff. de acquirendo rerum dominio*; igitur, &c.
21 Probatur 3. meo judicio sic: de lucro cessante, quippe certitudo, secus verò mera habenda erit præsumptio. inspicito Donellum, *de ju-*
22 *re civili, lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 30. *pag.* 192. propterea quod (Tò frumentum, farrumque) si eo advecta fuissent, aliquid plus lucratus fuisset, id temere, irrationabiliter, atque adeo gratis assumunt, secus verò commonstrant adversarii: quandoquidem de hoc nulla habetur certitudo, cum nonnulla accidere quivissent, ex queis impedimento foret, quòminus lucrum re-
23 portaretur: quiritandum profectò est ab adversariis, quare de cessante lucro certitudo ha-

benda sit, secus verò de farri deperditione ? nonnè naufragium pati quivisset ? ac per consequens amissio, idque genus; igitur, &c.

25 Probatur 4.de contractus cōceptu est, haud præter contrahentium velle, vim gignere posse aliquam, *l.in conventionalibus*, *ff.de verb. oblig.l.1.§.si conveniat, ff.depositi, l.contractus*, *ff.de reg.jur. l.lege, ff.de pactis conventis, l.1.C. de operib. libert. cap. commodati, cap. contractus* 85. *de reg. jur. lib.* 6. verum enimverò vendentis farrum, idque genus, minimè mens est, ad lucrum cessans se adstringere velle, ast dumtaxat ad damnum emergens, ac per consequens ad interesse, *l.2.§.finali, eodem tit.* alioqui hunc contractum, hoc sub fasce, minùs celebrasset; igitur, &c.

26 Nec obstat textus *in l.3.§.finali, ff.de eo, quod certo loco*, ubi secus finitum est; igitur, &c.

27 Textus istiusmodi alio in casu extat: propterea quod in arbitrariis; secus verò in bonæ fidei actibus sibi vēdicat locum. uti edocent Capicius, & de Marinis supralaudato in loco.

Tertia facti species.

INteresse hujuscemodi: numquid usque ad farri traditionem extendi, protendique valeat.

28 Affirmant Bartolus, Capicius *hìc nu.*9. Giurba *decis.Sicil.nu.*16. Thorus *compēd.decis.par.* 1.*vers.interesse passum post sententiam.*

29 Probatur 1.ex textu *in l.in fidei commissis, in principio, ff.de usuris, l.ratio*, §. *si per venditorem, ff.de actionibus empti, l. cum quidam* 17.§.*si pupillo tutorem*; ibi: *Usuræ enim non propter lucrum petentium, sed propter moram non solventium infligerentur, l.cum quidam*, §. *hæc autem ita sunt, ff.eodem*; ibi: *Hæc autem ita sunt, si nulla fraus arguatur, alioqui etiam usuræ applicabuntur.* author est Antonius Capicius *hic, nu.*9.

30 Probatur 2. adusque damni, idque genus, alicujus esse in causa perhibetur quis, profectò ad illius restitutionem est adstringendus, cum restitutio in priscum sit repositio statum, vel ad jus pristinum reductio, *l.quod si minor, §.restitutio, ff.de minor.l.si locus, ff.quemadmodum servitus, &c. l.1.C.de reputationibus, l. 2. Cod. quibus in causis.* Paulus *lib.1.sentent.tit.7.l.1.* §.*certè, ff.ad macedonianum, l.3.ff.rem ratam, l.sed si* 18.juncto ibi Gujacio *lib.26.ff.Juliani, ff.si quid in fraudem, l.1.§.1.ff.de collat. bonor. l.2.ff.ne de statu defuncti, l.facta 63. §.14.ff.ad Trebell.cap.final.2.quæst.3.cap.1.de in integrū restit.* Osualdus ad Donellum *lib.21. cap.4.lit.*

31 D. propterea quod in culpa esse ducitur venditor, usquequo res per ipsum refundatur; igitur nil mirum, si ad ipsius restitutionem adstringendus sit.

32 Nec obstat textus *in dicta l.cum quidam*, §. *divus pius, ff. eodem*, ubi Scevola rescripsit, usuras præteritas, si à creditore per longævam haud petitas fuisse, tempestatem, amplius repetendas fore; ibi: *Parum justè usuras præteritas petis, quas omisisse te longe temporis intervallum judicat, qui eas à debitore tuo, ut gratior apud eum, videlicet esse petendas, non putasti*; atqui nostro in themate haud petitas fuisse supponitur usuras; igitur donatæ censendæ sunt.

33 Textus hujuscemodi alio in themate esse perhibetur: propterea quod creditor irrationabiliter fuisse supponitur: quare nil mirum, si in ipsius negligentiæ pœnam Scevola sic rescriptum reliquit; secus verò in nostra facti specie, ubi nulla rogitandi mora est.
34

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT I.

TErtiarum interesse: numquid, nostro in themate decursum emptori restituendum sit.

SUMMÆ.

Num.1.& 2.Thesis prædefinitio.
A'num.3.usque ad 15. ejusdem Thesis probatio.
Num.15.ejusdem Thesis oppugnatio.
Num.16.& 17.ejusdem solutio.

1 ESse persolvendum per S. C. fuisse prædefinitum memorat Ursillus ad Afflictum *decis.*291.*nu.*5. Fabius de Anna *singulari* 261. Ruinus sic per suum fuisse prædefinitum Senatum; quorum author est Reg.de Franchis *decis.*259.*n.*13.quod suum
2 etiamnum vendicat locum, seu tertiarum decursum interesse notabilis sit quantitatis; utputà centum aureorum. est contra authores nonnullos.

3 Probatur 1. ratio cur tertiarum interesse decursum haud emptori, per venditorem persolvendum foret, est nonnisi ratione effugiendi vitii usuræ, quæ est aliquid ultra principalem reciperare sortem, *cap.naviganti* 19.*de usuris*.argum.*cap.post miserabile* 12. *eod.tit. c. quanto, eodem.* Petrus Gregorius *lib.3. partit. tit.5.cap.32. & de usuris lib.2. cap.5. num.7.* Leotardus *de usuris, quæst.23.per tot.* Lessius *lib.2.de justit.& jur.cap.20.nu.*116. Molina
4 *tract.2.eod.tit.disput.*318.inde fit, quòd usurarii, seu clerici, seu laici sint, à communione Ecclesiæ exploduntur, *cap.finali 46.dist.cap.1. & per totam 47.distin.cap.quia in omnibus 3. de usuris, cap.1.& per totam 14. quæst.4. cap. unico 15.quæst.2.cap.1. & per totum, tit. de usuris, cap.quamquam, eodem tit.lib.6.* Clemēt. 1.*& 2.eodem.tit.cap.2.de vita, & honestate cleric. cap.inter, de excessibus prælator.can.24. apostol.* Gregorius 7.*in synodo romana, can.* 16. Innocentius 2.*in synodo Romana, can.*13. Concilium Maldense *canone* 55.Concil.Valentinū *canone* 10.Concilium Lateranēse, idque genus. cōsule Antonium Augustinū *in epitom.jur.lib.* 35.*tit.*

35.*tit.6.*Petrum Gregorium *lib.3.partit.tit.5.*
*cap.5.*Fachineum *lib.2.controverſ.cap.48.*cum
iſthæc à juribus inficta ſit pęna, *l. ultima, ff. de*
5 *eo, quod certo loco.* Cicero *5.in Verr.*ibi:*Cum*
Senatus publica nos uſura ſæpe juviſſet, magi-
ſtratus à publicanis pecuniam, pro uſuris aude-
ret auferre. idem *de ſeneƈute: terra numquam*
9 *recuſat Imperium, nec umquam ſine uſura red-*
dit, quod accepit, ſed alias minore, plerumque
7 *majore cum fænore.* atque adeo non immeritò
8 laudati fuere Lucullus, qui Aſiam, Cato, qui
Siciliam fænore liberaſſent, quibus haud diſſo-
num eſt illud Sancti Ambroſii *lib.3.offic.cap.8.*
dicterium: *vidi ego* (inquit) *miſerabile ſpecta-*
bilium liberos pro paterno ære alieno in auctio-
nem deduci, & teneri calamitatis hæredes, qui
non eſſent participes ſucceſſionis, & hoc tam
immane flagititium, non erubeſcere creditorem:
10 verum enimverò noſtro in caſu adeſſe ſup-
11 ponitur: propterea quod nil ultra ſortem lu-
crari proditur emptor, quod ad uſuræ ratio-
12 nē eſſentialiter repoſcitur: quare textus *in l.*
improbum, Cod. de his, qui notantur infamia
noſtræ minùs obſtat theſi: ſiquidem eloquitur
13 ubi non nihil ultra ſortem lucratur: neu ali-
quid de majori, ac de minori uſurarum decur-
ſi intereſſis quantitate, obſtare videtur ratio;
14 propterea quod ſuo in genere eadem prorſus
urget ratio: ſiquidem tam in majori, quàm
in minori quantitate, læſio eſſe ſupponitur, ac
pe conſequens idem judicium.
15 Ne differas: in minori, ſecus verò in majo-
ri quantitate locus haberi prædicatur; igitur,
&c.
16 Gratis id aſſumitur ab adverſariis, ſecus ve-
rò probatur: propterea quod ſemper in quo
foret læſum, prænſaret; ac per conſequens po-
tius ſuum, quàm alienum læſi reſtitutio ne-
ceſſariò efficienda ſit, quæ quandoque eſt ma-
17 jor; aliquando verò minor. idem ediſſerito de
moroſo emptore, cum utrobique par urgeat
ratio, ac per conſequens eadem legis ſtatuitio,
l. non diſtinguemus, ff. de recept. arbitr. l. Præ-
ſes, ff. de offic. Præſid. l. 2. §. convenire, ff. de
judic. l. quos prohibet, ff. de poſtulando, l. 1. §.
generaliter, ff. de legat. præſt. l. quamvis, ff. de
in jus vocando, l. ſi ſervum, §. non dixit, ff. de
acquirend. hæredit. l. 1. §. quod autem, ff.
de aleator. l. unic. C. qui proſunt juriſdict. l.
illam, C. de collationib. cap. Romana 9. diſtinct.
cap. conſuluiſti 2. quæſt. 5. cap. ſolutæ, de ma-
jor. & obed. cap. quia circa 22. de privileg.
Clem. ult. de reſcript. hinc Cicero, 4. *Tuſcul.*
ibi: *benè adhibita ratio cernit quid optimum*
ſit: neglecta, multis implicatur erroribus.

CAPUT II.

SI ſolutio ſupralaudato in caſu, in deſignato, ſtabilitoque loco haud fiat, ac per conſequẽs intereſſe aliquod patiatur: numquid etiamnum reſtitutioni locus ſit.

SUMMÆ.

Num. 1. Theſis prædefinitio.
Num. 2. ejuſdem Theſis probatio.

1 ESſe perſolvendum docent Maſullus
2 hic, aliique.
Probatur ex textu, *in l. 3. §. fina-*
li, l. ſequenti, ff. de eo, quod certo loco:
propterea quod venditoris jam jus, non ni-
ſi læſum eſſe ſupponitur, ac per conſequens
ipſi idonea refundenda ſit ſatisfactio: quando-
quidem læſionis in cauſa fuiſſe ſupponitur
emptor, cum in deſignato haud perſolverit
loco.

DECISIO XX.

IN Cauſa Venerabilis Montis Sanctæ Mariæ de Tremito, contra Magnif. Galeatium Caracciolum, ſuper eo videlicet, an vigore ſententiæ alias latæ contra Priorem utilem Dominum Lacus Barani, ſuper ſolutione integræ decimæ Piſcium ſine deductione expenſarum, poſſit Galeatius ad eamdem ſolutionem integrè faciendam compelli. primo dubitatum fuit, an in dicto caſu debita ſit ſine detractione expenſarum, quæ in piſcando fiunt, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti ſpecies.

DEcima ſuper Piſcium piſcatione adjecta, ac Monaſterio debita: numquid detractis piſcationum impenſis tribuenda ſit.

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. primæ, & ſecundæ Theſis partis prædefinitio.

A' num. 3. uſque ad 13. primæ Theſis partis probationes.

A' num. 13. uſque ad 30. oppugnationes, earumdemque ſolutiones.

A' num. 30. uſque ad 36. ſecundæ Theſis partis probationes.

A' Num. 36. uſque ad finem, oppoſitio, ejuſdemque ſolutio.

1 De-

1 Etractis piscationum impensis, haud fore refundendas, ac per consequens procul à fasce aliquo, per S.C. fuisse prædefinitum, memoriæ tradit Antonius Capicius hìc in fine. ibi: *fuit conclusum, quòd sententia mittatur executioni contra dictum Galeatium, quamvis singularem successorem, sed solum pro tempore, quo ipse possedit; non autem pro futuro, nec pro præterito, quo ipse non possederat, & hoc ideo, quia Procurator Monasterii se adstrinxit solum ad illud tempus.* est Follerii, Vivii, Marescotti, Afflicti, *in constit. & officialibus, num.* 2. Menochii, *de præsumption.* 86. *num.* 2. Tiraquelli, *de retract.* §. 5. Glossa, 1. *num.* 11. Augustini Barbosæ, *lib.* 3. *de jure Ecclesiastico, cap.* 26. *& in collect. tit. de decimis, in cap. decimam partem* 1. *& in cap. pervenit* 5. Francisci Duareni, *lib.* 3. *de sacris Ecclesiæ ministris*, quorum, & Authores, & sectatores sunt Thorus, *compend. decis. parte* 1. *vers. decimæ, ex piscatione*
2 *debitæ, an debeantur*: quare minùs persolventes, variæ infligendæ sunt pænæ, scilicet excõmunicationis; idque genus.

3 Prima thesis pars probatur 1. ex *cap. decimam partem* 1. *cap. pervenit* 5. *cap. Nuntius* 6. *cap. cum homines* 7. *cap. Parochianos* 14. *cap. cum sint homines* 18. *cap. ad Apostolicæ* 20. *cap. ex parte* 21. *cap. non est* 22. *cap. ex transmissa* 23. *cap. à nobis* 24. *cap. tua nos* 25. *cap. pastoralis* 28. *cap. cum non sint* 33. *de decimis.* Gonzalez, Grannanieto, Cironius, Altesserra, idque genus, *in tit. de decimis*.

4 Probatur 2. ex Clementina, *de decimis, cap. significavit* 5. *in fine, de Parochis, cap. quicumque, cap. omnes decimæ* 6. *quæst.* 7. *cap. revertimini, cap. decimæ* 17. *quæst.* 1. *cap.* 1. & 2. §. *sanè, de decimis, lib.* 6. *cap. benè quidem* 96. *distinct. cap. pervenit, quæst.* 3. *cap. causam, quæ, de præscriptionibus, cap. Apostolicæ, de his, quæ fiunt à Prælatis.* Trid. *sess.* 25. *de reform. cap.* 12. igitur, &c.

5 Probatur 3. per textum, *in cap. cum homines* 7. §. *non deductis expensis de decimis, pri-*
6 *mitiis, & oblationibus*: propterea quod decimæ, non nisi ex terræ fructibus debentur; quatenus Divino ex munere dimanant, *cap. pastoralis, cap. cũ sint. de decimis.* D. Grãnanieto, 2. *decretal. de præscriptionib. tit.* 26. ad comment. textus, *in cap. vigilanti* 5. *& cap. fin. n.* 20. *pag.* 217. *cap. tua* 25. *de decimis, cap. Parochia-*
7 *nus, eod. tit.* quare Episcopus decimas accipit, ut homo Dei *Actor. constit. Apostolicar. lib.* 1. *cap.* 25. Altesserra, *in d. cap. tua* 15. *de decimis,*
8 *pag.* 441. inde est, si prius expensæ, tributaque deducerentur, quippe decimæ essentia, quidditasque pessundaretur: quandoquidem minor vocitaretur pars, cum ex integris sit persolvenda fructibus, *cap. decimam partem* 1. *cap. pervenit* 5. *cap. Nuntius* 6. *cap. cum homines* 7. *cap. Parochianus* 14. *cap. cum sint homines* 18. *cap. ad Apostolicæ* 20. *cap. ex parte* 21. *cap. non est* 22. *cap. ex transmissa* 23. *cap. à nobis* 24. *cap. tua nos* 25. *cap. tua nobis* 26. *cap. Pastoralis* 28. *cap. cum non sint* 33. *tit. de decimis.* Trid. *sess.* 25. *de reformat. cap.* 12. idque genus. Duarenus, *lib.* 3. *de sacris Ecclesiæ Ministris, cap.* 1. Anastasius Germonius, *lib.* 3. *de sacror. immunitat. cap.* 9. *num.* 54. Divus Thomas, 2. 2. *quæst.* 87. *art.* 3. Belarminus, *lib.* 1. *de Clericis, cap.* 25. idque genus, quorum agmen claudit D. Antonius Grãnanieto, 3. *decretal. de decimis, tit.* 30. *pag.* 526. Altesserra, *de decim. in cap. tua nobis* 26. *pag.* 442. Cironius, *in paratitl. de decimis, tit.* 30. *pag.* 237. Gonzalez ibidem, *pag.* 533. quod etiamnum commonstrat Vivianus, *ex l. usufructu legato, ff. de usufructu.*

9 Probatur 4. Regulariter loquendo fructus nomine numquam non intelligitur deductis impensis, *l. si à Domino*, §. *finali, ff. de petitione hæreditatis, l. fructus, ff. familiæ erciscundæ, l. fructus, ff. soluto matrimonio, l. si ad hominem* 36. §. *ultimo, ff. de petitione hæreditatis.* Antonius Faber, 5. *Cod. de pact. convent. tit.* 8. *def.* 27. *num.* 3. *in allegat. pagina* 559. igitur ęqua lance hoc in themate est prædefiniendum, çum utrobique par urgeat ratio, ac per consequens eadem legis prædefinitio, *l. his solis, vers. satis etiam cautè putamus, C. de revocand. donat, l. illud, C. de sacrosant. Eccl. l. item veniunt*, §. *ait Senatus, ff. de petit. hæredit. l. illud* 32. *ff. ad l. Aquil. l. vis* 3. §. *unde etiam, ff. de injust. rupt.* Antonius Faber, *in Juris prudentia, tit.* 1. *de just. & jure, princ.* 1. *illat.* 3. *pag.* 3. *l. item veniunt*, §. *ait Senatus, ff. de pet. hær.* Author est Antonius Capicius, hìc *num.* 2.

10 Probatur 5. meo equidem judicio sic. Tò *decima* de sui conceptu nil aliud est, nisi decima fructuum, qui in prædiis innascuntur, pars; alioquin haud decima, ast sexta, vel id
11 genus vocitaretur: quare hujuscemodi in themate permittentis decimas mens prospicienda est, quæ reapse fuit, ut ex universis prædialibus fructibus Ecclesiasticis decima refundatur pars; secus verò, potius per adversarios
12 est probandum, quàm assumendum. exemplo extat de pensione temporali persoluta Domino; quæ deductis impensis haud debetur: igitur à fortiori nostro in casu: propterea quod de spirituali peragitur decima.

13 Dices 1. prædiales decimæ non nisi ex fructibus, quos terra germinat debentur, *cap. cũ homines* 7. *cap. ex parte* 21. *cap. cum in tua* 30. *de prebendis.* Vide supralaudatos Autho-
14 res: atqui impensæ ex fructibus defactò eruendæ sunt, quæ in ipsorum cultura, curave con-
15 sumptæ fuere: propterea quod fructus edifferuntur illi, qui deductis impensis restant, *l. fructus* 7. *Cod. de fructibus, & aliis expensis*: igitur nulla ducitur ratio, cur impensæ hujuscemodi, haud deducendæ sint, *l. fundus* 51.
16 *ff. familiæ ercìscundæ*: quandoquidem juri, ac per consequens rectæ rationi minùs dissonum est, ut ex fructibus, qui decimandi sunt, impensæ, antequàm decimæ persolvantur, colli-
17 gendæ sint. quod etiamnum corroboratur ex

Deu-

Deutoronom. *cap.* 14. ibi: *decimam partem separatis de cunctis frugibus tuis, quæ nascuntur in terra per singulos annos.*

17 Distinguenda est minor in civilibus fructibus, concedo minorem; in naturalibus verò nego minorem; unà cum ejus illatione: quare textus, *in dicta l. fructus* 7. idque genus, non nisi de civilibus, secus verò de naturalibus
18 commentandi sunt fructus. disparitatis ratio est: propterea quod in civilibus fructibus, seu de fructuum restitutione, seu de damni illati reparatione, seu id genus peragatur, semper restitutio tanta, ac talis esse debeat, quale extat damnum: siquidem seu usufructuarius, seu dominus feudi, quibus fructus restituuntur, il-
19 lis tribuantur, deductis tamen impensis; in naturalibus verò fructibus secus erit stabiliēdum: quandoquidem prout ex arboribus leguntur, impensis haud deductis, restituēdi sunt,
20 nec veteres authores etiamnum gentiles de decimis mentionantes, de impensis deducēdis aliquam fecere mentionem, utputà Cicero *lib.* 3. *de natura Deorum: herculi* (inquit) *quisquam decimam vovit umquam, si sapiens factus esset.* Plautus. *ut decimas herculi solveret.* Hæredotus *in Clio. siste* (inquit) *ad singulas portas aliquos ex tuis satellitibus custodes, qui vetent exportari opes, ut earum decimæ necessariò reddantur.* hæc Cresus ad Cyrum Regem Persarum, idque genus.

21 Dices 2. obstat textus *in l. divortio, §. impendia, l. fructus, ff. soluto matrimonio, l. insulam, §. fructus, ff. eodem, l. qui fundum, ff. familiæ erciscundæ,* in quibus est prædefinitum, quòd impensæ in arando, seminando, idque genus, deducendæ sint; igitur, &c.

22 Textus istiusmodi alio in casu extant: propterea quod de civilibus, secus verò de naturalibus eloquuntur fructibus.

23 Dices 3. frumentum latum jam decimatum esse supponitur; igitur procul à recta ratione rursus erit decimandum.

24 Textus suppositum erit denegandum: propterea quod frumentum demortuum est, tametsi ex ipso, utpotè à sua causa, novum deinde gignitur frumentum, ac per consequens rursus à Deo datum: objectio namque isthæc, idem numero fore frumentum, supponit, ac prius erat, quod est falsissimum.

25 Dices 4. obstat textus *in cap. pastoralis* 28. *vers. credamus, deducendas expensas* de decimis, ubi rescriptum est, personales decimas, deductis prius expensis, solvendas esse; igitur, &c.

26 Inanis est illatio: propterea quod inter personales decimas, & prædiales extat discrimen: siquidē prædialibus in decimis, deductis prius
27 impensis, solutio fieri haud fas est; secus verò in personalibus: disparitatis ratio est (derelictis aliis rationibus ab interpretibus allatis, cum in varia disiecti sint placita): quandoquidem personales decimæ non nisi de lucro persolvuntur, quod quis sua adipiscitur industria, *cap. ex transmissa* 28. *de decimis*, quod profectò
28 propriè edifferitur, ubi, deductis impensis,
29 mansitat, *l. mutius* 30. *ff. pro socio*; secus verò prædiales, in quibus fructus, qui ex aliqua naturaliter gignuntur re, fructus rei, haud deductis impensis, edifferuntur.

30 Secunda thesis pars probatur 1. *ex c. pervenit* 5. *& cap. nuntios* 6. *de decimis*: propterea quod decimæ æs supponunt alienum, *cap. pa-*
31 *rochianos, de decimis*, ac per consequens eas persolvere renuentes rem alienam detinent,
32 *cap. decimæ* 6. *quæst.* 1. verum enimverò qui justo superioris præcepto, minùs paruit in materia gravi, lætaliter peccat, *cap.* 2. *de majoritate, & obedientia*, ad instar prædonis; *cap.* 1.
33 *de furtis*, atque adeo propter lætalem maculam, excommunicationis pœna infligi potest, *cap. nemo, cap. nullus* 11 *quæst.* 3. igitur nil mirum, si ad decimarum solutionem, quis per excommunicationem sit adstringendus, *cap. statuimus* 16. *quæst.* 1. Trid. *sess.* 25. *de refor. cap.* 12. author est supralaudatus Vivianus.

34 Probatur 2. Ecclesiæ gladius, non nisi ut tridentina Synodus edocet *sessione* 25. *de regul. & mon. &c. in cap. quamvis* 3. ibi: *Quamvis excōmunicationis gladius nervus sit Ecclesiasticæ disciplinæ, & ad continendos in officio populos valdè salutaris*; est excommunicatio igitur, ubi Parochiani decimales persolvere renuant pensiones, toties per gladium hujuscemodi ad-
35 stringendi sunt: propterea quod inobedientia gravi in materia lætale supponit peccatū, quod per gladium istiusmodi, utputà per excōmunicationem plecti fas est, idque non nisi ut resipiscat.

36 Ne differas: incertitudo nostro in jure omnem vitiat actum, *l. duo sunt Titii, ff. de testamentaria tutela, cap.* 2. *de li-*
37 *belli oblatione*: verum enimverò adversus detinentes, vel usurpantes decimas, easque haud persolventes, nulla in nostro jure certa,
38 & stabilita habetur pœna: propterea quod quādoque anatimatizantur, *cap. pervenit* 5. *de decimis, cap. ex parte* 21. *cap. in aliquibus, cap. cum*
39 *non sit, eodem titulo*, aliquando Ecclesiastica denegatur sepultura, *cap. prohibemus de deci-*
40 *mis*; nonnumquam procul à pœna solvere adstringuntur, *cap. cum homines, cap. ex trans-*
41 *missa, de decimis*, & demum appellatione remota, adversus eos procedi assolet, *cap. tua nobis de decimis*: igitur pœnæ contra haud persolventes decimas inflictæ, incertitudinis studio vitiari debent.

42 Distinguenda est major; si actus opportunè ad certitudinem redigi nequeat, vera est major; sin ad certitudinem, infirma; distinguenda est etiam minor: nulla habetur certa stabilita pęna, determinatè, atque individuo, conceditur minor; sin disiunctivè, falsa est minor,
43 unà cum ejus illatione: propterea quod disiunctivè isthæc efformatur propositio: decimas persolvere renuentes plectendi sunt, vel excommunicatione, vel Ecclesiastica sepultura; idque genus; quod prudentis judicis arbitrio liquendum est.

Pro

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT I.

Decimæ sunt ne prius persolvendæ, quàm census, tributaque.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A'num. 2. usque ad finem, ejusdem probationes.

1 Esse prius persolvendas reor. est Divi Thomæ 2.2.*quæst.*87.*ar.* 2. aliorumq; author est Vivianus *in cap. cum non sit de decimis.*

2 Probatur 1. *ex cap. cum non sit de decimis*; ibi: *Prius solvendæ sunt decimæ, quàm census, seù tributa*; igitur, &c.

3 Probatur 2. *ex cap. cum non sit* 33. *de decimis*: propterea quod Deus in signum universalis dominii fermè quodam peculiari titulo decimas sibi reservavit, *cap. tua nobis de decimis*, census, tributumque porrò homini persolvuntur; non nisi in particularis domini fastigiũ,
4 *laudato capitulo cum non sit, l. forma ff. de censibus*; igitur cum Dei præcepta hominum præceptis præferenda sint, *cap. Julianus* 11. *quæst.* 3. jure meritò decimæ prius Deo, quàm homini persolvendæ sunt. author est Vivianus supralaudatus.

5 Probatur 3. meo judicio sic. ubi dominus cum servo concurrit, toties de sui conceptu prius dominus afficiendus est honore, quàm servus: verum enimverò sic res hic se habet:
6 propterea quod Deus cum creatura, quæ est serva, concurrere supponitur; igitur, &c.

CAPUT II.

Decima: numquid & de perceptis, & de percipiendis, danda sit fructibus.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A'num. 2. usque ad 4. ejusdem probationes.
A'num. 4. usque ad finem, oppugnationes, earumdemque solutiones.

1 De perceptis dumtaxat, secus verò de percipiendis fructibus, decimam esse persolvendam, existimant, Baldus Amendola ad Francum *decis.* 103. *num.* 7.

2 Probatur decima de sui conceptu ex iis, quæ leguntur persolvenda est; percepti porrò; secus percipiendi, colligi perhibentur fructus: igitur ex istis, secus verò ex illis decima persolvenda sit.

3 Probatur major: decima de sui cõceptu fructus supponit lectos; ac per consequens de actuali, secus verò de potentiali, verificantur collectione.

4 Ne differas 1. decima est persolvẽda de omni eo, quod subnascitur in prædio: ast percipiendi jam in prædio suborti sunt, igitur ex percipiendis etiamnum decima refundenda sit: quarè si persolventis decimas socordia, ac per consequens in causa fuit, quominus perceptibiles haud perceperit fructus, ipse pœnam
5 luere debet: quandoquidem Ecclesia in possessione est, ut quotquot fructus gignuntur, ipsi decima sit danda.

6 Distinguenda est major: decima debetur de omni eo, quod actualiter in prædio innascitur, & legitur, vera est major; de eo, quod suboritur, secus verò legitur, infirma est major; per-
7 missa minori, inanis est ejus illatio: propterea quod tametsi solventis decimas, ipsius socordia lecti fructus haud fuere: verũtamen ad fructus perceptibiles haud adstringendus est: siquidem onus hoc semper persolventis decimas procul à recta ratione imponeretur, quod perabsurdum foret, præsertim cum Ecclesia mater pia sit.

8 Ne differas 2. de percipiendis fructibus, Ecclesiæ jam adeptum supponitur jus; igitur procul à justa haud despoliandus sit ratione.

9 Denegatur antecedens: propterea quod de percipiendis in præsentia nulla habenda erit ratio, ceu ex supra commonstratis liquet.

CAPUT III.

Usuræ: numquid ex decimis, minùs persolntis, persolvendæ sint.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
Num. 2. ejusdem Thesis probatio.

1 Esse persolvendas docent Amendola *ad decis. de Franchis* 103. *nu.* 10. aliique.

2 Probatur: decimas minùs persolvẽs ad passi damni restitutionem est adstringẽdus, alioqui aliena cũ jactura locupletaretur, quod perabsurdum foret, *l. nam hoc natura* 14. *ff. de condictionibus indebiti*. Antonius Faber *in juris prudentia de just. & jur. tit.* 1. *princ.* 2. *illat.* 1. *in fine*, *pag.* 5. propterea quod Ecclesiæ detrimentum, ob minus decimarum persolutionem supponitur, adeoque ceu lex restitutio digna autumatur.

DE-

DECISIO XXI.

IN Causa Lisæ Severinæ cum Jac. Severina eius amita fuit dubitatum: vtrum stante Consuet. Civitatis Neapol. quæ incipit *si quis*, *vel si qua*: in qua disponitur, quòd decedenti ab intestato sine liberis succedunt fratres, ac nepotes, & neptes, & pronepotes, descendentes ex fratre, vel fratribus præmortuis, æqualiter cum fratribus superstitibus in stirpem. Si ad hæreditatem defuncti concurrerent soror defuncti cum filia fratris alterius prædefuncti, an filia fratris excludat amitam, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

EXtincto patruo absque liberis: quisnam ad ejus successionem ab intestato admittendus sit, seu communi inspecto jure, seu statuto excludente fæminas, *extantibus masculis*; seu consuetudine Civitatis Neapolit. *si quis*, *vel si qua*, prædefiniente, legitimis liberis haud extantibus, proximiores ex patris parte in universis defuncti bonis, succedere, exceptis tamen bonis illis, quæ ipsi ex matris parte acquisita sunt; in quibus proximiores ex matris parte succedunt; neptis defuncti (inquam) ne? an verò ejus amita? vel ambæ insimul æqua succedant lance? ad commentationem, & statuti, *extantibus masculis*, *fæminas excludentis*, & Cõsuetudinis Neapolitanæ *si quis*, *vel si qua*.

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. primæ Thesis prædefinitio.
A' num. 3. usque ad 17. ejusdem Thesis probationes.
Num. 17. secundæ Thesis prædefinitio.
A' num. 18. usque ad 39. ejusdem secundæ Thesis probationes.
A' num. 39. usque ad finem, earumdem Thesum impugnationes, solutionesque.

1 PRo quibus prædefiniendis, communi attento jure, neptem, amitamque ad patrui extincti successionem, ab intestato æquabiliter esse succededas per S.C. fuisse prædefinitum, in isthæc commonstrat Antonius Capicius hic in fine verba; ibi: *fuit conclusum, & votatum, quòd amita cum nepte concurrat, & quòd ambæ succedant. Et quidem rationabilis est decisio: nam utraque pars erat in jure substentabilis: æquior igitur est sententia, ut omnes admittantur, &c.* est Reg. de Ponte, *consilio 39. num. 24. volum. 1. & in tract. de potestate Proregis, tit. 9. in principio, num. 38.* Molfesii, *in comment. ad Consuet. Neapol. parte 4. quæst. 28. 29. & 32.* Pascalis, *in tract. de vir. patr. potest. parte 4. cap. 9. num. 19.* Ursilli, *ad decis. Afflicti 161. num. 2.* Minadoi, *in Constit. Regni, in aliquibus, in 3. not. num. 118.* Afflicti, *in Constit. in aliquibus, lib. 3. de success. fil. com. rubrica 23. num. 65.* aliorumque; quorum aliqua ex parte, & Author, & sectator est Thorus, *compend. decis. §. neptis, & sic filia fratris defun-*
2 *cti an concurrat*, adversus Cinum, Alexandrũ, Decium, aliosque, quos laudat, sectaturque Reg. de Franchis, *decis. 32. à num. 5. usque ad 10.* memorantis, pro nepte per S.C. fuisse prædefinitum, ac per consequens per neptem fore excludendam à successione ab intestato amitam.

3 Probatur 1. Meo judicio sic: ideo neptis patrui successor fit, in quantum patris jura est
4 repræsentans: verum enimverò si ejus pater superstes fuisset; quippe unà cum extincti so-
5 rore successisset: propterea quod inter fratres, sororesve, communi attento jure, æquabiliter dari successionem explorati juris esse, *l. 5. §. non tantum, ff. de liberis agnoscendis, l. penult. eod. tit.* Antonius Faber, *in Juris prudentia, tit. 8. de patria potestat. princ. 7. illat. 15. pag. 331.* siquidem eodem in gradu extant. Argumento legis, *si viva matre, Cod. de bonis maternis, l. pupillus, §. finali, ff. de condit. & demonstrat. l. 12. tabularum, Cod. de legitimis hæredibus, l. maximum vi-*
6 *tium, Cod. de liberis præteritis*; neu melioris cõditionis hoc in casu neptis respectu patrui, ac ejus pater, relatè ad ejus patrem censetur; igitur nil mirum, si communi inspecto jure, æqualiter neptis cum amita in istiusmodi facti specie, succedere prædicetur.

7 Probatur 2. defactò frater, sororque in primo extare supponuntur gradu. *Canon. series, & Canon. ad sedem 35. quæst. 4. & 5.* cujus Authores fuisse Gregorium Primum, & Zachariam vulgò existimatur, *in Canon. Porrò*,
8 *& Canon. Parentelæ eadem*, quos tamen potius assertores, quàm Authores existimare debemus; siquidem in veteri lege in primo gradu habiti fuerunt, licet inter eos, ob raritatem hominum, conjunctio prim ordio recepta fuit; statim tamen fuit dãnata, quin, & ve teres omnes in primo cõsanguinitatis gradu fratres posuisse, constat ex Platone, *de Repub.* & ex Aristo-
9 tele 2. *Politicorum, cap. 2.* Hierocles Philosophus, apud Stobeum, dum gradus cognationum

num describit per circulos, in primo circulo Parentes, uxores, & liberos ponit; etsi Cæsareo inspecto jure, in secundo e xtent gradu, *l. 1. de gradib.* Cironius, *in paratitl. 5. lib. 6. decretal. tit. 14. de consanguinitate, & affinitate, pag.* 341. patruos verò, neptesve in secũdo *d. Canon. series, & Canon. ad sedem 35. quæst.*
10 *4. & 5.* idem Cironius ibidem Author est, describens in isthæc verba: *In secundo Avunculos, Materteras, Avos, Avias, Nepotes ex fratribus, & consobrinos, in tertio reliquos cognatos, à*
11 *quo ordine recesserunt juris conditores*: quare ex duobus gradibus legalibus, jus Canonicum unum efficit, ut ait Alexander Tertius, *in di-*
12 *cto Canon. ad sedem*, qui ordo in Ecclesia nuper non, locum obtinuit, neu olim Ecclesiam aliter numerasse gradus sentiendum; tametsi
13 Divus Ambrosius, *lib. 8. ad Paternum legum numerationem* observarit, & fratres numerarit in secundo, consobrinos in quarto gradu:
14 nam certum est. Cesarũ leges prævaluisse Põtificiis in hac parte, usque ad Theodosium Imperatorem, qui matrimonia inter consobrinos prohibuit, *l. 2. C.* Theodosianus, *de*
15 *ingestis nuptiis*, quod indicat Gregorius, *in Canon. quædam 35. quæst. 4.* dum ait, Consobrinos in Ecclesia in secundo gradu numeratos fuisse, quantumvis inter eos conjugium fas esset, &c. Author est idem Cironius ibidem,
16 *pag.* 341. in nostra porrò facti specie ad extincti successionem, & neptis, & extincti soror, de facto succedunt; igitur uti ex supra commonstratis, non nisi æqualibiliter.

17 Neptem, seu extante statuto, *extantibus masculis, fæminas non succedere*, seu Consuetudine *si quis, vel si qua* hujus Civitatis Neapol. etiã hoc in themate æqua lance succedere cum amita, ad extincti bona, audacter reor. est eorumdem adversus Præsidentem de Franchis, aliosque.

18 Probatur 1. statutum, *extantibus masculis*, fæminas explodens, hic sibi haud vendicat lo-
19 cum: propterea quod ideo explosus existimatur fæmineus sexus, in quantum masculinus extat: atqui extinctus esse supponitur sexus, cum fæmineus dumtaxat sit: quandoquidem neptis, & amita succedunt; igitur statutum in hujuscemodi facti specie, merè materialiter se habet.

20 Probatur 2. *Universa paterna jura in filiũ transire*. Vide Antonium Fabrum, *in Juris prudent. de patria potestat. princ. 1. illat. 3. pag.* 293. dicterium hoc non simpliciter esse
21 commentandum censeo: propterea quod universaliter falsissimum ducitur: quandoquidem illa in filia transiliunt jura, quæ de ipsorum natura ab uno ad alium transire queunt:
22 quare cum masculinitatis sexus in filiam, neu verè, neu fictæ (ut somniarunt adversarii per
23 verbum, *quasi*) tranare possit; neu quippe statutum de ficta; ast de reali masculorum existentia eloquitur, alioqui quamplurima sectarentur absurda, utputà feudum, masculis permissum, etiamnum ad filiam traii-
24 cere posse; cum per adversarios masculinitatis sexuss fictè ad fæmineum transitum facessere possit, ac per consequens hircocervus gigneretur, cum masculinus fæmineo permixtus foret sexui; igitur jure meritò in istiusmodi facti specie neptis, atque adeo amita ad extincti successionem æquabiliter succedere debent.

25 Probatur 3. Consuetudo *si quis, vel si qua* hujusce Civitatis Neapolitanæ nostro in casu merè materialiter se habet: propterea quod cum neptis, tum amita ex masculina successionis supponitur linea, ac per consequens ambæ æquabiliter ad extincti successionem
26 admittuntur: siquidem Titius extinctus sororem suam, ac filiam fratris sui demortui li-
27 quisse supponitur: verum enimverò laudata consuetudo *si quis, vel si qua*, prædefinit, filiis, seu liberis haud extantibus, proximiores in universis defuncti bonis, succedere, remotis verò illis, quæ ipsis ex matris parte esse acquisita dicuntur, in quibus proximiores dumtaxat, ex matris parte succedunt; igitur, &c.

28 Probatur 4. Elogium illud, *nepos patris locum præcccupat*, commentandum erit in gradu, scilicet illo, ut tantum lucretur, quãtum si pater ipsius superstes succederet, adipi-
19 sceretur: quare neptis nostro in themate ex patris persona minùs succedit; ast propria ex persona: propterea quod ejus pater numquam successor fuit; neu ipsi numquam delata fuihæreditas, quæ haud delata minimè transfertur, §. *posteriore*, instit. *quibus modis testamenta infirmantur*, Hug. Donellus, *comment. de jure civil. lib. 6. cap. 24. sub num. 20. pag.* 85. igitur amita, neptisque æquabiliter succedunt. Grammaticus supralaudatus *num. 5.* Author est.

20 Probatur 5. Dicterium illud, *filiũ in patris locum succedere, ejusdemque personam repræsentare*, ex juris fictione fore, *l. pronunciatio 195. §. fin. ff. de verbor. signif.* Pichardus, *2. institut. tit. 13. de exhæredat. liber.*
31 *in princ. tit. num. 27. pag.* 155. verum enimverò in statutis adversus commune jus, locum sibi vendicare suum per fictionem minime fas est. Author est idem Grammaticus, *num. 6.* igitur, &c.

32 Probatur 6. Statutum namque à patris successione, propter masculos, fæminas excludẽs, erit commentandum, *extantibus masculis*, qui patri successores fiunt; alioqui fæminæ haud exploderentur: ast in hujuscemodi facti specie extinctus supponitur masculinus sexus; Author est Grammaticus, *num. 10.*

33 Probatur 7. Tunc extensio ex masculino ad fæmininum sexum est permittenda; ubi eadẽ urgere perhibetur ratio, *l. maximum vitium 4. C. de liber. præterit. l. 1. §. est etsi servus, ff. de inspiciend. vent.* ibi; *ut ordinum dignitas, familiarumque salva sit.* Oroz, *de Apicibus jur. civil. lib. 5. cap. 13. num. 3. in fine,*
34 *pag.* 405. verum in nepte haud est eadem prorsus ratio, ac est in patre: propterea quod statutum fæminas explodit, *extantibus masculis*;

culis; igitur si extincti ferantur masculi, fœminas æquabiliter inter se succedere debere par est.

35 Probatur 8. tunc filii privilegium ad neptem transit, ubi in tertii præjudicium permissum minùs prædicatur: nostro porrò in casu præjudicium foret, utputà amitæ: igitur ejus extensio haud facienda est, *dicta l. maximum vitium*, idque genus: idem Author est Grammaticus, *num.* 15.

36 Probatur 9. Statuti finis, *ut extantibus masculis, fœminæ explodendæ sint*, fuit, ut masculinus asservetur sexus: igitur perempto masculino sexu, extemplò statuti finis, ac per con-

37 sequens stabilitio desinere edisseritur: quemadmodum Constitutionis *in aliquibus* mens fuit, ob masculini sexus asservationem, fæminis præjudicare; igitur extincto masculino sexu, cuncta perimuntur. idem Grammaticus Author est.

38 Probatur 10. Neptis melioris haud esse debet conditionis, quàm defuncti filia: verum enimverò extincti filia per defunctum, extante statuto, vel consuetudine, *excludente fæminas, existentibus masculis*, esse explosa supponitur; igitur etiam neptis: cum utrobique par urgeat ratio.

39 Dices 1. Cum supralaudato Reg. de Franchis, *à num.* 6. defactò jus patri acquisitum esse supponitur, ac per consequens illud in hæredem transmittit fæminam, *l. cum antiquioribus, Cod. de jure deliberandi, l.* 1. *Cod. de his, qui ante apertas tabulas*: alioqui frustra hæreditas perhiberetur in universum jus defuncti successio. cõtra textum, *in l. nil aliud.*

40 *ff. de verborum significatione*: sat enim est si jus semel sit adeptum, *l. videamus, ff. quod metus causa*

41 Distinguendum est antecedens: patri quæsitum esse supponitur jus, si hæreditas per patrẽ acquisita fuerit, permittitur antecedens; sin secus, unà cum ejus denegatur illatione: in nostra porrò facti specie hæreditas haud adita esse supponitur; atqueadeo ex suppositione, quod fuisset adita nil nostræ, communi atten-

42 to jure, obversatur thesi: propterea quod idem jus in patre extare ducitur, ac in ejus filia. Consule Fabrum, loco supralaudato, ac proinde si pater superstes fuisset; quippe non nisi ad hæreditatis medietatem (ceu ex probatis liquet) successisset; igitur etiam ejus fi-

43 lia: cum utrobique par urgeat ratio; neu etiamnum, statuti jure attento, si hæreditas minùs adita fuisset, adversariorum argumentum ullam obtineret vim: propterea-

44 quod masculus supponitur nullus, neu masculinitatis ratio in patre extans, in filium (ceu statuti finem minùs ritè perpendentes somniarunt adversarii) transit: qua-

45 re textus *in dicta l. cum antiquioribus, & l.* 1. *Cod. de his, qui ante apertas tabulas* rectè commentandi sunt; utputà transire de masculo ad fæmineum hæredem sexum, illud, quod est de sui natura ad fæminam hæredem transmissibile; utpotè extant credita, idque genus, verum ducitur; secus si de sui natura minùs tranabile, ceu sunt feuda ma-

46 sculis dumtaxat permissa; vel quod masculis indulgetur, quà masculi sunt. Idem profectò edisseritò de elogio illo, scilicet hæreditas est in universum defuncti jus successio, *l. hæres in omne, ff. de acquirend. hæred. l. hæreditas, ff. de regulis juris.* Hug. Donellus, *comment. de jure civil. lib.* 14. *cap.* 6. *sub num.* 50. *pag.* 231. quandoquidem de illo, quod est de uno, de sui natura, ad aliud transibile etiam com-

47 mentatur; neu sat ducitur, si jus semel stabilitum, esse supponatur: siquidem designatum in genere prædicatur suo, quatenus hæreditatem adiens, adusque illam detinet, lucrari de-

48 bet; secus verò post sui extinctionem transmittitur, si illud de sui natura transmissibile censeatur.

49 Dices 2. Si neptis pater hoc in themate superstes foret, seu Consuetudinis Neapolitanæ *si quis, vel si qua*, seu statuti robore inspecto,

50 quippe neptis exploderet amitam: propterea quod patris gradum præoccupare perhibetur; quippeque, & consuetudo, & jura sic sanxere, *l. si neptes, ff. de collat. bonor.* instit. *de hæred. quæ ab intestato deferuntur, §. cum filius, &*

51 *auth. cessante, Cod. de legit. hæred.* quod suum obtinet locum, cum in gradu, scilicet, ut æquè, ac pater succedat; non quod in remotiori extat gradu, tum in personam, nempè, ut universam lucretur hæreditatem, amitam, uti masculus excludendo, §. *reliquum*, auth. *de hæred. ab intest. venient. l.* 1. §. *si filius, ff. de conjungend. cum emancipat. liber. l. Gallus, §. nunc, de lege Velleja. ff. de liberis, & posthumis.*

52 Distinguenda est antecedentis pars: illa nempe patris gradum præoccupare differitur neptis, si pater hæreditatem adiisse feratur; atqueadeò in iis, quæ de uno transire queunt ad alium, vera est minor; secus hæreditate minùs adita; vel in iis, quæ ex uno ad aliud transmitti queunt, commentantur, secus alio pa-

53 cto: verum enimverò nostro in themate, neu hæreditatis aditio esse supponitur, neu masculinitatis sexus formaliter inspectus, in neptem fieri possibile proditur: occupat namque gradum suo in genere, videlicet in iis, quæ de uno ad alium transiliunt.

54 Dices 3. Statutum namque ex parte fæminæ odiosum est. Consule Antonium Fabrum, 4. *Cod. de obligat. & action. tit.* 7. *definit.* 3. *in*

55 *allegat. num.* 6. *pag.* 286. propterea quod statutum, eloquens de filia, ceu odiosum ad neptem protendi nefas est, secus verò favorabile ex parte filii ad neptem extensio fieri par est; igitur, &c.

56 Secunda antecedentis pars erronea ducitur: propterea quod statutum, *fæminas esse excludendas*, ac per consequens universas formali-

57 ter respuit fæminas: quare merè materialiter se habet, sive sit filia, sive neptis, idque genus, extante masculo: siquidem masculinum ex-

58 ploso fæminino, respicit statutum sexum, neu in odiosis extensio ab uno themate ad aliud fas ducitur, si diversa sit ratio. Consule supralaudatum Antonium Fabrum, ibidem.

59 Dices 4. Obstat textus, *in §. cum filius*, instit. *de hær. quæ ab intestato deferuntur*, §. *posthumorum*, instit. *de exhæredatione liberor. l. posthumorum, ff. de injusto rupto, & irrito, &c. l. Gallus, §. videndum, ff. de liberis, & posthumis. §. sui*, instit. *de hæredum qualitate, & differentia, l. 11. Cod. de liberis præteritis, l. si hæreditas. ff. de testamẽtaria tutela.* auth. *quibus modis naturales efficiuntur sui, Collat. 7. l. Papinianus, §. proinde, ff. de inofficioso testamento, l. nepotes, Cod. de suis, ac legitimis,*

60 auth. *cessante, Cod. de legitimis hæredibus*; quibus est prædefinitum, neptem in patris locum succedere, universis cum juribus, & qualitatibus, quæ convenissent, si successisset: verum enimverò si semper superstes fuisset, sanè amitam explodisset; igitur, & ejus hæres: siquidem utrobique par urget ratio; igitur eadem legis prædefinitio.

61 Neu argumentum, neu textus supralaudati alicujus ducũtur momenti, cum in alia sint facti specie, ceu ex supra commonstratis, & comprobandis liquet: siquidem haud de nepte, & amita ad invicem concurrentibus, prout in præsentia est dissertatio, eloquuntur.

62 Dices 5. Fæmina ex masculo descendens virilis vocitatur sexus, ac per consequens masculorum nuncupatione venit, *l. 1. §. non tantum, ff. de Carboniano edicto, l. legem 12. tabularum, vers. hujusmodi itaqae leges, Cod. de legitimis hæred.* Vide Hug. Donellum, *comment. de jure civil. lib. 18. cap. 11. sub num. 10. pag. 186.* igitur, &c.

63 Distinguendum erit antecedens: in iis quæ ex masculo ad fæminam transeunt, vel si nullum supponant statutum, vel consuetudinẽ, *fæminas extantibus masculis explodens*, verum ducitur antecedens; infirmum verò alio pacto,

64 unà cum ejus illatione: quare supralaudata jura alio in casu extant: neu rigorosè loquendo fæmina ex masculo dimanans, virilis vocitatur sexus; tametsi quòad effectum aliquibus in facti speciebus haud dissentanei sunt, ut speculanti patet.

65 Dices 6. Neptis ex masculo dimanans etiãnum juxta Consuetudinem Neapolitanam *si quis, vel si qua* ad instar masculi habetur, ac per consequens ejus gradum, sexumque repræsentat, dicta *l. Velleja, ff. de liberis, & po-*

66 *sthumis*, juxta illud, *subingrediens in alterius sexum etiam illius repræsentut gradum, l. si eum, §. qui injuriarum, ff. si quis caut. l. 1. §. hæc actio, ff. si quis testam. liber. l. filia §. Titia, ff. de condit. & demonstr. l. unica, §. 1. C. de rei uxoriæ actione, §. fuerat*, instit. *de actionib.* igitur cum neptis isthæc patrem repræsẽtet; juremeritò in illius locum ingredi, ac per consequens amitam explodere, fas est.

67 Distinguendum est antecedens: hæreditate adita, & in iis, quæ ex masculo ad fæminam traiicere queunt, permittitur antecedens; alio pacto unà cum ejus illatione, infirmum est:

68 propterea quod hic hæreditas per neptem adita, haud supponitur; neu masculinitatis sexus rigorosè loquendo (uti ex supra probatis liquet) in fæmineum transilit.

69 Dices 7. Tametsi hæreditas per masculum hic adita haud sit: nam vel novissimum clausit diem, vel alia de causa: verumtamen tunc illam adeundi ad suos transmittit hæredes: quandoquidẽ id juris privilegium est, ut paterna etiamnum non adita cum universis juribus suis, & ad suos, *l. unic. C. de iis, qui ante apertas tabulas hæreditatem transmittunt, l. 19. C. de jure deliberandi, l. si quis 7. §. 1. ff. de acquirenda hæreditate, l. in suis 11. ff. de liberis, & posthumis, l. apud hostes 8. C. de suis & legit. §. sin autem*, instit. *ab intestato venientibus*, & ad quoscumque etiam extraneos transmittitur hæredes, *l. 3. Cod. de jure deliberandi, l. unica, Cod. de his, qui ante apertas tabulas*; igitur, &c.

70 Secunda antecedentis pars distinguenda est: illam adeundo hæreditatem ad suos transmittit hæredes suo in genere, vera est major; alio pacto, infirma, unà cum ejus illatione: propteraquod neptis, hęreditatem patris adiẽs, illam lucratur, quæ à perempto masculo ad

71 hæredem nepotem transire quit; secus verò alio pacto, cum in nostra facti specie, seu per statutum, seu per consuetudinem masculinitatis; secus verò fæmineus prospicitur status, nil mirum, si neptis hæreditatem adiens, explodi impossibile autumetur.

72 Dices ultimo: Neptis ex masculo, ex civilis juris beneficio, pro masculo habetur; præsertimve per supralaudatam consuetudinem; igitur, &c.

73 Diluitur argumentum, ceu supra sæpènumero responsitatum fuit.

Pro Decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

SI hæreditas per patrem adita fuisse perhibeatur: numquid supralaudato in themate per neptem amita explosa sit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
Num. 2. ejusdem probatio.

1 ESse exclusam haud perplexè reor. est Authorum supralaudatorum.

2 Probatur: Adita namque per masculum hæreditate, extante statuto, vel consuetudine *si quis, vel si qua*, quibus est prædefinitum *stantibus masculis, fæminæ explodũtur*, acquisitum supponitur hæreditatis jus, ac per consequens illud, uti quæsitum, ad alios transibile, adeoque, seu amita, seu quilibet alius ab hujuscemodi explodendus sit hæreditate;

3 ceu acquisita sibi: siquidem quicquid sibi rectè adeptum est, ab eodem irrationabiliter tolli

li

si haud fas, juraque sinunt: cum quicquid alienum sit, civiliter ritèque possideri ab alio impossibile sit, *cap. ultimo, de præscript. cap. si*
4 *virgo 34. quæst. 2. l. id, quod nostrum, ff. de regulis juris*: quicquid enim à jure permittitur, id licitum reputatur. Faber, *in rational. de justitia, & jure, ad l. 1. col. 2.* cum juribus haud dissonum sit, adeoque licitum. Cujacius, *tomo 2. de justitia, & jure, ad l. 6. pag. 164.*
5 propterea quod quicquid æquum est id rectum ducitur Antonius Faber *in Juris prudetia, de*
6 *justitia, & jure, princip. 2. illat. 7. pag. 11.* inde est, quod irrationabiliter fit, id abs re factum est. idem Faber *de justitia, & jure, ad l. 1. col. 2.* hinc Cicero, Curioni famil. 7. ibi: *id cujusque est proprium, quo quisque fruitur, atque utitur*, & paradoxo 4. ibi: *nihil meum est, neque cujusquam, quod ritè auferri, quod eripi, quod amitti potest*.

DECISIO XXII.

FUit apud me præposita dubitatio per Reverendissimum Cardinalem Surrentinum de clausula in legitimatione apposita: videlicet, absque præjudi-
1 cio venientium ab intestato, quid operetur: & an si pater ab intestato decedat hic legitimatus excludat proximiores: qui debuissent defuncto succedere, si legitimatio non adesset, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti Species.

FIlii legitimi, & naturales: numquid in cunctis cum legitimatis per subsequens matrimonium æquipollentes esse perhibeantur, ac per consequens in feudis, fideicommissis, ac substitutionibus, idque genus, æquabiliter succedunt.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.
A' num. 2. usque ad 13. ejusdem Thesis probationes.
A' num. 13. usque ad 26. ejusdem Thesis oppugnationes, & solutiones.
A' num. 27. usque ad 31. Thesis secundæ prædefinitio.
A' num. 31. usque ad 36. ejusdem Thesis secundæ probationes.
Num. 36. Thesis secundæ partis prædefinitio.
A' num. 37. usque ad 43. ejusdem partis secundæ probationes.
Num. 43. tertiæ Thesis prædefinitio.
A' num. 43. usque ad 47. oppugnatio, & solutio.
Num. 47. oppugnantia conciliantu opinamenta.

1 ÆQuipollentes inter se fore, ac per cōsequens in universis æqualiter succedere edocent Camillus de Curte, *resol. feudal. cap. 1. num. 47.* Reg. de Marinis, *resol. juris, lib. 1. cap. 84. num. 9.* Afflictus, *decis. 195. num. 1.* Peregrin. *de fideicommissis, ar. 24.* Molfesius, *ad Consuet. Neapol. tomo 1. parte 2. de personis, quæst. 10. num. 8.* Riccius, *collect. decis. 652. parte 3.* Mysingerius, *centur. 5. observat. 42.* aliorumque, adversus Trentacinquium, *var. resol. lib. 1. tit. de legitimat. resol. 1. num. 24.* cujus Author, & sectator est Reg. de Marinis, *observat. ad decis.* Reg. Revert. 108. *num. 7.* sibi contrarius. inspicito Thorum, *tom. 1. compend. decis.* §. *legitimatus cum clausula*.

2 Probatur 1. ex textu, *in l. humanitatis, Cod. de naturalibus liberis*, §. *si naturales, si de feudo defuncti fuerit controversia, l. hac consultissima*, §. *ex imperfecto, Cod. de testamentis. cap. tanta, qui filii sint legitimi, l. cum quis, l. nuper, Cod. de naturalibus liberis*, §. *finali*, instit. *de hæredit. quæ ab intestato deferuntur*, §. *dubitatum.* auth. *de triente, & semisse*, §. *finali*, in auth. *de ingestis nuptiis.* auth. *quibus modis efficiantur legitimi*. auth. *quibus modis efficiantur sui*, §. *reliqui, cap. 1. extra, qui filii sint legitimi*; ibi: *semel enim eos efficientes legitimos damus habere etiam successiones illas, quas habent illi, qui ab initio legitimi nati sunt, & succedunt in pluribus, quàm legitimi per rescriptum Principis, l. Divi Constantini 5. l. jubemus 6. l. cum quis, Cod. de naturalibus liberis*, §. *finali*. Instit. *de nuptiis.* novella, *constit. 74. & 89.* igitur, &c.

3 Probatur 2. Legitimatio namque ad ortus tempestatem retrotrahitur. Argum. legis *cum quis, Cod. de natural. lib.* auth. *quibus modis*, §. *reliquis, &* §. *adoptionis, l. lege, ff. de testam.* consule Manticam, *de conjecturis, lib. 11. tit. 12. num. 4.* Tiraquell. *de nobilit. in cap. 15. num. 21.* Solorzanum, *de jure Indiar. tomo 2. lib. 2. cap. 17. num. 46.* Fusarium, *de substit. pag.* 408. Martam, *de success. 1. part. quæst. 18. ar. 8. num. 2.* Covarr. *2. p. de matrim. cap. 8.* §. *2. num.* 28. aliosque apud Gonzalez, *4. decretal. tit. 17. qui filii sint legitimi,*
4 *in cap. conquæstus 1. num. 9. pag.* 214. inde est, quòd filius naturalis per subsequens matrimonium, efficitur legitimus, & habilis ad succedendum in bona paterna, adeoque retrotrahitur ad tempus habile, *dicto cap. conquæstus, cap. tanta, qui filii sint legitimi, l. Divi, l. jubemus*,

bemus, l. eum, qui, Cod. de natural. lib. §. final. instit. *de nuptiis, §. penult. de hæred. quæ ab intestato. novella* 74. *&* 78. Instit. auth. *de Triente, & semisse, collat.* 3. Faber, *de error. decade* 35. *error.* 6. Marta, *de success. legal.* 1. *p. c.* 18. *art.* 4. Larrea, *decis.* 8. *num.* 6. *& decis.* 43. Cujac. *in dicto cap. conquæstus, & in novella* 12. Amaya, *lib.* 1. *observ. capite* 4. Hunnius, *in Encyclop. tit.* 10. *cap.* 12. Fachineus, *lib.* 3. *controv. cap.* 50. *usque ad* 56. Donell. *lib.* 2. *comment. cap.* 21. ubi Osualdus, *litera* F. Petrus Gregorius, *lib.* 10. *syntagm. cap.* 4. Sarmientus, *lib.* 1. *select. cap.* 6. Cujacius, *lib.* 13. *observ. cap.* 4. & idem *ad tit. Cod. de natural. lib.* Ant. Gomez,
5 *in l.* 18. Tauri, *num.* 59. inde est, pro tempore, quo infans est in utero, ad contrahendas nuptias inter patrem, & matrem, ejus temporis habilitas reposcitur, *dicto cap. tanta* 6. *qui filii sint legitimi, §. finali de nuptiis*; igitur perinde se habet, ac si legitimo ex stemmate gignitus fuisset.

6 Probatur 3. filii per subsequentes nuptias (rigorosè loquendo) & legitimos acciri, & in patris ditione exstare explorati juris esse, *dicta l. cum quis, l. nuper, Cod. de naturalibus liberis, §. dubitatum,* in auth. *de ingestis nuptiis, & dicto §. finali,* in auth. *de trienti, & semisse, & in dicto §. reliqui.* Gonzalez ibidem, *pag.* 214,
7 propterea quod per subsequens legitimatum matrimonium æquipollentes sunt, ex legiti-
8 mis subortis nuptiis: quemadmodum æqua inter se succedere lance supponuntur, & ex testamento, & ab intestato, *dicto §. reliqui* in auth. *quibus modis efficiantur sui, §. dubitatum* in auth. *de ingestis nuptiis*. vide eundem supralaudatum Gonzalez. author est Peregrinus loco supralaudato, *nu.* 15.

9 Probatur 4. major vis haberi ducitur in matrimonii Sacramento, ac in Principe, seu Ecclesiastico, seu Seculari; quatenus matrimonii Sacramentum naturales filios ab intrinseco expiat, illos reddendo legitimos; secus verò Ecclesiasticus, vel Laicalis superior: siquidem isti non nisi ab extrinseco; cum Principis dispensatio, non nisi dispensato pura extrinseca
10 sit; verum enimverò per Principem, seu Ecclesiasticum, seu Secularem, feudum ex illegitimis subortis nuptiis indulgeri posse defactò supponitur; igitur à fortiori nuptiarum vis, præsertim ubi ambigitur: propterea quod tunc opinio illa sectanda est, quæ pro matrimonii robore est; igitur, &c.

11 Probatur 5. meo judicio sicut peccati labes effugiatur, ac per consequens peccandi ansa extinguatur, necessum ducitur, ut privilegium filiis, per subseque͂s legitimatis matrimonium, sic erit commentandum, ut per legis fictione͂ perinde se habent, ac si ex legitimo gigniti fo-
12 rent stemmate: propterea quod matrimonii Sacramentum illos è labe purgat, perinde ac si numquam fædati fuissent. inspicito eundem supralaudatum Gonzalez; igitur, &c.

13 Ne differas 1. legitimationem legitimis filiis præjudicium inferre nequire explorati juris esse, §. *licet,* auth. *quibus modis naturales efficiantur legitimi, l. si mulier* 20. *ff. soluto matrimonio*; igitur, &c.

14 Jura isthæc alio in casu extant: propterea quod de legitimato per Principis rescriptum; secus verò de per subsequentes nuptias, eloquuntur.

15 Ne differas 2. jus alteri quæsitum, procul à justa causa extingui impossibile est, in nostro porrò themate legitimis, naturalibusve acquisitum esse supponitur jus filiis, succedendi in cunctis patris bonis; igitur per subsequens legitimatos matrimonium, ab illis aliqua ex parte denudari haud fas est.

16 Data majori, distinguenda est minor: legitimis, naturalibusve acquisitum supponitur jus, revocabiliter, vera est minor; irrevocabi-
17 liter infirma, unà cum ejus illatione: propterea quod legitimis, & naturalibus liberis ritè quæsitum esse supponitur jus; nisi per subsequens, legitimentur alii filii naturales, matrimonium.

18 Ne differas 3. legitimationem de sui conceptu haud retrotrahi explorati juris esse, §. *liceat igitur*; ibi. *Et suos de cætero, &* ibi; *Et hoc facto ex inde filios*, in auth. *quibus modis efficiantur sui*; igitur, &c.

19 Distinguendum est antecedens: si sit per Principis rescriptu͂ legitimatio gesta, permittitur antecede͂s; sin autem per Matrimonii Sacramentum, unà cum ejus illatione, denegatur
20 antecedens: propterea quod longè dispar ratio est de legitimatione, quæ per subsequens Matrimonium, ac per Principis rescriptum, ceu infra liquebit.

21 Ne differas 4. est longè dispar ratio de legitimis, & naturalibus, ac de legitimatis per subsequens Matrimonium: propterea quod per subsequentes legitimati nuptias, ex illegitima suborti dicuntur copula, ac per consequens à lege explosa; igitur, &c.

22 Tametsi ex illegitima suborti sint copula: verumtamen nostro in themate id merè materialiter se habet: nàm per Matrimonii Sacramentum omne illegitimitatis vitium purgatur, ac per consequens ceù legitimi, & naturales ex legis fictione habendi sunt; perindè ac legitimis ex nuptiis gigniti fuissent.

23 Ne differas 5. *filiis per subsequens legitimatis Matrimonium,* ly prædicatum *legitimi*, haud convenire perhibetur, ac per conseque͂s, nec per hujuscemodi verbum *legitimi* prædefiniere, *lex* 4. §. *toties, ff. de damno infecto, l. hoc accusare, §. omnibus, ff. de accusationibus*: siquidem illegitima ex copula procreati fuere; igitur, &c.

24 Eodem responso, quo supra responsitatum fuit hoc diluitur argumentum: quare quòad effectum filii legitimi, & naturales habendi sunt.

25 Ne

25 Ne differas 6. de facto legitimati à feudi successione exploduntur. Hothomanus Author est, *lib.2. feudorum, tit. si de feud. defuncti contentio sit inter dominum, & agnatos vassalli, tit.26. argum.* §.12. igitur, &c.

26 Hothomanus de legitimo per Principis rescriptum; secus verò de per, sub per subsequens legitimato elocutus fuit Matrimonium.

Secunda Facti Species.

SI in legitimatione clausula isthæc, utputà *procul ab intestato succedentium præjudicio* adjecta fuisse prædicetur: numquid legitimatus iste, proximiores ab intestato defuncto succedentes etiamnum excludit.

27 Distinguas: quod haud fecere Antonius Capicius, Angelus, Paulus de Castro, Alexander, idque genus, ac per consequens confusionem produxere (ne dicam pugnantia, ut perpen-
28 denti liquet) vel de legitimatis per subsequentes nuptias, vel per Principis rescriptum, vel per Curiæ oblationem sermo habeatur. Si
29 de per subsequens legitimatis Matrimonium, tunc unà cum filiis legitimis, & naturalibus succedere, ac per consequens ab intestato suc-
30 cedentes excludere haud dubiè reor: quare clausula isthæc *procul ab intestato succedentium præjudicio* frustra à patre adjecta autumatur. est Antonii Capicii hìc, aliorumque apud eumdem.

31 Eodem prorsus pacto, quo prima facti species commonstrata fuit; probatur 1. siquidem utrobique par urget ratio; igitur eadem Legis statuitio, *l. illud, ff. ad leg. Aquil. l. si postulaverit,* §.2. *ff. ad leg. Jul. de adulter. l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. nauta,* §. *fin. ff. nautæ caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, C. de Sacrosf. Eccl.* §. *si igitur,* Instit. *quod cum eo.*

32 Probatur 2. in patris ditione haud est, per subsequẽtes nuptias legitimato ullũ posse præjudicium inferre in iis, quæ independenter
33 à patre à jure data supponũtur. Auth. *quibus modis,* §. *liceat:* Siquidem fictio nititur benignitate, quæ est fundamentum omnium fictionum, *l. post liminium* 19. *ff. de captivis*, Gonzalez ibidem: verum enimverò per subsequens matrimonium legitimato agnatos, cognatosve, proximiores ab intestato succedentes excludere (ceù ex probatis liquet) à jure permissum est; igitur clausula isthæc perindè se habet, ac si à patre minùs adjecta fuisset.

34 Probatur 3. in patris ditione haud est, clausulam hanc filiorum legitimorum, & naturalium expulsivam adjicere posse: propterea quod ipsis per patrem nullum inferre quit præjudicium in iis, quæ ipsis à jure permissa esse supponuntur, scilicet in legitima, in hæreditatis successione, in institutionis titulo,
35 idque genus: verum enimverò ex supra commonstratis in prima facti specie eadem prorsus est ratio de filiis legitimis, & naturalibus, ac de legitimatis per subsequens Matrimonium: igitur idem utrobique est prædefiniendum.

36 Sin per Principis rescriptum, de legitimatis verba faciamus; tunc clausulam in legitimatione à patre adjectam, ut putà *procul ab intestato succedentium præjudicio*, suum producere effectum, ac per consequens ab intestato succedentes explodere audacter reor, est nonnullorum; author est Capicius hìc, *n.7.*

37 Probatur 1. tametsi in Principis ditione legitimandi facultas habeatur, §. *illud autẽ* auth. *quibus modis efficiuntur sui, cap. quod per ve-*
38 *nerabilem* 13. *qui filii sint legitimi*: verumtamen in succedentium ab intestato præjudicium legitimare impossibile ducitur. Author
39 est Fachineus 7, *controvers. cap.* 50. propterea quod Principes Procul à justa causa, neù aliorum bona minuere, §. *& quoniam variè*, auth. *quibus modis naturales efficiantur sui, collat.* 7. neu jus ipsis quæsitum adimere potest; igitur, &c.

40 Probatur 2. filii, seu legitima ex copula, seu per subsequens Matrimonium, approbata à lege, & de ipsorum natura, & cunctis ex juribus, cuilibet copulæ à lege reprobatæ, præferendi sunt; ac per consequens, seu per Principis rescriptum, seu per Curiæ oblationem, le-
41 gitimato: propterea quod melioris, dignioris sunt conditionis, ac hujuscemodi: neu Principis, vel Curiæ legitimatio, filios hosce expiare queat, perindè ac si à nativitatis exordio le-
42 gitimi, & naturales forent; quare si filia legitima, & naturalis, cum per Principis rescriptum legitimato concurrat; tunc fæmina præferenda est, ceu per S.C. fuisse prædefinitum edocet Fabius de Anna cum nonnullis. Author est Thorus *compend. decis. tom.* 1. §. *legitimatus an admittatur.*

43 Si demum per Curiæ oblationem de legitimis eloquatur, idem prorsus esse prædefiniendum existimo, ac de Principis per rescriptum legitimatis: siquidem utrobique eadem prorsus urget ratio, ac per consequens, eadem legis prædefinitio.

44 Dices: legitimatus verè, propriè, æquè legitimus vocitatur, ac per consequens inter ipsum, ac ex legitimo gignitum stemate, nullum habetur discordiculum, *l. Imperiales,* §. *his itaque, C. de nuptiis,* §. *& quoniam variè,* §. *si quis igitur, & titulo, quibus modis naturales efficiantur legitimi, l. eam, quam, Cod. de fideicommissis*. Author est Reg. Revert. *decis.* 102. *num.* 1. Vide eundem Gonzalez ibidem; igitur, &c.

45 Distinguendum est antecedens: jura isthæc commentanda sunt, ubi, vel nullus legitimus, & naturalis, vel per subsequens legitimatus Matrimonium extare supponitur; vel si testatoris velle haud secus se habeat, verum du-
46 citur antecedẽs; alio pacto infirmum: propterea quod nostro in casu, & melioris conditionis sunt filii legitimi, & naturales, vel per subsequens legitimati matrimonium, quàm filii, seu per Principis rescriptum, seu per Curiæ oblationem legitimati, ceu ex supra commonstratis, haud obscurè liquet.

47 Hinc

47 Hinc conciliatos habes Authores supralaudatos à Capicio hic: proptereaquod Authorũ placitum unum, de legitimato per subsequens
48 Matrimonium eloquitur, quod per Capicium sectatur. Secundum verò opinamentum, sive de Principis rescripto, sive per Curiæ oblationem legitimato loquitur. inspicito Molfesium *quæst.* 10.

Pro prædefinitionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT I.

Filii per subsequentes legitimati nuptias, in mortis articulo celebratas: numquid substitutum excludant.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad 10. ejusdem Thesis probationes.
A' num. 10. usque ad finem, ejusdem Thesis impugnatio, & solutio.

1 Substitutum excludere haud dubiè reor. est Menochii, Manticæ, apud Fachineum, 4. *controvers. cap.* 55. Reg. de Marinis *in observat. ad decis.* Revert. 223. *num.* 91. *& resol. juris, lib.* 2. *cap.* 138. *num.* 8.
2 Probatur: per subsequens legitimati Matrimonium, ex supra cõmonstratis in prima facti specie, æqua succedunt lance, *cap. tanta, qui filii sint legitimi, l. cum quis, de naturalibus liberis, l. Divi Constantini, l. eum, quis, C. de naturalibus liberis, §. fin.* Inst. *de nuptiis, §. pen. de hæreditat. quæ ab intest.* novella 74. *&* 78. Iustin. Auth. *de Triente, & semisse, collat.* 3. Gonzalez *in lib.* 4. *decretal. tit.* 17. *qui filii sint legitimi, c. cõquestus* 1. *n.* 5. *cõment. pag.* 211. ac filii
3 legitimi, & naturales: verum enimverò legitimi, & naturales substitutum explodunt. argumento textus *in l. quid ergo, ff. de his, qui not. infam. in l. in delictis, §. si extraneus, ff. de noxalibus, & in l. tribunus, ff. de milit. testam.* Inspicito Reg. de Marinis *resol. juris, lib.* 1. *cap.* 226. *num.* 4. *pag.* 417. Antonium Fabrum 6. *Codicis tit.* 27. *ad S.C. Treb. def.* 19. *pag.* 759. igitur etiamnum filii per subsequẽs legitima-
4 ti Matrimoniũ. Neu refragatur, quòd in mortis articulo per subsequentes legitimati fuissent nuptias: nam id merè materialiter se habet, cum id liberè filios legitimasse testator supponatur suos, ac per consequens
5 procul à dolo; qui cum facti sit, probatione indiget, *l. in bello, §. facta, ff. de captivis, & post lim. reversi. l. si emancipati,* 9. *C. de collat. l.* 1. *C. de probationib. l. quæcumque, §. fin. ff. de publican. l. assecuratio, C. de non num. pec. cap. cum Joannes, §. verum, de fidei instrumen. cap. licet,*
6 *de constit. lib.* 6. Neu est præsumendum adus-
7 que probatur, *l. dolum, Cod. de dolo*: quare filii vera in filiationis possessione extare supponuntur.
8 Nec firma ducitur illatio isthæc: in mortis articulo suos legitimat testator
9 filios; igitur dolosè: siquidem, qui suo utitur jure, minùs dolosè agere perhibetur, *l. nullus videtur, de regulis juris.*
10 Dices: nuptiæ in mortis articulo celebratæ, in substituti fraudem stabilitæ præsumuntur; argumento *legis filia mea, ff. soluto matrimonio,* ac per consequens ei nullum inferri debeat præjudicium. argumento textus, *in cap. de his, de sepulturis*; igitur, &c.
11 Irritum ducitur antecedens: proptereaquod id potius portendere foret, quàm comprobare: quandoquidem supralaudatus textus, *in l. filiæ,* nec alio in themate extat, ut liquet ex ejusdem textus verbis; ibi: *vir in hoc repudiũ misit, ut mortua, & dotem potius hæredibus ejus, quàm mihi redderet*; ac per consequens cum de repudio alloquatur: jure meritò, &c. inspicito supralaudatum Fachineum, *littera*
12 *B. col.* 2. idem etiamnum edisserito de textu, *in cap. de his, de sepulturis*, siquidem ibi Canonica debet portio exhiberi.

CAPUT II.

Filii per subsequẽs legitimati matrimonium: numquid substitutum excludant; si conditio isthæc, *si absque liberis, legitimis, & naturalibus decesserit,* adiecta fuerit à testatore.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad 7. ejusdem Thesis probationes.
A' num. 7. usque ad finem, ejusdem Thesis impugnatio, & solutio.

1 Substitutum excludere existimant Parisius, Natta, aliique, quorum, & Author, & sectator est Menochius, *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 81. *num.* 4. adversus Fachineum, 4. *controvers. cap.* 54. Reg. de Marinis, *observat. ad decis.* Reg. Revert. 118. *num.* 6. aliosve.
2 Thesis isthæc iisdem prorsus mediis, quibus prima facti species decisionis Capicianæ comprobata fuit, probatur; igitur, &c.
3 Probatur 2. ex textu, *in cap. cum in cunctis, cap. innotuit, de electione*: siquidem hic per subsequens legitimati Connubium, immediatè ex legitimo suborti stẽmate arguũ-
4 tur: quãdoquidẽ lex ipsa perinde se habet, ac si ab exordio ex legitima fuissent suborti matrimonio, illos expiat, *l. cũ quis, vers. neque enim, Cod. de naturalibus liberis*; ibi: *neque enim verisimile est, eum, qui postea, vel donationem, vel dotem conscripserit, ab initio talem affectionem circa mulierem non habuisse, qui eam dignam esse uxoris nomine faciebat.* Authores sunt supralaudati apud Menochium, *nu.* 5. *&* 8.

5 Pro-

5 Probatur 3. Ideo testator de legitimis subortis natalibus eloquutus fuit, quatenus nulla autumabat celebrare nuptias: quare contra ejus velle fuit excludere filios, per subsequens legitimandos matrimonium; neu ullum
6 profectò extat discrimen inter filios legitimos, & naturales, ac per subsequens legitimatos matrimonium: propterea quod matrimonii Sacramentum illos expiat fermè, ac si à primordio ex legitimis suborti fuissent nuptiis: quandoquidem experientia nos in dies commonstrat, parentes æquabiliter filios legitimos, & naturales, ac per subsequens legitimatos matrimonium amore prosequi; igitur, &c.
7 Ne dicas: de filiis ex legitimo gignitis matrimonio hoc in themate eloquutus fuit testator: ast filii legitimi, & naturales perhibentur: nam tametsi in legis ditione sit, ut qui aliquam ob causam legitimus haud
8 est, pro legitimo habendus sit: verumtamen prædefinire nequit, ut qui ex legitimo subortus non sit matrimonio, pro legitimo habeatur. Author est supralaudatus Fachineus; igitur, &c.
9 Distinguenda est major: eloquutus fuit testator hoc in casu de filiis legitimis, & naturalibus, ubi nullum pensitabat matrimonium contrahendum, vera est major; alio pacto, denegatur, unà cum ejus illatione: distinguenda etiamnum est minor; filii per subsequens legitimati matrimonium, si minùs legitimi ediffe rantur quòad causam, quatenus legitimis ex nuptiis minimè gigniti esse supponuntur, concedenda est minor; quòad effectum verò, est
10 infirma, unà cum ejus illatione: quare testatoris verba in hujuscemodi facti specie, strictè haud commentanda sunt; sed secundum testatoris velle; secus verò sub sensu, quem faceessunt; nec profectò verborum formula hac usus fuisset testator, si nuptias præsensisset contrahendas; quæ cum ita sint, jure meritò in cunctis, utputà seu in feudis, fideicommissis, substitutionibus, idque genus, æqua lance inter se successores fiunt.

DECISIO XXIII.

ADhuc per litteras ejusdem Reverendissimi D. Consultus quid sentirem de legato ad perpetuas Missas facto in Civitate Surrenti per quondam D. Anellum Raparium Doctorem: an posset ipse Reverendissimus Dominus detrahere quartam, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

LEgatum ad perpetua relictum sacra: numquid ex ipso per Episcopum, Archiepiscopum, idque genus quarta detrahenda sit.

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. primæ Thesis partis prædefinitio.
A' num. 3. usque ad 19. ejusdem primæ Thesis partis probationes.
Num. 19. secundæ Thesis partis prædefinitio.
Num. 20. & 21. ejusdem secundæ Thesis probatio.
Num. 22. tertiæ Thesis partis prædefinitio, ejusdemque probatio.
Num. 23. casus, in quibus denegatur Episcopo quarta.
A' num. 24. usque ad 26. cur Canonica portio sit refundenda Episcopo, vel id genus.
Num. 26. & 27. quanta debeat esse quarta.

1 DIstinguas: vel legatum istiusmodi, seu Cathedrali, seu Parochiali Ecclesiæ, seu alteri Pio loco, Episcopo subjecto, ad perpetuum relictum sacrum, pro Missarum celebratione, simpliciter haud insufficiens sit, utputà pro singulo quoque sacro denarius numerus, vel major pecuniæ quãtitas, scilicet binarius, vel plus ero-
2 gatur. Si Cathedrali Ecclesiæ; tunc in Episcopi ditione est, pro candelarũ consumptione, ejusdemque servitio, seu legatum sit merè sufficiens, seu excedens, juxta ejus prudens judiciũ, aliquid detrahere posse opinantur Antonius Capicius hìc, Vivianus, *in cap. de his 20. de testamentis, & ultimis voluntatibus, & in cap. officii 14. eodem titulo.* Augustinus Barbosa *de officio, & potestate Episcopi, parte 3. alleg. 75. num.* 44. D. Antonius Grannanieto, ad textum, *in cap. relatum 2. de sepulturis 28. num. 3. in fine.* inspicitò Thorum, *par. 1. compend. decis. vers. quarta Episcopalis an debeatur Episcopo, de legatis factis.*
3 Probatur 1. *ex cap. officii 14. de testamentis, cap. Ecclesiasticis, cap. charitatem 12. quæst. 2. cap. de lapsis 16. quæst. 6. cap. qui sentit, de regulis iuris, cap. requisisti, de testamentis, cap. conquærente, eodem tit. cap. de his 10. quæst. 1.* in quibus est prædefinitum, ex relictis Ecclesiæ, Episcopo quartam, seu Canonicam deberi portionem. inspicito quæso Cironium, *in Paratitl. in 5. lib. decret. de testam. tit. 26. pag. 227.*
4 Probatur 2. Episcopus namque Diœcesis suæ curam sustentare supponitur, *cap. decretũ 10. quæst.*

10. *quæst.* 1. Cironius, *in Paratitl. in* 5. *lib. decretal. tit.* 8. *de Scismaticis, & ordinatis ab eis*, pag. 387. ac per consequens subditorum excessus corrigit. *cap. qualiter, de accusationibus, cap. permissa* 1. *de offic. Judicis ordinarii, cap. super quibusdam, de verborum significat. cap. quia* 16. *quæst.* 1. D. Antonius Grannanieto, 3. *decret. de test.* ad tex. *in cap. tua nobis* 17. *num.* 20. *pag.* 503. Gonzalez. 1. *decret. tit.* 6. *de election. & electi potest. in cap. cum in cunctis* 7. *in comment. num.* 12. *pag.* 233. Paulus, 1. *ad Corinthios, cap.* 5. ubi Corinthum ob ingestas nuptias cum noverca celebratas damnavit; ibi: *Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, jam judicavi, ut præsens eum, qui sic operatus est.* Quem locum latè expendit Pelagius, *in Epistol.* 11. *ad universos Episcopos Galliæ.* Concilium Suessionēse, *in Carolo Pipino*; ibi: *unusquisque Episcopus in sua Parochia solicitudinem habeat, ut Popu-*
5 *lus Christianus Paganismum non faciat*; alioqui eorum sanguis de ipsorum manibus est reposcendus, *cap. irrefragabili, de officio ordina-*
6 *rii*: quare juremeritò ex relictis Ecclesiæ, Canonica Episcopo debetur portio, *cap. officii, cap. de his* 10. *quæst.* 1. *cap.* 1. *cum sequenti, quæst.* 3. *cap. de his, cap. decernimus* 10. *quæst.* 1. *cap. constitutum* 16. *quæst.* 1. Clement. *dudum, de sepulturis, cap. conquærente, de offic. ordinum, cap. dudum, de decimis, cap. cum olim, de censibus, cap. parte, il* 3. *cap. cum inter, de verbor. signif. l.* 5. *&* 6. *tit.* 13. *p.* 1.
7 *cap. officii, cap. requisisti, de testamentis*: sicut apud Romanos Curiæ ex testamentis Decurionis, quartam vindicabat, *l. sancimus, C. de sacrosanctis Eccl.* Author est Gonzalez, 3. *decret. tit.* 26. *de testam. in cap. de his* 2. *in comment. pag.* 485. juxta illud Divi Gregorii, *in registro, lib.* 2. *epistola* 52. ibi: *qui enim passionum socii nominantur etiamnum consectationum esse debeant*. Author est Vivianus supralaudatus; igitur, &c.

8 Probatur 3. ex *cap. relatum* 2. *cap. de his* 4. *cap. ex parte* 5. *cap. cum liberum* 6. *de sepulturis, cap. ex parte, de verborum significatione, cap. cum quis, de sepulturis, lib.* 6. Clementina *dudum, vers. verum, eodem titulo, extravag.* 2. *de sepulturis.* Trid. *sess.* 25. *de reform. cap.* 1. Author est Grannanieto, loco
9 supralaudato: propterea quod de sepulturis eloquitur: verumtamen ritè ad nostram facti
10 speciem reduci queunt: siquidem utrobique par urget ratio; igitur eadem juris prædefinitio, *l. his solis, vers. satis etiam cautè putamus, C. de revocandis donat. l. illud, C. de sacrosant. Eccles. l. item veniunt, §. ait Senatus, ff. de petitione hæredit.*

11 Probatur 4. Tametsi legatum istiusmodi in Divini cultus augmentū, ac in animarū salutem immediatè tendat, *cap. sicut de consecratione, dist.* 1. *cap. quia* 13. *quæst.* 2. *& seq.* consequenter curandū, ut Divinus per pia opera augeatur cultus. Vide Cironium eruditè, ac graficè eloquentem, *in paratitl.* 5. *libri decretal. in tit. de reliquiis, & venerat. Sanctor. tit.* 40. *pag.* 288. *&* 289. & Petrum Fabrum, 3. *semestrium, cap.* 18. *in princ. pag.*
12 272. secus verò per elemosinarum subractionem, ac per Ministrorum diminutionem diminuatur, *cap. penultimo, de constit. l. finali,*
13 *Cod. de sacrosanctis Ecclesiis*: siquidem animarum salus est quammaximè exoptanda,
14 *cap. cum sit. de ætate, & qualit. ord.* cum anima cunctis prætiosior sit rebus, *cap. visum de consecr. dist.* 1. Vide Cironium, *in paratitl.* 5. *lib. decretal. de homicidio voluntario, vel*
15 *casuali, tit.* 12. *pag.* 395. atqueadeò summa est ratio, quæ pro Religione facessit, *l. sunt, ff.*
16 *de Religiosis, & sumptibus funerum*: verumtamen Episcopus hoc in casu aliquid, & pro Ecclesiæ servitio, & pro candelarum impensis, idque genus, reciperare queat; alioqui Chathedralis Ecclesia aliquod pateretur detrimētum, ad quod Episcopus haud adstringendus
17 sit, cum Ecclesiæ, & administrator, & moderator legitimus sit, *cap. cum in cunctis* 7. §. 1. *de election. & elect. potest.* ubi Gonzalez, idque
18 genus, *pag.* 234. neu in testatoris ditione est, Ecclesiæ cōditionem deteriorem efficere posse; igitur, &c. alioquin suo deficeret in munere, ac per consequens pœnam condignam luere deberet, cum foret contra & Conciliorum, & Sacror. Canonum mentem.

19 Si Parochiali relictum differatur Ecclesiæ, tunc Parocho loci aliquid, & pro candelarum consumptione, & pro Ecclesiæ servitio, accipere licere fas est: etsi pro benedictionibus nubentium, seu exequiis mortuorum, nil exigere debeat, *cap. non satis, cap. audivimus, cap. ad Apostolicam, de simonia, cap.* 2. 23. *quæst.* 8. Divus Gregorius, *lib.* 7. *epist.* 55. *ad Januarium.* Auctor est Gonzalez, 5. *decretal. de simonia, in cap. suam nobis dilecti, de simonia, num.* 3. *in comment. pag.* 68. quod germano sub intellectu commentandum erit, dummodò Parochus habeat unde possit suam sustentare vitam; ac per consequens eodem prorsus pacto, ac de Episcopo dissertatum fuit. est eorumdem Authorum thesis primæ.

20 Iisdem prorsus juribus, rationibusque, quibus prima cōmonstrata fuit thesis, probatur:
21 siquidem utrobique par urget ratio: propterea quod sicuti se habet Episcopus sua in Diœcesi, sic Parochus sua in Pareciali Ecclesia. Vide Barbosam, *de offic. & potestat. Paroci, part.* 1. *cap.* 1. *num.* 1. *pag.* 3.

22 Si demum de aliis sermo habeatur Ecclesiis, tunc ad ipsorum Rectores pertinere plusquàm manifestum est: nam utrobique par militat ratio, ac per consequens eadem legis dispositio, *l. his solis, vers. satis etiam cautè putamus, C. de revocandis donat. l. illud, C. de sacrosant. Eccles.*

23 Haud est denegandum tamen, quòd in pluribus facti speciebus Episcopo quarta minùs sit refundenda, scilicet si linquatur legatum, seu pro pauperibus alendis, seu pro puel-

puellis nubendis, seu pro restauranda Ecclesia, *cap. 2. de sepulturis.* Paulus Piasecius, *in praxi Episcopali, de bonis mensæ Episcopi.*

24 Cur autem quarta, seu Canonica isthæc portio Episcopo, vel Parocho sit refundenda, esse potest ratio: siquidem dignus est operarius mercede sua, *cap. cum secundum epistolam, de præbendis, & dignit.* ac per consequens cum sive parochialis Ecclesia suum sustineat onus, scilicet in Divinis exercēdis muneribus, *cap. quem pænitet, de pænitentia, dist.*
25 *1. cap. dicti Sacerdotes, quæst. 1.* jure meritò etiamnum æquum est, ut in ipsorum consumptione in relictis Ecclesiasticæ sepulturæ debeatur Episcopo, vel Parocho quarta, juxta
26 dicterium illud; *ad quem pertinet onus, ad illud lucrum spectare debere par est, cap. Ecclesiasticis, cap. charitatem 12. quæst. 2. cap. de lapsis 17. quæst. 6. cap. qui sentit de regulis Juris in 6. l. nil tam naturale, ff. de reg. juris.*
27 Quanta autem debeat esse istiusmodi quarta nulla prædefiniri potest regula, ac per consequens locorum consuetudo est servanda, idque non nisi, diversas ob locorum consuetudines.
28 supralaudata hodie isthæc Capiciana prædefinitio loco caret suo, ex decreto Sacr. Congregat. *Concil. Urbani VIII. sub die 21. Junii* 1625. ubi sanxit Romanus Pontifex, supra commonstrata firma fore, si Ecclesia egena sit; ac Ecclesiasticis careat proventibus: ibi: *Ad septimum respondit, permittendum non esse, ut Ecclesiæ, vel loca pia, aut illorum administratores, ex eleemosynis Missarum, celebrandarum, ullam, utcumque minimam portionem retineant, ratione expensarum, quas habent in Missarum celebratione, nisi cum Ecclesiæ, & loca Pia alios non habeant redditus, quos in usū earumdem expensarum erogare licitè possint,*
29 *&c.* secus verò si dives foret.

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT I.

Quarta: numquid ex legato vitæ, & militiæ detrahenda sit.

SUMMÆ.

Num. 1. primæ Thesis partis decisio.
Num. 2. secundæ thesis partis prædefinitio.
A num. 3. usq; ad finem ejusdem probatio.

1 Tametsi haud fore detrahendam fuisse prædefinitum literis prodit Franciscus de Amicis. Author est Thorus *compend. decis. tom. 1. §. 4. an debeat*
2 *detrahi de legato vitæ*: verumtamen si hæreditas foret admodum ære onusta alieno; quippe aliquid ex istiusmodi legato vitæ, & militiæ detrahi posse, haud dubiæ reor.
3 Probatur legatum vitæ, & militiæ haud est persolvendum, nisi prius ære persoluto alieno, inspicito Cujacium *comm. lib. 33. ff. Salvii Julian. ad leg. 82. §. fundus, de legatis, & fideicommissis, colum. 1. lit. C, D, E, pag. 2089.* quicquid enim alienum est, restituendum est; cum civiliter possideri nequeat, *cap. ultimo de præscription. cap. si virgo, 34. quæst. 2. l. id quod nostrum*
4 *11. ff. de regulis juris.* Obversaretur quippe justitiæ, quæ est refundere unicuique quod suum est. *§. juris præcepta,* ubi Balduinus, Franciscus Hothomanus, Cujacius, Vulteus, idque genus,
5 instit. *de justitia, & jure.* hinc Cicero 1. *offic. justitiæ inest splendor virtutis maximus, ex qua boni viri nominantur: cujus primum munus est, ut ne cuivis noceat, nisi lacessitus injuria: deinde, ut communibus pro communibus utatur; privatis autem, ut suis. &* 2. *officior.* ibi: *justitia, ex qua virtute viri boni appellātur, mirifica quadam res multitudini videtur, nec injuria. quis est enim, qui non admiretur splen-*
6 *dorem, pulchritudinemque virtutis*; ac per cōsequens si hæreditas minùs lucrosa sit, quippe ex hoc legato vitæ, & militiæ aliquid sit detrahendum; alioqui nullus foret, qui hæreditatem hanc adire vellet, quod communi oppugnaret bono: siquidem testator suo privaretur hæredi.

CAPUT II.

Quarta per filium familias, etiamnum de patris assensu stabilita; quænam extinctio expectancta erit, ut illa præstetur, patris, ne? an vero filii?

SUMMÆ.

Num. 1. thesis prædefinitio.
Num. 2. ejusdem thesis probatio.

1 Patris extinctionem (de illa eloquendo quantitate, quam filius habiturus foret ab intestato) expectandam esse, haud dubiè reor. inspicito Thorum *compend. decis. vers. quarta constituta per filium familias, etiam de consensu patris.*
2 Probatur: quarta namque isthæc non nisi paternis ex bonis detrahenda est, quæ quippe non nisi post patris extinctionem adipiscitur, *l. 2. Cod. de inofficiosis donat. l. 2. §. 1. ff. familiæ erciscūdæ.* Hothomanus *tom. 1. epitom. in pand. lib. 10. tit. fam. erciscundæ, tit. 2. num. 14. pag.* 159. *l. 1. §. impuberi, ff. de collat. bonor. l. quoties, ff. soluto matrimonio, l. 2. Cod. si à parente quis fuerit, l. sed etsi 25. §. consuluit, ff. de petitione hæredit.* Mancinus *de legitima, part. 1. quæst. 5.* argum. textus *in l. sed etsi mos 13. l. res uxoris, ff. de donat. inter, l. cum hic status 32. ff. eodem, l. non vix, ff. de donat. causa mort. l. fideicommissū 11. §. si cui, ff. de legatis 2.* Gonzalez 3. *decretal. in cap. cum simus 14. num. 4. de regularibus, pag. 604.* igitur, &c.

CAPUT III.

ELigens quis sepulturam ubi voluerit: numquid tertiam illorum, quę reliquit Ecclesiæ, ubi sepellitur, Pareciali Ecclesiæ partem refūdere debet. ad commentationem textus *in cap. nos instituta* 1. *cap. fraternitatem* 3. *cap. de uxore* 7. *cap. cum super* 8. *cap. certificari* 9. *cap. in nostra* 10. *de sepulturis*.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A'num. 2. usq; ad 12. ejusdem thesis probatio.
Num. 12. ejusdem oppugnatio.
Num. 13. ejusdem solutio.

1 Tsi Ecclesię Pareciali fore dandam tertiam sanciunt supralaudati textus: verumtamen meliùs opinor, istandum esse consuetudini locorum. est & priscorum, & modernorum Canonistarum, scilicet Petri Gregorii *lib. 2. syntag. cap. 13. nu. 6. & 7. & lib. 33. cap. 23. num. 10. & lib. 1. partit. tit. 15. cap. 4. num. 2.* Alteserræ *lib. 1. dissertat. cap.* 12. idque genus.

2 Probatur 1. *ex cap. fraternitatem 3. de sepulturis*; ubi per Innocentium III. est prædefinitū, quòd habens sepulcrum majorum, eligitque sepulturam in loco minùs Religioso, seu id agens dolo sit inductus, seu ex contemptu, seu non dimissa Ecclesiæ suæ Canonica portione, seu expresè, seu tacitè, tunc electio infirma est, si consuetudo ibi sepelliendi vigeat, secus verò, si isthæc deficiant; ibi: *Unde ipsorum devotioni, & externæ voluntati, qui apud hujusmodi Ecclesias sepelliri desiderant, minimè contradicendum est*; igitur, &c.

3 Probatur 2. ex textu *in cap. cum super 8. de sepulturis*, ubi est prædefinitum per Lucium III. quòd si Parochianus Ecclesiæ Cathedralis alibi sepellitur, de ipsius funeralibus, seu relictis Ecclesiæ sepulturæ, debetur quarta capitulo Cathedralis Ecclesiæ; igitur, &c.

4 Probatur 3. *ex cap. certificari 9. de sepulturis*, ubi cautum est per Clementē III. quòd in quātitate Canonicæ portionis, quæ Parochiali debetur Ecclesiæ, consuetudini locorum standum est; igitur, &c.

5 Probatur 4. *ex cap. in nostra 10. de sepulturis*, ubi est sancitum per Innocentiū III. quòd privilegiati super funerandi jure, sepellire queunt illos, qui apud eos sepulturam eligunt, persolvendo tamen de relictis à defuncto pro anima sua in novissima dispositione quartam Parochiæ, nisi dolo, & fraude fuerit inductus ad sepulturam hujuscemodi deligendam: siquidem tunc quicquid Ecclesiæ illi relictum fuit, restituere debet Pareciali Ecclesię, cui quarta de-
6 betur. quod idem patet *ex cap. relatum 2. de sepulturis*, ubi cautum est, quòd si quis bona sua, seu in vita, seu in obitu Monasterio linquere velit, tunc Pareciali Ecclesię medietatem refundere debet.

7 Probatur 5. *ex cap. de his, de sepulturis, cap. ex parte 5. eodem tit. cap. plerique, de pactis, cap. ut privilegia, de privilegiis, cap. nimis, de excessibus Prælatorum, cap. 1. de pactis in 6. cap. 1. cap. cum quis, cap. is, qui 3. cap. licet, cap. finali, de sepulturis in 6. cap. ebron*, idque genus. Author est supralaudatus D. Antonius Grannanieto.

8 Probatur 6. ratione: operarius mercede dignus ducitur sua, *epistola 1. ad thessalonicenses, c. 5.* juxta dicterium illud (qui passionum socii fuere, etiamnum consolationum esse debent) 2.
9 *ad chorinth. cap. 1.* verum enimverò Parecialis Ecclesia, & celebrandi, & administrandi divina Parochianis suis onus sustinet, *cap. 2. de Parochiis*; igitur æquum est, ut Pareciali Ecclesię Canonica refūdatur à Parochianis portio, *cap. 2. de sepulturis in 6.* Trid. *sess. 25. de re-*
10 *form. cap.* 13. igitur, &c. quare juxta textum *in cap. relatum, vers. medietatem Ecclesiæ*, ad quam dignoscitur pertinere, relinquat de sepulturis canonicā portionē, Ecclesię pareciali debitā: in jure etenim est media omniū bonorū pars, quę pro salute animę suę defunctus reliquit Ecclesię, apud quā elegit sepulturā; tametsi regula isthæc haud semper servatur, cū aliquādo sit quarta *cap. cum super, de sepulturis*: interdum tertia pars, *cap. in nostra 10. eodem tit.* etsi hodie locorum consuetudo servanda est.

11 Re vera quarta vel tertia isthęc, idque genus haud deducēda erit ex iis, quę seu pro ornamētis, seu pro fabrica Ecclesię; vel pro anniversario, seu relictis ad perpetuū cultū divinū, *c. finali, de testam.* sic neu pro relictis pauperibus, aut consanguineis, piis causis, *cap. ex parte vestra, cap. in nostra, de sepulturis*.

12 Nec obstat textus *in cap. conquærente, de officio ordin. cap. de quarta, de præscript. cap. officii 14. cap. requisisti 15. de præscript. cap. officii 14. cap. requisisti 15. & finali, de testam.* idque genus, in quibus est prædefinitum, quòd quarta mortuorum pars Episcopo præstanda sit; igitur haud ritè dictum fuit, quòd isthæc quarta Pareciali refundenda sit.

13 Varia extant Authorum placita, pro horum solutione textuum, siquidem nonnulli autumant, quartam Episcopo competere, non nisi
14 ratione præscriptionis. D. Antonius Grannanieto, loco supra laudato, binas dari quartas, edocet, unam Episcopo, alteram verò Parocho: meliùs verò opinor, hoc in casu, locorum consuetudinem servandam fore, ut hodie est in praxi: quare supralaudati textus in desuetudinem abiere, si quæ alia sint, quæ huc adduci queunt, potius prisco jure commentanda sunt, quàm hodie in praxi, cum secus servetur.

DE-

DECISIO XXIV.

IN Causa Lucentis Pappalardæ Viduæ relictæ quondam Jac. Antonii Nicolai, petentis ab hæredibus dicti ejus viri, alimenta sibi præstari, durante primo anno soluto matrimonio, infra quem dotem exigere non potest, cum hic simus in hæredibus extraneis non filiis ipsius mulieris: quoniam de filiis est cautum, per consuetudinem Neapolitanam, quæ incipit *viro mortuo*, qui incontinenti ad alimenta teneantur, quæ se conformat cum jure communi, quia filii debent alere matrem, *l. fi. §. ipsi autem, Cod. de bonis, quæ liberis, &c. Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti Species.

EXtincto viro, primo durante anno, in quo mulier propriis ex filiis dotem exigere nequit (ex suppositione, quod dos in pecunia consistit) numquid istiusmodi filii, & communi jure, & consuetudine neapolitana, quæ incipit *viro mortuo* inspectis, matrem alere interea adstringendi sunt, si mater egena sit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.
A'num. 2. usq; ad 9. ejusdem Thesis probationes.
Num. 9. & 10. Thesis secundæ prædefinitio.
A'num. 11. usq; ad 26. ejusdem Thesis secundæ, probationes.
A'uum. 26. usq; ad 31. Thesis secundæ oppugnatio, ejusdemq; solutio.
Num. 32. & 33. primæ Thesis tertiæ partis decisio.
A'num. 34. usq; ad 40. ejusdem Thesis tertiæ, probationes.
Num. 40. secundæ Thesis partis prædefinitio.
Num. 41. ejusdem secundæ Thesis tertiæ partis, probatio.
Num. 42. & 43. & 44. primæ Thesis quartæ partis decisio.
A'num. 45. usq; ad 50. ejusdem Thesis quartæ, probationes.
Num. 50. secundę Thesis quartę partis decisio.
Num. 51. & 52. ejusdem partis probatio.
Num. 53. Neapolitana consuetudo non est servanda.
A'num. 54. usq; ad 60. ejusdem probationes.
Num. 60. Thesis quintę decisio.
Num. 61. & 62. ejusdem probatio.
Num. 63. altera Thesis pars.
Num. 64. ejusdem probatio.
Num. 65. alterius Thesis decisio.
Num. 66. ejusdem probatio.
Num. 67. Thesis sextę prędefinitio.
A' Num. 68. usque ad 72. ejusdem probatio.
Num. 72. 73. & 74. ejusdem impugnatio, & solutio.
Num. 75. & 76. & 77. Thesis septimę prędefinitio, ejusdemq; probatio.
Num. 78. Thesis octavę prędefinitio.
A'num. 79. usq; ad 86. ejusdem probationes.
A'num. 86. usq; ad 98. oppugnationes, earumdemq; solutiones.
A' Num. 98. usque ad finem, nonę Thesis prędefinitio, ejusdemque probatio.

1 ESse adstringendos existimant Antonius Capicius *hìc nu. 1. & decis. 44. num. 1.* Reg. Revert. *decis. 30.* Peregrin. *dec. 83.* Fontanella *de pactis nuptialibus, tomo 2. clausula 7.* glosa 3. *parte 5. num. 6.* Reg. de Franchis *dec. 489. num. 1.* Reg. de Marinis *in observat.* ad supralaudatum Reg. Revert. aliiq;
2 Probatur 1. ex textu *in l. finali, §. ipsi autem, Cod. de bonis, quæ liberis*, siquidem duo in ma-
3 tre inspicienda sunt prædicata; unum, quà mater, alterum verò, quatenus in viri bonis,
4 creditrix est: nam quà mater, ceu egena à filiis alenda est. Cicero *de respons. aruspic. parentibus nos primum natura conciliat: quos non alere nefariũ est*, & pro Roscio Amerino; ibi: *Magnam vim, magnam necessitatem, magnamque possidet religionem paternus, maternusque sanguis: ex quo si quà macula concepta est, non modo elui non potest, verum usque eo permanat ad animum, ut summus furor, atque amentia consequatur*. & 4. Tuscul. ibi: *Nemo parricidæ supplicio, misericordia commovetur*. & pro Cluento; ibi: *Cujusmodicumque mater sit, tamen in judicio filii de turpitudine parentis dici vix oportet*; alioqui filii,
5 & charitatis, & justitię labe fędati forent: quãdoquidem id charitas reposcit, & justitia jubet, idque non nisi ob beneficia à matre suscepta:
6 etenim ante partum est onerosa, in partu do-
7 lorosa, post partum laboriosa; quà verò creditrix hęsitandũ haud est: siquidẽ suum quiritat, ac per consequens de suo; secus verò de alieno ali par est, *l. non usque 2. ff. si à parent. quis manum. l. in re mandata 21. Cod. mandati.* Faber *decis.*

decis.87. error.2. & in juris prudentia. Papin. *tit.3.princip.2.in princip.& illat.1.tit.5.princip.1.illat.7.tit.12.principio 3.illat.8.* Oroz *de apicib.jur.civil.lib.2.cap.5.pag.108.*

8 Probatur 2.ex iisdem consuetudinis verbis; ibi: *Hæredes, qui mariti mortui primis sex mensibus à morte ipsius mariti computandis, si fuerint liberi communes teneantur ipsam alere*; igitur, &c.

Secunda facti species.

Quid prędefiniendum, si uxor unde vivere queat, utputà parafernalia bona, idque genus, habere edisseratur: numquid etiamnum à filiis primo anno illo alenda sit, si ejus dos in pecunia consistat, atque adeo ab ipsa exigi nequeat.

9 Esse alendam etiamnum à filiis matrem, ac per consequens agere, ceu creditricem, secus verò ut matrem, edocent Thesaurus *decis.43. num.3.*Reg.de Franchis loco supralaudato,*nu.1.*adversus Bartolum, Alexandrum, aliosque quorum & author,& sectator est Reg. Revert.
10 *decis.30.* quare omne interesse passum ratione minùs solutæ dotis pro tali tempestate ipsi persolvendum erit mulieri.Grammaticus, *decis.103.num.92.*Author est.

11 Probatur 1.ex textu *in l. 1.§. exactio, vers. sin autem*; ibi: *Etiam usuras æstimationis omnium rerum, l.finali, §.præterea, Cod.de jure dotium*; igitur, &c.

12 Probatur 2. vetitum jam in jure extat, neminem cum aliena locupletari debere jactura, *l.nam hoc natura, Cod.de condict.indebiti,l.naturaliter, §.finali, l.hæc condictio 66.ff.eodem tit.l.bona fides 50.ff.de action.empti, l.jure naturæ 206.ff.de regulis juris, l.ult.C. de usucap. pro emptore, cap.suam de pœnis, cap.locupletari 47.de regulis juris in 6.l.18.ff. quod metus causa, l.46.ff.de sol.*vide Donellum *comm.de jure civili, lib.4.de rebus privatis, cap.5.sub nu.20.& 30.pag.240.*cum id dolosum sit,*l.1.§. an in pupillum, ff. depositi, l. si quis mancipiis*
13 *17. §.proculus ait, ff. de instit. act.* nam justitiæ præceptis oppugnaretur, sine queis nil potest esse laudabile. *Cicero 1. de*
14 *Officiis*; verum enimverò, si adversariorum placitum verum foret,quippè dicterium veri-
15 ficaretur hujuscemodi:propterea quod tempestate moræ restitutionis dotis; non ne uxor indebitè damnum pateretur? siquidem detineret injustè hæres quicquid alienum esset, quod est vetitum, cum res semper ad suum spectet dominum, apud quem servanda est. Oroz. *de apicib.juris civil.lib.1.cap.5.num.2.*eidemque fructificat; igitur aliena cum jactura lucrari
16 edissereretur, quod per absurdum foret:quandoquidem tempore moræ restitutionis dotis hæredi potius,quàm viduæ juxta adversariorũ placitum,adipisceretur,quod perabsurdum fo-
17 ret: quiritandum profectò est ab adversariis, quo titulo lucrum hoc reportaret hæres? profectò nullo.

18 Probatur 3. Mulierem ex dote fore alendam pro comperto habetur. Antonius Faber, *4. Codicis, tit.9. ne filii pro patre, aut pater pro filio, def.3. in allegat. num. 8. pag. 294.* Cujacius, *tom. 2. in ff. de dot. præleg. ad l. 1. §. 9. lit. D. pag. 1006.* pro qua recuperanda tacitam habet hypothecam, *cap. ex literis 5. de pignoribus, l. unica, §. & ut plenius, Cod. de rei uxor. action.l.assiduis 12. vers. ad hæc, Cod. qui potiores, §. fuerat.* instit. *de action. l. ubi 29. Cod. de jure dotium.* Faber, *lib.8.conjectur. cap. 11. 12. & 13.* Cujacius, *in novella 91. & in l. unica, §. sed ut plenius, Cod. de rei uxor.* Donellus, *de pignor. cap. 12.* Petrus Gregorius, *lib. 9. Syntagmatum, cap. 24.*Balduinus, *in instit. pagina 120.* Bachovius, *lib.6. declarat. cap. 92.* Fachineus, *lib. 3. controver.cap.99.& 100. & lib. 10. cap. 33. 34. & 35.* Bachovius, *lib. 1. de pignor. cap. 10.* Merlinus, *de pignor. lib. 3. tit.2. per totum.*Gaito, *de credito, cap. 4. quæst.1.numero 1628.* Fontanella, *de pactis nuptial. tomo 2. clausul. 7. Glos. 2. par. 1. ex num. 28.* ac actionem rei vindicationis, *l. in rebus 30. Cod. de ju-*
19 *re dotium.*cum Reipublicæ expediat, mulieres suas detinere dotes, ut sic nuptiis contractis, liberis Civitas repleatur, *l. 1. ff. soluto matrimonio, l. 2. ff. de jure dotium, l. pater 71. ff. de evictio. cap. in literis, de pignor. cap. per vestras, de donat.inter.* igitur ejus detinens
20 dotem, illam alere necessum est: petendum ab adversariis, quare vir ex dote parafernalia possidens bona, uxorem alere adstringendus
21 est: cedo;nonnè eadem obligatio in filios hæ-
22 redes transit? nonnè eadem dos penes eosdem detinetur? fortassis haud est obligatio? igitur filii hæredes alimenta matri præstantes, ipsi
23 refunderent, quod sibi debetur: quare jure meritò pro alimentis; atque adeò pro usuris decursis (ritè ut infrà liquebit) adversus ipsos agere quiret mater.

24 Probatur 4. Tò *habere aliunde, ut possit vivere*, hoc in casu merè materialiter se ha-
25 bet: nam reposcit mulier, quod sibi debetur; scilicet alimenta ex dote sibi præstanda, vel usuras juxta illud justitiæ præceptum, reddere cuilibet quod suum est. *§. juris præcepta,* instit. *de justitia, & jure.* hinc Cicero, *2. offic.* ibi: *atque iis etiam, qui vendunt, emunt, conducunt, locant, contrahendisque negociis implicantur;justitia ad rem petendam necessaria est,cujus tanta vis est,ut nec illi quidem, qui maleficio, & scelere pascuntur, possint sine ulla particula justitiæ vivere*; igitur, &c.

26 Ne differas: Alimẽta nõ nisi ægeno præstãda
27 sunt:præsertim, si sint liberi, qui naturali inspecto jure, à parentibus alendi sunt, *l. si quis à liberis, §. parens, ff. de liberis agnoscendis, l. si competenti 3. l. penult. & finali, Cod. de alendis liberis, l. unica, §. taceat, Cod. de rei uxor. cap. si quis dereliquerit 14. 30. dist.* hinc Cicero 4. ad Heren. *egens est, qui non satis ha-*
28 *bet;& is, cui, nihil satis potest esse,* alioqui ceu im-

improbus, avarusque habendus est.idem Tullius *paradoxo ultimo*; ibi : *improbi, & avari quoniam incertas, & in casu positas possessiones habent, & plus semper appetunt : nec eorum quisquam adhuc inventus est, cui quod haberet, esset satis; non modo non copiosi, ac divites, sed etiam inopes, ac pauperes existimandi sunt.* Hothomanus, *consilio* 50. *nu.* 8. *lit.S*,
29 *pag.*247.verũ enimverò aliunde vivere potẽs mulier, ægena haud esse prædicatur; igitur ipsi per filios haud præstanda sunt alimenta;
30 Distinguenda est major : alimenta ægeno tantummodo refundenda sunt, irrita est major, & illi etiamnum, cui à jure dantur, conceditur major; data minori, infirma est ejus
31 illatio : propterea quod nostro in casu uxori alimenta debentur, non quà ægena foret (quãdoquidem tunc à filiis alio ex capite debentur) ast quatenus sunt sibi à jure debita, ceu supponitur.

Tertio an debeat ista recipere in domo hæredis, si non vult ibi stare, &c.

Hæc Antonius Capicius.

Tertia facti species.

SI dos per filium matri restituenda, in stabilibus bonis, vel in præciosis gemmis, idque genus consistat, numquid à filiis, tempestate primi anni luctus, alenda sit, si morosi ipsius dotem restituere sint.
32 Distinguas: vel de stabilibus sermo erit bo-
33 nis, vel de preciosis : si de stabilibus, tunc seu pro alimentis matri præstandis, seu pro usuris sequestro esse subdenda bona, ac per consequens fructus ex ipsis damnatos creditrici fore persolvendos; tametsi aliunde habeat unde vivere queat, plusquàm esse exploratum.
34 Probatur 1. Dos stabilibus consistens in bonis, post viri extinctionem, extemplò, & quòad causam, & quòad effectum uxori acquiri pro comperto habetur. Antonius Faber, 5. *Cod. tit.* 8. *de rei uxoriæ actione, defin.* 5. *pag.* 551. *l. pater* 71. *ff. de evict. l. si cum dotem* 22. §. *eo autem, l. in Insulam* 42. *l. Titio* 44. *ff. soluto matrim. l. in eum* 16. *ff. de relig.* Argum. legis, *si socer, Cod. soluto matrim. l. unica, Cod. de rei uxor. l. ultima, Cod. de collat. dotis, cap. mulieres.* 1. *de donat. inter, cap.* 2. *eodem tit. in* 6. *in* 1. *collet. cap.* 2. *cap. etsi necesse* 5. *cap. nuper* 6. *cap. final. in fine, de donat. inter, cap.* 2. *de conjug. servor. cap. proposuit* 32. *quæst.* 3. *cap. ex publico*; ibi : *restituat, de convers. conjugum, cap.* 1. *ut lite non contestata, l.* 2. *ff. soluto matrim. l. quoties* 16. *l. non solum* 52. *ff. de jure dotium, l. ultima, Cod. soluto matrim. l. unica, §. illo, Cod. de rei uxor. actione.* Ulpianus, *in frag. tit.* 6. §. *divortio.* Corasius, *in l.* 2. *ff. solut. matrim.*
35 Cujacius, *in cap. mulieres* 1. propterea quod superstite viro, eorumdem administratio ad virum pertinere supponitur *l. dote, l. si constante* 25. §. *si maritus, ff. soluto matrimonio.* Antonius Faber, 4. *Codicis, de probat. & præsumptionibus, def.*22. *in illat. nu.* 4. *pag.*315. *l. unica, Cod. si dos constante matrim. l. pro oneribus, Cod. de jure dotium, l. si constante, ff. soluto matrim. l. mutus, §. monente, l. ultima, ff. de jure dotium, l.* 2. *ff. de dote prælegata.* Donellus, *lib.* 4. *commentar. cap.* 5. Castill. *tomo* 4. *controvers. cap.* 26 *num.* 2. Petrus Barbosa, *in l.* 1. 2. *part. ff. soluto matrim. l.* 2. *ff. de jure dotiũ.* Scipio Gentilis, *lib.* 4. *de donat. inter, cap.* 20. dum dotis Dominus quòad effectum vir sit. Antonius Faber, 4. *Codicis, tit.* 14. *de probat. & præsumpt. definit.* 22. *pag.* 313. idque non nisi ad matrimonii onera sustinenda, *l. do-*
36 *ce ancillam* 9. *C. de rei vindicatione* : inde est, quòd si vir inops sit, idoneam pro dote asservanda, restituenda, cautionem refundere debet. Argum. textus, *in cap. per vestras* 7. *de donat. inter, l. si cum dotem, §. sin autem, ff. solut. matrim. l. ubi adhuc, Cod. de jure dotium.* Cujacius, *in dicto cap. per vestras.* D. Josephus de Retes, *in l. hæc actio, ff. soluto matrim.* Cujacius, *ad tit. Cod. ne fidejussores dotium.* Corasius, *in l.* 2. *ff. soluto matrim.* Gentilis, *de donat. inter, lib.* 4. *cap.* 22. Olea, *de cess. jur. tit.* 3. *quæst.* 7. Valascus, *consult.* 8. Castill. *lib.* 4. *controvers. cap.* 27. *& de alimentis, cap.* 26.
37 §. 3. quare si ipsi sit data dos, & ad inopiam vergere incæperit, tunc per mulierem de dote rogitatio fieri debet, *l. si constante* 25. *ff. soluto matrim.* Argum. legis 3. §. 1. *ff. ubi pupillus.* inspicito Balduinum, *ad jus Justin. pag.*
38 602. igitur juremerito adusque uxori restituatur dos, ejusdem fructus sequestro subiiciẽdi sunt. Cujacius, *tom.* 2. *in ff. de dot. præleg. ad l.* 1. §. 9. *lit. D, pag.* 1006. ac per consequens uxori liberandi, tametsi habeat unde vivere valeat. Hothomanus, *cons.* 50. *num.* 12. *pag.* 248.
39 Iisdem profectò modis, quibus secunda facti species probata fuit, commonstratur 2.
40 Sin autem de preciosis, & tunc adusque preciosarum restitutio gemmarum, fieri edifferatur per filios, ipsi esse præstanda alimenta; etiam si aliunde habeat unde vivere queat, existimo.
41 Iisdem profecto modis, quibus secunda cõprobata fuit facti species, probatur : siquidem utrobique par urget ratio, adeoque eadem legis prædefinitio, ut perpendenti liquidò liquet, *l. his solis, vers. satis etiam cautè putamus, C. de revocandis donat. l. illud, C. de sacrosanctis Ecclesiis, l. item veniunt, §. ait Senatus, ff. de petitione hæreditatis. l. illud, ff. ad leg. Aquil. l. si postulaverit, §.* 2. *ff. ad leg. Juliam, de adulter. l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. nauta, §. finali, ff. nautæ caup. l. à Titio, ff. de furtis, §. si igitur. instit. quod cum eo.*

Quarta facti species.

DOs in pecunia consistens, ab extraneo hærede uxori restituenda, si hæres, prima anni luctus

luctus tempestate, in mora esset, dotem restituendi; an (inquam) interea ipsi fructus, vel usuræ, vel interesse persolvendum sit; vel alimenta præstanda, si uxor egena sit, ac per consequens habeat ex quo vitam sustentare possit. quid prædefiniendum, si dos in stabilibus cōsistere edisseratur bonis. quidve inspecta cōsuetudine Civitatis Neapolitanç, extincto marito.

42 Pro quibus prædefiniendis: si mulier egena sit, extemplò dotem, in pecunia consistentem, communi inspecto jure, ipsi esse restituendam, alioqui usuras, vel fructus ex dote dimanantes, vel alimenta ipsi fore præstanda, atqueadeo à fortiori si stabilibus in bonis consistat,
43 reor primo; ut per S. R. C. fuisse sancitum memoriæ tradit Afflictus, *decis.* 284. *num.* 2. est Antonii Capicii, *hìc num.* 2. Thesauri, *decis.* 43. *num.* 1. de Franchis, *decis.* 489. *num.* 28. ubi Amendola, *usque ad num.* 6. nonnul-
44 los laudans Authores, referens, sic per S. C. fuisse sancitum. inspicito Reg. de Marinis, *observat. ad decis.* Reg.Revert. 30. *num.* 4.

45 Probatur 1. ex textu *in l. unica*, §. *exactio autem, Cod. de rei uxoriæ actione*; ibi: *cæteris videlicet rebus, quæ solo continentur, illicò restituendis*; ibi: *vel cæteras res statim post dissolutum matrimonium etiam usuras æstimationis omnium rerum, quæ extra immobiles sunt usque ad tertiam partem centesimæ, ex bona fide introducendas maritus præstet, &c. l. unica*, §. *exactio, C. de rei uxoriæ actione, l. patroni* 17. *l. non tantum* 20. *ff. de re judicata, l. maritum* 11. *cum sequentibus, ff. solut. matrim.*

46 Probatur 2. ex *l. lege divortio, ff. soluto matrimonio.* Hothomanus, *consilio* 50. *num.* 7.
47 *pag.* 247. propterea quod iisdem prorsus modis, quibus secunda, & tertia commonstrata fuit facti species probatur: nam utrobique idem prorsus thema extare ducitur; igitur, &c.

48 Probatur 3. Egena mulier quibusnam alēda sit bonis, ab adversariis petendum? haud (inquam) ex alienis, alioqui cum dedecore vitæ, famæque suæ, atqueadeò in extincti viri affinium, consanguineorumque detrimentum, dehonestatemque, eleemosynas reposcere de-
49 beret, quod juribus dissonū est: siquidē rebus uti posse suis, cuilibet par est, *l. in traditionibus, ff. de pactis, l. in re mandata, Cod. mandati*; idque non nisi, ut suam decenter sustentare queat vitam. Cicero 5. *de finibus.* non ex suis, siquidem penes perfuncti viri hæredem extare supponuntur; igitur, &c.

50 Dotem, in stabilibus consistentem bonis, si illam in restituendo in mora sit extraneus hæres, profectò, vel interea uxorem esse alendā, vel usuras, vel interesse passum esse persolvendum, seu egena sit, seu non, reor 2. Author est cum nonnullis Afflictus supralaudatus, *n.* 4.

51 Probatur: ex *dicta l. unica*, §. *exactio*, ubi prædefinitum, quòd dos, in stabilibus consistens bonis, extemplò restituenda sit. Hothomanus supralaudatus; igitur si in tradendi mora sit hæres, profectò ad omne damnum illatum esse in causa, ac per consequens fore adstringendum, par est. Argum. legis, *ante*, §. *si cum servum, ff. de vi bonor. raptor. l. videamus*, §. *finali, l. qui domum, in fine, ff. locati*; *l. nihil interest, ff. ad l. Corneliam, de sicar. l. qui occidit*, §. *in hac, ff. ad l. Aquiliam, cap. sæpè* 50. *dist. cap. finali, de injuriis, cap. de*
52 *cætero, de homicidio*: quod ipsis ex textus verbis liquidò liquet; ibi: *cæteris videlicet rebus, quæ solo continentur illicò restituendis*: quare Antonius Capicius, *num.* 2. Reg.Rever. *decis.* 13. aliique, alio in themate extant, eloquentes de dote haud in pecunia consistente, ubi fæmina minùs egena sit.

53 Neapolitanam Consuetudinem, incipientem *viro mortuo*, hoc in casu haud fore servandam procul dubio, reor 3.

54 Probatur: Consuetudinis hujuscemodi namque verba sunt; ibi: *hæredesque mariti mortui, primis sex mensibus, à morte ipsius mariti computandis, si fuerint liberi, omnes tenentur ipsā alere, si fuerint alii hæredes, non adstringuntur ipsam alere; sed præfatis sex mensibus lapsis, cogatur dare dictæ mulieri pro alimentis suis tarenum unum, pro qualibet uncia aurea data in dotem, usque ad alios sex menses comple-*
55 *tos, &c.* nam quamplurima sequerentur
56 absurda. primo, quatenus melioris conditionis afforent extranei hæredes, quàm proprii; cum extranei infra sex menses alimenta præstare adstringantur, secus verò liberi.

57 Secundo neu firma ducitur Capiciana hìc *num.* 11. neu aliorum ratio, de quibus prospectandus est Reg. de Franchis, *dicta decis.* 489. *à num.* 2. utputà aut esse intra sex menses illos ab extraneis alendam, si habeat ex quo
58 vivere valeat; secus si egena sit: propterea quod rogitandum ab istis, quare sex lapsis mēsibus, præfatæ mulieri pro alimentis suis, pro qualibet auri uncia in dotem data, usque ad alios sex menses, tarenum unnm dare adstrin-
59 gatur, secus verò ante? quandoquidem eadem prorsus urget ratio de ly *ante*, ac de Tò *post*; cū accidere quiret, ut mulier tam ante, quàm post menses illos sex, habeat unde vivere queat: igitur tareni persolutio, vel ab exordio fieri debeat, vel post annum: quare nostro in casu juxta commune jus, præsertimve secūdum textum *in dicta l. unica*, §. *exactio*, res erit præfinienda.

Quinta facti species.

SI primo luctus anno illo sit alenda vidua, quibusnam ex bonis sustentanda sit.

60 Distinguas: vel viduæ dos in mobilibus consistat bonis, utputà in gemmis, idque genus, & tunc in hæredis ditione est, præstare pro alimentis dotis partem, scilicet gemmas aliquot. est Antonii Capicii *hìc num.* 6. aliorumque.

61 Probatur: hæres namque in hujuscemodi facti specie si extraneus foret, nil de suo, ast de dotis substātia viduam alere adstringendus est.

62 idem

62 idem supralaudatus Hothomanus: verum enimverò dotis substantia mobilis esse supponitur res; igitur ex illa vidua alenda est; atqui impossibile ducitur, nisi illius traditio habeatur: quandoquidem mobilis res isthæc nil fructificare supponitur, ex quo aliquid lucri percipi possit; igitur, &c.

63 Vel dos ex se moventibus, utputà ex gregibus, consistat; tunc ex istiusmodi fructibus, ex grege dimanantibus, vidua alenda sit.

64 Probatur: ex suppositione, quòd vidua isthæc ex his se moventibus alenda sit, profectò est tribuendus modus, quo sit alenda: atqui alius haud reposcitur modus, nisi ex fructibus, ex grege dimanantibus; igitur, &c.

65 Vel demum stabilibus in bonis, vel in pecunia consistit dos, tunc ex ipsorum fructibus vidua alenda est.

66 Probatur: res namque suo fructificat domino; inde est, quòd penes suum asservari debeat dominum. Jacobus Gothofredus *tomo* 1. Cod. Theodos. *lib.* 2. *tit.* 13. *in comment. col.* 1. *pag.* 154. Oroz *de apicibus juris civil. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 2. ast vidua horum est bonorum domina; tametsi ipsorum manutentio in ipsius viri ditione est; igitur, &c.

Sexta Facti Species.

SI uxor, ex quo vitam sustentare possit, haud habeat; à quonam sit alenda, ab hærede viri ne? an verò ab ejus patre? si dives foret, durante restitutionis dotis mora,

67 A mariti hærede fore alendam haud dubiè existimo. est nonnullorum, quorum, & authores, & sectatores sunt Antonius Capicius *hìc num.* 7. Surdus *de alimentis, tit.* 1. *quæst.* 44. *num.* 40.

68 Probatur: viduæ namque pater merè mate-
69 rialiter, quòd sit dives, se habet: propterea quod alendi onus non nisi ad patrem pertinet, ubi filia minùs habet, ex quo vivere possit, *l.* 1. §. *jus naturale, ff. de justitia, & jure, l. nesennius* 34. *ff. de negotiis gestis, l. alimenta* 11. *Cod. eodem, l. capite, ff. de ritu nuptiar. l. si quis ad liberos*, §. 1. *l.* 4. *ff. de liberis agnoscendis, l.* 3. *&* 4. *Cod. de alendis liberis. l. unica*, §. *taceat, vers. sileant, Cod. de rei uxor. action. l. finali*, §. *ipsum, &* §. *filii autem, Cod. de bonis, quæ liberis,*
70 quod universo animantium generi, id à natu-
71 ra sit insitum, *l.* 3. *ff. de justitia, & jure.* inde est, quòd qui liberorũ haud studet educationi, propriam obtruncare prolem differitur *in l. necare* 4. *ff. de liberis agnoscendis*. Petrus Gregorius *lib.* 11. *syntag. cap.* 10. *& lib.* 15. *cap.* 28. *à num.* 5. Fornerius *lib.* 2. *rer. quotid. cap.* 20. Osualdus *lib.* 2. *Donelli cap.* 24. *lit. B, & lib.* 14. *cap.* 27. *lit. I.* Faber *in Papin. tit.* 5. *princip.* 2. *illat.* 8. *& tit.* 8. *princip.* 5. *illat.* 2. idque genus; in nostro porrò casu vidua isthæc habere supponitur, ex quo alenda sit, utputà ex dote, quæ est penes viri extincti hæredem; igitur patris haud interest, eam alere debere.

72 Dices: ubi filia divitem habet patrem, toties habere ducitur illud, ex quo vivere possit; igitur potius à divite patre alenda sit, quàm à viri hærede: nam patris partes sunt, suos alere filios, *dicta l. si quis à liberis*, §. *si parens, ff. de liberis agnoscendis*.

73 Distinguendum est antecedens: idque merè materialiter hic se habet, verum est antecedens, alio pacto, unà cum ejus illatione iufir-
74 mum: siquidem in nostra facti specie vidua nihil habet, ex quo se alere possit, nisi dotem: igitur ab illis alenda sit, qui in mora sunt, dotem restituendi, quibus desinentibus, non nisi à patre divite, alioqui pessundaretur.

Septima Facti Species.

IN quonam loco vidua isthæc alenda sit, in hæredis ne? an in extincti viri loco? an verò in paterna, vel materna æde?

75 Ubi peropportunè, honestè, ac per consequens procul à periclo ullo edifferitur extare,
76 ibi esse alendam opinor: propterea quod varii accidere quirent casus, utputà seu viduæ juventus, seu ejusdem pulchritudo, qui cum viri extincti hærede commorari insimul incõpossibiles essent, propter pericula, quæ sortiri
77 possent: juremeritò prudentis Judicis sententiæ id esse linquendum est: quare Bartolus, Baldus, Paulus de Castro, relati à Capicio hic, sic commentandi sunt. inspicito Annam, *singulari* 600. *usque ad* 601.

Octava Facti Species.

PRæteritorum rogitatio alimentorum: numquid per viduam fieri fas sit, si hæres in tradendi mora fuerit.

78 Præterita rogitari posse alimenta per viduã duco, quod locum etiamnum vendicat suum, seu alimenta isthæc petierit mulier, sive non. est Antonii Capicii *hìc num.* 9. Reg. Revert. *decis.* 30. aliorumque adversus nonnullos. inspicito Thesaurum *decis.* 44. *num.* 1. Reg. de Marinis *observ.* ad Reg. Revert. 30. *num.* 5.

79 Probatur: nam ex supra commonstratis, viduæ, primi luctus anni tempestate, seu à filiis, seu ab extraneis sunt præstanda alimenta. idem supralaudatus Hothomanus; igitur, extincto viro, alimentorum jus esse acquisitum supponitur viduæ; igitur non materialiter se habet, sive alimenta quiritat vidua,
80 sive non: propterea quod inanis ducitur illatio isthæc: vidua, alimenta sibi præstãda petitionis tempore, haud petit; igitur dono dat: idque namq; gratis foret assumptum ab adversariis;
81 secus verò comprobatũ: siquidem quamplurimis ex capitibus id accidere quivisset, utputà vel ignorantiæ studio, vel procuratorum
82 inscitia, idque genus: donatio etenim haud est præsumenda, ast comprobanda, *l. in bello*, §. *facta, ff. de captivis, & postlim. revers. l. si emancipati* 9. *Cod. de collat. l.* 1. *Cod. de probat. l. quæcũque*, §. *fin. ff. de publicanis, l. assecuratio, Cod. de non numerat. pecun. cap. cum Joannes*, §. *verum*,

O de

de fide instrumentorum, *cap. licet*, *de constit. in 6.*

83 Probatur 3.petendum ab adversariis, quare si vidua isthæc alimenta rogitaret, lucraretur, secus si haud peteret: quandoquidem dispari-
84 tatis rationem refundere nequeāt; pœna nāq; digna haud ducitur vidua, cum haud difficulter à culpa excusari queat: quandoquidem sexus est fæmineus, qui fragilis, atque adeo parvi reputatur judicii, 9.Cod.Theodos. *tit.1. de accusat.& inscript.l.cum ius.3.pag.5.* quare jure meritò Iustinianus, *lib.2.de reg.jur. l.fœmina, l.neque fœmina, de procuratoribus, l. maritus*, *Cod. eodem*, *& in lib.* 3. Cod. Theo-
85 dos. *de raptu Virginum*, elegans est locus, quem notat Græcus Interpres apud Harmenapulum, dum ait, judicium esse fragile, & captionibus expositum.inde mulierum munus est, domum curare, & liberos, *l.quæritur* 14. §.1. *ff.de edilit. edict.* Hinc Pitagoras interrogatus, quam ob causam inimico filiam nuptam duxisset: *quia* (*inquit*) *nihil ei dare poteram deterius*: en carmina

Quid levius fumo? flamen: quid flamine? ventus:
Quid vento? mulier: quid muliere? nihil;

igitur, &c.

86 Ne 1.dicas: necessaria ex causa, quæ de præsenti, secus verò de præterito prospicienda sunt: quare viduæ id imputandum est, quæ, durante petitionis tempore, cum potuisset, haud rogitaverit; ceu per Rotam fuisse prædefinitum testatur Panormitanus *in tract. de alimentis, cap.12.in principio*, penes supralaudatum Thesaurum.

87 Nego antecedens: nam alimenta ex legitima petenda sunt causa. Antonius Faber 4. *Cod. tit. 7. de obligat. & act. def. 20. in allegat.nu.2. pag.291.* ac per consequens, seu de presentibus, seu de futuris rogitatio fieri fas est: sat est enim si jus ad illa petenda legitimè
88 habeatur; neu adversariorum propositio, *alimenta illa de præsenti petenda sunt*, alicujus ducitur roboris: propterea quod bono sub intellectu, est commentanda, scilicet si quis haud habeat ex quo vitam sustinere valeat suam; profectò ex incontinenti alimenta ipsi à debi-
89 tore præstanda sunt: quandoquidem dilationem venter haud patitur suam, *l. de pupillo* 5. §.*si quis vivos*, *ff. de oper. nov. nun.* Pichardus *manuduct.ad praxim, parte 2.prælud.§.6.num. 17.pag.41.* tametsi à jure ipsi alimenta deben-
90 tur, siquidem tunc suis interea uti ad se alendum rebus, par est, perinde ac si alienis uteretur; deindeque præterita à debitore petere alimenta, neu mortalium libertates, procul à justa causa diminuendæ sunt: quare in creditoris ditione est, alimenta sibi debita rogitare, ubi libuerit; ac per consequens, seu de præsenti, seu de præterito, seu de futuro.

91 Ne dicas: tametsi alimentorum causa favorabilis sit; nam causa est necessaria, *l.1. Cod. de oper. libert.* cum sint subsidium vitæ, *l. 5.*
92 *Cod. de patria potestate*: verumtamen favor omnis, quòad præterita alimenta, desinit. Author est Reg.de Franchis *decis.203, num.2.* igitur, &c.

93 Transmisso, secus verò dato, quòd præteritorum favor alimentorum desideratur; haud hinc in recta sectatur forma, alimenta minùs
94 fore præstanda: propterea quod ceu debita, ac per consequens, utputà jus ipsi adeptum, à debitore prestanda fore, plusquàm apertum est; alioqui aliena cum jactura, quis locupletaretur, quod juribus obnoxium foret, *l.nam hoc natura, Cod.de condict. indebiti, l.naturaliter*, §.*finali, l.hæc condictio 66.ff.eodem tit.l.bona fides 50.ff.de action.empti, l. jure naturæ 206.ff. de regulis juris, l. ultima, Cod. de usucap. pro emptore, cap.suam, de pœnis, cap.locupletari 47.*
95 *de regulis juris in 6.* neu dono data censeātur,
96 quæ in facto, secus verò in jure consistunt.inde est, quòd quę facti sunt, probatione indigent, *l.in bello*, §.*facta, ff.de captivis*, *& postlim.reversl.l.si emancipati 9. Cod.de Collat. l.1. Cod.de probat.l.quæcumque*, §. *finali, ff. de publicanis, l.assecuratio, Cod. de non numerata pecunia, cap.cum Joannes*, §. *verum, de fide instrum.cap.licet de constit.in 6.* neu preteritum
97 privilegium alimentorum desinit. inspicito queso Thorum *in Cod.rer. judicatar. casu 54. num.4.& 5.*

Nona Facti Species.

DUrante primi anni illius luctus tempore alimentorum, viduę labores cuinam acquirūtur? viri extincti ne hęredibus? an viduę?

98 Ex suppositione, quòd vidua sit talis, ex qua labores verificari debeant, tunc ipsius opera potius extincti viri hęredibus, quàm ipsi viduę acquiri existimant Capicius *hìc num.* 10. aliique.

99 Probatur: hęredi namque extincti viri illam alere onus esse supponitur, nam ex dote est alenda. Antonius Faber 4. *Cod. tit. 9. ne filii pro Patre, aut Pater pro filio, def. 3. in allegat.num.8.pag.294.* Cujacius *tomo 2.in ff. de dote prælegata, ad leg.1.§.9.lit.D, pag.1006.* igitur ejus opera non nisi extincti viri heredi
100 acquiritur: quemadmodū superstite viro, ipsimet viro; est namque utrobique par ratio, ut perpendenti liquet; igitur eadem juris stabili-
101 tio: siquidem hęres testatoris personam repręsentat, *l. hæreditas 28. ff. de regulis juris*;
102 cum universa testatoris jura activa, passivaque in hęredem transeant, *l.cum hæredes, ff. de acquirenda hæreditate, l.in omne, ff. de acquirenda hæred.l.hæreditas 28.ff.de regulis juris, l.*
103 *aristo, ff.de jure deliberandi*, inde est, quòd hęres hæreditatis titulo hęreditatē possidet. Hothomanus, *tomo 1.observat.19.pag.91.*

Pro Decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT I.

SI intra luctus annum nuptui data esse perhibeatur vidua: numquid lugubres hęredi restituere sit adstringenda vestes.

SUM-

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis decisio.
Num. 2. 3. & 4. ejusdem probatio.

1 Esse adstringendam haud dubiè reor, dũmodo ex hęredis impensis confectæ esse perhibeantur. est nõnullorum apud Cancerium *var. resol. parte 1. cap. de dote, num. 64.*

2 Probatur: lugubres vestes ideo à viro extincti hærede viduę dantur, non nisi ad viduale servandum cubile; igitur ex continenti, ac secundæ verificantur nuptiæ, lugubrium vestiũ
3 dationis finis confestim desinere supponitur; ac per consequens ipsarum restitutio incontinenti efficienda est, dummodo prætiosę sint;
4 secus si usuales, quotidianæque forent: quandoquidem tunc dono datæ autumantur.

CAPUT II.

SI lugubres vestes viduæ impensis fabricatæ fuere: numquid ipsarum valor à viri extincti hærede peti possit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis decisio.
A'num. 2. usque ad finem, ejusdem thesis probatio.

1 Ogitasi posse per viduam à viri extincti herede censent Authores nonnulli apud Cancerium *var. resol. parte 3. cap. 11. num. 35.*

2 Probatur: lugubrium impensas vestium, per viri extincti hęredem esse efficiẽdas plusquàm manifestum est: propterea quod ex dote mulier est alenda, Faber, *4. Cod. tit. 9. ne filii pro patre, &c. def. 4. in allegat. n. 8. pag. 284.* Cujacius, *tom. 2. in ff. de dote præleg. ad l. 1. §. 9. lit. D. pag. 1006.*
3 verum enimverò luctus tempestate non nisi in mariti; heredis ditione extare supponitur dos; igitur si ad secunda convolaret vota vidua, tunc pro impensis lugubrium vestium confe-
4 ctis quiritare potest: quandoquidem fecit, quod ad viri extincti hæredem pertinebat, ac per consequens, ceu creditrix venire supponitur.

CAPUT III.

SI post luctus annum, viduale asservare perhibeatur Torum: numquid ipsi alimenta sint pręstanda.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis decisio.
Num. 2. & 3. ejusdem probatio.

1 Etiamnum fore refundenda viduæ alimenta, dummodò per viri extincti hęredem ei dos haud restituta sit, existimant nonnulli Authores apud Thesaurum *decis. 44. nu. 2.*

2 Probatur: lapso luctus anno dotis restitutio viduæ efficienda est; igitur adusque perempti viri hęres in mora sit, tunc viduæ per hæredẽ
3 interea alimenta pręstanda sunt: siquidem non nisi ex dote vidua alenda est, uti alimentorum creditrix.

CAPUT IV.

USuræ dotis: numquid per demortui viri hæredem post luctus annum viduæ debeatur, si in restituendæ dotis mora sit.

SUMMÆ.

Num 1. Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad finem, ejusdem Thesis probationes.

1 Esse dotis usuras viduæ restituendas, seu unde se alere habeat vidua, seu non, docent Afflictus, *decis. 93. in principio, & decis. 284.* Grammaticus, *decis. 103. num. 92.* apud Thesaurum, *decis. 93. à num. 2. usque ad finem,* adversus nonnullos.

2 Probatur 1. In tantum haud persolvendæ forent per hæredem usuræ, in quantum (uti somniarunt adversarii) aliquid ultra sortem capesseret, quod crimen omne inhibitum est
3 jure, in quo supremus Princeps nec etiam
4 dispensare potest; cum legislator, & naturali, & Divino sit subjectus juribus, *cap. sunt quidam 25. quæst. 1. cap. non debet, de consanguin. & affinitate, l. eas, ff. de capite minut.* Cicero, *lib. 2. de natura Deor.* ibi: *universam autem naturam nulla res potest impedire, & lib. 3.*
5 *de Republica*: inde fit, quòd hujusmodi patrãtes delictum à communione Ecclesiæ exploduntur, *cap. finali 46. dist. cap. 1. & per totam, quæst. 2. cap. 1. cap. quamquam, eodem tit. in 6.* Clement. *1. & 2. de usuris, cap. 2. de vita, & honestate Clericor. cap. inter de excess. Prælatorũ, canone 44. Apostol.* Concilium Carthaginense *1. can. 13. Carthag. 4. canone 67.* idque genus. Petrus Gregorius, *lib. 3. partit.*
6 *tit. 5. cap. 5. & in tract. de usuris*: quare seculares Judices, per pœnas corporales ad usuræ restitutionem, reos cogere queunt, *cap. quĩto, de usuris, cap. post miserabile 12. eodem tit.* Petrus Gregorius, *lib. 2. de usuris, cap. 5.* Fachineus, *lib. 2. controvers. cap. 48.* verum enimverò id nostro in casu nullo pacto lo-
7 cum sibi vendicare potest: nam usuræ veniunt non nisi illæ, quæ ultrà sortem aliquid exuperant, *cap. quia in omnibus 3. de usuris; cap. quoniam 2. cap. plures 1. cap. super eo 4. toto tit. de usuris.* Gonzalez, *5. decretal. tit. 19, de usuris, in cap. in Civitate 6.*

8 *num.* 7. secus verò interesse ex dote di-
9 manans: quandoquidem ex dote vidua alenda est. Hothomanus, *cons.* 50. *num.* 7. *pag.* 247. ac per consequens adusque dos ei minùs restituatur, ipsi alimenta præ-
10 standa sunt; in quorum deficientiam, usuræ, interesse, idque genus ex alimentorum denegatione, ac ex dote minùs soluta, persolvendum erit; ne quis aliena cum jactura locupletetur, *l. nam hoc natura, ff. de cond. indeb.* Hugo Donellus, *de jure civili, lib.* 12. *cap.* 25. *sub num.* 10. *pag.* 98. Antonius Faber, *in Juris prudentia Papinianea, tit.* 1. *de just. & jur. princ.* 2. *illat.* 1. *in fine, pag.* 15.
5 Probatur 2. ex textu *in l.* 1. §. *exactio, vers. sin autem*; ibi: *etiam usuras extimationis omnium rerum, Cod. de uxoria actione, l. finali, §. Prætura, Cod. de iure dotium.*

DECISIO XXV.

IN Causa Reverendi Prioris Baruli contra Magn. Joannem de Tupho, ac Univers. Lavelli: ipse Dominus Ioannes, ac Universitas accusaverunt testes Domini Prioris, eumdemque D. Priorem de falso; dum autem pro D. Prioris parte instaretur, pro conclusione in causa fuit per conventos oppositum, quod non potest ad aliquem actum in causa procedi pendente. q. falsitatis, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

CRiminalis incidens causa: numquid civilem supersedere faciat causam, utputà, seu principalis, seu testis, iisdem ex actis de falso incusatus esse perhibeatur: numquid id priùs examini erit dandum, ac per consequens interea principalem causæ prædefinitionem supersedere facessit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad 8. ejusdem Thesis probatio.
Num. 8. Thesis secundæ decisio:
A' num. 9. usque ad 13. ejusdem Thesis probatio.
Num. 13. Thesis tertiæ prædefinitio.
Num. 14. ejusdem Thesis tertiæ probatio.
Num. 15. & 16. Thesis quartæ decisio.
A' num. 17. usque ad finem, Thesis quartæ probationes.

1 PRo quo definiendo, seu testem, seu principalem, seu utrumque criminaliter incusatum in his, quæ ad difficultatis essentiā haud pertinere supponuntur, minùs impedimento fore, quominus præcipuus quæstionis status prædefiniatur, reor 1. est Afflicti, *decis.* 229. *num.* 3.
2 Probatur: quæ in casu principali abs re, ac per consequens impertinenter esse ediss-feruntur, Judicis muneris est, illa explodere; alioqui cum summo adversarii detrimento, præcipuę facti speciei prædefinitionem im-
3 moraretur, quod & rectæ rationi dissonum, atqueadeo communi adversaretur bono, quod
4 perabsurdum foret: quare juremerito ab his actis ad causę decisionem protendere debet Judex, alioqui suo in munere desinit, ac per
5 consequens est puniendus; cum unusquisque fungi ritè debeat munere suo. hinc Cicero pro Roscio com. ibi: *Iudex estis, quem non minùs benè de nobis existimare, quàm secundum nos judicare velimus*, & pro Planco: *semper iniquus est Iudex, qui aut invidet, aut favet, debetque in judicio imbecillis esse invidia*:
6 propterea quod sui muneris est curare, ut dissidia procul à calumnia in Senatu, & ventilentur, & expeditioni demandentur. Ulpianus Author est, *in l. cæteræ, ff. familiæ ercisćundæ, l. si extraneus, ff. de jure dot.* exemplo extat
7 Ciceronis Elogium pro Cluent. ibi: *est sapientis Iudicis meminisse, se hominem cogitare, sibi tantum esse permissum, quantum commissum sit, & creditum, & non solum sibi potestatem esse datam. verum etiam fidem habitam esse meminisse posse, quem oderit absolvere, quem non oderit condemnare, & semper non quæ velit ipse, sed quod lex, & Religio cogat cogitare. animadvertere qualiter reus citetur, de quo reo cognoscat; quæ res in quæstione versetur, &c.* atque adeo 3. *de officiis* edocet; ibi: *cum Iudici dicenda sit sententia, meminerit, se Deum habere testem, idest mentem suam, qua nihil homini dedit ipse Deus divinitus*, & id genus.
8 Ubi testium falsitas civili in causa innascitur, atqueadeo sufficientes ad præcipuum cōprobandum articulum, essent idonei testes; toties criminalem causam minùs supersedere facere civilem; ac per consequens Judicis partes sunt, ad causæ prædefinitionem tendere debere, reor 2. est Authorum nonnullorum apud Capicium *hìc num.* 3. Antonii Fabri *in* 9. *Cod. tit.* 18. *quando civilis actio ciiminali prajudicat, def.* 1. *in allegat. pag.* 1181.
9 Probatur ex *lege ultima, Cod. de ord. judicior.* nam ubi haud insufficiens testium nu-

numerus ad probandum, ac per consequens ad prædefiniendum esse habetur; toties aliis de testibus nulla habenda erit ratio: propterea quod merè materialiter se habere
10 edisseruntur; ac per consequens, perinde se habent, ac si minùs fuissent: siquidem ipsorum examen esset superfluū; neque de reliquis ulla habēda erit ratio ubi pręcipuus obtinetur
11 finis: quandoquidē superflua reprobāda sunt, *l. 1. §. quibus, C. de nov. Cod. l. finali, C. qui admitti ad bonorum possessionem, & in proœmio decretal. 16. & resecatis superfluis*. Clement.
12 *exivi, §. quamvis, de verbor. signif.* quare jure meritò superfluis actibus uti haud par est, *l. hæc stipulatio. §. Divi, ff. ut legator. nomine caveatur*.
13 Ubi in essentiali testium numero ad probandum falsitas suborta, ac per consequens præcipuè causæ jus, illis in testibus de falsitate incusatis, consistit; toties impedimento est, quoties civilis diffiniatur causa; ac per consequens criminalem causam supersedere facessere civilem audacter reor 3. est Antonii Fabri, aliorumque supralaudatorum, quorum, & Author, & sectator est Afflictus, *decis.* 229. *n.* 2.
14 Probatur: Thesis isthæc seipsa liquet; neu medio indiget aliquo: nam ex suppositione, quod Judex ad ulteriora pergere vellet; quiritandum quo uti quiret jure? profectò nullo, ceu speculanti liquet; igitur, &c.
15 Ubi criminalis falsi labes in civilem labi proditur, si falsitas isthæc sit talis, ut civili haud præjudicet causæ; tunc utramque, adusque principalis causæ prædefinitio nostro Regni jure inspecto efficiatur, protendi valere
16 haud dubiè reor 4. tametsi per S. R. C. ad conclusionem causæ usque, utramque pergi posse, fuisse prædefinitum, commonstrat in hæc verba Capicius hìc, *num.* 1. ibi: *fuit votatū, quòd procedatur ad conclusionem*. est Antonii Fabri, loco supralaudato. Grammatici, *decis.* 60. *num.* 23. & 24. Muscatelli, *parte* 6. glossa, *termino repulsæ, n.* 4. Afflicti, *decis.* 103. Riccii, *collect.* 1775. Roviti, *prag.* 2. *de falsis*, quæ incipit, *cum frequentius*. Julii Clari, *in practica crim. §. finali, num.* 4. Reg. de Franchis, *decis.* 147. *in fine*, aliorumque.
17 Probatur 1. ex textu, *in l. 2. & penultima, Cod. de falsis, & ex prag. cum frequentius 2. de falsis, pragm.* quæ incipit *Raimundus*; igitur, &c.
18 Probatur 2. Pragmaticæ *Raimundus* hoc in themate finis est, ne lites, dissidiaque summā parturiant perturbationem, ac per consequēs
19 Civium tranquillitatem pessundant: hinc merito jure Tullius, *Philippic.* 8 ibi: *leges, aut judicia esse non possunt, pace sublata*. Cironius,
20 *in paratitl. de appellat. pag.* 160. quod communi dissentaneum foret bono, cui oppugnare nefas est; igitur, &c.

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

IN ejusdem Judicis ditione ne sit, & civilem, & criminalem insimul, nosse causam?

SUMMÆ.

Num. 1 Thesis prædefinitio.

A' num. 2. usque ad finem, ejusdem Thesis probationes.

1 INsimul dignoscere posse edocent Puteus, *decis.* 228. *lib.* 1. Cappell. tol. *decis.* 22. Vivius, *decis.* 136. aliique. Author est Riccius, *in collect. decis.* 1775.
2 Probatur 1. Si diversis coram Judicibus istiusmodi dignoscantur causæ, profectò causæ continentia disiiceretur, quod perabsurdum foret. Argum. textus, *in cap. susceptus 1. de causa possess. & l. is, qui destinavit 25. ff. de rei vindic. l. exitus 35. ff. de acquir. possess. l. si de vi 37. ff. de judic. l. ordinarii, Cod. de rei vindic. l. 3. Cod. finium regundor. l. 3. Cod. de interdictis, l. finali, Cod. quor. bonor. l. si Coloni, Cod. de agricolis, lib. 11. l. liberi 7. ff. de liberali causa, cap. 2. cap. cum super 4. vers. verum, cap. pastoralis 5. cap. cum dilectus 6. de causa possess.* Clement. *unica, eodem tit. cap. 2. de cappellis Monachorum, cap. significaverunt 36. de testibus, cap. 1. de ordin. cognit. cap. cum dilectus 6. de causa possess. &c.* Jacobus Gothofredus, *in l. 2.* Cod. Theodos. *de judiciis*. Cujacius, *in dicto cap. susceptis 1. & lib. 2. observat. cap. 35.* Barbosa, Balboa, Fermosinus, *in dicto cap. susceptis.* Vaconius à Vacuna, *lib. 2. declarat. cap. 44.* Donellus, *lib. 19. commentar. cap. 16.* ubi Osualdus, *lit.* K. Fachineus, *lib. 8. controvers. cap. 7.* Anguianus, *lib. 2. de legibus, cap. 3. num. 18. & cap. 23. num. 40.* Gaillus, *lib. 1. observat. cap. 32.* Corvinus, *lib. 3. aphorism. juris. Pontific. tit.* 19. igitur, &c.
3 Probatur 2. ubi seu testis, seu principalis de falsi labe coram civili incusati edisseratur Judice, toties extemplò illi injuria irrogatur, ac per consequens, ceu reus ejusdem compe-
4 tens fuit Judex: quod etiamnum communi favet bono: propterea quod expeditius lites absolvuntur, utpotè illius facti speciei haud ignarus; quod quippe in alio, minùs verifica-
5 tur Judice: inde est, quòd Concivibus hoc pa-
6 cto suis favet, illosque requietos facessit. hinc disertè Tullius ad Attic. 9. *lib. epistol.* ibi: *nihil viro bono, & quieto, & bono Civi magis convenit, quàm abesse à civilibus controversiis*; igitur, &c.

DECISIO XXVI.

IN Causa Lucentis Pappalardæ, petentis vestes lugubres ab hæredibus quondam viri sui non adducta, nec probata aliqua consuetudine, pro qua debeantur, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

LUgubres vestes: numquid viduæ, per extincti viri hæredem, durante luctus tempestate, refundendæ sint.

SUMMÆ.

Num. 1. 2. & 3. Thesis prædefinitio.
A' num. 4. usque ad finem, ejusdem Thesis probationes.

1 LUgubres vestes, idque genus, cùm communi jure, tum Regni nostri inspectis, viduę per viri extincti hæredem, esse tribuendas, si vidualem servet Torum, per S. C. fuisse prædefinitum memorat
2 Antonius Capicius, hìc in fine; ibi: *& ita fuit votatum pro vidua*. est Reg. de Franchis, *decis.* 423. Capicii Latro, *decis.* 98. Marciani, *consilio* 35. *lib.* 1. Fontanellæ, aliorumque Authorum. est de Luca, *observat. ad decis.* de Fran-
3 chis, 413. *num.* 1. *&* 2. ceu defactò extat in praxi in Germania, Catalonia, adversus Baldum, Guidonem Papa, aliosque.
4 Probatur 1. Vidua siquidem isthæc (ex alibi commonstratis) non nisi ex dote alenda sit sua. Hothomanus, *cons.* 50. *num.* 7. *pag.*
5 247. quæ enim nostra sunt, nobis suppeditare par est, cùm id juribus consonum sit, adeoque pro justo, licitoque habendum. Cujacius, *tomo* 2. *de justitia, & jure, ad l.* 6. *pag.* 164. cum rectum sit. Antonius Faber, *in Juris prudentia, de justitia, & jure, princip.* 2. *illat.* 7. *pag.* 11.
6 secus aliena, cum civiliter, ritèque possideri ab alio impossibile censeantur, *cap. ultimo, de præscript. cap. si virgo* 34. *quæst.* 2. 3. *l. id*
7 *quod nostrum* 11. *ff. de regulis juris*. inde est, quòd malitiosè ageret, adeoque malitiis via aperiretur, quod juribus oppugnat, *l. cum hi*, *§. si cum lis*, *ff. de transact. l. quoties, in fine*, *Cod. de fideicommissis, l. si legatarius*, *Cod. de*
8 *legatis*, cum nemo malitia ex sua, utile reportare debeat, *l. in fundo, ff. de rei vindic. l. itaque fullo, ff. de furtis, cap. agnoscentes, de constit. cap. sedes, cap. plerumque, de rescriptis*, *cap. intelleximus, de judiciis*, ac per consequens luctus tempestate, adusque dotis restitutio ipsi fiat, necessaria ei suppetenda sunt;
9 adeoque lugubres vestes juxta ejus conditionem, præsertim ubi ad sacrum proficiscitur,
10 ei refundendæ sunt; idque genus: quod suum etiamnum vendicat locum, si dotis restitutio,
11 ei fiat: quandoquidem ex præsumpto testatoris velle, id arguendum est; nam honos, decorque ipsius id suadet, ut speculanti liquet; igitur, &c.
12 Probatur 2. Lugubres hujuscemodi vestes, vidualem servanti vitam, luctus tempestate, defactò debentur; idque non nisi, in viri extincti honorem, honestatemque, cum per viduam debitus demortuo viro honos refundendus sit; igitur, &c.

Pro prædefinitionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT I.

LUgubres vestes, per viri extincti hæredem factitatas: numquid per viduam, ad secunda, luctus tempestate, convolantem vota, restituendæ sunt.

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. primæ Thesis prædefinitio.
A'num. 3. usque ad 10. ejusdem primæ Thesis probationes.
Num. 11. 12. & 13. secundæ Thesis partis prædefinitio.
Num. 14. ejusdem secundæ Thesis probatio.
A' Num. 14. usq; ad 19. conciliantur S.R.C. prædefinitiones oppositæ.
Num. 19. quandonam lugubres persolvendæ sunt vestes viduæ per viri extincti hæredem.

1 VEL vidua isthæc, ad secunda transiens vota, dotem à viri extincti hærede recepit suam; & tunc lugubres vestes, communi inspecto jure, esse re-
2 stituendas, plusquàm manifestum est; ceu per S. C. fuisse prædefinitum commemorat Ursillus, *decis.* 313. *num.* 3. est nonnullorum, quorum, & Authores, & sectatores sunt de Luca, *observat. ad decis.* de Franchis, 413. *num.* 3. Molfesius, *in Consuetud. Neapolitana, parte* 6. *quæst.* 11. *num.* 27. adversus Barbosam, *in l. quæ dotis*, *ff. soluto matrimonio*, *num.* 82. aliosque.
3 Probatur 1. Ubi uxor, luctus tempore, per viri extincti hæredem, juxta dotis interesse, alimenta reciperasse feratur sua, toties lugubrium

briũ datio vestiũ, à viri hærede haud donatio censetur; ast potius obligatio quædam, adstringens mariti hæredem, lugubres dare viduę vestes, ac ut juxta viri extincti conditio-
4 nem ad sacrum, idque genus accedat: propterea quod donatio ex Aristotele, *lib.* 4. *Ethicor. cap.* 2. Div. Thoma. *in* 4. *lib.* 1. *disputut.* 18. *quæst.* 1. *ar.* 2. est datio liberalis, *l.* 1. *ff. de donat. l. Senatus* 35. §. *donatio*, *l. seja* 42. §. *finali*, *ff. de donat. causa mortis*. Argum. textus, *in l. Senatus* 35. §. 1. *ff. de donat. l. sed si lege* 25. §. *consuluit*, *ff. de petit. hæredit. l.* 2. 17. 19. *ff. de donat. l.* 7. Cod. Theodosian. *de donat.* consule Cujacium, *lib.* 10. *observat. cap.* 37. *&* *lib.* 20. *cap.* 2. Osualdum, *lib.* 4. *Donelli, cap.* 19. *lit.* B. Concium, *lib.* 1. *disput. cap.* 12. Connanum, *lib.* 5. *comment. cap.* 9. *num.* 2. Vvesembecium, *in paratit. ad tit. de donat.* Pichardum, *in rubrica.* instit. *de donat. num.* 16. igitur secundis verificatis nuptiis, vidua detinet, quod alienum est, ac per consequens ad hujus restitutionem adstringenda sit; igitur, &c.
5 Probatur 2. Lugubres hujuscemodi vestes per viri hęredem commodatę edisseruntur; igitur extincto commodo restitutioni deman-
6 dę sunt: quandoquidem secundis verificatis nuptiis, amplius per viduam minùs utuntur:
7 nam extinctum supponitur commodatum luctus, neu extincti viri hęredem, illas donandi, animum habuisse existimatur. Thorus supralaudatus Author est.
8 Probatur 3. Lugubres vestes illę per viri extincti hęredem datę autumantur, adusque vidua luctus tempore, viduale asservaret Torum; igitur ex continenti ac ad secunda trãsiret vota, lugubres restituere adstringitur
9 vestes: siquidem dantis finis deesse ducitur, ac per consequens ejusdem obligatio, juxta dicterium illud, desinente causa, pessundatur effectus, *l. adigere*, §. *quamvis*, *ff. de jure patronatus*, *l. si pater*, *ff. de hæred.* instit. *l. generaliter*, *Cod. de Episcop. & Clericis*, *l. cum te*, *Cod. de pacto inter empt. cap. magnæ, in fine, de voto, cap. cum cessante* 60. *de appellat.* Tiraquellus, *in speciali tract. cesante causa*
10 *cessat effectus*; quod etiamnum comprobatur: quãdoquidẽ secũdæ nuptiæ injuriosæ sũt marito. Consule Hothomanum, *cons.* 50. *nu.* 7. *pag.* 248. Connanum, *comment. juris civil. lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 6. *pag.* 640. igitur à recta procul ratione est, lugubres detinere posse vestes.
11 Vel si vidua ad secundas transiens nuptias, à viri demortui hærede, haud suam recipit dotem; tuncque lugubres vestes, & communi, & Regni inspectis juribus, haud debere re-
12 stituere procul dubio reor: quare in isthac facti specie commentandæ sunt S. R. C. prædefinitiones, quarum Author est Thorus, *compend. decis. parte* 1. verbo, *luctus vidualis*;
13 memorans bis fuisse prædefinitum. est Riccii, loco supralaudato. Staibani, *tomo* 2. *resol.* 152. *num.* 14. aliorumque. inspicito Annam, *singulari* 592.

14 Thesis isthec ex supra commonstratis liquet: nam alimenta ex dote viduę danda sunt; igitur adusque dotis restitutio ipsi fiat alimenta pręstanda sunt, quinimò & interesse; igitur lugubres vestes pignoris loco detinendæ sunt, donec dotis restitutio fiat: quare hoc in casu: quicquid est suum, detinere fertur vidua.
15 Hinc conciliatas habes S.R.C. prædefinitiones inter se oppugnantes. inspicito supralauda-
16 tum de Luca *nu.* 3. propterea quod decisio illa stabiliens, vestes esse restituendas, haud commentatur, ubi vidua dotem recepisse supponitur suam, & luctus tempestate alimenta minùs dissentanea, juxtà dotis interesse sibi
17 præstita fuere: nam tunc lugubres restituere adstringitur vestes, utpotè quid alienum: quandoquidem secundis verificatis nuptiis, nullo viduæ debentur titulo, neu donationis, neu obligationis, neu mutui, &c. decisiones verò illæ lugubres haud fore restituendas vestes decernentes, commentandæ sunt, licet non restituta dote, vel luctus tempestate, minùs alimentis per viri hæredem uxori præ-
18 stitis, juxta dotis interesse: verum in his, idque genus facti speciebus, locorum consuetudo servanda est.
19 Ex quo liquet, lugubrium impensas vestiũ, quas erogavit vidua, per viri extincti hæredẽ fore ipsi persolvendas, adusque luctus durat juxta locorum consuetudinem.

CAPUT II.

SI cunctorum usufructuaria hęreditatis bonorum sit vidua: numquid ad lugubrium impensas vestium adstringenda sit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A'num. 2. usque ad finem, ejusdem Thesis probatio.

1 ESse cogendam opinatur Guidon Papa *decis.* 541. *& decis.* 246. Author est Masullus *hic num.* 2. adversus Riccium *in fine*, *in addit. ad decis.* de Franchis 413.
2 Probatur testatoris namque velle, est prospiciendum Cujacius *commentar. lib.* 7. *respons. ad l.* 91. §. *Titio*, *ff. de legat. lit. A*, *pag.* 996.
3 quod magis facto, quàm verbis expenditur, *l. Paulus*, *ff. rem ratam haberi*, *l. reprehendenda*, *Cod. de instit. & substit. l. pro hærede*, *ff. de acqui-*
4 *rend. hæredit.* neu in mente retentum aliquem prodit effectum, *l. si repetendi*, *ff. de condict. ob causam*; cum frustanea sit. argum. legis *nolle adire, in principio*, *ff. de condit. & demonstr. l. Lucius*, §. *imperatores*, *ff. ad municipal. l. si ti-*
5 *bi*, §. *unius*, *ff. de opt. legat.* cum testator propriè auctor respectu hęredis, sit, quatenus ab ipso causam possidendi habet, *l. Pomponius* 13. §. 1.
6 *ff. de acquirend. possess.* sicut venditor respectu em-

emptoris, *l.4.§.ultimo,ff.de actio.empti.* Brissonius *de verbor.signif. verbo auctor*, dummodo juribus haud oppugnat; utputà si aliquid recipiat contra pietatem existimationem, verecũdiam, leges, honestatem, canones, idque genus, *l.conditio 14.l.filius 15.ff. de condit.instit. l.nemo 55.l.si quis inquilinos 112. §. ultimo, l. se-*
7 *quenti, §.ultimo, ff.de legatis 1.* quod accidit, vel si inhibeat legitimam liberis debitam prçstare, *l. filium 24.Cod.famil.ercisc.* vel si vetat jus accrescendi, *l.si ita quis 74.ff.de hared. in-*
8 *stit.l.1.& 2.Cod.de testam.militis;* vel si jubeat, se cum prçtiosis ornamentis sepelliri, *l. servo*
9 *113.§.ult.ff.de legat.* verum enimverò testatoris mens est, ut adusque vidualem servet torum, vidua universos hæreditatis fructus reciperat, *l.ex promissione 15.ff.de obligat.& actio. l.unic.de impon.lucr. l.si quis pro dote 24. §.1. in ff.de donat,* Hothomanus *cons. 50. num. 10. pag.247.* ac per consequẽs etiamnum ad onus,
10 utputà ad lugubres, idque genus vestes: quare ad lugubres adstringere vestes proprietarium
11 hæredem, extra testatoris mentem foret, propterea quod testatoris voluntas est, ut vidua usquequò usufructuaria est, etiamnum incommodum sentiat, juxta dicterium protritum illud, qui sentit commodum, debet sentire incommodum. Terent.*comed.4.att.scen.8.in fin. vers.multa, ex quo pag.374. l.secundum naturam, ff. de regulis juris*, ac per consequens ad cuncta, quæ fructus tempestate necessaria ducuntur, juxta elogium illud, sentiens commodum, incommodum sentire par est, *l. nil.tam naturale, ff.de regulis juris.*

DECISIO XXVII.

IN Causa Reverendi Prioris Barensis, cum Magnifico Marc' Antonio Filimarino plura sunt super quibus votandum est.

Primum de custodia Terræ Rutilani tempore belli, & sic de creatione Capitanei ad guerram in Terra ipsa, ad quem pertineat ex prædictis, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti Species.

SI duo iisdem in locis essent Domini, quorum unus civilem, alter verò criminalem haberet jurisdictionem; in cujus ditione est, belli tempore ad bellum creare Ducem; in civilem jurisdictionem habente ne? an verò in criminalem?

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.
A' num. 2. usque ad 9. ejusdem Thesis primæ probationes.
Num. 9. primæ Thesis secundæ partis prædefinitio.
A' num. 10. usque ad 12. ejusdem Thesis secundæ, probationes.
A' num. 12. usque ad 14. ejusdem Thesis secundæ, oppugnationes, & solutiones.
Num. 14. secundæ Thesis, secundæ partis prædefinitio.
Num. 15. ejusdem probatio.
Num. 16. Thesis tertiæ decisio.
Num. 17. tertiæ Thesis probatio.
Num. 18. Thesis quartæ decisio, ejusdemque probatio.
Num. 19. Thesis quintæ prædefinitio.
Num. 20. ejusdem Thesis quintæ probatio.
Num. 21. & 22. ejusdem Thesis oppugnatio, & solutio.
Num. 23. Thesis sextæ prædefinitio.
A' num. 24. usque ad 26. ejusdem Thesis sextæ, probationes.
A' num. 26. usque ad 31. ejusdem Thesis sextæ oppugnationes, & solutiones.
A' num. 31. usque ad 34. ejusdem Thesis septimæ Germanus sensus.
Num. 34. Thesis octavæ prædefininitio.
Num. 35. ejusdem probatio.
Num. 36. Thesis nonæ decisio, ejusdemque probatio.
A' num. 37. usque ad 41. Thesis decimæ prædefinitio, ejusdemque probatio.
A' num. 41. usque ad finem, Thesis undecimæ decisio, ejusdemque probatio.

1 IN neutrius manu esse; sed ad ad Regni Proregem devolvi facultatem hanc, cujus interest, aliquem belli Ducem, pro Civitate idque genus, ab hostibus defensitanda, designare per S. C. fuisse prædefinitum memorat Antonius Capicius, *hic, à num. 1. usque ad 9.* ibi: *fuit votatum, quòd spectat ad Regem.* inspicito Thorum, *comp. decis. §. creatio Capitanii ad guerram in aliqua terra.*
2 Probatur 1. Prorex hoc in Regno non nisi Regis personam repræsentat, ac per consequẽs cuncta efficere, quæ per ipsum Regem sibi permissa fuere, adeoque pacatum tenere Regnum, *l. 1. §.quies, ff.de officio Præfecti Urbis, l. moris, ff. de pœnis, l. finali, ff. de interdictis, & Religiosis, l. congruit, ff. de officio Præsidis.*

Au-

Author est Reg. de Ponte, *de Potestate Prore-*
3 *gis, tit. 1. num. 1. & 3.* proptereaquod pax summoperè exoptanda est. Divus Augustinus, *Psalmo* 84. sic definit pacem; *ubi nullum bellum est; ubi non est contradictio, ubi nil resistit, nil adversi est;* juxta verò Ciceronem,
4 *philippica 2. pax est tranquilla libertas,* & ibidem: *nomen pacis dulce est, & ipsa res salutaris,* & pro lege agraria contra populum: *nihil est tam populare, quàm pax, qua non modo ii, quibus sensum natura dedit; sed etiam*
5 *tecta, atque agri mihi lætari videntur;* quare juremeritò gentiles pacem erexere, ceu Numen coluere, eique aram. exēplo extat etiamnum de Scipionis dicterio, *se malle unum servare Civem, quàm mille hostes necare,* idque
6 genus; igitur quemadmodum in Regis ditione sit, Officiales hujuscemodi designare, sic etiam in Proregis; ac per consequens pro defensitandis Regni Urbibus, idque genus, novos creare belli Duces.

7 Probatur 2. In bellicis namque casibus, pro quolibet patruo reatu, capitis pęna luitur, *l. desertorem, §. in bello, de re militari*: atqui pęna isthæc dumtaxat per solum Proregem, vel per ejus suffectum infligi potest; igitur, &c.
8 Probatur 3. In illius ditione est belli Ducem designare; in cujus manu est, bellum indicere; verum enimverò Regis, vel ejus Vicarii, dumtaxat partes sunt bellum divulgare, *l. ex hoc jure, ff. de justitia, & jure, l. hostes, ff. de captivis;* igitur secus ab aliis, *l. 3. ff. ad legem Juliam Majestatis, l. 1. Cod. ut armorum usus, lib. 11.* inspicito Petram, super *ritu 47. num. 4.* nam Principis jurisdictionem usurpat, ac per consequens ejus lędit Majestatem. Caravita, *super ritu 47. à num. 1. usque ad 3.*

Secundum principale erat: an Officialis D. Marc. Antonii contra Officiales Ecclesiæ habeat cognitionem in criminibus sibi reservatis, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

Secunda facti species.

Magistratus, qui vulgò acciri assolet Capitaneus ad guerram: numquid in criminalibus sibi reservatis, etiamnum Ecclesiæ munia exercens, pęnam luere valeat.
9 Distinguas: vel Ecclesiæ Magistratus seculares sūt, vel Ecclesiastici: si simplices seculares, ut extant Gubernatores Sanctissimæ Annuntiatæ, Montis Pauperum verecundiorū, idque genus; tūc in patratis delictis belli, Duci reservatis, cum quoad personā, tum quoad bona dignosci posse, ac per consequens per Fiscū ipsorum cōfiscanda bona, per S.C. fuisse prædefinitum memorat Antonius Capicius, *hìc, nu. 11.* in hæc verba: *fuit votatum, quòd possit cognoscere Officialis D. Marcus Antonius contra Officiales Ecclesiæ, de delictis tamen extra officiū commissis.* est Reg. de Franchis, *decis. 214. num. 5.* aliorumque: quare Capiciana isthæc finitio, hoc in themate commentanda est. inspicito Thorum, *compend. decis. tom. 1. §. Officiales Baronis habentes jurisdictionem criminalem.*
10 Probatur: Belli tempestate rigor summopere est exercendus. Hinc Tullius, pro Marco Marcello edisserit: *Incertus est exitus, & anceps fortuna Belli,* & Philippica decim. *incerti sunt exitus belli, Mars cōmunis,* & pro Actico, *lib. 7. armorum exitus semper incerti, & timendi,* ac demum pro Milone sic descripsit, *Incerti sunt exitus pugnarum, Marsque est cōmunis, qui sæpè spoliantem jam, & exultantem evertit, & perculit ab abjecto: etenim non solùm adventus belli; sed metus ipse calamitatem affert: nam cum hostium copiæ non lōgè absūt, etiā si irruptio facta nulla sit: tamen pecora relinquūtur, agricultura deseritur, mercatorum navigium cōquiescit.* Cicero pro lege Manilia, & his similia; qui profectò non nisi per Regni Principem exerceri debet, ac per consequens per belli Ducem; igitur per ipsum efficere, ut rei condignam luant pęnam, cum pęna suum sectatur Authorem, *l. sancimus 22. Cod. de pænis, l. absentem, ff. eodem tit.*
11 inde est, quod pęna, & culpa inter se commensurantur, *cap. non afferamus stateras, in fine 24. quæst. 1. cap. quæsivit, de iis, quæ fiunt à majori parte capituli, cap. felicis, §. illud autem, de pænis in 6.*
12 Ne differas: ubi duo eodem in oppido, idque genus, Domini insolidum sunt, toties in unius ditione haud extat, independēter ab alio reum punire. Authores sunt Bartolus, Baldus, Paulus de Castro, aliique, *hìc, num. 1.* etenim de Magistratuum excessibus dumtaxat Magna Vicariæ dignoscit Curia, *Ritu item, quòd dicta Curia;* igitur, &c.
13 Distinguēdum est antecedens: si ambo inter se pares sint, concedo antecedens; sin secus, erroneum ducitur, unà cum ejus illatione: sin autem foret Magistratus, jurisdictionem contentiosam exercens; tunc dissidium est apud Authores: siquidem nonnulli negant, alii verò affirmant.
14 Vel Ecclesiæ Magistratus, Ecclesiastici sunt, tunc per belli Ducem plecti non posse, adeoque & personas, & eorum bona à belli Ducis confiscatione fore exempta reor.
15 Thesis isthęc se ipsa liquet: nam, si Divino inspecto jure exempti esse ducantur; consequens fit, ut per secularem Principem nul-

nullo in casu dignosci fas sit. tametsi per secularem Judicem capi possint, non nisi ut ad Ecclesiasticum dimittantur Judicem, *cap. ut famæ tuæ, de sententia excommunicat. cap. 1. de pactis in 6.* Gonzalez, *2. decret. tit. 1. de judiciis, cap. decernimus 2. num. 3. in not. pag. 6.*

Tertium principale D. Marc' Antonio sunt reservatæ causæ criminales; pro quibus pęna mortis, aut privationis membri, vel exilii debebit inferri. Modo evenit, quòd Capitaneus, seu Officialis ipsius Mar. Anton. commutat harum pænarum aliquam, in pænam pecuniariam: dubitatur ad quem pæna ista pecuniaria spectabit, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

Tertia Facti Species.

In belli Ducis facultate: numquid sit criminales in civiles commutare posse pęnas, si in Oppido, idque genus, civilium alter sit causarum Dominus.

16 Mutare posse docent Bartolus, aliiq; quorum laudator, sectatorque est Antonius Capicius, *hìc, à num. 12. usque ad 20.*

17 Probatur: cui majus promissum esse supponitur, etiamnum minus datum ducitur, *l. filius fam. §. fin. ff. de donat. l. Marcellus, ff. de donat. causa mortis, l. non debet, ff. de regulis juris, cap. ex parte, de decimis*; inde est, quod major ratio, minorem elidit, *l. si debitori, in fine, ff. de fidejussor. l. cui pacto, ff. de servis exportandis*: siquidem pecuniaria pęna etiamnum suo in genere, ac per consequens criminali ęquipollens est, dummodò publicũ aliquod detrimenti haud afficiat, utputà si patrię proditor esset: siquidem tunc, & capitis pęnã luere debet, & ejus bona Fisco adjudicanda sunt: quandoquidem potius mori, quàm patriam prodere debet Civis quilibet. Hinc Tullius, 3. *de finibus*, sic memorię proditum reliquit: *laudandus est qui mortem oppetit pro Republica, qui doceat cariorem esse Patriam nobis, quàm nosmetipsos. Estque illa vox inhumana, & scelerata eorum, qui negant se recusare, quò minùs ipsis mortuis terrarum omnium deflagratio consequatur.* Et 2. *de legibus*; ibi: *Respublica nomen universæ Civitatis, pro qua mori, pro qua, & cui nos totos dare, & in qua omnia nostra ponere, & quasi consecrare debemus.*

Quartum principale est de domo, & provisione Officiali hactenus dari solita cum D. Marc' Antonio habeat jurisdictionem civilem, & criminalem, an nunc quòd Ecclesia obtinuit sententiam in causis civilibus, & parte criminalium, pro quibus possit tenere Capitaneum, possit dicere, quòd vult salarium totum, vel partem, &c. *Hæc Antonins Capicius.*

Quarta Facti Species.

De belli Duci, militięque Magistratibus persolvendo stipendio: quid est prędefiniendum.

18 Quicquid sit de Capiciano responso num. 21. profectò hoc in themate usus, locorumque cõsuetudines, ac Principis stabilitiones asservandę sunt: nam in hoc impossibilis prędefinitionis ducitur regula.

Quintum principale, an in conciliis Terræ Rutiliani, dum populus, seu conciliarii congregantur pro ipsius Universitatis negociis, debeat intervenire Capitaneus Ecclesiæ solus; an etiam Capitaneus D. Marc' Antonii, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

Quinta facti species.

Si per Ecclesię Ducem coadunandi, congestiendique sunt Cives Universitatis illius: numquid belli Dux conciliabulo huic interesse valeat.

19 Interesse debere, per S. R. C. fuisse prędefinitum memorat Antonius Capicius, *hìc num. 22.* ibi: *sed quòd si in tali concilio velit intervenire Capitaneus d. Marc' Antonii possit; non enim potest sibi denegari assistentia in concilio: præcipuè quia ipse etiam est Capitaneus, & sic de Universitate, &c.* & ita in supradicto quinto principali decisum fuit. est Annę, Capiblanci, aliorumque, quorum, & Author, & sectator est Thorus, *compend. decis. §. Officialis in civilibus, & alius in criminalibus.*

20 Probatur: Belli Dux, militię tempore, de omni debet esse suspectus consilio, ac per consequens in cunctis interesse debet, ut perbellè Civitas asservetur: nam in hujuscemodi Civium conglobationibus, nonnum-

quam

quam adversus Urbis Principem, aliquid stabiliri assolet; igitur nil mirum, si ipsius accessus necessarius ducatur.

21 Dices: Conciliabuli devocatio defactò non nisi ad Ecclesię Ducem pertinet: nam utilis Domina hìc Ecclesia supponitur, cum civilem obtineat jurisdictionem, *l.* 11. *Cod. de Decurionibus*. Author est Antonius Capicius, *à num.* 25. *usque ad* 23. igitur minùs necessum ducitur, ut belli Dux ibi interesse debeat.

22 Transmisso antecedenti, infirma est ejus illatio: etenim in belli Ducis ditione est, publicum edicere edictum, ut Cives pro qualibet Universitatis causa, procul à suo jussu, ac præsentia haud se congerent; idque optimos ob fines, Civitatem fideliter asservandi Principi suo.

Sextum correlativè ex prædictis insurgit, videlicet quis istorum Capitaneorum præcedere debeat in Conciliis, & aliis locis, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

Sexta facti species.

Quisnam in hujuscemodi conciliaboli consessu, vel id genus, facile Princeps esse debeat, belli Dux ne? an verò Ecclesiæ? seu criminalis ne? an civilis Judex?

23 Belli Ducem esse prædefiniendum, per S. C. fuisse prædefinitum memoriæ prodit Antonius Capicius, hìc, *num.* 28. ibi: *& ita secundum Capitaneum D. Marci Antonii decisum fuit*; Addentes, *ad decis.* de Franchis, 388. est Riccii, Mastrilli, aliorumque apud Thorum, *compend. decis. vers. Officiales alter ipsorum in criminalibus*, adversus nonnullos.

24 Probatur: Quo nobilius est subjectum; eò præstantiorem obtinere debere locum par est. Philosophus 1. *de anima* Author est. Auth. *de Monaster.* §. *finali.* argumento extat nostro in Regno, sive de Præside S. R. C. sive de Locumtenente R. C. qui in consessu proprio Principem obtinent locum: in nostro porrò casu de sui conceptu dignior est criminalis jurisdictio, civili jurisdictione, inspicito Regentem de Marinis, *resol. juris, lib.* 2. *cap.* 117. *n.* 20. *pag.* 251. siquidem capitis pęnam luere facessere potest, secus verò civilis; igitur, &c.

25 Probatur 2. In belli Duce non nisi Proregis personam; secùs verò in Ecclesiæ Magistratu repræsentari supponitur: cum Ecclesiæ Magistratus non nisi ab Ecclesia jurisdictionem obtineat; nam Ecclesia Feuda possidet, non nisi Principis permissu; igitur, &c.

26 Ne differas 1. hoc in themate non nisi loci consuetudo prospicienda est. *cap. cum olim, de consuetudine*. inspicito Francum, *decis.* 388. *num.* 4. igitur, &c.

27 Verum ducitur antecedens, ubi de facti specie hęsitatio aliqua habeatur, secus hìc: nam ex supra commonstratis id pro comperto habetur.

28 Ne differas 2. Ecclesia laico quolibet dignior esse supponitur, ac per consequens ejus suffecta persona dignior esse debet, adeoque facile Princeps, *cap. solete, de majoritate, & obedientia*: propterea quod eam repræsentat; igitur, &c.

29 Distinguenda erit prima antecedentis pars: Ecclesia, quà Ecclesia est, vera ducitur prima antecedētis pars; quà feudataria verò, infirma, unà cum ejus illatione: nam ceu feudataria suo in genere subjecta ducitur Domino, ac per consequens ab ipsa suffectus: quare nil mirum si belli Dux bellicis in rebus Proregis personam repręsentat; adeoque quolibet civili Ecclesiæ Magistratu facilè Princeps est.

30 Thesis isthæc non nisi de Ecclesiæ Duce, ac per consequens de civili Judice, civilibus in causis ab Ecclesia designato, in belli Ducis consessu commentanda est: secus verò de Judicibus, sive civilibus, sive criminalibus Magnæ Curiæ Vicariæ: siquidem in his aliter erit prædefiniendum, cum diversa sit facti species: etenim in iis eadem dignius est; adeoque neu in consessu, sive in civilibus, sive in criminalibus Judex, aliquo in loco cum civili: sive bini, sive duo criminales, in consessu extant: nam unusquisque Proregis personã repræsentat; ac per consequens Magnę Curię Vicarię pręeminentiam, quod & inter Regios Consiliarios, & Pręsides, & Regentes nostro in Regno de more, asservari videtur.

Septimum circa promulgationem bannorum, à quo scilicet, & cujusmodi proferantur, &c. *Hæc Antonius Capicius*, *num.* 29.

Septima Facti Species.

Jussa, quę vulgo acciri solent (mandata) quisnam ex his binis Judicibus, per Vrbem indicere queat, Ecclesię Judex ne? an belli Iudex?

31 Distinguas: vel sermo habetur in criminalibus, vel in civilibus. Si in criminalibus; non nisi ad belli Ducem, vel ad criminali fulgentem jurisdictione; sin in civilibus, ad civilem pertinere Iudicem, per S. C. fuisse pręde-

32 finitum memorię prodit Antonius Capicius, hìc *num.* 29. ibi: *& cum hac distintione fuit per S. C. decisum.* est nonnullorum apud eumdem.

33 Probatur: Criminalis namque causa, non nisi criminalem quiritat jurisdictionem, ceu univocus effectus, univocam reposcens causam: nam criminalis jurisdictio non nisi in criminalis Iudicis ditione inesse supponitur; secus verò civilis, quæ in civilis Iudicis manu, quod in præsentiarum in praxi asservari, plusquàm nobis compertum est; alioqui confusio, ut perpendenti patet gigneretur.

Octavum, an D. Marcus Antonius in dictis bannis, sententiis, ac aliis actibus possit dici Dominus Terræ Rutiliani, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

Octava facti species.

Seu belli Dux, seu criminalis, seu civilis, idque genus Iudex: numquid Oppidi, vel Castri, &c. Domini vocitandi sunt.

34 Quasi Dominos esse habendos, per S.C. fuisse sancitum prodit Capicius, *hìc, num.* 32. ibi: *& sic fuisse decisum non posse dici Dominum Rutiliani*: quæ profectò finitio Germano sub intellectu commentanda est.

35 Probatur: Domini namque æquivocum est nomen, ac per consequens, & illos, qui jurisdictione fulgent, ceu extant Imperator, Rex, idque genus, ac ille, qui jurisdictionem obtinet ab alio; utpotè sunt Proreges, jurisdictionem à Rege habentes; atqueadeò largè Iudices, seu civiles, seu criminales, jurisdictionem exercentes, ac per consequens decreta, interdicta, edicta, &c. ediicientes; igitur, &c.

Nonum, an D. Mar. Ant. possit in Terra Rutiliani tenere Capitaneum, qui in causis prædictis jus dicat, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

Nona facti species.

Belli Dux hoc in casu: numquid in ipsius ditione sit, Capitaneum designare aliquem, qui ceu in sui suffectus locum, in thematibus, sibi à Principe permissis, uti queat.

36 Creare posse per S. C. fuisse prædefinitum litteris mandat Antonius Capicius, *hìc, num.* 4. ibi: *fuit votatum, quòd sic*: quare thesis isthæc in presentiarum probatione haud indiget: nam experientia nos in dies id edocet, belli Ducem suos habere Ministros, qui jurisdictionem à Prorege sibi demandatam exercent; nisi consuetudo secus de more servet, vel alio pacto per Proregem sit demandatum.

Decimum, an in mænibus Rutiliani possit prohibere Ecclesia, quòd depingantur arma D. Marci Antonii, cum per talem affixionem, seu picturam designari videatur res esse illius, cujus sunt insignia, *l. qui libertatem*, §. *finali*, *& l. finali*, *ff. de oper. pu. &c. Hæc Antonius Capicius*.

Decima facti species.

IN belli Ducis ditione: numquid hoc in casu sit Oppidi, Castri Proregis, idque genus, ejus cælare insignia.

37 Tametsi posse per S. C. fuisse sancitum memoriæ prodit Antonius Capicius, *hìc, num.* 45. ibi: *fuit decisum, quòd sic*: verumtamen meliùs sic est distinguendum.

38 Vel insignia hæc belli Ducis propriè sunt, utputà ejus stemmatis, familiæque, vel ejus dignitatis, vel id genus, & tunc, nec cum Civium assensu posse existimo.

Probatur 1. Insignia cælare in Vrbis pergamis, non nisi jurisdictionis actus esse supponitur, qui in binis reperitur, scilicet in Principe, & in Vniversitate, secus verò in aliis.

40 Vel sunt Regis, vel Civitatis, idque genus; & de hoc nulla extat hæsitatio; quòd in Vrbis pergamis, sive cælari, sive affigi possint.

Undecimum, an Dominus Marcus Antonius habeat jus immittendi vexillum suum tempore nundinarum, quæ in Rutiliano celebrantur, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

Vndecima Facti Species.

VExillum, quòd nundinarum tempestate, publicis in locis redigi assolet: numquid Ducis belli, esse par est.

41 Tametsi negativè per S. C. fuisse prædefinitum refert Capicius, hìc in fine; ibi: *fuit*

42 *decisum, quòd non*: verumtamen sic est distinguendum: vel locus ille, in quo res venditatur, exemptus sit, utputà Ecclesiasticus; tunc belli Ducis vexillum non esse pro palam exponendum, affigiendumque: quare Ca-

Capiciana isthæc finitio sic est commentanda; secus si haud exemptus sit: nam tunc belli Ducis jurisdictio, longè præstantior est jurisdictione, qua fulget Civitas, dummodo aliquo minùs fulget privilegio.

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

IUsta edicta, idque genus interdicta, per belli Ducem hoc in themate divulgata: numquid perpetua esse perhibeantur.

SUMMÆ.

A' Num. 1. usque ad 4. Thesis prædefinitio.
A' num. 4. usque ad finem, ejusdem Thesis probationes.

1 Istinguas: vel belli Dux in indictione, nullum durationis tempus adiiciat: vel perpetuò duratura, id cōmonstrans per verbum *perpetuò*,
2 vel id genus. Si primum, extincto belli Duce, etiamnum ejus jussa perimuntur: quare hoc in themate commentandi sunt Afflictus, Vr-
3 sillus apud Petram hìc *num.* 14. Si verò secundum, perpetuò durant adusque per ejus successorem revocantur.
4 Eodē utraque thesis pars cōprobatur medio: Tò *perpetuò* quid odiosū ducitur, ac per cōsequens strictè commentandū, *cap. odia, de regu-*
5 *lis juris in* 6. quare jure meritò, ubi superior (ut experientia nos edocet) jussa perpetuò esse duratura reposcit, id enodatè probat; secus verò, ubi oppositum velit; vel etiam si nullum redigendo verbum (*perpetuò*) id intelligeret *perpetuò*; tunc nobis benigniorem facessere commentationem, fas est: nam commentandi consuetudo nos in dies edocet.
6 Probatur 2. In odiosis namque pro subditis possessio, adusque secus haud obscurè, superioris velle patet, extare supponitur, cum melior sit possidentis conditio, *l. si debitor, ff. de pignor. l. is, qui destinavit, ff. de rei vindic. l. finali, Cod. eodem tit. l. qui recusare, Cod. de edendo*, §. *retinendæ, vers. commodum*, instit. *de interdictis, cap. pro possessore, de regul.*
7 *juris in* 6. verum enimverò ubi in interdictis divulgandis superior, Tò (*perpetuò*) minùs addiicisse supponitur, toties mussabile fit ejus velle: numquid perpetuò; vel ad tempus esse, idque genus, interdicta duratura, nec ne velit; igitur, &c.

DECISIO XXVIII.

IN Causa Magnifici Joannis Philippi de Afflictis cum Salvideis fuit dubitatum. Joannes Philippus egerat in prima instantia contra prædictos de Salvideis super possessorio Officii custodiæ maritimarum Calabriæ: & dum rei conventi in eorum articulis posuissent quædam concernentia dominium, seu quasi, Ioannes Philippus passus est de illis discuti; nec aliquid opposuit: unde sibi præjudicavit: est enim hæc una ex limitationibus *ad legem si quis ad se fundum, Cod. ad legem Iuliam, de vi*, ut scilicet nō procedat quando agens patiatur discuti de dominio, *cap.* 1. *de restitutione spoliatorum*, &c. lata fuit sententia contra Joannem Philippum, ab ea extitit reclamatum, seu supplicatum, an in ista causa reclamationis possit Joannes Philippus petere, ut solum pronuncietur super possessorio, primo loco per eum intentato, suspenso petitorio, deducto in articulis, ac exceptionibus conventorum, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

POssessorio, petitorioque in una, eamdemque intentatus instantia: numquid in actoris ditione sit rogitare, ut super possessorio dumtaxat prædefinitio divulgetur, suspenso interea petitorio, seu in supplicationis, vel reclamationis themate.

SUMMÆ.

Num. 1. 2. & 3 Thesis prædefinitio.
A' num 4. usque ad 9. ejusdem Thesis probationes.
A' num. 9. usque ad finem, oppositiones, earumdemque solutiones.

1 Eti valere per S. C. fuisse prædefinitum commonstrat Antonius Capicius, hìc in fine; ibi: *fuit decisum per omnes de consilio, quòd suspensio locum habeat.* est de Marinis, *observat. ad decis.* Reg. Revert. 347.

347. *num.* 9. *in fine.* Muscatelli, *in practica Sacri Consilii, parte* 5. Glossa, *impertinentes, num.* 30. aliorumque. Author est Thorus, *compend. decis. vers. petitorium incidenter in-*
2 *tentatum*: quare si quis de petitorio, neu in articulis à reo convento de petitorio, extensio ulla per ipsum opposita fuisset; tunc tametsi super petitorio sibi præjudicium illatum fuisset, quatenus sententia per Judicem definitiva super petitorio, priùs promulgata fuisset, nulla opposita ab actore exceptione de præjudicio, sibi inferendo; quatenus prius possessorium, deindeq; petitorium differendum foret:
3 verumtamen si à definitiva istiusmodi sententia, sive supplicarit, sive reclamaverit; interea suspenso petitorio, possessorium examinãdum foret. Rota, *decis.* 382. *in novissimis*, incip. *fuit dubitatum*.

4 Probatur 1. ubi seu per supplicationem, seu per reclamationem ab actore obtentum petitorii rogitatio suspensa sit, toties possessori quiritatio ad priscum retrotrahitur statum; ac per consequens perinde se habet, ac si de petitorio per reum conventum, nil petitum fuis-
5 set: quare per reclamationem, omnis purgatur actoris exceptionis deficientia, de petitorio opponere potentis, haudque opposuit; alioqui reclamationis virtus frustraretur, quod ju-
6 ribus obnoxium foret. quæ enim juribus oppugnant pro nihilo ducenda sunt, neu superfluis uti haud fas est actionibus, *l. hæc stipula-*
7 *tio, §. divi, ff. ut legator. nomine caveatur.* inde est, quòd superflua à juribus extant reprobata, *l. 1. ff. quibus, Cod. de novo Cod. l. finali, Cod. qui admitti ad bonor. possess. & in proœmio decretal.* ibi: *Resecatis superfluis* Clem. *exivi*, §. *quamvis, de verbor. signific.* igitur, &c.

8 Probatur 2. *ex textu in cap. pastoralis de causa possess. & proprietatis*: etenim conclusio in causa in prima instantia, in appellationis causa suspensa est, quandoquidem appellatio ad testium usque publicationem, rescindit universa, *cap. fraternitatis, de testibus, cap. veniens, de jure jurando, cap. cum Joannes, de fide instrumentorum, l. per hanc, Cod. de temporibus appellationum.* Author est Antonius Capicius *hìc nu.* 2. igitur, &c.

9 Dices 1. obstat decisioni huic altera S. C. prædefinitio. Author est Afflictus *decis.* 192. in principio, ubi secus extitit sancitum; igitur idem in præsentiarum est stabiliendum: nam utrobique eadem urget ratio, ac per consequens eadem legis prædefinitio, *l. illud, ff. ad leg. Aquil. l. si postulaverit, §. 2. ff. ad leg. Jul. de adulter. l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. nauta, §. fin. ff. nautæ caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, Cod. de Sacros. Ecclesʃ. §. si igitur* Instit. *quod cum eo.* Donellus *de jure civili, lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 13. *pag.* 39. Antonius Faber *in jurisprudentia, tit.* 1. *de just. & jur. princ.* 1. *illat.* 3. *pag.* 3.

10 Irritum est antecedens: propterea quod est longe dispar inter Capicianam, & Afflicti de-
11 cisionem facti species: siquidem in Afflicti præd efinitione simplex habetur sermo, ac per consequens nil de supplicatione, seu reclamatione mentionatur; dumtaxat verò de possessorium opponente: cum quærenti de petitorio adversus ipsum excipere fas sit; quod si nõ excipiat suo videtur cedere juri: quare cum in socordię pænam incidat: jure meritò nil mi-
12 rum, si per S. C. sic fuit prædefinitum; secus verò in Capiciana isthac decisione: quandoquidem tametsi de possessorio actor, de petitorio à reo convento, exceptionem ullam opposuerit, cum posset; verumtamen cum de petitorio reclamasse supponatur, consequẽs fit, ut ad priscum causam retrotrahi posse statum, stabilitum fuit; quare enodatius liquet huiuscemodi prędefinitionum conciliatio.

13 Dices 2. discordicolum, quod exstat inter appellationem, & supplicationem, seu reclamationem; quatenus appellatio, & sententiam, & conclusionem suspendit, *l. 1. in fine, ff. ad Turpillianum, cap. quòad 15. de sententia, & re judicata, l. 1. ff. nil innov. appell. interpos. l. furti, §. 1. de his, qui not. infam. l. Chirographis, §. ab eo, de admin. tutor.* Cironius *in paratil. in 5. lib. decretal.* Alteserra 1. *decretal. tit.* 29. *de officio, & potestate Judicis delegati, in cap. pastoralis* 28. *in §. præterea, pag.* 167. ac per consequens causam ad priscos retrotrahit terminos, *cap. pastoralis, §. rerum de appellat. cap. si à Judice, de appellat. in 6. cap. dilecti 55. vers. præterea, de appellat. cap. romana, §. si verò eod. tit. in 6. cap. proposuit 24. eodem tit. cap. romana, eodem, in 6. cap. ad hæc 37. cap. ut nostrum 56. eodem,* se-
14 cus verò reclamatio, quæ haud rescindit, vel suspendit; authores extant apud supralaudatũ Capicium hic, in fine; igitur, &c.

Eũdẽ prorsus nostro in casu producere effe-
15 ctũ ducitur: idque non nisi ob rationes supra cõmonstratas, *l. si quis ad se fundum*; ibi: *Ante omnia violentiæ causam examinare præcipimus, Cod. ad leg. jul. de vi, l. 1.* ibi: *Sine ulla cunctatione, Cod. si per vim, vel alio modo, l. si maritus 10. Cod. de dote, & inter, l. colonus 12. l. cum fundum 18. ff. si de vi 37. ff. de judic. l. ordinarii 3. Cod. de R. V. cap. 2. & ult. de ordin. cognit. cap. in literis 5. c. conquærente 7. de restit. spol. cap. ult. §. patet 3. quæst. 1. cap. cum Eccles. 3. quæst. 2. l. 1. §. si prædo, ff. deposito, l. 1. §. cum qui, vers. qui à me possidebat, l. Judice 64. ff. de judiciis, cap. 1. & per totam 2. quæst. 2. cap. 1. & per totam 3. quæst. 1. l. si quis 8. §. sed hæc 2. Cod. de præscript. 30. vel 40. l. si quis ad se fundũ, Cod. ad leg. juliam, de vi, l. meminerint, Cod. unde vi, l. si maritus 10. Cod. de donat. inter,* idque genus. Cujacius *in dicto cap. cõquærente* 7. Donellus *lib. 15. commẽt. cap.* 31. Vultejus *tit. Cod. ubi de possess. nu.* 35. Corasius *lib. 2. miscell. cap.* 2. Petrus Barbosa *in l. si de vi 37. ex num. 30. ff. de judiciis*, Solorzanus *lib. 3. polit. cap. 30. & tomo 2. lib. 2. cap.* 28. & 90. Velascus *de privileg. pauper. 1. par. quæst. 46. per totam*, siquidem ante omnia est restituendus, *cap. 1. de restit. spoliatorum*. consule declarationem juris diversorum D. Nicolai Bellon *lib. 1. cap.* 19. ad com-

commentationem textus, *in l.1. Cod. de alienat. judic. pag.* 470. ne fraudes varios per tramites, callesve violento opitularentur possessori; siquidem dolum demonstrat fraus, *l. 23. ff. de inofficioso testamento, l. 63. ff. de*
16 *rei vindicatione,* ac proinde bina isthæe inter se conciliari assolent, *l. 3. in fine, ff. pro socio. l. 10. Cod. de procurator.* cum fraus procul à dolo patrari impossibile ducatur. Author est Gœddęus *ad leg. 181. num. 6. ff. de verbor. significatio-*
17 *ne,* quibus profectò fides opponitur, *l. aliud est fraus, in principio, ff. de verborum significatio-*
18 *ne:* atque adeo semper ac quis, quod facere debet haud fecessit, de fraude arguitur, *l. in fraudem facere, & l. sequenti, ff. quæ in fraudem creditorum,* ac per consequens injustitiæ executio est. Author est Div. Thom. 2. 2. *quæst.*
19 *55. art. 5.* tametsi quandoque pro periculo desumitur fraus. sic Virgilius:

Quis Deus in fraudem, qua dira potẽtia nostra:

20 quare juremeritò meo judicio adversus violentes hasce possessiones, curiæ stilus haud multum pro cura habendus sit.

21 Dices 3. de supplicationis conceptu est, ut haud impedimento sit, quominùs sententia suum sortiatur effectum, quin potius ea minùs obstante, præstita tamen prius cautione de restituendo in retractationis sententiæ casu, ut jure sancitum est in auth. *quæ supplicatio, Cod. de precibus Imperatori offerendis.* Author est Caravita cum nonnullis, *ritu 252. num. 1.* Cironius *in paratil. 5. decretalium tit. 27. de sententia, & re judicata, pag. 158.* igitur, &c.

22 Infirmum ducitur argumentum istud: etenim in alia facti specie extare edisseritur: quandoquidem hic de violento peragitur possessore, qui à sua explodendus sit possessione, quàm ocissimè quit. consule Robertum
23 *rerum judicat. lib. 3. pag. 567.* neu judicia-
24 rius plerumque asservandus sit stylus; siquidẽ ideo supplicatio suborta fuit, ne auxilium contra injuriam, & judicum injuriam denegetur argumento legis 1. *ff. de appellat. l. 1. ff. de injuriis,* Author est idem Caravita ibidem *nu. 13.*

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Actore de possessore agente: nũquid per reum conventum, saltem de petitorio actionem intentare queat, ita ut insimul, & de possessorio, & de petitorio judicium per Judicem efformandum sit, secus verò per exceptionem, ut supra per S.C. prædefinitum fuit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A'num. 2. usque ad 9. ejusdem Thesis probatio.
A'num. 9. usque ad finem ejusdem Thesis oppugnatio, & diluitio.

1 Haud posse, per S.C. etiamnum fuisse sancitum, literis prodit Reg. de Frãchis *decis. 90.* est Bartoli, aliorumque.

2 Iisdem prorsus mediis, quibus supra facti species probata fuit commonstratur: etenim utrobique par urget ratio, *l. illud, ff. ad leg. Aquil. l. si postulaverit, §. 2. ff. ad leg. Juliam, de adulteriis, l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. nauta, §. finali, ff. nautæ, caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, Cod. de Sacros. Eccles. §. si igitur, instit. quod cum eo:* quandoquidem, seu petitorium per actionẽ, seu per exceptionis modum opponitur, semper eumdẽ producit effectum, ut ritè speculanti patet:
3 quare violento possessori nullus se tutãdi modus, sive per exceptionis, sive per actionis medium, indulgendus sit; alioqui fraudibus aditus aperiretur, quod juribus obnoxium est, *l. in fundo, ff. de rei vindic. l. cum is, §. si cum lis, ff. de transact. l. qui sub prætextu, Cod. de Sacros. Eccles. cap. porrò, de divort.* Clem. I. *de usuris;* igitur, &c. secus verò actore permittente, cum cuilibet privato juri cedere possit suo, Antonius Faber 4. *Cod. definit. 4. tit. 11. de hæred. actione, n. 1. in allegat. pag. 303.* ac per cõsequens, tunc Judici, & prætoriũ, & possessorium insimul in Senatu per agere posse, fas ducitur; idque ne judicii continentia dividatur, adversus regulam textus in *l. nulli, Cod. de judiciis;* igitur nil mirũ, si ab eodem magistratu, & possessorium, & petitorium terminandum sit, *cap. 1. vers. cælestinum, de sequestranda possess.* Alciatus *lib. 1. parerg. cap. 19.* Menochius *de arbitris, lib. 2. casu 37.* Cassiodorus *lib. 4. var. cap. 44.* Symmachus
6 *lib. 10. epistola 4.* inde est, quòd haud difficilius proprietatis causam, utpotè magis in ea edoctus terminabit, adeoque melius litium brevitati consulitur, *cap. finali, de dolo, & contumacia,* diffidentium laboribus, impensisque
7 parcitur, *cap. finali, de rescriptis in 6.* quod etiamnum illo ex protrito liquet dicterio: *annexorum idem debet esse judicium, cap. trãslato de constit. cap. quanto, de judic. l. 1. & 2. ff. quibus rebus, l. omnes, Cod. arbitr. tutel. l.*
8 *2. Cod. ubi de ratiocin.* quare juremeritò inseparabilitatem inducit, *l. cum actus 18 ff. de negotiis gestis, l. cognitio 8. cum sequenti, ff. de liberal. causa.* consule textum *in cap. fin. de rescriptis in 6. cap. dispendia, de judiciis, eodem lib.*

9 Ne differas: judicis partes sunt, ut violentus possessor pœnarum pensumdaret, ac per consequens prius de possessorio, deindeque de petitorio peragere, alioqui fraudibus aditus aperiretur, quod perabsurdum foret; igitur, &c.

10 Oppugnatio isthæc uno solvitur verbo: siquidem violentus possessor suam persolvere debet pœnam: etenim damni illati restitutio per Judicem prædefinienda est, ac per consequens in priscum redigendus sit statum, despoliatus, *cap. 1. cap. sæpe, Cod. in literis, & poss.*

extr.

extr.de restit.spoliat.Cod.super spoliatione extr. de ordin.cogni.l.si de vi 37.ff.de judic.l.si maritus 10.*Cod.de donat. inter virum, & uxorem*, Antonius Faber 3.*Cod.def.7.tit.7. de ordin.judic.in alleg.num.*1.*pag.*181.quare & de posses-
11 sorio, & de petitorio (permittente tamen actore, qui priva to juri cedere quit suo) agere potest, secus si id renuat, ut ex supra commonstratis liquet.

DECISIO XXIX.

IN Causa honorabilis Pyrrhi Antonii Toraglies prætendentis, quòd magnificus Nicolaus Agnesius, qui reperitur descriptus pro teste in quodam instrumento, seu protocollo, compellatur ad se subscribendum in instrumento, in quo supervivit solus Notarius, & ipse Nicolaus, ad mandatum sibi de se subscribendo factum, comparens asservit se non recordari, si interfuit pro teste, ita an non, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

SI quis, sive in protocollo, sive in instrumento aliquo descriptus esse reperiatur: numquid in instrumento, sive communi, sive inspecto jure Regni, ut se subscribat, adstringendus sit.

SUMMÆ.

Num. 1.2.& 3.Thesis prædefinitio.
A' num. 4. usque ad 8.ejusdem Thesis probatio.
A'num.8.usque ad finem, oppugnatio, ejusdemque solutio.

1 DIstinguas, vel verba facimus communi inspecto jure; vel regni. Si communi, subdistinguendum est,
2 vel subscriptio isthæc in protocollo, seu in instrumento reperto, vel Notarii, vel ipsiusmet testis manu subscripta sit; vel non.
3 Si Notarii, testes, & si de instrumēto celebrato haud memores fore fateantur; tunc ad se obsignandos, subscribendosve minùs fore astringendos, per S. C. fuisse prędefinitum memoriæ prodit Antonius Capicius in isthæc verba. *Domini de consilio habuerunt pro claro, quòd testis iste non possit compelli ad se subscribendum.* est nōnullorum authorum apud eumdem Capicium hìc.
4 Probatur: tamesi testium subscriptio communi inspecto jure in instrumento, seu per se ipsos, seu per Notariū obsignata, pro ipsius robore sat sit: verumtamen si testes actus immemores simpliciter fore edisserantur; tunc Notarii subscriptio, obsignatioque nullius fo-
5 ret momenti: etenim longè bina isthæc discriminantur, scilicet esse simpliciter immemorem actus; atque adeo esse actus immemo-
6 rem; secus verò subscriptionis actus: siquidem primum perimit actum, cum nemo testificari queat de eo, quod eum fugit, ac per consequens Notarii fides, nullius ducitur momenti,
7 secus verò secundum, ut in infra videbitur.
8 Nec obstat textus, *in l. cum ab initio, cum lege sequenti, ff. quemadmodum testamenta aperiantur*, in quibus est sancitum, testamentarium testem simpliciter sigillum nosse debere suum; igitur, &c.
9 Textus iste alio in casu est; quod ex ipsiusmet textus verbis liquet: nam dignoscere debet testis sigillum: numquid sit suum nec ne? ac per consequens de aliquo ab ipso gesto recognitio habenda sit; secus verò nostro in themate; cum testium subsignatio non nisi per Notarium subsignata sit; secus verò à teste instrumenti immemore.
10 Sin autem testium subsignatio sit; tunc nil suffragatur edisserrere, quòd actus celebrati immemor sit testis: etenim sat est, si ejus subscriptio, cum aliis conveniat subsignationibus, ac per consequens haud dissimiles: cum ex hoc perbellè dignoscatur, subscriptionem in protocollo fecisse: quare in isthac secūda facti specie potius Notario; atqueadeo testium subscriptioni, præstanda sit fides; quàm ipsimet testi.
11 Si demum inspecto Regni jure; tunc casum hunc locum habere impossibile ducitur: nam per Constitutionem *instrumentorum robur*, & Iudicis, & Notarii, & testium subscriptio reposcitur: quod etiamnum, *per cap.Regni item caveant justitiarii*, in fine, in quo jubetur, ut & Iudicis, & Notarii, & testium habeatur præsentia.

Pro decisionis istiusmodi illustratione.

CAPUT I.

DOtale instrumentum: numquid sit reassumendum, si Iudex, testesve, extincti esse perhibeantur; secus verò Notarius.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.

A'num.

A' num. 2. usque ad finem, ejusdem Thesis probatio.

1 Haud fore reassumendum audacter reor: quare est explodendus Thorus, *compend. decis. tom.* 1. §. *instrumentum dotale an possit reassumi, &c.* memorans, secus per S. C. fuisse sancitũ, laudans Capicium hìc *nu.* 10. etenim id haud fuit prædefinitum, si ritè, attentèque Capiciana perpendantur verba.

2 Probatur: Tametsi dotale instrumentum privilegiatum esse supponatur: verumtamen hìc privilegii vis, nullum habet locum: nam
3 in essentialibus deficientia habetur; *quæ enim essentialia extant, necessariò reposcuntur*;
4 neu à quorum essentia disjici queunt; cum totum quamlibet amplectatur partem, *l.* 1. §. *si stipulanti, ff. de verbor. obligat. l. si alii, ff. de usufructu legato, l. in eo, quod plus* 111. *l. in toto* 114. *ff. de regul. juris, cap. plus* 35. *cap. in*
5 *toto* 80. *eodem tit. in* 6. quandoquidẽ ut reassumi queant, necessum ducitur, ut Notarius, unusque testis insimul verificentur, qui probationem aliquam suo in genere efficere queant: siquidem privilegium est in testium numeri desinentia, scilicet si forent duo testes,
6 vel unus cum Notario: secus verò si nullus; neu doti favendum est, procul à fundamento probationis aliquo, cum jura dotibus faventia, semper aliquam præsupponant probationem: quare gratis, secus verò ab adversariis oppositum commonstratur.

CAPUT II.

Si testamentariis ex testibus unus fateatur, se testamento haud interfuisse: numquid precisè per hoc ad impediendam immissionem, quæ scripto hæredi, vi *legis finalis, Cod. de edicto Divi Adriani tollendo*, competit, id sat sit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.

A'num. 2. usque ad finem, ejusdem thesis probationes.

1 Impedimento esse existimat Baldus, *in l.* 1. §. *si quis neget enim* 1. *&* 2. *ff. quemadmodum testamenta aperiantur*, secus verò quòad testamenti aperitionem.

2 Eodem utraque thesis pars comprobatur medio: primo ex supralaudato §. *si quis neget*: ibi: *si quis neget sigillum suum dignoscere; non ideo quidem minùs aperiuntur tabulæ; sed*
3 *alias suspectæ fiunt*: nam uti edocet Baldus, ad agnitionem plenus reposcitur testium numerus, *l. si unus, Cod. de testibus*.

4 Probatur 2. Ubi testis unus testamentarius minùs interfuisse dicatur tabulis; tunc scriptum redditur falsitatis suspectum, cum essentialis desineat numerus, qui essentialiter in cõdendis quiritatur tabulis, *l. cum tabulas* 7. *ff. de bonor. possess. secundum tabulas, l.* 3. §. *si tabulæ testamenti, l. si unus* 12. *l. hac consultissima, Cod. de testament.* quod etiamuum Prætorio jubetur jure, *l.* 3. *ff. unde liberi.* Gonzalez, 3. *decretal. de testam. in cap. relatum*
5 *est* 11. *num.* 10. *pag.* 444. quare jure meritò adusque veritas de ipsis elucescat, hæredis in hæreditatem immisso, immoranda sit, *l. quamdiù* 39. *ff. de acquirenda, vel omittend. hæred.* ibi: *quamdiù potest ex testamento adiri hæreditas, ab intestato non defertur, l. quamdiù* 90. *ff. de regulis juris.* Vide Donellum, *commentarior. de jur. civil. lib.* 7. *cap.* 4. *sub nu.* 10. *pag.* 128. nam testamenti firmitas in suspenso est, usquequò negationis falsitas elucescat.

6 Probatur 3. Testamentariarum namque tabularum aperitio, haud in causa est, cur hæres in hæreditatis immissione immittatur; dũtaxat verò dignoscitur, quicquid testamentariis in tabulis jusserit testator; igitur merè materialiter se habet, in aperiendis testamentariis tabulis testis denegatio.

DECISIO XXX.

In Causa Nobilis Gasparis de Restaino, inculpati de fabricatione falsi privilegii: viso per S. C. ac per plures expertos privilegio, ac præsupposito, quòd omnibus visum fuit, esse suspectum de falso: dubitatum est, an Gaspar possit detineri, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

De privilegii falsitate incusatus quis, ac per consequens per S. C. privilegium præsentari adstrictus; quo deinde præsentato, & per S. C. & per expertos de falso suspectum visum fuisse feratur: numquid præcisè per hoc privilegiatus interea in vinculis detinẽdus sit, adusque de falsitate convincatur, an verò sat sit, si idoneam præstet cautionem.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.

A'num. 2. usque ad 8. ejusdem Thesis probationes.

A' num. 8. usque ad finem, oppositiones, earumdemque solutiones.

1 SI per privilegiatum idonea præstetur cautio, sat fore existimo: quare in vinclis eum detinere haud par est; dũmodò indicia, conjecturæ, diffamationes, idque genus, minùs sunt. est Antonii Capicii, *hìc num.* 7. *&* 8. Vivii, *decis.* 81. *num.* 3. Riccii, *in praxi Eccles. decis.* 712. aliorumque.

2 Probatur 1. Adusque privilegii falsitas
3 haud commonstratur, toties possessio pro privilegiato extare supponitur, cum possidentis melior sit conditio, *l. si debitor, ff. de pignoribus, l. is, qui destinavit, ff. de rei vindic. l. finali, Cod. eodem tit. l. qui accusare, Cod. de edendo, §. retinendæ, vers. commodum,* instit. *de interdict. cap. pro possessore, de regulis*
4 *juris, lib.* 6. siquidem per pręcisum suspicionis actum minùs convictus esse proditur; igitur si per ipsum debita præstetur cautio, sat ducitur.

5 Probatur 2. Ubi falsum penes se privilegium detinere perhibetur quis, neu in jure dicendo præsentavit; toties respectu S. R. C. haud reus ducendus est: etenim nullum facessit attentatum, ac per consequens merè passivè se habet; igitur in vinclis haud est detinendus: cum hic neu præsumptiones, neu indicia, neu diffamationes præcessere, quæ ad personæ capturam usui sunt, tametsi pura falsitatis notio præcesserit.

6 Probatur 3. In criminalibus probationes luce meridiana clariores esse debere, explorati
7 juris esse, *l. sciant cũcti, Cod. de probat.* neu quisquã ex præsumptione sola cõdemnatur, neque ex indiciis, nisi & plura sint, & indubitata, *l. ultima, Cod. de probat.* Antonius Faber, 6. *Cod. tit.* 2. *de furtis, def.* 4. *num.* 4. *in alleg. pag.* 618. igitur, &c.

8 Ne dicas 1. obstat textus, *in cap. in memoriã* 19. *dist. cap.* 11. *de rescriptis in fine, cap.* 11. *de falsis,* in queis secus est sancitũ: scilicet si quis Papæ literas de falso hæsitabiles in foro produceret; quippe est custodiendus; igitur, &c.

9 Textus istiusmodi alio in casu extant: nam eloquuntur de attentante in jure dicendo falsum privilegium, ac per consequens de consumato delicto; secus verò de ad privilegium præsentandum citato: neu in nostra facti spe-
10 cie de Pontificis privilegio liquet; neu Tò *custodiendus sit*, idem æquipollens est, ac in vinculis detinendus, quod gratis edisferitur: etenim sat est, si idonea refundatur cautio, quæ de sui conceptu reum ritè custodire in-
11 volvit: propterea quod in locum prisci illius juris redigi introducta est, ut litigantibus jam satis provisum sit, etsi non obtento amplius collo, ut olim citati parere nolentes in jus trahebant, *l.* 4. ibi: *quominùs quis in jus*
12 *duceretur, ad l. Iuliam, de vi privata*: quare juremeritò cautio isthæc necessaria est, adeoque à lege, vel Magistratu imponitur, *l.* 7. §. 1. *qui satisdare cogant.* Vvesembecius, *in paratitl. Cod. eodem.* Hieronymus Treutler. *select. disputat. volum.* 1. *disp.* 5. *de satisdat. feriis, & dilat. Thes.* 1. *lit. B. colum.* 2. *pag.* 52. Vide Oroz, *de apicibus juris civilis, lib.* 5. *cap.* 4. *à num.* 10. *pag.* 358.

13 Ne differas 2. In falsi crimine speciale est, quòd suspicio pro veritate, & falsitate habetur, uti liquet ex supralaudato *cap. in memoriam, l. jubemus, Cod. de prob. l. Divus, ff. de custodia reorum*; igitur, &c.

14 Textus istiusmodi aliter se habent, ac per consequẽs nostrę haud opponuntur thesi; neu in civilibus fore detinendũ prædefiniunt, tametsi suspicio aliquando attingit veritatem, ac per consequens quicquid suspicatur verum sit; nonnumquam verò falsitatem, adeoque regula certa stabiliri nequit; igitur nil mirum, si possessio citato, incusatoque de falso restare prædicetur, adusque in foro falsitatis vitium probatur.

15 Ne dicas 3. Obstat textus, *in l. Divus, ff. de custodia reorum*, in quo literis proditum est, quòd propter sceleris magnitudinem minùs fidejussioni traditur locus; igitur, &c.

16 Supralaudatus textus in alia extat facti specie: nam seu de patrato crimine, seu de conjecturis, indiciis, præsumptionibus, idque genus, præcedentibus eloquitur, quæ hìc desinunt. idem edisferito de textu, *in cap.* 1. *ad falsariorum, de falsis.* quod etiamnum inspecto Regni nostri jure per constitutionem, quæ incipit *humanitate*, cõprobatur ubi exceptis, quibusdam casibus, suum obtinet locum fidejussio.

17 Ne dicas 4. Obstat pragmatica Regni, quæ incipit *testem falsum*, ubi est prædefinitum, quòd de falso incusatus, haud sub fideicommissaria relaxandus sit cautione.

18 Pragmatica isthęc aliter se habet: nam in ipsa sermo est, si indicia, præsumptiones, conjecturæ, idque genus, præcedant; vel si sponte nulla præcedente quiritatione, falsum repræsentet privilegium.

Pro Decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

IDoneam præstans fidejussionem quis: numquid extincto primo fidejussore; vel haud solvendo sit, idque genus, iterum cavere debet.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad 9. ejusdem Thesis probationes.
A' num. 9. usque ad finem, & objectio, & ejusdem solutio.

1 CAvere debere existimant Afflictus, *decis.* 172. *num.* 2. Reg. de Franchis, *decis.* 480. *num.* 5. commune vo-

vocitantes placitum, aliique, quod suum vendicat locum, seu fidejussio isthæc Prætoria, seu judicialis, seu conventionalis sit, dummodò juri haud cesserit creditor suo, scilicet foro, idque genus. est eorumdem Authorum, quòad hanc secundam thesis partem.

2 Probatur 1. ex textu, *in l. 15. à quo, §. finali, ff. ut in possess. legat. l. 1. ff. de Magistr. convent.* Author est Reg. de Franchis, loco supralaudato, *n. 1. 3. & 4.* siquidem creditoris mens est, securā habere cautionem, ac per cōsequens in unius deficientiam, aliam habere idoneā, alioqui haud contraxisset; igitur, &c.

3 Probatur 2. ex textu, *in l. si ab arbitro 10. §. qui ex causa, ff. qui satisdare cogātur*; ibi: *qui ex causa improba ab arbitro probatos, alios improbatos probat; multoque magis, si sua volūtate accepit fidejussores, contētus iis esse debet, quòd si medio tempore calamitas fidejussoribus insignis, vel magna inopia acciderit, causa cognita ex integro satisdandum erit*; igitur, &c.

4 Probatur 3. Eadem prorsus urget ratio de judiciali, ac de conventionali cautione: etenim semper creditoris intentio est, securam, habere cautionem. inspicito supralaudatos Hieronymum Treutler. & Oroz, in cujus deficientiam, aliam, ac per cunsequens usque in infinitum, alioqui contractum haud celebrasset; sed melior est, captis pignoribus, vel fidejussoribus, *l. si mandatum 59. §. ultimo, ff. mandati, l. sancimus, Cod. de verbor. signific. l. 1. §. jubet 4. ff. de collat. bonor. l. Prætoria 7. ff. de Prætor. stipulat. l. 3. Cod. de verb. signific.* Gonzalez, *1. decretal. tit. 2. de constit. in cap. ex literis 11. num. 6. pag. 67. & 2. decretal. in cap. qua fronte 25. nu. 5.*

5 *pag. 795.* quiritandum profectò ab adversariis est: quare sive in Prætoria, sive in judiciali cautione, in unius cautionis desinentiā alia refundenda sit cautio; secus verò in conventionali aliud respondere nequirent; nisi quòd in conventionali, suo videtur cessisse juri creditor; quandoquidem haud responsum hoc firmum foret; cum creditoris cujuslibet intentio sit, se esse securum, ac per consequens in illius desinentia alium velle fidejussorem; idque genus; alioqui nullum iniisset contractum: quare ipsius mens non est, dumtaxat cautioni acquiescere (utpotè somniarunt adversarii) ast in illius desinentiam alteram, & sic in infinitum habere. neque (inquam) cautioni illi idoneæ, prout est præsens, simpliciter assentiri videtur, sed semper conditionatè, scilicet si isthæc idonea apparens desineret, vellem aliam; alioqui illa cautio apparens idonea, ita se haberet, perinde ac si haud foret.

8 Probatur 4. Fidejussio, fidejussoris extintione, haud extinguitur: nam durare supponitur jus, adusque idonea refundatur à debitore satisfactio; igitur, &c.

9 Nec obstat textus, *in l. pupilli, §. soror, ff. de solutionibus*, ubi sancitum, cautumque habetur, quòd inopiæ subsecutę periculum, ad creditorem pertinet. Author est Afflictus, *decis. 172. num. 2.* igitur, &c.

10 Textus hujuscemodi alio in casu est: quādoquidem de legato eloquitur; atq; adeò diversa sub ratione: in præsenti arum namque disceptatio est, de fidejussione, quæ de sui conceptu, securum reddere debet creditorem, ac per consequens de personarum pluralitate; quod de legati natura minùs edisserendum est, ut perpendenti patet.

DECISIO XXXI. & XXXII.

Quæ hic dici possunt, jam dissertata fuere in decisione decima.

DECISIO XXXIII.

IN Causa Magnificorum Leonardi, & Francisci Comi, cum Magnifico Joanne Angelo de Sancta Fide: fuit dubitatum, an Dominus Leonardus, & Fran. qui semel egerunt contra præfatum Ioannem Ang. super assistentia, & appretio certorum bonorum vigore instrumenti; sententiamque in eorum favorem obtinuerunr: possint ad præsens pro eadem quantitate, & debito variare, & agere assistentia, & appretio super aliis bonis, in prima lite non contentis, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti Species.

FActa bonorum quorumdam instrumenti robore appretiatione, obtentaque in rogitantis gratiam diffinitiva sententia: numquid pro eadem quantitate, æreque alieno, quiritatio ab eodem fieri possit agente, ac per consequens variatio, novaque appretiatio super aliis in prima lite minùs contentis, fieri queat bonis.

SUMMÆ.

Num. 1. primæ Thesis prædefinitio.

A' num. 2. usq; ad 5. ejusdē Thesis probationes.

Num. 5. & 6. secūdæ Thesis partis prædefinitio.

A' num. 7. usq; ad 11. ejusdem Thesis secundę probationes.

Num. 11. & 12. tertiæ Thesis partis prædefinitio, & probatio.

1 DIstinguas: vel bona, in prima lite haud contenta, rogitati erant ignota, vel non. si eum minùs fugiebant; tuncque de illis amplius petere nequire, ac per consequens bonorum varietatem esse denegandam pro comperto habetur, quare sic est cõmentãda S.R.C. prædefinitio, quam literis prodit Antonius Capicius hìc, in hęc verba: *fuit decisum, dictam varietatem nõ esse admittendam.* est Thesauri *quæst.* 7. *lib.* 1. *num.* 6. Reg. de Franchis *dec.* 53, *num.* 3. aliorumque.

2 Probatur 1. ubi bona actori nota sunt, nec isthæc per eum rogitata fuere; toties suo voluisse cedere juri arguendum est, ac per consequens amplius de illis petendum non est: siquidem quilibet privato cedere possit juri suo, *l. privilegia, Cod. de pactis*. Antonius Faber 4. *Cod. def.* 4. *tit.* 11. *de hæred. action. num.* 1. *in allegat. pag.* 303. *l. si quis in conscribendo, C. de Episcopis, & Clericis, l. penult. Cod. de pactis, cap. tuis* 39. *vers. nisi de testibus, cap. ad apostolicam, de regular. cap. si de tertia, de privilegiis.* Tiraquellus *de jure primog. quæst.* 24. *num.* 4. argum. textus *in l. jus publicum, ff. de pactis, & in l.* 2. *§. sed quia veremur, Cod. de jure jurand. propter calum. cap. si diligenter, de foro competenti.* neu amplius retrogradi fas est, adeoque in agentis ditione foret, pro ejus libito judiciarium variare ordinem, quod perabsurdum esset; igitur, &c.

3 Probatur 2. ex textu *in l.* 1. *§. finali, si fa. fur. fecis. dicatur, cap. mutare, cap. quod semel, de regulis juris, lib.* 6. *l. à divo pio, §. si pignora*; ibi: *Quia velut pacto transigisse de credito videtur, qui contentus fuit pignora possidere*. author est Antonius Thesaurus *hìc, num.* 6. memorans, sic per Senatum Pedemontanum
4 fuisse prædefinitum; alioqui variatio isthæc in alterius foret præjudicium, adversus textum *in l. nemo potest mutare* 75. *ff. de regulis juris in* 6. igitur, &c.

5 Sin autem ipsum fugiebant, & tunc etiamnum subdistinguendum est. vel bona obtenta minùs liquida sunt, ut extant illa, quæ in
6 prima lite haud contenta fuere, vel non. Si primum, de illis tunc optimè rogitari posse, haud dubiè esse: est ejusdẽ Thesauri, indidem.

7 Probatur 1. ex trito dicterio illo: errantis nulla est intentio, *l. sed hoc ita, ff. de aqua pluvia arcenda*. Petrus Faber *de diversis regulis juris, in comment. ad leg. in negotiis* 5. *lit. D, pag.* 37. *l. si per errorem, ff. de jurisdictione omnium judicum, l. si procurator, ff. de acquir. rer. dom. l. non id circo, C. de jur. & facti ignor.* nam error est animi vitiũ, quod aliud pro alio quis putat, seu salsum pro vero, aut aliquis latet error. hinc Virgilius 2. *Æneidos: æquo ne*
8 *credite theucri*: in nostro porrò casu si agenti non ignorata fuissent bona, in prima instantia minùs inclusa; quippe de illis, secus de aliis rogitasset; igitur uti ipsum fugientia de ipsis rursus petere posse par est; neu ad impẽsas adstringendus sit (uti somniavit Thesaurus): quandoquidem in culpa haud esse feratur, ut perpendenti liquet.

10 Probatur 2. ex non supralaudatorum repugnantia textuum: etenim in alia extant facti specie, utputà ubi bona isthæc prima in lite, haud adjecta, agentem minùs fugiebant; vel tametsi ignorabat; verumtamen ejusdem roboris, ac illa, quæ obtinuit: secus verò ubi prorsus ignorata.

11 Sin demum secundum, utputà ejusdẽ roboris, ac per consequens liquida, eodem pacto, ac illa, quæ obtenta fuere, & tunc impossibilis ducenda est bonorum variatio, ut supra-
12 laudatis in juribus sancitum fuit: quandoquidem bona obtenta æquipollentia supponuntur, bonis prima in lite haud contentis, ac per consequens retrogressio inanis foret.

DECISIO XLIV.

QUoniam superior prædefinitio huic decisioni quam maximè affinis sit; consequens est, ut de hac in præsentiarum est habendus sermo.

IN Causa Magnificæ Dianæ Carlinæ cum domino Jacobo de Capua: primo attendendum est; an domina Diana assecurata semel, ut prætenditur super dotibus Sedilis Nidi possit dici facta domina irrevocabiliter, adeo quod, quando apparet, virum pervenisse ad pinguiorem fortunam, possit dici, dominium non revocari ab ea, saltem quòad effectum, ut non possit soluto matrimonio ire contra possessores aliorum bonorum viri, &c. *Hactenus Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

MUlier pro ejus dotis asservatione, super aliqua viri re secura effecta; si vir ad pinguiorem pervenisse edisseratur fortunam: nũquid variatio fieri par est; ac per consequens dominium super priori re ad aliam transferre rem, eamque pignori, vel hypothecæ subjectam

ctam efficere, adeoque extinctis nuptiis, adversus aliorum bonorum possessores agere possit.

SUMMÆ.

Num.1.Thesis decisio.
Num.2.3.& 4.ejusdem probatio.

1 NEu variare, neu contra aliorum possessores bonorum agere posse, per S.C. fuisse prædefinitum commonstrat Antonius Capicius hic in fine; ibi: *Fuit votatum contra dictam Dianam, ut non possit variare*.est Ursilli *ad decis.*Afflicti 9.*nu.*5.de Franchis *decis.*53.*num.*3.Muscatelli *in pract. S.C. lib.*2.*parte* 3.Glossa *adjudicantur, num.*79. & Glossa *servata,num.*24. aliorumque.

2 Eodem prorsus medio, quo decisio 33. commonstrata fuit probatur: etenim ubi uxoris
3 dos super re aliqua secura esse supponitur; toties ejus actio super aliis viri rebus, extincta est; ac per consequens res aliis obstrictæ creditoribus, ab uxoris molestia, solutæ sunt, alioqui quammaxima, & heredis, & creditorum perturbatio haberetur; quod juribus alienum
4 foret; sat est enim, si uxor quomodolibet dotem recuperat suam, seu à marito, seu à patre, seu à creditoribus; idque genus, *l. pater* 71. *ff.de evict.l.si cum dotem* 22.§.*eo autem, l.in insulam* 42. *l.Titio* 44.*ff.soluto matrim. l.in eum* 16.*ff.de relig.l.si socer, Cod.solut.matrim. l.unica, Cod.de rei uxor. l.ultima, ff.de collat. dotis*.arg.textus *in l.patroni* 17.*l.non tantum* 20.*ff.de re judic. l.maritum* 11. *cum sequent. ff.soluto matrim.* neu judiciarius debitus servetur ordo.

Pro prædefinitionis istiusmodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

PRo dotis securitate: numquid in mulieris ditione sit, cuncta viri bona sequestro subjectare, ac sibi obstricta facessere.

SUMMÆ.

Num. 1. 2. 3. & 4. Thesis prædefinitio.
Num.5.ejusdem thesis probatio.

1 DIstinguas: vel universa viri bona pro dotis securitate haud sat sint; vel æquabiliter sufficientia, vel
2 exuperantia. Si primum, tunc cuncta, & sequestro subiicienda, & sibi hipothecanda quiritare valere haud dubiè reor. est cunctorum Authorum sana mente discurrentium.
3 Sin secundum idem prorsus erit prædefiniendum: proptereaquod utrobique par urget ratio, *l.illud, ff. ad legem aquiliam, l.si postulaverit,*§.2.*ff.ad legem juliam, de adulter. l.quidam nummularios, de edendo, l.nautæ,* §.*fin.ff.nautæ, caup.l.à Titio, ff.de furtis, l. illud, Cod.de Sacros.Eccl.* §.*si igitur*,instit. *quod*
4 *cum eo.* si postmodum negativum fore dandũ responsum autumo; ac per consequens res aliqua specialis sibi hypothecata esse debet. est Petra *hic num.*1.Ursilli ad Afflictum *decis.* 9. *num.*5.aliorumque.
5 Probatur: ubi uxoris dos secura sit, toties super aliis viri bonis ejus extinguitur actio, ac per consequens de illis amplius rogitatio haud fieri par est: in nostro porrò themate viri bona, dotis valorem exuperãtia esse supponuntur; igitur sat est, si super nonnullis viri bonis designata sit dos.

DECISIO XXXIV.

IN Causa Magnifici Andreæ de Ebulo cum domino Comite Triventi, iterum postquàm decretum de exequendo, latum in Magna Curia Vicariæ, in favorem dicti Comitis, fuit jam executum, non obstante appellatione: vult idem Andreas, appellationem prædictam prosequi, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

DEcretum de exequendo per magnum Vicariæ Senatum, in Titii favorem super possessorio latum, si jam exequutioni (appellatione minùs obstante) mandatum fuisse perhibeatur: numquid in rei facultate sit, appellationem hanc prosequi posse.

SUMMÆ.

Num.1.& 2.primæ Thesis partis prædefinitio.
A'num.3.usque ad 7.ejusdem primæ Thesis partis probatio.
Num.7.secundæ Thesis partis decisio.
A'num.8. usque ad 16. ejusdem Thesis secundæ probationes.
A'num.16.usque ad finem, oppugnationes, earumdemque solutiones.

Di-

1 Distinguas: vel sermo est de Canonico,
2 vel de Cæsareo jure. Si de Canonico, & tunc appellationem prosequi posse per reum, per per S.R.C. fuisse sancitum literis mandat. Afflictus *decis.* 269. *num.* 2, est Baldi, Abbatis Siculi, Vivii *in sylva communium opinionum* 80. *banditus, num.* 3. Scaglion. *in ritu* 260. *num.* 15. aliorumq;
3 Probatur: appellatio, quà appellatio est tutaminis naturam consectatur. Ulpianus *in l.* 1. *ff.*
4 *de appellat.* cum sit ad innocentię præsidium dimanata. Cironius *de appellat. recusat. & relat. pag.* 159. Altesserra 1. *decretal. tit.* 29. *de officio, & potestate Judicis delegati; in cap. pasto-*
5 *ralis* 28. *in* §. *præterea, pag.* 167. inde est, quòd sit exceptionis species. Cironius, indidem; novaque judicii discussio. Hothomanus *verbor. juris,* verbo, *appellare, pag.* 531. *cap. cum speciali* 61. §. *porro de appellat.* & ad oppressorum remedium, *cap. omnis oppressus* 3. *cap. ad Romanum* 8. *cap. ideo* 10. 2. *quæst.* 6. *l. à sententia* 5. *ff. de appell.* & ad injuriarum emẽdationem.
6 hinc Cicero: *vos vos appello fortissimi viri,* ac per consequens nil mirum, si Canonico attento jure prętatus Titius appellationem prosequi queat. quod etiamnum comprobatur per Afflictum supralaudatum per textum *in clementina* 1. *de sequestranda possessione, & fructu*; igitur, &c.
7 Si de civili verba faciamus Jure, idem profecto esse prædefiniendum reor, ac in prima thesi stabilitum fuit. est Bartoli, aliorumque, quorum, & laudator, & sectator est *Afflictus decis.* 279. *num.* 3. & 4. edocens, placitum hoc semper in S. C. fuisse servatum, adversus Baldum, sibi ipsi oppugnantem.
8 Thesis isthęc iisdem comprobatur mediis, quibus prima commonstrata fuit thesis: propterea quod utrobique par urget ratio; igitur eadem juris prędefinitio, *l. illud, ff. ad legem aquiliam, l. si postulaverit,* §. 2. *ff. ad legem juliam, de adulter. &c.*
9 Probatur 2. haud magis Canonico refundẽda sit defensio, quàm Cæsareo attento jure, *l.* 29. §. 1. *ff. de noxalibus.* hinc Cicero: *ut ea*
10 *pars defensionis relinquatur.* idem pro Clu. *innocentiæ defensio respirat*: nam lex quælibet ab æquitate aliena esse nequit, alioqui non foret lex; lex namque est regula, & mensura actuum agendorum, vel omittendorum. Sanctus Thomas 2:2. *quæst.* 90. *art.* 1. & juxta Tul-
11 lium 1. de legibus; ibi: *Lex est ratio summa, insita in natura, quæ jubet ea, quæ facienda*
12 *sunt, prohibetque contraria,* etenim ex gravamine per Judicem à quo, injustè, sive illato, sive inferendo, ritè juribus haud dissonum est; ut ad Judicem ad quem, licita fiat appellatio. argumento textus *in cap. consuluit* 18. *de appellat. cap. inter cæteras* 2. *eodem.* consule Cujacium, Fermosinum, Balboam, D. Antonium Grannanieto *in dicto cap. inter cæte-*
13 *ras*; cum sit remedium ad tollendum gravamen, *l.* 1. *ff. de appellat. cap. suggestum* 15. *cap. cum cessante* 60. *cap. cum speciali* 61. §. *porro; de appellat. cap. consuluit*; ibi: *quòd sibi posset inferri, de appellat,* ne indefensus quis procul
14 à recta ratione differatur: inde est, quòd appellatio sit ab inferiore Judice, ad superiorem facta provocatio, ut is de ea re dignoscat, & prius pronunciatum corrigat, vel in melius reformet. Gonzalez 2. *decretal. tit.* 28. *de appellat. in cap. inter cæteras* 2. *num.* 7. *pag.* 768. quandoquidem non magis in petitorio, quàm in puro possessorio gravamen per Judicem à quo inferri quit. consule Antonium Fabrum 1. *Cod. tit.* 2. *de Sacros. Eccles. def.* 12. *pag.* 4. ac per consequens juribus id cautum esse debet, ne judicum fraudibus aditus fiat, *l. in fundo, ff. de rei vindic. l. cum is,* §. *cum lis, ff. de transactionibus, l. cum prætextu, Cod. de Sacros. Eccles. cap. porrò de divortiis, Clementina* 1. *de usuris*; idque genus.
15 Probatur 3. tunc appellatio isthæc locum minùs haberet, ubi sententiæ esequutio impedimento foret, quominùs exequeretur: in nostro porrò themate haud impedimento est, quominùs sẽtẽtia suum sortiatur effectum; igitur nil mirum, si Judicis ad quem recognitio admittenda sit, ut recognoscat: numquid ritè per Judicem à quo fuit prædefinitum. consule D. Antonium Grannanieto 2. *decretal. de appellat. tit.* 28. *in cap. ut debitus honor.* 59. *num.* 19. & 20. *pag.* 264. Cujacium, Cironium, aliosque.
16 Nec obstat textus *in l. unica, cum de possessione, Cod. si de momentanea possessione fuerit appellatum*; ibi: *Cum de possessione, ac ejus momento causa dicitur, & si appellatio interposita fuerit; tamen lata sententia sortitur effectum; ita tamen possessionis reformationem fieri oportet, ut integra omnis proprietatis causa servetur*; ex quibus textus verbis infertur, ritè appellatũ, Cæsareo inspecto jure, minùs in hujuscemodi facti specie esse permittẽdum, ne processus in infinitum verificetur; igitur, &c.
17 Textus iste nostræ haud opponitur thesi: nam edocet, quòd interposita appellatione adhuc sententia lata suum sortiatur effectum, scilicet quoad exequutionem: quare ex istiusmodi textus, verbis minùs impedimento est, quominùs à decreto de puro appelletur possessorio.
18 Urgebis obstant illa textus verba; ibi: *Ita tamen possessionis reformationem fieri oportet, ut integra omnis proprietatis causa servetur*; igitur, &c.
19 Tò *possessionis reformationem,* nostro in casu, idem æquipollens est, ac decreti exequutio, circa possessionis restitutionem haud immoranda sit, ut de petitorio deinde dumtaxat judicium efformetur; ita ut in Judicis à quo ditione sit, deinde de proprietatis dominio dignoscere, ac interea in stabilium possessionem asservare, adusque lis de puro à Judice ad quem dignoscatur possessorio; secus verò edocet textus ad Judicem, ad quem minùs appellari posse. inspicito primam Capicianam de-

decisionem, in qua feracius de hac disertavi facti specie.

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT I.

Decisio isthæc: numquid in omni possessorio, seu adipiscendæ, seu retinendæ, seu recuperandæ, suum sibi vendicet locum.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis decisio.
Num. 2. ejusdem Thesis probatio.

1 Prædefinitionem hanc in omni possesso-
2 rio suum obtinere locum, reor: propterea quod utrobique par urget ratio, *d. l. illud, ff. ad legem aquiliam*, idque genus: siquidem haud magis gravamen verificari quit in possessorio adipiscendæ, quàm in retinendæ, ac recuperandæ possessionis.

DECISIO XXXV.

IN Causa Magistri Antonini Friscaroli cum Magistro Alfonso Ametrano: primo dubitari contingit: an Judex ex officio, dum videt probationes dubias, possit deferre Magistro Antonio juramentum suppletorium, etiam si non petatur, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti Species.

Dum hæsitabiles prospiciat probationes Judex: numquid in ipsius facultate sit, parti uni, quam voluerit, juramentum deferre posse, adversario minùs rogitante.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.
A num. 2. usque ad 9. ejusdem Thesis probatio.
Num. 9. & 10. ejusdem Thesis oppugnatio, & solutio.
A num. 11. usque ad 15. Thesis secundæ decisio.
Num. 15. Judicis arbitrio est redigendum.
Num. 16. & 17. prima secundæ Thesis pars probatur.
Num. 18. secunda Thesis secundæ pars probatur.
Num. 19. Thesis tertiæ prædefinitio.
Num. 20. ejusdem Thesis tertiæ probatio.
Num. 21. Thesis quartæ prędefinitio.
Num. 22. 23. 24. ejusdem Thesis probatio.
Num. 25. & 26. ejusdem Thesis quartæ oppugnatio, & solutio.
Num. 27. Thesis quintæ finitio.
A num. 28. usque ad 33. ejusdem Thesis quintæ probationes.
Num. 33. & 34. ejusdem Thesis quintæ, & oppugnatio, & solutio.

1 Deferre posse existimant Abbas, Alexander, Muscatellus *in praxi S.R.C. lib. 1. parte 6.* Glossa *conclusio, num. 34.* Anna *singulari 282.*

2 Probatur: ejusdem virtutis, roborisve est denegare juramentum, ac efficere; igitur si in Judicis manu sit, justa ex causa juramentum denegare posse, *cap. si vero aliquis 8. de jure jurando, cap. quanto, eodem tit.* inspicito Gonzalez *in commentar. ad eũdem textũ, nu. 7. pag. 535.* Cironium *in paratit. in 5. lib. tit.*
3 *24. de jure jurando, pag. 149.* sic etiamnum deferre; etenim urobique eadem urget ratio, *l. illud, ff. ad legem aquiliam, l. si postulaverit, §. 2. ad legem juliam, de adult. l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. nauta, §. finali, ff. nautæ caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, Cod. de Sacros. Eccles. §. si igitur.* instit. *quod cum eo, l. his solis vers. satis etiam cautè putamus, Cod. de revocandis donat. l. item veniunt, §. ait Senatus, ff. de petitione hæredit.* Tiraquellus *in l. si umquam, verbo, libertis, nu. 45.*
4 *&* 46. hinc Cicero 4. *tuscul.* ibi: *Benè adhibita ratio cernit quid optimum sit, neglecta*
5 *multis implicatur erroribus.* sic è diverso: ubi est diversa ratio, ibi est diversa prædefinitio, *l. si ita, ff. de manumiss. testam. l. servus, ff. de*
6 *statu lib.* in nostro porrò casu, rationabili ex causa, ad astringendum unum ex adversariis ad præstandum juramentum, in Iudicis facultate esse, plusquàm manifestum est: quandoquidem sui muneris est, citissimè lites expeditioni demandare, alioqui iniquitas foret, *l. quidam 21. ff. de rebus cred.* Antonius Faber *7. C. tit. 18. de fruct. & lit. expensis, def. 18. num. 2. cap. finem litibus, de dolo, & contum. l. fina-*
7 *li, ff. pro socio,* ne litigantes sumptibus, & expensis valdè graventur, *cap. ut litigantes, de officio ordinarii, cap. 6. cap. 2. de causa possess. & proprietatis, cap. 2. de judicata, l. properandum 13. Cod. de judiciis.* D. Antonius Grannanieto *2. decretal. de appellat. & recus. tit. 28. in*
8 *cap. cum sit romana 5. num. 2. pag. 254.* fraudibusque aditus fieret. contra textum *in l. in fundo, ff. de rei vindic. l. cum is, §. si cum lis, ff. de*

de transact. l. qui sub prætextu, Cod. de Sacros. Eccles. cap. porrò, de divort. Clem. 1. *de usur.* Clem. 1. §. *final. de concess. præb.* cum nemini debeat patrocinari, *l. itaque fullo, ff. de furtis, cap. dictum 30. quæst. 1. cap. tuæ 12. de clerico non residente, cap. sedes, cap. ex tenore, de rescriptis, cap. 2. de dolo, cap. 2. de cognat. spirit. cap. 1. de collus. deteg. cap. tuus, de usuris.*

9 Nec obstat textus *in l. dies cautioni, §. hoc autem judicium, ff. de damno infecto,* ubi secus fuit prædefinitum; ibi: *Hoc autem judicium certam conditionem habet, si postulatum est:* cæterum, qui non postulavit, experiri non potest: postulare autem propriè hoc dicimus pro tribunali petere, non alibi; igitur, &c.

10 Textus hujuscemodi aliter se habet: propterea quod minimè de juramento eloquitur, de quo in præsentiarum dissertatur; dumtaxat verò de damno infecto, quod in jure dicendo per adversarium adversus reum quiritari debet.

Secunda dubitatio est: esto, quòd pars velit petere: an illud procedat, postquàm fuit in causa conclusum, &c. *Hactenus Antonius Capicius.*

Secunda Facti Species.

SI conclusum in causa fuerit: numquid per adversarium de juramento istiusmodi peti possit.

11 Tametsi denegant Bartolus, Baldus, aliique, quod commune vocitat Placitum Iason; affir-
12 mant verò Salicetus, Alexander, aliique: verumtamen melius sic distinguas: vel adversarius iniquè, calumniosèque id distulerit, &
13 tunc haud amplius sit audiendus: etenim fraus nemini debet patrocinari, *l. itaque fullo, ff. de furtis, cap. dictum 30. quæst. 1. cap. intelleximus, de judiciis, cap. tuæ 12. de clericis non residentibus, cap. sedes, cap. ex tenore, de rescriptis, cap. 2. de dolo,* idque genus.
14 Author est Augustinus Barbosa: ac per consequens iisdem aditus haud est aperiendus, *l. in fundo, ff. de rei vindic. l. cum 11. §. si cum lis, ff. de transactionibus;* idque genus, apud eumdem *num. 2.*

15 Sin autem secus; tunc Judicis judicio id est redigendum, ritè cuncta discernentis. inspicito Authores penes Thorum *compend. decis. tomo 1. §. juramentum suppletorium si fuerit rogitatum.*

16 Prima thesis pars probatur: fraus namque nemini patrocinari debet *dicta l. itaque fullo,* ac per consequens in Judicis facultate est, juramenti hujuscemodi dilationem explodere: alioqui diffidentium litigia in infinitum pro-
17 tenderentur, quod perabsurdum foret. siquidem jueremeritò Divus Augustinus *in Psalmo 84.* docet, tranquillitatem in Orbe esse servādam, ac per consequens esse removendas lites, & dissidia; ibi: *Pax quid est?* & respondet: *ubi nullum bellum est, ubi non est contradictio, ubi nihil resistit, nihil adversi est; hinc pax hominum ordinata concordia.*

18 Secunda thesis pars probatur: ubi juramenti delatio in loco haud esse perhibetur suo; toties in Judicis manu est, illam fore admittendam, vel non; ac per consequens rimari debet Iudex: numquid amplius admittenda sit: num justa habeatur causa, nec nè?

Tertia est dubitatio: an in delatione juramenti suppletorii debeat pars citari, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

Tertia Facti Species.

IN suppletorii juramenti delatione: numquid adversarius citandus sit.

19 Tametsi Angelus Alexander apud Capiciū *hîc, num. 3.* edocent, adversarium esse citandum; verumtamen meo judicio, Judicis arbitrio, id esse redigendum; ac per consequens in Judicis facultate est, vel partem in jus vocitare, vel non.

20 Probatur suppletorii delatio juramenti à partis rogitatione haud pendet, ast à lege, id reposcente, ac per consequens in Iudicis manum redigit lex, ut ad id præstandum reum astringat.

Quarta dubitatio est: an juramentum suppletorium, non petitum in causa principali, possit peti in causa appellationis, &c. *Hæc Antonins Capicius.*

Quarta Facti Species.

SUppletorium juramētum in principali haud rogitatum causa: numquid in ejusdem appellatione de ipso peti valeat.

21 Peti posse reor. est Annę *in singulari 283.* Muscatelli *in praxi S. R. C. lib. 1. parte 7.* Glossa *conclusio, num. 16.* ubi edocet, secus in Regno servari. Capicii *hîc, num. 6.* aliorumque.

22 Probatur: de facto coram Judice ad quem novuum erit efformandum judicium, ac per consequens nova causæ notio, ita ut cuncta ad priscum redigendum erit statum; omnia iterum examinando, *cap. pastoralis, §. verum, de*

de appellat.cap.si à Judice,eodem tit. in 6.cap. dilecti 55.vers.præterea,tit.eodem, cap. romana, eodem, in 6.cap.proposuit 24. eod.tit. cap.
23 *ad hæc 37.cap.ut nostrum 56.eodem*:etsi gravaminis causã exprimere debeat,si à sẽtẽtia interlocutoria provocet, *cap.ut debitus honor 59.de appellat.cap.capitulum,cap.constitutus, cap.dilectus, cap.significante,de rescriptis,cap. final. de except. cap.pro illorum, cap.dilectus, de præbendis, cap.proposuit, de concess.præben. cap.1.cap.3.de appellat.in 6.*Clement.*5.eodem tit.*Altesserra , Balboa, Cujacius, aliique,*in*
24 *dicto cap. ut debitus honor* : inde est , quòd si quid post appellationem, legitimè interpositam,actum fuerit, attentatorum remedio revocandum est, *cap. dilecti filii 1. de appellat. cap.cum nobis 13.de elect. cap. cum contingat 36.de officio delegati, cap. 1. de dilat. cap.venientes, de jure jurando. cap. super eo 10.cap. ad præsentium 16.cap.cum teneamur 17.cap. qua fronte 25.cap.ad audientiam 34. cap.pastoralis 53.* §.*verum, de appellat* , & his similia. Cujacius. *de præscript.& terminis,cap.4. & 7.*Faber *in suo Cod.lib.7.tit.29. difficult.7.* Petrus Cregorius *syntag.juris,cap.2.num.45. & 46.*Vulteus *de judiciis,lib.4.cap.2.*Borrellus *tomo 2.decis.tit.36.de attentato*,aliique; ac per consequens jura , quæ appellanti conveniunt,asservari debeant; adeoque juramenti suppletorii rogitatio , quæ coram Iudice à quo petenda erit .

25 Nec obstat vulgare dicterium illud:*factum infectum , fieri impossibile est*, *l. jubemus*, §. *prædia, Cod.de Sacros.Eccles. cap. quæ contra jus 64. de reg.juris in 6. l.si filius 7.ff.de liber. & posthumis,cap.non præstat,de reg.juris in 6.* Antonius Faber *4.Cod.tit.15. de testibus, def. 47.num.3.in allegat.pag.340.*igitur, &c.

26 Hic arguendi modus ad instar hujus foret: Cœlum movetur, igitur Petrus currit:in nostra porrò facti specie nil factum , neu ritè , neu malè,ast omissum:quandoquidem de suppletorii juramenti petitione , coram Iudice à quo fieri quiverat, quæ prætermissa supponitur .

Quinto fuit dubitatum: an ex quo dictus Magister Antonius fecit in causa examinari unum testem inter alios,non citata parte ad videndum ipsum jurare , quo casu nulliter testis ille deposuit, *l.si quando, Cod.de testibus, cap.11.eodem tit.l.Iudices, Cod.de fide instrum.l.generaliter,* §.*eisdem, Cod. de rebus creditis, &c.* tamen possit sibi consulere, petendo , quòd testis ille, parte citata, repetat, &c. *Hæc Antonius Capicius .*

Quinta facti species .

SI testis examinetur,adversario ad videndum juramentum haud citato: numquid post cõclusum in causa, rursus,parte in jus vocitata, examinandus erit testis.

27 Rursus examinandum fore existimãt Guidon Papa *decis. 72.* Soccinus , aliique, apud supralaudatum Capicium *num.2.*

28 Probatur 1.ex textu *in auth. de testibus,* §. *quod vero* , & ex Clementina 11.*de testibus* ; ibi : *Ritè à contrario sensu*; igitur, &c.prop-
29 tereaquod supponendum est, testem hujuscemodi examinatum , adversario minùs citato,infirmum ejus fuisse examen, *l. si quando, Cod.de testibus, cap.11.eodem titulo,l.Judices, Cod.de fide instrumentorum* , *l. generaliter*, §. *iisdem , Cod. de rebus creditis* . Authores sunt Afflictus *decis.39.num.3. & decis.47.* aliique apud Thorum *to.1.compend.decis.*§.*testes examinati,parte non citata ad videndum* .

30 Probatur 2. tametsi conclusum in causa esse prædicatur ; verumtamen quia judiciarius ordo haud fuit ritè celebratus ; juremeritò Iudicis partes sunt, retrotrahere posse actum , ac per consequens examinare rursus eũdem testem, adversario citato:quandoquidem defectus istiusmodi per Iudicem suppleri potest.Antonius Faber *4.Cod.tit.15. de testib. defin.47.num.3.in allegat.in fine, l.unica,Cod. ut quæ desunt advocat.&c.cap.fin.hoc titulo* :
31 idest jus omissum suppetere, quod est verum
32 Judicis officium ; siquidem à Judice non petitur factum , sed jus , ut scilicet curam habeat. Cironius *in paratitl.5. decretal. tit.32. de offic.Judicis,pag. 89.* fingitur namque perinde,ac si ab exordio non fuisset ritè examinatus .

33 Ne differas: de conclusionis conceptu est , adversarii os claudere , ut nil amplius comprobare queat , *cap. cum Ioannes , de fide instrumentorum, cap. auditis,eodem tit.* igitur , &c.

34 Argumentum istud nil adversus nostram comprobat conclusionem : etenim de partium petitione post conclusum in causa eloquitur, secus verò de Judice: quare supralaudatus textus alio extat in casu : quandoquidem edisseritur,partibus post conclusum in causa os cludere, ubi cuncta ritè celebrata fuere;neu per Iudicem ullus essentialiter suppleri valeat actus, secus verò alio in themate.

Pro decisionis hujuscemodi illustratione .

CAPUT UNICUM.

SUper prætermisso articulo: numquid rursus examinandus sit testis .

SUMMÆ,

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A num. 2. usque ad finem, ejusdem Thesis probationes.



1 Esse denuò examinandum, docent de Franchis, ubi addentes, *decis.* 321. *nu.* 1. aliique.

2 Probatur 1. ex textu *in cap. per tuas, de testibus*: siquidem Iudicis, seu socordia, seu insipientia, inscitiaque, quæ pro crimine habetur, *l. fin. ff. de variis, & extraordinariis.* Petrus Herodius *lib. 2. pandect. tit. 9. c.* 29. Besoldus, apud Altamiran. *de filiis official.*
3 *lib. 4. cap. 4. num.* 3. cum Iudices literis imbuti esse debeant. Divus Thomas *de regim. Princip. lib. 1. cap. 2.* Carleval. *de judiciis, tomo 1. lib. 1.*
4 *disp. 1. quæst. 1. num.* 18. adeoque illiterati sancire nequeunt, *cap. 1. cap. statuimus* 61. *dist.*
5 *Novella* 81. *Justin.* siquidem juxta Canones, legesque Judicis munus est, prædefinire, *cap. Judex 3. quæst. 7. c. 1. de constit. cap. 1. de re judic. l. nemo, Cod. de sententiis, leg. certi* 17. *Cod. de judiciis, l. 1. ff. & Cod. de officio ejus, l. 7. Cod. de professoribus, l. 2. Cod. de postulan. l. 2. Cod. quisque juris.* Corasius *lib. 5. miscellan. cap.* 19. Robertus *lib. 3. sententiar. cap.* 3. Vulteus *disput. juris, cap.* 8. Cujacius *lib. 13. observat. cap. ultimo.* Hunnius ad Treutl. *vol. 1. disput.* 12.
6 *quæst.* 39. inde est, quòd prædefiniendi officiũ,
7 honos est, *cap. ut debitus* 59. *de appellat.* seu infamia, quæ procul à Judice esse debet, cum infames ad honores haud admittantur, *dicta l. unica, Cod. de infamibus, cap. infamibus, de regulis jur. in* 6. seu culpa, seu id genus, haud
8 adversario obesse debet; propterea quod culpa suos debet tenere auctores, *l. sancimus, Cod. de pœnis, cap. quæsivit, de his, quæ fiunt à majori parte capituli, cap. romana, in fine, de sent. ex-*
9 *commun. in* 6. num autem ante Justinianum, illiterati Iudices quivissent assignari, itaut aliorum consilio judicaret, dissentio est apud Authores. consule Cujacium *lib. 23. observat. cap. ultimo.* Vvesembec. *disp.* 52. *num.* 21. Vulteum *disput. cap. 8. & de judiciis, lib. 1. cap. 4. nu.* 128. Corasium *lib. 5. Miscell. cap.* 19. Mornacium *in l. 4. ff. familiæ erciscundæ.* Hothomanum *illustr. quæst.* 28.

10 Probatur 2. si super pretermisso articulo haud examinandus foret testis; profectò causæ prædefinitio per examen, ceu minùs ritè confectum, effici nequiret: quandoquidem causæ notio perfecta Judici non est, ac per consequens utpotè ignarus articulum sancire nequit: etenim sui muneris est, cunctos causæ articulos nosse, illosve examinare:
11 siquidem debet Iudex inhibere scandala, quæ publicam lædunt, vel honestatem, vel tranquillitatem. Author est Antonius Faber 1. *Cod. tit. 2. de Episcopis, & Cleric. Monac. defin.* 36. *in allegat. num. 4. pag.* 38.

DECISIO XXXVI.

IN Causa Magnificorum Diomedis Maricondæ, & Hieronymi de Angelo cum Joanne Paulo Papa, & Lucretia Brancaleone ejus uxore: cum agatur de divisione Molendini, in quo dicti Diomedes, & Hieronymus habent medietatem, & dicta Lucretia aliam medietatem, & sit facienda divisio hujus Molendini: fuit primo dubitatum, an ex quo Molendinum hoc non recipit commodam divisionem, quo casu deveniendum est ad licitationem, ut is in licitando obtineat, qui habet majorem partem, offerendo æquale prætium, quod pars adversa obtulit, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

SI molendini alicujus, tres sint æquibilites domini: si dividendum sit, quo pacto factitanda sit disiectio isthæc.

SUMMÆ.

A num. 1. usque ad 5. Thesis primæ prædefinitio.
Num. 5. primæ Thesis partis probatio.
Num. 6. secundæ Thesis partis probatio.
Num. 7. tertiæ Thesis partis prædefinitio.
Num. 8. 9. & 10. ejusdem tertiæ partis probationes.
Num. 11. & 12. ejusdem tertiæ partis oppugnatio, & solutio.
Num. 13. Thesis secundæ prædefinitio.
Num. 14. & 15. ejusdem Thesis secundæ probatio.
Num. 16. Thesis tertiæ decisio.
Num. 17. ejusdem probatio.
Num. 18. oppugnatio, & solutio.

1 Distinguas: vel molendinum istiusmodi divisionem perpeti perhibeatur; & tunc cuncti æqualem obti-
2 nere debent partem: neu, thesis isthæc

isthæc probatione indiget aliqua, cum sit certa: propterea quod de divisionis conceptu est, confusionem dirimere, ac per consequens dissidia; cum unusquisque sua contentus esse debeat parte, quæ ex tunc sibi debetur; igitur, &c.

3 Vel indivisibile (ceu nostro in casu supponitur) tuncque subdistinguendum est: vel omnes veniunt divisibiliter, vel bini indivisibiliter, ac per consequēs per modum unius; alter verò divisibiliter, utpotè seorsim ab illis.

4 Si cuncti divisibiliter; & tunc ad licitationem est pergendum, ac per consequens illi tribuendum, refundendumq; est molendinum, qui majus offert pretium; secus verò si cuncti æqua offerant lance pretium: siquidem tunc neutri dandum, ac subhasta venditandum, vel locationi tradendum; dummodo unus ex ipsis haud sit molendino conjunctus; vel de ejus familia: quandoquidem tunc jure congrui, vel sanguinis, illud rogitare potest. thesis isthæc esse debet cunctorum Authorum.

5 Prima thesis pars probatur: ubi cuncti æquabiliter peterent, toties de impossibili rogitarent, adeoq; respuenda. argum. legis *si quis in graui, in princip. ff. ad syllan. l. si stipuler, ff. de verbor. obligat. l. paulus, ff. quæ sententia sine appellat. rescind. l. impossibilium, ff. de regulis, §. impossibilis,* instit. *de hæred. instit. cap. nemo potest, de regulis iuris in 6.* ac per consequens neutri dandum foret: etenim major haud foret ratio, cur detur potius uni, quàm alteri, cum cuncti ejusdem sint roboris; ac per consequens universi divisibiliter incapaces: ad instar materiæ primæ, quę ęque disposita ad binas recipiendas formas substātiales, neutram intercipit, ceu edocent Philosophi: quare juremerito pretium offerenti venditandum sit; quo minùs verificato, locationi dandus est locus, quod prudentis Iudicis arbitrio redigendum est.

6 Secunda thesis pars probatur: ubi sanguinis obstricti sunt, atque adeo jus congrui possidentes, tunc aliquid aliud à lege habent, quo carent cæteri alii consocii: nam simplices isti vocitantur consocii, ac per consequens potius ipsis, quàm alteri molendinum refundendum sit, si æquale offerant pretium, quod cæteri facesserent, si subhasta divenditio fieret.

7 Sin autem duo indivisibiler, ac per consequens per modum unius; alter verò divisibiliter venit; tunc binis illis indivisibiliter venientibus molendinum tribuendum sit; secus verò alteri. quare sic est commentandus Antonius Capicius, *hìc num. 1. & 2.* quem & consectati fuere Ursillus ad Afflictum, alii que. Thorus Author est *tom. 1. compend. decis. §. divisio ubi commodè fieri non possit*: cum Diomedes, & Hieronymus indivisibiliter, ac per consequentiam per modum unius venire prædicentur; Lucretia verò sejuncta ab istis: alioqui secus prædefiniendum sit. quare Petra *hìc num. 1. & 2.* Masullus 1. Ursillus ad Afflictum *decis. 23. num. 6. & 7.* Thomas Minad. *consilio 16.* per totum. de Franchis *decis. 54. num 13.* Boerius *decis. 5. num. 5.* edocent, sic regulariter asservari in praxi, & in S.R.C. & in magno Vicariæ foro

8 Probatur 1. ubi duo indivisibiliter veniũt, tunc pars major sit, ac per consequens minorem elidit, *l. si debitori in fine, ff. de fideiussor,*

9 *l. cui pacto, ff. de servis exportandis.* enim verò cui permittitur majus, à fortiori, & minus concedi videtur, *l. filius familias, §. fin. ff. de donat. l. Marcellus, ff. de donat. causa mortis, l. non debet, ff. de regulis Iuris, cap. ex parte, de decimis*: quare ut magis prævalens juxta debitam licitationem, persoluto alteri comparti prius pretio, ipsi molendinum tribuendum sit; igitur, &c.

10 Probatur 2. ex textu *in l. sancimus, §. fin autem amplioris, Cod. de donat. l. 11. Cod. quando, est qui quar. pa. l. 11. Cod. de metallis, lib. 13. l. ad officium, §. cum autem, Cod. communi diuidundo, l. arbor, §. de vestibulo, ff. eodem.*

11 Neu obstat textus *in l. maiorem, ff. de pactis.* ubi memoriæ proditum est, quòd creditorum pluralitas uni præest creditori, etsi in pari sint quantitate, utputà si res creditoris indivisibileter in centum, unus verò etiamnum in centum; tunc pluralitas prævalet; igitur, &c.

12 Textus iste haud refragatur, quinimo nostræ suffragatur thesi: siquidem nostro in casu, & personarum, & rerum pluralitas habetur; cum sint Diomedes Maricondę, & Hieronymus de Angelo, & Ioannes Paulus Papa ex una parte indivisibiliter venientes; ex altera verò dumtaxat Lucretia Brancaleone.

Ad licitationem autem prędictam quantum tempus statum sit: hoc est secundum dubium, &c. *Hæc Antonius Capicius hìc, num. 4.*

Secunda facti species.

Quantam intra tempestatem licitatio isthęc efficienda sit id prudentis Iudicis muneri

13 esse redigendum existimo: quod suum obtinet locum, seu res fiscales, seu Ecclesiæ, seu alterius sint generis. est adversus Napodanum *in consuetud. si fratres com. diui.* in Glosa *in vers. licitationis*, aliosque, quorum & Author, & sectator est Antonius Capicius *hic n. 4.* edocens, 20. vel 30. vel 40. reposci dies.

14 Probatur 1. de incerto, hæsitabilique determinatam haud stabiliri posse regulam, plusquàm manifestum est, ac per consequens id

Judicis officio redigendum est: propterea-quod licitationem per 20.vel 30. dies, idque genus, designari, perabsurdum foret: quandoquidē in aliquibus facti speciebus id lōgęva foret tēpestas; in aliis verò perbrevis: etenim evenire quiret, ut negotiis expeditus Judex intra 10. dies licitationi modum imponeret:
15 quare jure meritò prudentis Iudicis notioni, judicioque id linquendum est; alioqui ex antecedenti indifferenti, utputà perbreve, vel longum habere tempus, ad licitationem determinata consectaretur illatio, seu regula, scilicet 20. vel 30. vel 40. dies, quod perabsurdum foret, ut perpendenti liquet.

Tertio dubitatum est: an pluries possit hęc licitatio fieri. *Hæc Antonius Capicius*

Tertia Facti Species.

Licitatio isthæc: numquid pluries celebrari possit, id prudentis Iudicis judicio esse lin-
16 quendum censeo. est adversus nōnullos, quorum, & Authores, & sectatores sunt Antonius Capicius *hìc, num.* 5. Muscatellus *in praxi S. R.C. lib.2. parte* 3. Glossa *venduntur, n.*65. inspicito Thorum *compend. dicis. tomo* 1. §. *licitatio an pluries fieri possit*.
17 Probatur: evenire namque quiret, ut primæva licitatio minùs ritè facta sit, ac per cōsequens rursus efficienda, ne ex consociis aliquod patiatur detrimentum; cum res eo pacto æstimanda sit, quo debet; ac per consequens res juxta prudentis Iudicis judicium regulanda est, discernentis: numquid prima licitatio ritè procul à fraude effecta sit. quod etiamnum liquet ex textu *in l. si tempora, de fide instrumentorum*; igitur, &c.
18 Neu obstat textus *in l.*11. *Cod. de bonis prædi. ciuit.* siquidem alio in themate extat.

Pro decisionis istiusmodi illustratione.

CAPUT I.

Per secundam licitationem: numquid infirmetur prima.

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. primæ Thesis partis prædefinitio, & probatio.

A' num. 3. usque ad finem, secundæ Thesis partis prædefinitio, & probatio.

1 Pro cujus prædefinitione varia extant Authorum placita, quæ & per Boerium, *decis.* 148. & per Prosperum Preta, *hìc, num.* 4. memorantur; tota namque fortassis confusio enascitur ex non
2 distinguendo; quare meo judicio, sic esse diffiniendum existimo: vel prima licitatio imperfecta sit, ac per consequens in suspenso est, utputà si pactum initum sit, si precium infra mensem offeratur majus; inutilis, infirmaque sit prima appretiatio, oblatioque, & tunc quis haud sciat, licitationem secundam infirmari primam: nam & pactioni, & perfectæ standum sit licitationi; neu contractus ultra agētis intentionē aliquid operatur, *l. nō omnis, ff. si certum petatur, l. in agris, ff. de acquirendo rerum dominio, l. 2. ff. de his, quæ in testam. delentur, l. legata inutiliter, ff. de legatis* 1. *l. cum tale, §. ult. ff. de condit. & demonstr. l. age cum Geminiano, C. de transact.* Connanus, *commentar. Juris Civ. lib. 7. cap.* 1. *num.* 13. cum ex partium conventione legem prēsent, *l.* 1. §. *si conveniat, ff. depositi, l. contractus, ff. de regulis juris, l. lege, ff. de pactis convent. l.* 1. *Cod. de oper. lib. l.* 1. *Cod. commodati, cap. contractus* 85. *ff. de regulis juris in* 6. quare in hujuscemodi secundo themate, secus verò in primo standū est licitationi; dūmodo intra mensem perfecta sit; alioqui prima suum obtinet locum. Argumento textus *in l. Sabinus, in principio, ff. de in diem adjecto, l. sed si proponebatur, vers. quid ergo est, ff. de in diem adjecto, l. Valerianus, ff. de Prætor. stipulat. l. stipulatus est opus, ff. de fidejussor. l. cum plures, §.* 1. *ff. locati, l. penes illum, Cod. de vectig. & commiss.* inspicito Boerium, *decis.* 148. *usque ad num.* 3.
3 Vel prima licitatio perfecta sit; neu ad meliorem expectando licitationē adiectum fuit pactum; neu statutum, neu consuetudo aliqua secus viget; tunc à recta procul ratione haud retrogradi par est, ac per consequens secunda limitatio minùs infirmat primam:
4 quandoquidem à contractu resilire rectæ dis-
5 sonum foret rationi: nam etsi à primordio sunt voluntatis; attamen ex post facto extant necessitatis, *l. non idcirco, in fine, ff. de contrahenda emptione, l. si mandavero, §. sicut, ff. mandati, l. cujus bonis, in principio, ff. de curatore furiosi, l. sicut ab initio, C. de action. & obligat. l. de contractu, C. de rescind. vendit. l. quamvis, C. de transact. l. eo, quod, C. si certum petatur, l. si quis argentum, §. fin. Cod.*
6 *de donat.* inde est, quòd in contractibus initium spectandum sit, *l. si Procuratorem, in principio. ff. mandati, l.* 1. §. *non solum, ff.*
7 *depositi, l. si tamen. ff. ad Macedonianum*, & omissum pro omisso habetur, *l. quicquid adstringendæ, ff. ad verbor. obligat.* quare jure meritò ex tacita contrahentium mente legem accipiunt, *l. in conventionalibus, ff. de verbor. obligat.* siquidem unusquisque contrahens, contractus leges asservare adstringitur, *dicta l.* 1. §. *si conveniat, ff. depositi, l. contractus, ff. de regulis juris*.

CA-

CAPUT II.

COmunis res ante divisionem hypothecata: numquid, deinde divisa, creditori jus hypothecæ acquisitum perimi edisseratur.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis decisio.
Num. 2. ejusdem probatio.

1 HAud perimi per S. R. C. fuisse prædefinitum, memoriæ prodit de Frāchis, *decis.* 77. *num.* 3. est Capiblanci, *in prag.* 8. *num.* 238. *de Baronibus*, aliorumque, apud supralaudatum de Franchis.

2 Probatur Tò namque *divisio*, de sui conceptu, naturaque, haud habet hypothecam perimere; alioqui quammaximum sectaretur absurdum, scilicet si res indivisa, oneri alicui, utputà, censui, idque genus, subjecta foret; si dein disiiceretur, quippe censui haud subderetur, quod rationi dissonum foret; igitur idē de re fideicommissaria erit edisserendum; cum utrobique par urgeat ratio, ac per consequēs eadem legis prædefinitio, *l. illud*, *ff. ad leg. Aquiliam*, *l. si postulaverit*, §. 2. *ad leg. Jul. de adulteriis*, *l. quidam nummularios*, *ff. de edendo*, *l. nauta*, §. *fin. ff. nautæ caup. l. à Titio*, *ff. de furtis*, *l. illud. C. de sacros. Eccles.* §. *si igitur*, Instit. *quod cum eo*.

DECISIO XXXVII.

IN Causa falsitatis, motæ per Magnificum Hieronymum Mormilem, contrà quosdam testes Magnificæ Corneliæ de Marra super eo, quod dixerint, qualiter, post mortem quondam Magnifici Nicolai de Marra, ipsa Cornelia possederit semper, & continuè Castra Cagnani, & Caprini, cum apparere prætendatur, qualiter post mortem D. Nicolai immediatè possederit Julius de Marra, ac deinde Regius Fiscus, &c. Hæc *Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

TEstes semper, assiduèque Castrum aliquod possedisse Titium, v. g. edisserentes quo pacto commentandi sunt.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
Num. 2. & 3. ejusdem Thesis probationes.
A' num. 4. usque ad finem oppugnatio, ejusdemque solutio.

1 DEterminatam, certamque hìc haud stabilire posse regulam, ac per consequens prudentis Judicis judicio id esse linquendum censeo: quare ritè testes examinare debet: num ille immediatè post alicujus extintionem possederit; vel mediatè: utputà à die captæ possessionis. est adversus nonnullos, quorum & Author, & sectator est Antonius Capicius hìc, edocens, ly (*continuè*, *ac semper*) non nisi à die captæ possessionis esse commentandum. inspicito Thorum, *compend. decis. tomo* 1. §. *testes deponentes, quòd Titius, &c.*

2 Probatur: Quæ enim facti sunt, probatione indigent, cum factum non præsumatur, nisi probetur, *l. in bello*, §. *facta*, *ff. de captivis, & postlim. reversis*, *l. si emancipati* 9. *Cod. de Collat. l.* 1. *Cod. de probat. l. quæcumque*, §. *fin. ff. de publician. l. assicuratio*, *Cod. de non numerat. pecun. cap. cum Joannes*, §. *verum*, *de fide instrumentorum*, *cap. licet*, *de constit. lib.* 6. alioqui portendere foret, quod perabsurdum esset: in nostro porrò casu, *cōtinuè*, *semperque Castrum possedisse*, sive immediatè, sive mediatè, vel à die captæ possessionis, quid facti est; igitur probatione indiget, ac per consequens adusque id commonstratur, judicium in suspenso esse debet; adeoque decisio nulla.

3 Probatur 2. Rogitando à Capicio, aliisque asseclis; Tò *Cornelium agrum continuè*, *semperque possedisse à die captæ possessionis*; vel est immediatè, vel mediatè; neutrum determinatè fateri quit: nam, cum utrumque facti sit, consequens est, ut probatione indigeat, alioqui Capicius divinaret, quod ridiculum foret; igitur thematis hujusce prædefinitio à testium fassione pendere debet.

4 Nec obstat textus, *in cap.* 1. *de constitutionibus in* 6. *cap. fin. de excomm. Prælat. l. nam, & postea*, *ff. de jure jurando*, *l. post diem*, *ff. ad legē Corneliam, de falsis.* quæ profectò jura de mediata eloquuntur possessione; igitur, &c.

5 Jura isthæc aliter se habent: etenim de eo, quod certò liquet, eloquuntur: in nostra porrò facti specie, non nisi de hæsitabili possessione dissidium habetur; utputà numquid præfata Cornelia Castrum possederit immediatè, an verò mediatè; nempè post Fiscum:

6 quandoquidem ridiculum est Capicii elogiū, *continuè*, *semperque possidisse* Corneliam à die

à die captæ possessionis: nam de hoc mussatio nulla habetur: altercatio profectò est quo tempore possidere occepit Cornelia immediatè ne, post Nicolaum de Maria? an post Julium de Marra? an post Regium Fiscum?

Pro prædefinitionis istiusmodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Testes repetendi: numquid per examinatorem interrogandi, eorumdemque asserta per extensum redigenda sunt; an verò sat sit; si simplex habeatur repetitio.

SUMMÆ.

A' num. 1. usque ad 6. Thesis prædefinitio.
A' num. 6. usque ad finem ejusdem thesis probatio.

1 Distinguas: vel judex de primo exa-
2 mine per testem celebrato, suspicionem aliquam habeat; vel non. Si primum & testes interrogandos, & per extensum examen esse faciendum reor. Sin secundum; tunc simplex per Judicem fa-
4 cienda est testium depositio; quare sic commentandi sunt. Caravita, *ritu 72. num. 4.* Thorus, *compend. decis. tom. 1. §. testes repetendi an sint per examinatorem.* Rovitus, *prag.*
5 *9. de ord. judicior. num.* 131. hinc supralauto in themate: numquid Cornelia immediatè semper, ac assiduè Castrum possiderit, testes Judicem interrogandi sunt, ac per consequēs illorum examen per extensum faciendum est; si de testium falsitate hæsitetur.
6 Eodem utraque thesis pars probatur medio: ubi de testium examine suspicio aliqua habeatur; toties examini istiusmodi nulla præstanda sit fides, ac per consequens perindè se habuit, ac si minùs factum fuisset: quare jure meritò si rursus de testium examine nova reposcatur notio; consequens fit, ut per extensum celebretur, alioqui neu primum, neu secundum firmum foret. haud primum ut supponitur. neu secundum, utpotè minùs
7 extensè factum: siquidem examinis testium finis est, ut veritas ab ipsis eruatur, quæ deduci nequit, nisi perfectum fiat examen. inde est, quod sæpenumero testium examen evanescit, utputà vel si absente adversario, ac irrequisito, vel contumace celebretur, *cap. significasti, de testibus, cap. in nomine Domini 2. eodem.* Julius, *in epistola ad Orientales, l. si quando 19.* auth. *sed si quis, Cod. de testibus, l. Judices, Cod. de fide instrum. cap. constitutus 3. de fidejuss.* novella 9. *de testibus, cap.* 18. novella 122. Juliani. Cujacius, *in dicto cap. in nomine Domini.* Hothomanus, *in l. 12. Cod. de testibus.* Julius Pacius, *in dicta l. si quando* 19. Gonzalez, *ad regul.* 8. *glos.* 93. Guazinus, *in defensa reor. defensa* 24. *cap. 9. per totum.* Petrus Caballo, *resol. crimin. cent. 3. casu* 269. aliique, vel si testes precio conducti fuissent, *cap. licet, de probat. cap. si testes, §. item 4. quæst. 3. cap. non sanè 14. quæst. 5. leg. Divus 33. ff. de re jud. l. respiciendum 11. ff. de pœnis, l. 3. in principio, Cod. de testibus, & attestat.* Cujacius, *cap. placuit* 1. ubi Cujacius, *de testibus, & attestat. & in l. 3. Cod. de testibus.* Joannes Robertus, *lib. 3. partit. tit. 14. cap. 5.* Donellus, *lib. 24. comment. cap.* 2. vel si actor de familia sua testes produxit, *cap. in literis 24. de testibus, & attestationibus, cap. 1. vers. vel etiam, cap. item idonei, §. testes, cap. finali, §. testium 4. quæst. 2. cap. 1. & 2. cap. similiter, vers. vel affines cap. accusatores 3. quæst. 5. cap. absens, §. nec affinis 3. quæst. 9. cap. super eo 22. de testibus, &c. cap. insinuante, de officio delegati, cap. forus, §. fin. de verbor. signific. l. idonei 6. l. testis 9. l. testes 14. ff. de testibus.* Paulus, *lib. 5. sentent. tit. 15. §. 11. l. 3. l. parentes, Cod. de testibus, l. pridem 6. Cod. de quæst.* Petrus Gregorius, *lib. 5. partit. tit. 11. cap. 4.* Osualdus, *lib. 25. comm. Donelli, cap. 11.* Scipio Gentilis, *in apologiam apulei, fol.* 120. Fornerius, *lib. 3. rer. quotidian. cap.* 16. Cujacius, *in dicto cap. in literis* 24. Duarenus, *ad tit. de testibus, & lib. 1. disput. cap.* 28. Cujacius, *ad ff. in legem 34. ff. de testibus, & in l. 1. ff. qui testamenta.* Donellus, *lib. 23. comment. cap. 3. & 5. & in l. 3. Cod. de testibus*; vel si testium examen ex consanguineis, affinibusque sit constructum. Argum. *cap. quoties 5. de testibus, cap. 1. 2. & 3. cap. de parentela, 3. 35. quæst. 6. cap. cum in tua 27. de spons. cap. licet de testibus, cap. videtur 3. qui matrim. accusare.* Cujacius, *in dicto cap. quoties 5.* Petrus Gregorius, *lib. 3. partit. tit. 11. cap. 3.* Antonius Augustinus, *in epit. lib.*
8 *29. tit. 35.* secus verò prædefiniendum si de primævo testium examine suspicio minimè habeatur: nam tunc sat est, si simplex revisio fiat, alioqui frustra tempus tereretur; facessendo, quicquid ritè celebratum fuit: quod enim ritè fit; abs re est, si iterum fiat.
9 exemplo extat si publicatis attestationibus alii testes recepti fuere etiamnum in causa appellationis; super iisdem articulis; vel directo contrariis: siquidem id superfluum est, *cap. fraternitatis tuæ 17. de testibus, & attestat. cap. intimavit 18. vers. idque, cap. cum venisset 25. cap. de testibus, cap. per tuas* 48. *eodem tit. cap. causam, cap. licet de probat.* Clement. 2. *eodem tit.* novella 90. *de testibus. §. quia vero collat.* 7. auth. *qui semel, Cod. de probat.* Borrellus, *tomo 2. decis. tit. 9. per tot.* Cujacius, *in dicto cap. fraternitatis,*

DECISIO XXXVIII.

IN Causa illius de Angria, qui emerat Terram, & venditor reservaverat sibi quoddam frustum Terræ, trium passuum latitudinis circumcirca: modo vicinus agit contra emptorem jure congrui: opponitur sibi, quòd non confinat: ex quo dictum frustum est in medio: vicinus replicat quòd illa reservatio fuit facta in fraudem juris congrui; & ad hoc fundandum adducit, quòd dicta reservato est inutilis venditori: ex quo ex relatu Commissarii apparet, quòd non haberet accessum ad dictam Terram reservatam venditor, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

TErram quis venditans; circumcirca verò in ejusdem Terræ terminis, palmos decem sibi dumtaxat reservando: numquid finitimis præcisè per hoc congrui jus permissum esse prædicetur.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
Num. 2. ejusdem Thesis probatio.
A' num. 3. usque ad finem, ejusdem Thesis impugnatio, & solutio.

1 FInitimis congrui jus convenire, per S.C. fuisse prædefinitum, in isthæc verba describit Antonius Capicius hìc in fine; ibi: *fuit judicatum, esse locum juri congrui ob fraudem præsumptam*. est Tapiæ *in constit. sancimus, num.* 92. Riccii, *in collect. decis.* 6. aliorumque. Author est Thorus, *tomo* 1. *compend. decis.* §. *juris congrui an locum habeat, si vendita fuerit terra*.

2 Probatur: Petendum ab adversariis: quare circumcirca, ac per consequens in terræ terminis palmos decem; secus verò cuncti palmi collectivè sumpti, in una terræ parte sibi reliquerit venditor? igitur evidens fraudis argumentū est; ac per consequens ipsi haud patrocinari debet, *l. itaque fullo, ff. de furtis, cap. dictum* 30. *quæst.* 1. *cap. intelleximus, de judic. cap. tuæ* 12. *de Cleric. non resid. cap. sedes, cap. ex tenore, de rescriptis, cap.* 2. *de dolo, cap.* 2. *de cognat. spirit. cap.* 1. *de collus. deteg. cap. tuus, de usuris*; igitur jure optimo finitimis congrui jus competere par est.

3 Dices: Obstat dicterium illud, scilicet: *unusquisque Dominus in re ducitur sua, l. in re mandati, Cod. mandati*; igitur in venditoris facultate est, pro ejus libito circa modum rem divendere suam, ac per consequens circumcirca aliquid sibi reservatum velle.

4 Argumentum haud obstat ubi fraudi minùs erit locus; neù jus tertio acquisitum perimitur: in nostro porrò themate fraus patratur; cum jus tertio quæsitum perimatur: nam si terræ alienatio minùs simulatè fieret; profectò haud dubiè congrui jus finitimo haud incompetens foret.

Pro decisionis istiusmodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

SI finitimus propè domum alienatam hortum, vel id genus possidere perhibeatur: nūquid isti congrui jus convenire par sit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prędefinitio.
Num. 2. ejusdem probatio.

1 HAud convenire, per S.C. fuisse prædefinitum memoriæ proditum linquit Thorus *compend. decis.* §. *jus congrui an competat vicino*. est Afflicti *decis.* 223. Veralli *decis.* 78. *tomo* 1. aliorumque, apud eumdem Thorum.

2 Probatur principale, quà principale est, de sui natura potius trahere differitur, quàm trahi, juxta dicterium illud, accessorium principalis sui naturam consectatur, *l. etiam, Cod. de jure dotium, reg. accessorium, de reg. juris, in* 6. verū enimverò hic alienata ędes, principalior est horto, qui ceu rusticus inferior ducitur Urbano, qui domus vocitatur: propterea quod (uti arguit Afflictus supralaudatus) rusticum, quà rusticum est, minùs trahere potest Urbanum.

DECISIO XXXIX.

IN Causa Francisci Vivaldi cum Joanne de Avignone, fuit dubitatum: ex quo dictus Joannes citari fecit testes, & deinde non intendit, quosdam ex testibus illis

illis examinari facere: an possit compelli per dictum Franciscum ad illos examinari faciendum, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

Actor citari faciens testes nonnullos; si deinde illos examinare obsisteret: numquid ut examinentur, per adversarium obstringi possit.

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. Thesis prædefinitio.
A'num. 3. usque ad finem, ejusdem Thesis probationes.

1 Esse astringendum haud dubiè reor: quod suum vendicat locum, sive testes isti juramentum de veritate dicenda præstiterint, sive non. est Antonii Capicii hìc per totum. Roviti *in prag. responsionibus* 9. *de ord. judicior. nu.* 9. Muscatelli *parte* 5. Glossa *citati, num.* 12. Annæ *singulari* 510. edocentis, sic per S.C. fuisse sancitum. Boerii *decis.* 245. *num.* 1. Caravitæ *ritu* 155. *num.* 1. aliorũq; Thorus Author est *to.* 1. *compend. dec.* §. *testes citati, & producti, &* §. *testes citati ab*
2 *una parte*; tametsi aliqua ex parte quòad juramenti præstationem. est adversus nonnullos supralaudatos Authores.

3 Probatur 1. ex incontinenti, ac testes ab una citati fuerint parte; evidens habetur signum; ut tali in casu, ut à parte approbati testificari queant; igitur adversarius illis uti
4 potest: propterea quòd ob citationem Judex factus est competens, ac per consequens ad examen illos astringere quit: igitur si Judex factus sit competens, adeoque unicum effor̃mandum sit judicium; juremeritò adversarius illis uti potest, neu nova indiget citatione; cum haud sint multiplicanda entia procul a necessitate, uti edocent Philosophi.

5 Probatur 2. confestim, ac pars testes citat, nolens deinde nonnullos examinare; evidens habetur symbolum, quòd testes illi veritatem dicturi fuissent: etenim testis muneris est, veritatem fideliter coram suo divulgare Judice; atque adeo si falsum propalat juxta varias nationes, varias luit pænas, ceu à bernensibus fervente oleo pænarum pensum dat. Stumpfius *lib.* 7. *helvetiæ* author est; ac per consequens, & adversus illam, examen eorumdem testium fieri par est; igitur eamdem ob rationem hujuscemodi astringendi sunt testes, ad examen faciendum, nulla
6 alia citatione verificata: quare juremeritò Judex in hujuscemodi facti specie, nullum aliũ citationis terminum dare debet; dumtaxat verò cunctos examinare testes, quos pars illa citare proditur, ne judicium procul à justa prorogetur causa, quod juribus dissonum est. consule Cujacium, *tomo* 2. *de just. & jur. l.* 6. *pag.* 164.

7 Probatur 3. ubi ad partis unius instantiam testes citati fuerint; toties pro utraque parte ratio isthæc sat sit, ac per consequens pro una de veritate edisserenda jurans quis; pro altera etiamnum jurasse autumatur: nam super universa causa pro utraque parte jurare astringitur, *cap. per tuas eodem tit. auth. sed Judex, l. presbiteri, Cod. de Sacros. Ec-*
8 *cles.* quandoquidem per citationem, productionemque testium, illi communes effecti ducuntur. Authores sunt Caravita, Boerius, aliique supralaudati.

9 Probatur 4. seu testes à parte una citati juramentum præstitere, sive non; nostro in casu id merè materialiter se habet: propterea quod juramenti præstatio de veritate edisserenda, nullum adversario jus refundit: cum jus per partem citantem jam acquisitum sit adversario; ac per consequens illos utpotè judicio subjectos astringere
10 quit: enim vero Tò *jurare de veritate edisserendæ* secundarius, secus verò primarius vocitatur actus, neu ad adversarium id pertinere fertur; solummodò vero ad judicem: tametsi in juramento prestando, adversarius haud absens extare debet; igitur ridicula Boerii, Capicii, aliorumque adversariorum distintio, censenda est: utputà numquid testes juraverint, & tunc adversarius illos examinari instare potest; vel haud juraverint, tunc nequit; nam nullam distinctionis rationem refundunt.

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT I.

Testis ab una productus parte: numquid ab eadem explodi queat.

SUMMÆ.

Num. 1. 2. & 3. Thesis prædefinitio.
A'num. 4. usque ad finem, ejusdem thesis probatio.

Distinguas: vel nova suboriatur expulsionis causa, scilicet vel inimicitia, vel si corruptus falsũ deposuerit, idque genus, vel non. si pri-
2 mum: explodi posse per S. C. fuisse prædefinitum, memoriæ prodit Thorus *tom. 1. compend. decis. §. ab una parte productus, an possit re-*
3 *pulsari.* sin secundum, secus erit stabiliendum.
4 Eodem utraque thesis commonstratur medio: ubi de testis veritate differenda, probabilis haberi perhibetur suspicio; toties est explodendus. Antonius Faber 4. *Cod. tit. 15. de testibus, def. 34. num. 11. in allegat. pag. 337.* quod habet locum, præsertim si sit pecunia corruptus, licet dicat veritatem, nec fidem facit, *cap. 1. cap. sicut, de testibus, cap. placuit, cap. si testes, vers. lege julia 4. quæst. 3. l. 1. in princip. ad leg. Cornel. de falsis.* Gonzalez *in cap. licet 9. num. 15. de probat. pag. 348.* propterea quod ideo testis examinandus est; non nisi ad veritatem edifferendam, quæ de teste dubio hæsitanter habetur, ut hic accidit, ubi suborta est si multas; vel si de testis corruptione liqueat; & tunc falsitas pro comperto habetur; secus verò si isthæc deficiant: siquidem tunc ubi ab una productus parte edisseratur; toties approbatus supponitur; ac per consequens procul à justa causa minùs explodendus est; alioqui injustè infamia afficere-
5 tur, quod perabsurdum foret: etenim unusquisque procul ab infamia, ignominiaque
6 esse debet. Cicero *partit. orat. quis honorem, quis gloriam, quis laudem, quis ullum decus tam unquam expetit, quàm ut ignominiam, infamiamque, contumeliã, dedecus fugiat,* & ibidem: *nemo est tam agrestis, quem si non ipsa honestas, contumelia tamen, & dedecus magnopere moveat.*

CAPUT II.

Terminus uni permissus parti: numquid alteri concessus autumatur.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
Num. 2. ejusdem thesis probatio.

1 Distinguas: vel eadem prorsus de utroque sit ratio, vel non. si primum: affirmativum est dandum responsum. sin secundum: negativum. quare sic erunt commentandi Caravita *in ritu 92.* & textus *in l. petendæ, Cod. de tempor. in integrum restit.*
2 Probatur ubi eadem inter adversarios urget ratio; toties idem efformandum erit judicium, *l. illud, ff. ad leg. aquil. l. si postulaverit, §. 2. ff. ad leg. jul. de adult. l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. nauta, §. fin. ff. nautæ caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, Cod. de Sacros. Eccles. §. si igitur,* Instit. *quod cum eo;* igitur ubi unus datus terminus, alteri etiamnum concessus ducitur; secus si diversa foret ratio: quandoquidem tunc secus erit stabiliendum, ut perpendenti liquidò liquet.

DECISIO XL.

IN Causa Hippolitæ de Campora, & Antoniæ de Rosa, actricum cum Carolo de Rosa conuento; numquid dictus Carolus possit precisè cogere, prædictas actrices, quæ præsentaverunt testamentum Hectoris de Rosa cum manu, & signo Notarii ad ostendendum, & producendum Protocollum, ex quo prætendit, quòd instrumentum præsentatum sit falsum, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

INstrumenti exemplum, per proprium obsignatum Notarium, si in jure dicendo præsentatum esse prædicetur: numquid per conventum ad præsentandum Protocollum astringendus sit; si de exemplo ipso suspicio habeatur aliqua.

SUMMÆ.

Num. 1. primæ Thesis partis prædefinitio.
Num. 2. ejusdem probatio.
A num. 3. usque ad 10. secundæ thesis partis decisio.
A num. 10. usque ad 16. ejusdem secundæ partis probationes.
A num. 16. usque ad finem, oppugnationes, earumque solutiones.

1 Distinguas: vel originale in adversarii manu, exemplum in foro producentis, extet; & tunc si de exemplo suspicio falsi aliqua habeatur, procul dubio ad præsentandum originale adversarius astringendus sit per conventum. thesis isthæc cunctorum est Authorum apud de Luca *observ. ad decis.* de Franchis 194. *nu. 1.*
2 Probatur: ubi originalis exemplum in Senatu productum sit, atque adeo de ipso ali-

qua falsi suspicio habeatur; tunc ipsi nulla præstanda erit fides, ac per consequens si exẽplum producens nõ nihil commonstrare voluerit; necessum ducitur, ut originale in foro producat; alioqui nil in Senatu produxisse ducitur; neu de hoc aliquid hæsitatur.

3 Vel in producentis facultate, minùs extare supponatur Protocollum, ast in Tabellionis manu; tunc partis exemplum producentis, sui muneris est, instare, ut per competentem Tabellio astringatur Judicem; idque non cõventi, ast partis impensis, quæ seu instrumenti, seu publicæ scripturæ, exemplum produ-

4 xit, Protocollum præsentat: quare revisio isthæc per Præsidẽ S.R.C. vel de ejus jussu per aliquos consiliarios, vel id genus facienda est. Authores, & apud Capicium hìc in fine, me-

5 morantem, sic per S.C. fuisse prædefinitum; ibi: *Si isti non dicerent hoc, omnes tenuisse-*

6 *mus contrarium per prædicta.* & apud Reg. de Franchis *decis.* 194. *num.* 4. referentem, junctis Aulis, per S.C. fuisse sãcitum, scilicet haud fore astringendam partem ad Protocollum præsentandum, ast Tabellionem, ad partium

7 instãtiam, quod multoties in praxi servatum, edocet Fontanella. inspicito de Luca *observat. ad decis.* de Franchis 194. *num.* 1. quæ profectò de Franchis prædefinitio ritè commentãda est, ubi haud difficulter Tabellionis præsentia haberi queat; secus in longinquis extat

8 locis: siquidem tunc pars, exemplum producens ad Protocollum præsentandum, astrin-

9 genda sit; quare de Franchis, & Capicii prædefinitiones inter se haud pugnantes sunt: siquidem Capiciana commentatur, si Tabellio haud faciliter haberi possit; de Franchis verò si haberi queat.

10 Probatur 1. ex textu *in l. cum quidam instrumentorum 20. Cod. de fide instrumẽtorum*, ubi exprefsè id est sancitum; ibi: *Tunc necessitatem imponi ei, qui protulit chartam, de qua quæritur, item eam apud Judicem criminis proferre; quatenus possit apud eum crimen falsitatis ventilari*; igitur, &c.

11 Probatur 2. ut instrumenti exempli veritas fidem præstet, necessum ducitur, ut per actorem, ac per consequens ut per instrumenti exemplum producentem, cõprobatur: propterea quod conventus, exceptionem falsitatis adversus ipsã opponens, minùs probat; adusque instrumenti veritas, fidesque elucescant; quod profectò munus ad exemplum producentem pertinet, ac per consequens, suæ par-

12 tes sunt in jure dicendo instare, ut Protocollum per Tabellionem præsentetur: quãdoquidem hoc in casu actor vocitatur, ac per con-

13 sequens sua interest id commonstrari; quod probare nequit, nisi instrumenti fides elucescat; quod elucere nequit, nisi Protocol-

14 lum per Tabellionem præsentetur; alioqui reus erit absolvendus, *l. extat 25. ff. de jure Fisci, l. ultima, Cod. de rei vindic. l. qui accusare, Cod. de edendo, l. actor, Cod. de probat. l. 1. Cod. de alienat. Iudicis, &c. §. retinendæ*, Instit. *de interdictis, cap. ultimo, §. 6. quæst. 5. cap. cum Ecclesia, de causa possess. & proprietatis, cap. inter dilectos, de fide instrumentorum*, idque genus. quod suum vendicat locum, tametsi reus nil probaret: quod cum impossibile fieri per conventum autumetur; etenim contra ipsum supponitur, consequens fit ut lis expediatur; necessum est, ut actor per Tabellionẽ præsentet Protocollum; alioqui instrumenti præsentatio frustraretur.

16 Dices: in incontinenti, ac exempli instrumenti præsentatio fiat, veritatis possessio pro exemplum præsentante extare supponitur, adusque per adversarium secus commonstratur; cum melior sit possidentis conditio, *l. si debitor, ff. de pignor. l. is, qui destinavit, ff. de rei vindicat. l. finali, Cod. eodem tit. l. qui accusare, Cod. de edendo, §. retinendæ, vers. commodum*, Instit. *de interdict. cap. pro possessore, de regulis juris in 6.* Tiraquellus, *de jure primog. quæst. 17. opin. 11. num. 20. cum seqq.*

17 quod sanè comprobari nequit, nisi coram suo instando judice, ut ad Protocollum præsentandum Tabellionem astringat, quod sumptibus faciendum sit suis; igitur, &c.

18 Infirmum est antecedens: nam veritas potius pro convento habetur, quàm pro instrumenti exemplum producente: quandoquidem ex continenti ac instrumenti exemplum de falsitate arguatur; in incontinenti (inquam) ipsius perimitur fides, adusque veritas per Protocollum elucescat.

19 Dices 2. si doctrina isthæc firma foret sanè fraudibus, calumniisque aditus panderetur, quod juribus obnoxium est, *l. in fundo, ff. de rei vindicatione, l. cum his, §. si cum lis, ff. de transactionibus, l. qui sub prætextu, Cod. de Sacros. Eccles. cap. porrò, de divortiis.* Clement. I. *de usuris.* Clem. 1. *§. fin. de concess. præbend.* cum unusquisque exceptionem exempli falsitatis, nunquamnon intentare quiret, quod perabsurdum foret; igitur, &c.

20 Nego antecedens: nam haud facile fidem convento præstaret Iudex, nisi ipsum efficacibus edoceret exempli falsitatem rationibus, quibus deinde discussis ad Tabellionem compellendum protendere debere Magistratum par est.

Pro decisionis hujuscemodi illustratione,

CAPUT I.

IN quanam litis parte suspicio isthæc allegan da sit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.

Num. 2. 3. & 4. ejusdem Thesis probatio.

1 IN qualibet judicii parte, ubi primum conventum non fugerit, fore allegandam, dubio procul reor.

2 Pro-

2 Probatur: judicium ritè, ac per consequens procul à falsitate celebrandum erit, adeoque diffinitiva juridicè divulganda erit sententia, *cap. cum inter vos 13. de sentent. & re judicat.*
3 *l. quod jussit, de re judicata*: non enim omnis vox Iudicis propriè est sententia, nec judicati vim habet, sed cum finem quæstioni imponat, quod non facit interlocutoria, quę tantum instruit, *cap. 2. l. 2. Cod. de sent. & re judic.* Cironius *paratil. 5. decret. tit. 27. de sent. & re judicat. pag.* 158. verùm enimverò cuncta isthæc minùs haberentur, si instrumenti falsitas, ubi primum in notionem venerit, in qualibet litis parte allegare nequiret: etenim conventus ceu indefensus damnaretur; quod juribus obnoxium foret: cum defensio naturali inspecto jure cuilibet permittatur. Cujacius, *in l. 20. lit. A. in ff. de verbor. signif. pag.* 1628. Caramuel. *in Theologia moral. quæst.* 8. *casu* 37. *pag.* 124. igitur, &c.

CAPUT II.

SI adversarius hoc in casu partis instrumentũ deperdidisse perhibeatur: quid prædefiniendum.

SUMMÆ.

Num. 1. primæ Thesis partis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad 7. ejusdem thesis probationes.
Num. 7. secundæ Thesis partis finitio.
A' num. 8. usque ad finem, ejusdem secundæ partis probationes.

1 DIstinguas: vel adversarii culpa, socordiaque deperdiderit partis instrumentum, & tunc ad damni illati æstimationem damnandus erit adversarius, ac per consequens partis intentio in jure dicendo comprobata mansitat, si ad probandam ejus intentionem in libello expositam, in foro comparuisse feratur. est Verde, *instit. lib. 3. tit. de literarum obligationibus, lemma* 8. *num.* 1229.
2 Probatur 1. ex continenti ac partis adversæ culpa deperditum sit instrumentum, evidens symbolum arguitur, iniquam se defensitare causam, ac per consequens, ne fraus, iniquitasve ipsi prosint, contra text. *in l. itaq. fullo, ff. de furtis, cap. dictum 30. quæst. 1. cap. intelleximus, de judiciis, cap. tuæ 12. de Clericis non residentibus, cap. sedes, cap. ex tenore, de rescriptis, cap. 2. de dolo, cap. 2. de cognat. spirit. cap. 1. de collus. deteg. cap. tuus, de usuris*; juremeritò Judex eum damnare debet, alioqui fraudibus aditus fieret, *dicta l. in fundo, ff. de rei vindicat.* idque genus.
3 Probatur 2. ex textu *in l. si de possessione 20.* ibi: *ad emptionis probationem non est iudiciis aliis opus, sed instrumentorum furtum monstrare sufficit, Cod. de probat. l. testium 14. §. finali, Cod. de testibus, cap. 4. el 1.* ibi: *qui surripit instrumentum, iniquam ostendit se litem fovere, & experiri debet in se Iudicis authoritatem delusam de testibus cogendis, cap.*
4 *infamis, §. tria 3. quæst. 7.* nam Judicis authoramentum haud est per subditos despi-
5 ciendum: siquidem pro Judice jura semper præsumunt, *l. 1. in fine, ff. de officio Præsidis, l. 2. §. publicanus, ff. de vi bonorum raptorum, l. nimis, Cod. de acquirenda possessione,*
6 *cap. in præsentia, de renunciat.* & parere edisseritur qui, quod didicit optimum esse factis, faciat. *Appen. sentent. in Apophs.* Author est.
7 Vel fortuitò deperditum sit instrumentum, vel ab alio subtractum; tunc cum in culpa haud esse edisseratur; consequens fit, ut ad nil astringendus sit. est ejusdem Verde, ibidem, *num.* 1230. alioqui insontes pœnam solverent, quod juribus, rationibusque dissonum foret, cũ innocentia animi puritas sit, ab omniquę injurię illatione abhorrens. Cicero *de officiis* Author est, *& in appen. sentent. ex apophs.* isthæc reperio descripta verba, *Innocẽtẽ punire scelus est; culpam interdum condonare in gratiam honesti deprecatoris humanitas est.*
8 Probatur 1. Ubi quis procul à culpa, dolove sit; toties ceu insons haud damnandus est:
9 hinc *ex appendic. sentent. apopht.* literis proditum reperio; ibi: *expedit ad bonos mores, ut in judiciis succumbat pravitas, vincat innocentia.* & identidem. *certius innocentiæ signum est, ita rem gerere, ut nemo velit accusare, quam si postulaberis, elabaris è judicio; elabuntur enim interdum & innocentes*: quare cum nostro in casu res sic se habeat; consequens est, ut ad nil astringendus sit.
9 Probatur 2. Ex textu, *in l. testium 14. in fine*; ibi: *Sin verò facta quidem per scripturã securitas sit*: fortuito autem casu, vel incendii, vel naufragii, vel alterius infortunii, perempta; tunc fas est his, qui id perpessi sunt, debiti solutionem per testes probare.

CAPUT III.

INstrumento: numquid præstanda sit fides, adusque secus commonstretur.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis finitio.
A'num. 2. usque ad finem, ejusdem thesis probationes.



1 ESse refundendam, existimat Verde, *instit. 3. de fide instrumentorum, num.* 1198. aliorumque.
2 Probatur: Adusque de instrumenti firmitate secus relucescat, tunc possessio pro instrumenti robore extare supponitur: siquidem oppositum facti est, ac per consequens probatione indiget; quæ enim facti sunt probatione indigẽt, *l. in bello, § facta, ff. de captivis, & postlim. reversl. l. si emanaipati 9. C. de collat. l. 1. Cod. de probat. l. quæcumque, §. fin. ff. de publi-*

S 2 *can.*

can. l. assecuratio, C. de non num. pecun. cap. cum Ioannes, §. *verum, de fide instrumentor. cap. licet, de constit. lib.* 6. igitur, &c.

4 Probatur 2. *ex l. optimam* 14. §. *si verò moriatur, Cod. de contrahenda stipulatione, l. satis apertum, Cod. ad legem Corneliam, de falsis, l. cum precibus* 18. *Cod. de probat.* Auth. *de instrumentorum cautela, & fide collat.* 6. igitur, &c.

CAPUT IV.

SI instrumentum deletum reperiatur: quid prædefiniendum.

SUMMÆ.

A' num. 1. usque ad 4. Thesis prædefinitio.

A' num. 4. usque ad finem, ejusdem Thesis probatio.

1 DIstinguas: vel instrumentum simpliciter sit deletum, procul ab expressa tabellionis causa, vel cum tabel-
2 lionis. Si primum, firmum ducitur instrumentum, adusque secus per adversarium commonstretur. est Annæ, *singulari* 247. Antonii Fabri, *def.* 28. *Cod. de solut.* aliorumque.
3 Autor est Verde, *instit. lib.* 3. *num.* 1287. Sin secundum, infirmum.
4 Probatur: Ut instrumentum deletum autumetur, necessum ducitur, ut per tabellionem deletionis causa exprimatur, quæ causa in contractus fronte obsignanda est, *l. cancellaverat, l. pluribus, ff. de his, quæ in testamento delentur, & ex constit. instrumentor. robur*: verum enimverò cuncta isthæc hic haud ex-
5 tare supponuntur: quare juremeritò in deletione, & Judex, & testes interesse debent, ac per consequens sola Notarii præsentia minùs sufficiens autumatur, edifferentis, instrumentū fuisse deletum, & deletionis causam divulga-
6 re: nam novum vocitatur remissionis instrumentum, adeoque universa juris sollemnia reposcit, quæ & communi, & Regni juribus inspectis, reposcunt, ceu liquet in *constit. instrumentorum robur*: alioqui infirma est instrumenti deletio; utpotè facta à carente legitima facultate, *l. si chirographum, ff. de prob. l. inductus, Cod. de solut. l. postquàm, l. labeo, ff. de pactis*.

CAPUT V.

SI instrumentum, in publicam reassumptum formam, obsignatum à testibus esse prædicetur: numquid de protocollo etiamnum rogitari fas est.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.

Num. 2. 3. & 4. ejusdem Thesis probatio.

1 PEti posse de protocollo existimant Hodierna 1. *controverf. cap.* 31. *num.* 19. 20. & 21. Author est Luca, *observ. ad decis. de Franchis* 194. *num.* 2.
2 Probatur: Tametsi instrumentum in publicam reassumptum formam, testibus saltem tribus, Notario, ac Judice ad contractus obsignatū, juxta constitutionē Imperatoris Federici, incipientis *bajulos, ac omnes, & in constit. instrumentorū robur*, satis probatum, scriptū,
3 & originale vocitatur: verumtamen quia de protocollo, per Notarium celebrato, falsitatis
4 labes verificari quit: siquidem falsum inter graviora annumeratur crimina, *l.* 3. §. 1. *ff. de Decurionibus*, & fuit olim capitale, *l. Cornelia, l.* 1. & 5. *C. de crimine falsi*: deinde factum est non omninò capitale, deportationis pæna imposita, nisi id exigat magnitudo commissi, ait Constantinus, *in l.* 22. *Cod. eod.* quam magnitudinem explicat Leo Imperator, *novell.* 72. *si is, adversùs quem falsitas facta est mortis pænæ subiiciendus sit*. Innocentius verò Tertius: *si quis Bullas, & literas Pontificias falsò per se exercuerit, & ejus usus fuerit: &c.* quo casu ad seculare potestatem eum remittit puniendum, *cap. ad falsariorum, de crim. falsi*, licet autem Urbanus Tertius secutus fuerit pęnam legum civiliū, quæ est deportatio, *cap. ad audientiam, de crimine falsi*. Author est Cironius, *in paratitl.* 5. *decretal. de crim. falsi, tit.* 20. *pag.* 419. Codex Theodosianus 10. *tit.* 29. *ad l. Corneliam, de falso, commentar. ad l. si quis* 1. *per totam pag.* 158. & ibidem, *ad l. damus* 4. per totum, *pag.* 164. juremeritò de ipsius exhibitione quiritari potest: nam evenire assolet, ut tabellio aliquid aliud in protocollo addat, de quo nullum initum fuit pactum, idque genus: quare cum in isthac facti specie aliud esse potest in contractu, aliud in protocollo; juremeritò ab adversario protocolli traditio peti potest, ut noscatur: numquid protocollum cum testium dictis conformetur.

DECISIO XL.

IN Causa Magnifici Buffilli Crispani cum Magnifico Joanne Francisco Crispano. in jure clarum est, quòd jus offerendi pecuniam condemnato in actione hypothecaria competit, ut *in l.* 11. *ff. qui mo. pign. vel hypo. solu.* & habet tale jus quilibet possessor, *ut in l. Paulus*, §. 1. *ff. eodem tit. &c.* & compe-

tit etiam post sententiam, &c. cogitandum tamen est: an si victor petit executionem, & victus non contradicit, sed patitur exequi, & sic destinari expertos ad æstimandum habeat jus offerendi ante appretium, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

SEntentiam obtinens quis, in hypothecariam adversus se actionē, si ab ipsa reclamasse perhibeatur: quid prædefiniendum si nondum ad exequutionem sit perventum; ipseque ter obtulit, quòd sententia executioni demandetur; tametsi citrà revisionis præjudicium; deinde oblatam porrigit pecuniam: numquid oblationi hujuscemodi locus esse possit.

SUMMÆ.

Num.1. Thesis prædefinitio.
Num.2.& 3. ejusdem Thesis probatio.

1 OBlationi huic locum esse debere, per S. C. fuisse prædefinitum, memorat Antonius Capicius hìc, *num.* 15. in fine; ibi: *tandem votavimus, esse locum oblationi*. est Baldi, Bartoli, Pauli de Castro, aliorumque, apud supralaudatum Capicium.

2 Probatur: Suo posse cedere juri in cujuslibet manu est. Antonius Faber, 4. *Cod. def.* 4. *tit.* 11. *de hæred. action. num.* 1. *in allegat. pag.* 303. *l. si quis in conscribendo, Cod. de Episcop. & Clericis, l. penult. Cod. de pactis, cap. tuis* 39. *vers. nisi de testibus, cap. ad Apostolicam, de regular. cap. si de tertia, de privileg.* Tiraquellus, *de jure primog. quæst.* 24. *num.* 4. cum nemini irroget injuriam, *l. injuriarum*, §. 1. *ff. de injuriis, l.* 3. §. *is tamen, ff. de libero homine exhib. l. qui injuriarum, l. is, qui, ff. de jure jurand. l. jure jurando, l. quod Reipublicæ, l. injuriam, ff. de injuriis, l. fluminum*, §. *ultimo, ff. de damno infecto, l. Proculus, ff. eodem tit. l. si donaturus*, §. *si quis indebitam, Cod. de condict. ob causam, l. si meo, ff. de aqua pluvia arcenda, cap. cum Eccles.* 21. *vers. quia, de elect.* secus verò publico, *l. jus publicum, ff. de pactis, l.* 2. §. *sed quia veremur, Cod. de jure jurando propter cal. & cap. si diligenti, de foro competenti*, ac per consequens offerre pecuniam; priusquam sententia essequutioni demandetur: quandoquidem tametsi per reclamationem sententiæ, valor suspensus esse supponitur, *l.* 1. *in fine, ff. ad Turpill.* adeoque ad priscos retrogreditur sententia terminos, *l. eleganter* 23. §. *si post rem judicatam, vers. tunc enim rescriptis, de condiction. indebiti*. Antonius Faber, 2. *Codicis, tit.* 4. *de transactionibus, def.* 5. *pag.* 89. Vide Gonzalez, *lib.* 1. *decretal. tit.* 41. *de in integrum restitut. cap. ex literis* 4. *in notis, litera F. pag.* 917. Authentica, *quæ supplicatio, Cod. de precibus Imperat. offerendis*. Vulteus, *lib.* 4. *de judiciis, cap.* 3. Salgado, *de supplicatione ad sanctissimum, parte* 1. *cap.* 1.
3 *in principio*: attamen quilibet privato huic cedere potest juri. Antonius Faber, loco supracitato; oblatam nunc, pro illo tunc facessendo pecuniam; ex suppositione, quòd sētentia contra ipsum rursus roboratur: semper tamen conditione adiecta citrà revisionis præjudicium.

Pro decisionis istiusmodi illustratione.

CAPUT I.

OBlatio, ad sententiæ, de dotali pecunia, exequutionem impediendam, facta: numquid firma ducenda sit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' num.2. usque ad 8. ejusdem Thesis probatio.
A' num. 8. usque ad finem, oppugnatio, ejusdemque solutio.

1 INfirmam esse, & per Magnum Vicariæ forum, & per S.R.C. fuisse prædefinitum memoriæ prodit Thorus, *tom.* 1. *compēd. decis. vers. oblatio, facta ad impediendam exequutionem sententiæ*. est Galluppi, *in sua praxi S. C. parte* 3. *cap.* 8. *num.* 8.

2 Probatur: Obligatio isthæc duplici ex capite infirma est: ex primo namque; ceu de aliena gesta pecunia: nam dotalis pecunia haud offerentis est, cū dotalis res, neu oppignorari,
3 neu alienari valeat: siquidem dotis conditio melior, secus verò deterior fieri potest. Anton. Faber, 4. *Cod. tit.* 21. *ad S. C. Vell. def.* 13. *num.* 3. *in allegat. pag.* 367. *colum.* 1. *l.* 1. 3. 4. 5. 12. 13. 16. *ff. de fundo dotali, l. unica*, §. *& cum lex, Cod. de rei uxor. actione, l. finali, Cod. de jure dotium, l. finali, Cod. de rebus alienandis, non alienandis*, quod suum vendicat locum, etiamnum assentiente uxore, *l. si prædium* 23. *Cod. de jure dotium, l. unica*, §. *& cum lex*, ibi: *nec consentiente muliere, maritus possit: ne fragilitate naturæ suæ in repentinam deducantur inopiam, Cod. de rei uxor. action.* tametsi prisca inspecta tempestate haud dissentiente uxore, alienari quiverat,

4 verat, *l. ita* 26. *ff. de jure dotium*; neu hodie assetiente viro dotem distrahere potest uxor, *l. prædium* 23. *Cod. de jure dotium, l. ubi adhuc.* 29. *ff. eodem.* Consule Connanum, *lib.* 8. *cap*
5 8. *num.* 2. *pag.* 642. inde est, quòd dotium favor publicus est, adeoque ipsarum causa præcipua esse debet, cum Reipublicæ intersit, dotem mulieribus asservari, neu indotatæ, ac procul à nuptiis restent. *l. 1. ff. soluto matrim. l. 2. ff. de jure dotium.* Franciscus Hothomanus, *consilio* 134. *num.* 12. *pag.* 619. idem edifferendum de donatione propter nuptias, & de sponsalitiæ largitate. Auth. *donationem, & l.* 29. *Cod. de jure dotium.* Auth. *sive à me, Cod.*
6 *ad Velleian.* ex secundo verò; quatenus sententia ritè divulgata ejus exequutioni nullo pacto impedimeuto esse potest; alioqui fraudibus aditus fieret, quod est contra text. *in l. 1. in fundo, ff. de rei vindicat. l. si cum lis, ff. de transact. l. si. sub prætextu, C. de sacrosanctis Ecclesiis, cap. porrò, de divortiis.* Clement. 1. *de usuris*, §. *fin. de concession. præbend.* atqueadeò lites ad infinitum usque protenderentur. Cironius, *in paratitl. de appellat. pag.* 160. Cujacius, *lib.* 12. *observ. cap.* 4. *Donelli. lib.* 28. *comment. cap.* 7. ubi plures, Osualdus, Cironius, *in paratitl. ad tit. de præscriptionibus*, idque genus; quorum agmen claudit Gonzalez, *in cap. cum sit Romana* 5. *tit.* 18. *de appellat. in commentar. num.* 4. *pag.* 771. quod perabsurdum foret, cum in cunctis dispositionibus est fugiendum. Hothomanus, *cons.* 53. *num.* 10. *pag.* 259. igitur, &c.
7 Ne differas: eadem prorsus hoc in casu urget ratio, ac de 41. Capiciana prædefinitione, ut perpendenti liquet; igitur idem utrobique
8 est prędefiniendum. juxta illud: ubi est eadem ratio, ibi eadem juris statuitio, *l. illud, ff. ad leg. Aquil. l. si postulaverit*, §. 2. *ff. ad leg. Iul. de adulter. l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. nauta*, §. *fin. ff. nautæ caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, C. de sacrosanct. Eccl.* §. *si igitur*, instit. *quod cum eo*.
9 Infirmum est antecedens: disparitatis ratio est: in prima siquidem facti specie, & reclamatio, & libera oblata, supponitur pecunia, atqueadeò expressa exequentis sententiam petitio, quæ in secunda facti specie deesse supponitur; igitur nil mirum, si S. R. C. diversimodè sanxit.

CAPUT II.

PRetii oblatio, ad quam secundus astringitur creditor, pro evingenda re debitoris alienata in prima minùs facta instantia: numquid in appellationis causa fieri queat.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A'num. 2. usque ad finem, ejusdem Thesis probationes.

1 FIeri posse, & per magnum Vicariæ forum, & per S. C. fuisse prædefinitum, memorat Afflictus *decis.* 16. *n.* 5. & 6.
2 Probatur 1. de appellationis conceptu est, causam ad priscos retrogredi terminos. Cironius *in paratitl.* 5. *decret.* Altesserra 1. *decre. tit.* 29. *de offic. & potestat. Judicis delegati, in cap. pastoralis* 28. *in* §. *præterea, pag.* 167. ac per consequens defectus omnes in prima patratos instantia expiare, *cap. pastoralis*, §. *verum, de appellat. cap. si à Judice, eodem in* 6. *cap. dilecti* 55. *vers. præterea, de appellat. cap. roma-*
3 *na*, §. *si verò, eodem tit. in* 6. inde est, quòd interea nil est innovandum, *l. 1. & per totum, Cod. nihil innovari appellat. pendente, cap. 1. de appellat. cap. cum nobis* 13. *de elect. cap. cum cōtingat* 36. *de officio deleg. cap. 1. de delat. cap. venientes. de jure jurando, cap. super eo, cap. ad præsentium* 16. *cap. cum teneamur* 17. *cap. qua fronte* 25. *cap. pervenit* 18. *cap. de priore* 31. *c. ad audientiam* 34. *cap. constitutus* 46. *cap. bone* 41. *cap. pastoralis* 53. §. *rerum, cap. cum cessante* 60. *de appellat. cap. non solum in* 6. *eodem tit. in* 6. *l. unica, ff. nihil innovetur appellat. pendente, l. 3. l. minimè, Cod. de appellat. l. ut lite pendente, l. secundum, ff. de appellat. recip. l. 1. Cod. de bonor. possess. secund. tabulas.* Cujacius, *de præscript. & terminis, cap.* 4. & 7. Faber *in suo Cod. lib.* 7. *tit.* 29. *difficult.* 7. Petrus Gregorius *lib.* 50. *syntag. cap.* 2. *num.* 45. & 46. Vulteus *de judiciis, lib.* 4. *cap.* 2. Borrellus *tomo* 2. *decis. tit.* 36. *de attent.* Castillo *de aliment. cap.* 8. *in princip.* Amaya *lib.* 3. *observ. c.* 15. Paulus *lib.* 4. *sentent. tit.* 36. *novella* 134.
4 *cap.* 3. alioqui frustra appellaretur: propterea quod non nisi ad innocentiæ præsidium inventa fuit appellatio. Author est Cironius *de appellat, recusat, & relation. tit.* 28. *pag.* 159.
5 secus verò ut appellantis malitia defensitaretur, *cap. suggestum, cap. ad nostram, de appellat.* cum valde necessum erat, multis remediis subditis subvenire adversus iniquam Magistratuum sententiam, ne præmeretur innocētia, siquidem ad bonos mores expedit, ut in judiciis succumbat pravitas, vincat innocentia, ut habetur *in appen. sentent. & apopht.*
6 verum enimverò nostro in casu pretio oblato desinens fuit, quominùs in prima haud factitata fuit instantia; igitur nil mirum, si in appellatione redigenda erit.
7 Probatur 2. ex *l. per hanc, Cod. de temp. appell. l. cum qui ita, ff. de verbor. oblig.* Author est Afflictus supralaudatus.

CAPUT III.

POsterior creditor: numquid anteriori creditori pretium offerre queat, ac per consequens jus sibi roborare suum.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis decisio.
A'num. 2. usque ad finem, ejusdem Thesis probationes.

1 Of-

1 Offerre posse reor, dummodo realis, secus verò verbalis oblatio sit. est Reg. de Marinis, *resol. juris, tomo. 1. cap. 219. num. 2. 3. & 4.* Thesauri *decis. 157. num. 1.* aliorumque.

2 Probatur 1. ex continenti ac anteriori creditori per posteriorem satisfactum esse dicatur jus, quod in hypothecata obtinet re, tunc extinctum edisseritur in re hypothecata æs alienum, ac per consequens secundus creditor in hypothecata re primævus sit; neu ulla ipsi irrogetur injuria, ignominiaque, à quibus quilibet longè distans esse debet, cum homines, & gloria, & injuria, idque genus, moveantur. Cicero *part. orat.* ibi: *Quis honorem, quis gloriam, quis laudem, quis ullum tàm umquam expetit, quàm ut ignominiam, infamiam, contumeliam, dedecus fugiat?* ibidem: *nemo est tam agrestis, quem si non ipsa honestas, contumelia tamen, & dedecus magnopere moveat.*

3

4

5 Probatur 2. *ex l. 1. l. prior, Cod. qui potiores in pignore hab. l. secundus, Cod. de pignor. l. potior, §. finali, ff. qui potiores in pignor. hab. l. 1. Cod. si antiquus creditor pign. vendid.* igitur, &c.

DECISIO XLII.

IN Causa Magnifici Antonii Caracioli cum Barone Torelle: habent isti domum communem, quæ jam divisa est: differunt modo in electione partium, quia unus vult unam partem, alius eammet. Antonius juxta unam ex illis partibus ita divisis habet aliam domum, vult eligere partem, quæ confinat cum alia domo sua: fuit judicatum in ejus favorem per dictum Angeli de Periglis, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

SOcius communem rei suæ contiguam, possidens rem, quæ in partes jam disiecta sit suas: numquid contiguitatis ratione portionem illam habere par est, cui consocius nil contiguitatis habere proditur.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A'num. 2. usque ad 6. ejusdem Thesis probationes.
A' num. 6. usque ad finem, ejusdem Thesis, & oppugnationes, & solutiones.

1 POrtionem illam habere, æquum esse, per S. C. fuisse prædefinitum, memoriæ prodit Antonius Capicius, *hìc num. 1.* ibi: *Fuit judicatum in ejus favorem, per dictum Angeli de Periglis.* est Annæ *singulari 158.* aliorumque, quorum, & Author, & sectator est Thorus *compend. decis. to. 1. §. divisione facta inter socios rei communis.* est adversus nonnullos apud eosdem.

2 Probatur 1. naturalis namque ratio id edocet, utputà: quod alteri prodest, neu tibi obesse supponitur, faciendum est, *l. justitia, ff. de justit. & jure, §. juris præcepta, vers. alterum non lædere,* instit. *eod. tit.* in nostro porrò casu haud discontinuam possidens rem, maximè ipsi (ceu ipsis ex terminis liquet) illam obtinere, prodesse edisseritur, quàm alteri, nil contigui possidenti. quod etiamnum com-

3 probatur: etenim socii interest, finitimum, haud habere infestum: cum vicinitatis causa, quamplurima subnasci soleant dissidia. hinc Tullius *act. 3.* in Verrem; ibi: *Nullæ sunt occultiores insidiæ, quàm quæ latent in simulatione officii, aut in aliquo necessitudinis nomine. Nam eum, qui palàm est adversarius, facilè cavendo vitare possis: hoc verò occultum, intestinum, ac domesticum malum non modo existit, verumetiam opprimit, antequàm prospicere, atque explorare potueris.* & pro Planco; ibi: *Laudanda est, vel amanda potius vicinitas retinens veterem illum officii morem, non infuscata malevolentia, non assueta mendaciis, non fucata, non fallax, non erudita artificio simulationis; vel suburbano; vel etiam urbano:* juxta elogium illud: qui iniquum habet vicinum, &c. *l. si cui fundus, ff. de legatis 2.*

4 Probatur 2. *ex l. ex sextante, §. latinus largus, ff. de exceptione rei judicatæ, l. debitor, ff. ad trebellianum.* Author est Reg. de Franchis

5 *decis. 550. num. 7.* memorans, sic per S. C. fuisse sancitum; idque non nisi communionis ratione est præferendum.

6 Dices hìc 1. forti potius hìc res est aptantanda, quàm alio pacto: propterea quod sic jurgia exstinguntur, igitur, &c.

7 Irritum est antecedens: nam facti species juxta rectam sancienda erit rationem; atque adeo eventura prospicienda sunt dissidia, quæ perimenda sunt, & arrogantiæ. hinc Cicero *de lege agraria,* ad pop. contra Rullum; ibi: *Ex copia, atque rerum omnium affluentia, primo arrogantia nata est,* ac perturbationes. idem Author *lib. 4. tusculanor.* ibi: *Aversa à recta ratione contra naturam animi commotio. & in part.* ibi: *Quicquid peccatur perturbatione, peccatur rationis, atque* ordi-

ordinis: quare dicterium illud, *forte id esse prædefiniendum*, hanc patitur commentationem: ubi pro utroque adversario eadẽ prorsus urgere supponitur ratio; quod nostro in themate deest, ut ritè perpendenti patet.

8 Dices 2. divenditio namque isthæc non nisi respectu illius, qui à semetipso congrui jus rogitare nequit, verificatur; igitur finitimo jus congrui convenire par est, præsertim id etiamnum arguendo, confusa ex actione.

9 Roboris nullius autumatur argumentum istud: siquidem finitimus explodendus est, non nisi ratione dominii, ac partis suæ, quæ est conjuncta cum illo, adeoque aliquo pacto illius dominus vocitabatur: inspicitò quæso supralaudatum de Franchis *nu.* 7.

Pro prædefinitionis istiusmodi illustratione.

CAPUT I.

Directus dominus directum volens à se abdicare dominium: numquid emphyteuta aliis sit præferendus emptoribus.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad finem, ejusdem thesis probatio.

1 Esse præferendum, & per Collaterale Consilium, & per S.R.C. bis fuisse prædefinitum, memorat Anna *singulari* 140. & si prisca inspecta tempestate, per idem Tribunal secus sancitũ extitit. idẽ supralaudatus Anna Author est; dummodo æquale offert pretium, ac reliqui concurrentes emptores. est Boerii, Barbati, aliorumque adversus Andream Isernia, aliosque apud eumdem.

2 Probatur: naturali ex ratione, quæ sic nobis suadet: nam emphyteuta utilis vocitatur dominus, *l.* 1. *Cod. de jure emphyt. l. sciendum,* §. 1. *ff. qui satisdare, l.* 1. *& ultima, ff. si ager vectigal. l. cum sponsus* 12. §. *in vectigalibus, ff. de public. l.* 3. §. *si ego, ff. de novi operis nunciat. l.* 1. §. *quod ait* 3. *l.* 2. *ff. de superfic.* Connanus *lib.* 7. *commentar. cap.* 12. *num.* 2. Duarenus *lib.* 1. *disputat. cap.* 14. Sarmientus *lib.* 3. *select. cap.* 2. *à num.* 31. Donellus *lib.* 9. *commentar.* Besoldus *in delibatis juris, ad lib.* 6. *pandect. tit. si ager vectigal.* Schifordeg. *lib.* 1. *tract.* 18. *quæst.* 10. Solorzanus *lib.* 2. *de jure indiar. cap.* 2. *num.* 6. Iulius Clarus *lib.* 4. *receptar. sentent. verbo, emphyteu-*
3 *sis, quæst.* 1. *num.* 2. aliique; cum emphyteusis sit contractus, quo res immobilis in perpetuum, sive in longum tempus, quoad dominium utile conceditur, sub certa pensione præstanda domino directo. Donellus *lib.* 9. *commentar. cap.* 14. cum sequenti. Bronchorst. *centur.* 1. *assert.* 80. cum sequenti. Iulius Clarus *lib.* 4. *sententiar.* §. *emphytheusis*, idque genus, ac per cõsequens aliquo pacto sibi adep-
4 ta proditur emphyteutica res: quandoquidem suo in genere in ipsa jus aliquod habere supponitur, ac per consequens rectę dissentaneum erit rationi, ab emphyteutica re procul à justa causa esse despoliandum, dummodò
5 æquale offert pretium: quare rogitandum ab adversariis cur emphyteuta explodendus sit, si æquale offerat pretium? fortassis ne, quia dominus directus in alienatione isthac in damno extet suo? absurdum profectò edisferunt: siquidem hic æquale oblatum supponitur pretiũ; forsitan quia ceu dominus rem alienare queat suam cuilibet? absurdum ite-
6 rumque fatentur: propterea quod edicterium hujuscemodi hanc ritè commentationem patitur: ubi res alienanda libera foret, secus verò hic, cum in ipsa jus aliquod acquisitum suo in genere sit emphyteutę, ad instar usufructuarii, qui si usumfructum à se abdicare quiret; quippe non nisi proprietario posset, §. *finitur*, Instit. *de usufructu, l. Titio cum morietur, ff. de usufr. l. usufr. cum moriar, ff. de usufr.* vide Balduinum *institut. lib.* 2. *tit.* 4. *de usufruct.* §. *finitur, pag.* 223.

CAPUT II.

Communem cum Fulano parietem habens quis; si alienare domum voluerit: numquid Fulanus universum, congrui jure, rogitare queat murum.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
Num. 2. & 3. ejusdem Thesis probationes.

1 Congrui jure, quiritare posse parietem, maceriemque, idque genus, existimo.

2 Probatur 1. Congrui jus vel est de toto; vel de parte divisibile: verum enimverò hic neu de toto, neu de divisibili extare supponitur parte: siquidem murus ipse communis haud divisibilis est, cum domus pars sit, ipsam componens; igitur, &c.

3 Probatur 2. ex absurdo: si unus iste congrui jure Fulano competeret; quippe summum & alienans, & emens pateretur detrimentum: nam summa cum difficultate hujuscemodi divenderetur domus, propter incommoda, quæ pateretur emens: quandoquidem super alienato istiusmodi, utputà pariete haud signa immittere, neu foramina, neu id genus efficere posset, quod de ipsorum natura aliquod incommodi afferret; igitur, &c.

DECISIO XLIII.

IN Causa Aureliæ de Summonte cum Jaco. de Mauro ejus cognato possidente Terram, quæ fuit Stephani de Mauro venditam eidem Jacobo per dictum Stephanum: dubium est, an agente dicta Aurelia super jure assistentiæ, & adiudicationis, vigore hypothecæ dotalis contra dictum Jacobum, ut possessorem Terræ, quæ fuit dicti quondam Stephani viri sui; possit Iacobus, qui habet anteriorem hypothecam dicta Aurelia, uti ea anteriori hypotheca, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

ANterior creditor hypothecatam sibi à debitore emens rem: numquid anteriori uti queat hypotheca adversus debitoris uxorem, sibi remissam adiudicari petentem, non nisi dotalis hypothecæ robore.

SUMMÆ.

Num. 1. primę Thesis partis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad 6. ejusdem primæ Thesis partis probationes.
Num. 6. secundæ Thesis partis decisio.
Num. 7. ejusdem secundæ Thesis partis probatio.
Num. 8. & 9. tertiæ Thesis partis prædefinitio.
A' num. 10. usque ad 20. tertiæ Thesis partis probationes.
A' num. 20. usque ad 52. tertiæ Thesis partis oppugnationes, earumdemque solutiones.
Num. 52. secundæ Thesis partis probatio.

1 DIstinguas: vel anterior istiusmodi creditor pecuniam dedisse supponitur viro, non nisi ad reficiendas naves, vel causa militiæ, vel si pecunia sua res illa empta fuit, quæ specialiter sibi adstricta fuit;& tunc in hisce, idque genus speciebus, esse præferendum existimo, ac per cōsequens in anteriori isthac re uti posse hypotheca; quę profectò adversus debitoris uxorem, sibi assistentiam, seu illius rei adiudicationem rogitantem, extincta minùs est. est cunctorum Authorum, nemine diffidente.

2 Probatur 1. *ex l. licet, Cod. qui potiores in pignore.* Novella 97. *de æqualitate dotis, cap. 4.§. quia verò,* in quibus expresse id sancitum, cautumque est; igitur, &c.

3 Probatur 2. Nisi naviū refectio fiat, profectò cūcta ruerent; nulliusve fierent momenti, ac per cōsequens creditorū credita evanescerent: igitur cum navis refectio in creditorum etiamnum utile vertatur: jure meritò nil mirum, si jura sic sanxere, cum ea ad dantis, & accipientis, & creditorum utile sit: igitur, &c.

4 Probatur 3. Pecunia namque marito mutuò data ab extraneo, belli militiæ causa, quammaximè privilegiata vocitatur: propterea quod summopere necessum ducitur, ut hostes ab Urbe longęvi sint, ac per consequens deprimantur, quod fieri impossibile ducitur, nisi milites, aliave id genus necessaria habeantur; igitur, &c. quare neu Capicium hisce in thematibus elocutum fuisse, neu S. C. sanxisse, censeo; alioqui de certo hęsitatio habe retur.

5 Probatur 4. Si pecunia per anteriorem creditorem data ad emendam domum, sibi specialiter obligata minùs impensa fuisset: sanè ædes isthæc minùs empta fuisset: quare rigorosè, proprièque loquendo debitor haud emit, ast creditor; tametsi debitoris nomine, atqueadeò adusque sibi restituta perhibeatur pecunia, potior vocitatur creditor.

6 Vel si anterior sit creditor, generalem habens hypothecam, tunc huic esse præferendā uxorem, explorati juris esse. est etiamnum cunctorum Authorum, neu de isthac facti specie Capicius, neu Sacr. Consil. prædefinitio eloquuti fuere.

7 Probatur ex divulgata *lege assiduis* 12. *Cod. qui potiores in pignore,* anterioribus præferente dotem creditoribus, quod saltem de tacitis commentandum erit hypothecis anterioribus: etenim prælaudato in casu cunctis anterioritatis privilegium obtinentibus creditoribus, dos præferenda est.

8 Vel est anterior creditor (supralaudatis exceptis casibus) & generalem, & specialem obtinens rem; tunc tametsi mulierem in debitoris rebus pro dote sibi hypothecatis, creditori huic anteriori, & generalem, & specialem habenti hypothecam, haud esse præferendam, per S. C. fuisse prædefinitum, memorat Antonius Capicius hic, *num.* 5. ibi: *fuit votatum in favorem Iacobi, quòd liceat retinere Terram pro sua hypotheca,* quam prædefinitionem consectati fuere de Franchis, *decis.* 453. Mastrillus, *decis. Siciliæ* 24. *num.* 3. & *decis.*

decis. 78. *num.* 10. Faber, *in Cod. tit. de solut. definitione* 49. *& tit. de evictionibus, defin.* 20. quorum, & Authores, & sectatores extant. Gizarellus, *decis.* 1. *nu.* 1. *&* 2. edocens, sic per S.C. fuisse prædefinitũ, & esse in praxi. & Thorus, *compend. decis. tom.* 1. §. *creditor anterior si emerit rem sibi hypothecatã*: aliique.

9 verumtamẽ in juris puncto publicis in thesibus quẽpiã, secus tutò tutari posse haud dubiè reor. est Antonii Fabri, 8. *conjecturarum, cap.* 11. Misyngerii, aliorumque; quod locum etiã habet, seu bona pro dote tacitè hypothecata fuere, seu expresſè.

10 Prima thesis pars probatur 1. taciti namque, & expressi eadem est virtus, *l. cum quid* 3. *ff. si certum petatur*, ac per consequens idem judicium, *l. cum quid* 3. *ff. de rebus creditis*, ubi eadem urget ratio, igitur eadem juris dispositio, *l. illud, ff. ad leg. Aquil. l. si postulaverit*, §. 2. *ff. ad leg. Iul. de adulteriis, l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. nauta*, §. *final. ff. nautæ caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, C. de sacrosant. Ecclesiis*, §. *si igitur*, Instit. *quod cum eo*: verum enimverò hìc res sic se habere ducitur; igitur si per adversarios mulieri privilegiũ permisſũ esse feratur, ut anterioribus præferatur creditoribus, tacitam habentibus hypothecam; etiamnum id expresſè est stabiliendum. Major ceu certa supponitur: minor verò probatur: nam taciti ratio foret, ne mulieres restent indotatæ, cum dotis conditio, melior, secus verò deterior fieri possit. Ant. Faber, 4 *Cod. tit.* 21. *ad S.C. Vell. def.* 13. *num.* 3. *in allegat. pag.*

11 367. *colum.* 1. ast ratio isthæc haud magis de tacito urget, quàm de expresſo; igitur eadem juris dispositio.

12 Major ex terminis liquet; minor verò probatur, *ex l. assiduis* 12. *ff. qui potiores in pignore*: ubi cautum est, dotem creditoribus cunctis anterioritatis privilegio fulgentibus fore præferendam: isthæc porrò verba cum de anterioribus tacitis; tum de expressis verificantur verbis; igitur, &c.

13 Major eodem ex textu probatur: siquidem anterioritatis privilegio fulgentibus dos juxta textum hujuscemodi præferenda est: atqui anterioritatis privilegium, & tacitam, & expressam involvit hypothecam: quare sic est efformandus syllocismus. dos privilegium anterioritatis tempus habenti præferenda est; habens expressam porrò hypothecam, anterioritatis privilegium obtinet; igitur dos istis præferenda est.

14 Probatur 2. hypothecam fore expressam nil aliud est nisi ab homine esse dimanatam; tacitã verò à lege. Consule Ant. Fabrum, 5. *Cod. tit.* 8. *de rei uxoriæ action. def.* 3. *pag.* 551. igitur si tacitæ præferenda sit dos, cur haud expresſæ? nam majorem oxtinet vim lex, quã mortalis quispiam; igitur si legislator adimere differatur quicquid ipse indulsit, à fortiori lex dirimere debet; quicquid particularis homo tribuit; refunditque.

15 Probatur 3. Commune bonum particulari præcedere debere explorati juris est. Auth. *res, quæ, Cod. communia, de legatis*: ast hypotheca pro dote ad commune supponitur bonum, *l.* 1. *ff. soluto matrimonio, l.* 1. *ff. de ventre in possessionem mittendo*; igitur dos hypothecis etiamnum expressis ad peculiare bonum præferenda sit.

16 Probatur 4. In supralaudata *l. assiduis* nulla extat distinctio: igitur neu nobis distinguere fas est, *l. pretio*, 10. *ff. de publiciana in rem actione*, ac per consequens generaliter commentanda est, *l.* 1. §. *generaliter, ff. de legatis præstandis*. juxta dicterium illud: *ubi lex non distinguit, neque nobis distinguere fas est, l. non distinguemus, ff. de recept. arbitr. l. Præses, ff. de officio Præsidis*.

17 Probatur 5. Dos hypothecis defactò privilegiatis, scilicet hypothecis ad armandum datis, est præferenda: igitur à fortiori privilegiatas anteire debet hypothecas.

18 Probatur 6. In hæsitatione potius doti, quã alteri favendum est, *l.* 1. *ff. soluto matr. l. unica*, §. *fin. ff. de caducis tollendis*; igitur expressis etiamnum hypothecis dos præferenda est: antecedens liquet ex textu, *in l. in ambiguis* 7. *ff. de jure dotium*: quandoquidem saltem hesitatio habetur: numquid exppressæ hypothecę dos præferenda sit.

19 Probatur 7. Jus privatum publicæ cedere debere utilitati explorati juris est, *l.* 1. *Cod. de condict. l. actiones* 66. *ff. pro socio, l. ius publicum, ff. de pactis, l.* 2. §. *sed quia veremur, C. de jure jurand. propter calumnias, cap. si diligenti, de foro competenti*: ast anterior expressa hypotheca; non nisi ad privatum utile, cui quilibet cedere potest, *l. si quis in conscribendo, C. de Episc. & Cleric. l. pen. C. de pactis, cap. tuis* 39. *vers. nisi, de testibus, cap. ad Apostolicam, de regularibus, C. si de tertia, de privil.* dotis verò hypotheca ad publicum protendit bonum, *d. l.* 1. *ff. solut. matrim. & d. l. unic.* §. *fin. ff. de caducis tollendis, l. assiduis, ff. qui potiores in pignore habeantur*; igitur isthæc præferenda est. si quas alias reposcas probationes, inspicito quæso Antonium Fabrum, supralaudatum.

20 Ne differas 1. Tertio jus quæsitum in Principis ditione haud est, perimere posse, *l. finali, ff. de pactis, l. si post mortem*, §. *finali, ff. de contra tabulas, l. si constante* 19. *Cod. de donat. ante nuptias*. Author est Cicero, *philippica*

21 8. ibi: *magnum est, personam in re publica tueri Principis, qui non animis solùm debet, sed oculis servire Civium.* & pro Milone; ibi:

22 *nimis multa audire coguntur, neque aliter facere possunt, quibus tota commissa est Respublica*; igitur dos anterioribus expressam habentibus hypothecam creditoribus minùs pręferenda est.

23 Distinguendum est antecedens: à justa procul causa, verum ducitur antecedens; justa cum

cum

cum causa, unà cum ejus illatione denegatur antecedens : nam communis boni ratio, cum ad jus quę si, tum legis robore extinguendum sat sit ; à fortiori ad jus adeptum vi legis ter-
24 tio perimendum: quare cum tacita hypotheca (quod est argumentorum solutio) magis ad commune bonum sit, quàm expressa; consequens fit, ut causa, quæ tacitam perimit hypothecam, expressam etiamnum extinguere par est: lex namque non nisi ad commune sit bonum, *cap. erit, distinctione* 4.
25 Ne differas: Fiscum anteriori expressæ hypothecæ haud esse præferendum, explorati juris esse, *l.* 1. *Cod. de privilegiis Fisci, l. unica, C. pœnis Fisci credit. præfer. lib.* 10. *tit.* 7. Antonius Faber, 9. *Cod. tit.* 27. *ne fin. juss. Princ. cert. Judic. confisc. def.* 3. *num.* 1. *in allegat. l. statius florus* 48. *in fine, ff. de jure Fisci.* idem Faber, *de erroribus, pragm. tom.* 2. *decad.* 46. *errore* 3. *num.* 3. *pag.* 1086. igi-
26 tur identidem dos : nam Fiscus, & dos haud inęquales obtinent hypothecas, *l.* 2. *Cod. de privileg. Fisc.*
27 Illatio isthæc infirma est : ad cujus probationem distinguendum est antecedens ; in aliquibus, permittitur antecedens ; in universis verò, unà cum ejus illatione, denegatur ante-
28 cedens : nam dos in aliquibus Fisco haud est præferenda; neu Fiscus doti: quare regula illa, qui prior in tempore, &c. servãda est, *l.* 1. *&* 2. *Cod. de privileg. Fisci, l. si dotis, ff. de jure do-*
29 *tium*: in hæsitatione autem dos Fisco, ut magis privilegiata, præferenda sit : argumento est, quatenus dos anteriori tacitæ præferenda est hypothecę ; secus verò Fiscus, *l. assiduis* 12. *Cod. qui potiores, in pignore,*
30 Ne differas 3. obstat textus, *in l. adhuc* 29. *ff. de jure dotium, l. in rebus* 30. *Cod. de jurę dotium, l. si ignorante, Cod. de remiss. pignor.* idque genus; igitur, &c.
31 Textus hujuscemodi prisci sunt, ac per consequens in desuetudinem abiere per textum, *in dicta l. assiduis, Cod. qui potiores in pignore*: quandoquidem per istiusmodi textum dotis privilegia aucta fuere.
32 Ne differas 4. Cum Corasio hìc : creditor defactò anterior hypothecam provisione sua sibi acquisivit expressam, *l. si quid bello, ff.*
33 *de captivis* : etenim potentior est hominis provisio, quàm legis, *l, finali, Cod. de pactis conventis*: igitur erroneum ducitur, quòd dos anteriori expressam habentibus hypothecam præferenda sit.
34 Confirmatur : legem namque creditori injuriam inferre posse impossibile ducitur : siquidem beneficium, quod ipsi permisit, denegare nequit: cum haud leviter eum offensaret, auferendo ab ipso, quod propria adeptus fuit provisione.
35 Distinguendum est antecedens : ubi major haud urget ratio in adversum, permittitur antecedens; alio pacto, unà cum ejus illatione denegatur.
36 Ad cujus confirmationem, liquet ex supra commonstratis solutio: lex namque nostro in casu nullam infert injuriam anteriori creditori, ubi justa, & major urget ratio, ac commune bonum inhibens, fœminas restare indotatas; quod perabsurdum foret.
37 Ne differas 5. æqualis in Fisci, ac in dotis hypotheca causa ducitur, *l.* 11. *Cod. de privileg. Fisci*, & Fisco privatus est præferendus, qui sibi specialiter de pignore consulit, *l. si pignus, ff. qui potiores in pignore, l. si fundum, Cod. eodem tit.* igitur, &c. Author est idem Corasius.
38 Distinguendum est antecedens : in aliquibus permittitur antecedens; in cunctis verò, unà cum ejus illatione, denegatur.
39 Ne differas 6. quę per longævum certam habuere tempus interpretationem, minùs immutari par est, *l. minimè, ff. de legibus* : ast longęvam per tempestatem haud hæsitabilis fuit interpretatio, quòd mulier minimè præferenda sit. Author est idem Corasius; igitur, &c.
40 Distinguenda est major: ubi ratio in contrarium minùs urgere edisseritur, permittitur major, alio pacto, unà cum ejus illatione, denegatur.
51 Ne differas 7. obstat textus, *ex dicta l. ex non conventione*; ubi est prædefinitum, mulierem dotalibus in rebus haud cunctis præferendam esse anterioribus creditoribus ; igitur è converso in viri boni cunctis creditoribus anterioribus, expressam minùs habentibus hypothecam, haud præferendam fore. idem supralaudatus Corasius Author est.
42 Infirma est illatio : cum utrobique par urgeat ratio : ac per consequens eadem juris stabilitio, *l. illud, ff. ad leg. Aquil. l. si postulaverit*, §. 2. *ff. ad leg. Iul. de adulter. l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. nauta*, §. *fin. ff. nautæ camp. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, C. de sacros. Eccles.* §. *si igitur.* Instit. *quod cum eo*.
43 Ne differas 8. Commune extat Authorum placitum, secus edocens, utpotè defactò nostro in Senatu in praxi est. Author est Gizzarellus, *decis.* 1. *num.* 1. *&* 2. quod & Hyspanico Castellæ jure, & aliis in foris est receptum; igitur placitum potius hoc, quàm aliud sit sectandum.
44 Pro cujus diluitione: tametsi nonnulli Authores sic responsitare assolent: nonnè & nuptiarum, & libertatis, idque genus, dotis causa adversus commune Doctorum placitum unius solummodò Jureconsulti sententiæ stãdum est? Authores extant Hostiensis, Panormitanus, idque genus, *in cap.* 11. *de cogna-*
45 *tione spirituali*: nam connubii, libertatis, testamentariæ tabulæ, dotis, & his similium eadem est causa, idemque judicium : siquidem isthæc inter se æquipollentia edisseruntur, *l.*
46 *finali, ff. de re judicata* : quare in ambiguis pro his erit respondendum, *l. in ambiguis, ff. de jure dotium, l. in ambiguis, ff. de regulis juris*; verumtamen meo judicio sic esse diluẽ-

T 2 dum

dum argumentũ duco: si hisce in foris adversariorum placitũ sectetur;identidem nostrũ in Imperiali servatur Camera. Author est Mynsingerius, *observat.* 13. *centuria* 4. quare directè ad argumentum, & antecedens, & ejus
48 illatio denegantur: propterea quod commune illud meo judicio vocitandum erit Authorum placitum, quod firmiora habet argumenta; quare Authorum sarcina parvipendenda est: cum pecudum more procul à recto discursu (proh absurdum) priscis assentiuntur Authoribus; igitur cum nostro in casu opinatio nostra, & firmiores rationes, & melioris Authores conditionis obtineat;consequens fit, ut potius nostrum, quàm adversariorum sectandum sit placitum,adeoque commune vocitandum.

50 Ne differas 9. Dicterium illud: *si vincam vincentem te,à fortiori vinco te*; verum ducitur, si in cunctis par sit ratio, & terminorum constantia; alioqui falsificaretur: quandoquidem accidere quit, ut ubi te vici, parum roboris habebas;vel id genus; igitur, &c. quare
51 supralaudata regula minùs constans est.

52 Secunda thesis pars probatur: sive viri bona; sive tacitè, sive expressè doti obligata; adstrictaque, numquam non pro posteriori venire dicuntur, respectu anterioris creditoris, expressam habentis hypothecam;igitur ly *ratio taciti*: Tò ratio *expressi* hìc merè materialiter se habent, ceu perpendenti haud obscurè liquet.

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT I.

SI duo sint hypothecarii creditores,quorum prior unus; alter verò posterior foret; si debitor priori bona utrinque obligata insolutũ daret creditori: numquid posterioris creditoris hypotheca extincta sit.

SUMMÆ.

Num. 1. primæ Thesis partis prædefinitio.

A num. 2. usque ad 8. ejusdem partis probationes.

Num. 8. & 9. secundæ Thesis partis decisio.

A num. 10. usque ad 15. ejusdem secundæ partis probationes.

Num. 15. & 16. exploduntur Reg. de Franchis, Reg. Reverterius, Afflictus, aliique.

Num. 17. altera secundæ partis probatio.

1 DIstinguas: vel res hypothecata primo data insolutum creditori; dumtaxat pro ipsius debiti extinctione sat esse edisseratur; & tunc secundi creditoris hypotheca circa rem istiusmodi extincta esse ducenda sit; ac per consequens in secundi creditoris ditione haud est, creditori primo pro crediti sui solutione debitam offerre posse pecuniam,illamque rem hypothecatam penes se detinere,primævo oppugnante creditore.

2 Probatur 1. ex textu,*in l.eleganter 24. in princip.ff. de pignoratitia actione*;ibi:*eleganter apud me quæsitum est, si impetrasset creditor, à Cæsare,ut pignus possideret, idque evictum esset, an habeat pignoratitiam contrariam;& videtur finita esse pignoris obligatio,& à contractu recessum*; igitur si extincta prædefiniatur pignoratitia actio; consequens est, ut res creditori acquisita sit; igitur quo jure oblato precio per secundum creditorem, primævo renuente creditore, ad ipsius rei restitutionẽ hypothecatæ astringendus sit, alioqui quis invitus rem alienare suam astringeretur, quod perabsurdum foret.

4 Probatur 2. res prius hypothecata uni, si pro ipsius crediti solutione dumtaxat sufficiẽs esse edisseratur, quippè alteri astringi impossibile ducitur, alioqui quod alienum foret obligationi subderetur: siquidem alteri deberi supponitur; ac per consequens obligatio isthæc merè materialiter se haberet: quod sa-
5 nè liquet: etenim si eadem etiamnum numero res alteri astricta foret; profectò si primæus creditor (secundus namque non nisi denominativè vocitandus sit) de solutione rogitasset; utique rem hypothecatam dumtaxat obtinere quiret; igitur frustra super re illa primævo hypothecata creditori secunda
6 verificari possit hypotheca:quare de Franchis *decis.*453. ubi de Luca *usque ad num.* 3. Reg. Revert.*decis.*20. ubi Reg. de Marinis *num.* 1. & 2. Afflictus *decis.*16.*nu.*2.& 3. ubi addentes *num.*1.& 3. Capicius *hìc,à num.*3. usque ad finem,idque genus,haud in isthac eloquuti fuere facti specie; ast de alia, de qua infra.

7 Probatur 3. ex textu *in l.si prædium 4.ff.de evictionibus*; ibi: *Igitur si hoc jure fuerit evictum, utilis tibi actio contra debitorem competit*: nam contractus iste vicem venditionis obtinet; igitur si res haud sufficiens sit, tunc regressum contra secundum debitorem utili utendo actione, secundus obtinet creditor; igitur frustra hypothecata fuit res isthæc.

8 Vel res hypothecata pro solutione, cum primi, tum secundi crediti haud insufficiens sit; tunc certè secundo minùs extinta esse proditur hypotheca, ac per consequens precium primævo oblatum creditori, facessere queat,ut res illa sibi hypothecata restituatur, vel saltem precium sibi debitum restituat:
9 quare in istiusmodi facti specie, Reg. de Franchis, Reg. Revert. Afflicti decisiones, loco supra laudato,idque genus,commentandæ sunt.

10 Probatur 1. ex textu *in l.si prædium 4.ff.de evictionibus*, ubi id cautum habetur; ibi: *Si prædium tibi pro soluto datum est,aliis creditoribus fuerat obligatum, causa pignoris mutata non est*; igitur,&c. quare juremerito textus

tus hujuſcemodi in iſthac, ſecus in primæva facti ſpecie commentandus erit.

11 Probatur 2. res duobus hoc in caſu hypothecata creditoribus, pro ipſorum ſolutione haud inſufficiens eſſe ſupponitur; igitur ambobus, utpotè obligatam, unumquemque hypothecam ſuſtentare, defenſitareque ſuam debere par eſt, ac per conſequens unuſquiſq; uti jure poteſt ſuo, ſiquidem nemini injuriam irrogat, *l. injuriam*, §. 1. *ff. de injur. l.* 3. §. *is tamen, ff. de libero homine exhib. l. qui injuriarum*, §. *is, qui, ff. de jur. jurand. l. jure jurando, l. quod reip. l. injuriam, ff. de injur. l. fluminum*, §. *ult. ff. de damno infecto, l. Proculum, ff. eodem tit. l. ſi donaturus*, §. *ſi quis indebitam, Cod. de condict. ob cauſam, l. ſi meo, ff. de aqua pluvia arc. cap. cum Eccleſia* 21. *verſ. quia, de elect.* quare de Franchis deciſio, edocens, ſecundum

12 creditorem precium primævo ſolvere debere creditori, commentanda erit; dummodo primus creditor pecuniam exoptās reſtituit rem; ſecus verò ſi rem iñ ditione ſua emptam ha-

13 bere velit: ſiquidem tunc minimè cogendus eſt; alioqui minùs foret præferendus, quod ex Reg. de Franchis verbis haud obſcurè liquet; ibi: *Pro qua primus creditor fuit dictum debere præferri: tametſi ſemper ad precii æſtimationem adſtringendus ſit*; dummodo res pro utriuſque ſolutione ſufficiens ſit, alioqui ſecus

14 prædefiniendum erit. ſic de Reg. Revert. Afflicti deciſionibus, idque genus, ediſſerendum eſt.

15 Hinc explodendi Præſes de Franchis *laudata deciſ.* 453. *& deciſ.* 550. *num.* 5. Reg. Revert. *deciſ.* 20. ubi de Marinis *num.* 1. *&* 2. Afflictus *deciſ.* 16. aliique ſupralaudati, edocētes, quòd creditor anterior adverſus ſecundum creditorem ſe defenſitare poſſe per actionem quaſi hypothecariam, ſi precium debitum ſi-

16 bi perſolutum fuerit: nam creditum per ſolutionem eſſe extinctum ſupponitur, ac per conſequens ipſi nec hypotecaria, nec quaſi hypothecaria ſibi competere proditur actio: dumtaxat verò actio illa, quæ vero competit domino: ſiquidem de re ſoluta factus eſt verus dominus, ac per conſequens hypothecæ, vel quaſi hypothecę titulus extinguitur.

17 Probatur 3. ex *l.* 1. *Cod. ſi antiquus creditor pig. l. potior*, §. *finali, ff. qui potiores in pignore habean. l.* 1. *C. eod. tit.* in quibus eſt prædefinitum, quòd creditor poſterior hipothecaria uti nequeat actione adverſus anteriorem creditorem; aſt dumtaxat jure offerendi. Author eſt Maſtrillus *deciſ.* 28. quod commentādum erit ubi res pro utriuſque ſolutione haud inſufficiens ſit; igitur, &c.

CAPUT II.

Secundus creditor, primævo offerens creditori precium: numquid creditum unà cum uſuris (quæ vulgo acciri aſſolent annualitates, in queis fructus percepti pro decurſis uſuris compenſandi ſunt) offerre aſtringendus ſit.

SUMMÆ.

Num. 1. primæ Theſis partis prędefinitio.
A'num. 2. uſque ad 4. ejuſdem primæ part is probatio.
Num. 4. ſecundæ Theſis partis finitio.
Num. 5. ejuſdem ſecundæ partis probatio.
Num. 6. tertiæ theſis partis deciſio.
A'num. 7. uſque ad 9. ejuſdem tertiæ pa rtis probationes.
Num. 9. quartæ theſis partis definitio, & ejuſdem probatio.

1 Iſtinguas: vel res primævo tradita creditori dumtaxat pro ipſius crediti extinctione ſufficiens eſſe ediſſeratur, & tunc fruſtra ſe gereret creditor ſecundus, precium inſimul cum uſuris decurſis offerens, primævo reluctante creditore.

2 Probatur: hypotheca namque ſecunda hoc in caſu nullius momenti eſt: nam eadem res numericè, ut duplici ſubdatur hypothecæ, haud ſufficiens ducitur; ſufficiēs verò ut uni

3 fiat ſatisfactio: quare ſecundus creditor merè denominativè, ſecus verò realiter circa rem illam vocitatur creditor, ac per conſequens actum agere fertur; tametſi minimè denegandum eſt, ut ſuo cedere queat juri: atque adeo rei precium, & decurſas uſuras, ſi fructus percepti pro uſuris minùs ſufficientes forent; recipiendo; nec Regens de Franchis *deciſ.* 12. idque genus in hujuſcemodi facti ſpecie eloquuti fuere, ut infra liquebit.

4 Vel res hypothecata pro utriuſque ſatisfactione haud inſufficiens ſit; tuncque ſubdiſtinguendum eſt: vel eſt diviſibilis, vel indiviſibilis. Si diviſibilis, & re vera in uniuſcujuſque ditione eſt, partem illam ſibi hypothecatam detinere poſſe; neu in iſthac facti ſpecie eloquutus fuit Regens de Franchis *deciſ.* 12.

5 Theſis iſthæc probatione haud indiget: ſiquidem ſic cuilibet quod ſuum eſt refundi ſupponitur, §. *juris præcepta*, Inſtit. *de juſtitia, & jure*.

6 Sin indiviſibilis ſit, & tunc etiamnum ſub diſtinguendum eſt: vel primus creditor nollet hypothecatam penes ſe totaliter detinere rem, & hoc in caſu ſecundus creditor, & precium, & uſuras offerre debet, ſi fructus pro uſuris decurſis minime ſufficientes ſint: quare in iſthac facti ſpecie eloquutus fuit Reg. de Franchis *deciſ.* 12. edocens, ſic junctis Aulis per S.C. fuiſſe deciſum, *num.* 12. ubi & addentes, & de Luca *obſervat.* 12. per totam memoriæ tradens, eſſe contra Montanam *conſilio* 36. *num.* 9. alioſve.

7 Probatur 1. ex textu *in lege* 3. *ff. de diſtract. pignor. l.* 1. *Cod. ſi antiquior creditor, l. utere, cum ſimilibus, Cod. de prædiis minor. l.* 1. *Cod. de dolo, l. quærebatur, l. ſi prior*, §. *ſecundum, ff. qui potiores in pignore habean. l. acceptam*, Cod.

Cod. de usuris; in quibus id expressè sancitum, cautumque habetur. Author est idem Reg. de Franchis loco supra laudato *à num.* 1. *usque ad* 13.

8 Probatur 2. haud magis hoc in themate, quã in secundo, suo in genere res hypothecata differitur creditori; igitur unicuiq; pro jure sibi debito agere fas est, ac per consequens ut sibi satisfactio detur: verum enimverò satisfactio isthæc refundi nequit; cum sit individua; igitur juremeritò prior astringendus sit creditor; vel ut rem secundo restituat creditori, idque genus, vel è converso.

9 Vel creditor primævus totalem, individualem rem penes se detinere potest, & tunc juxta probata, & creditum, & decursas secundo refundere debet creditori usuras: quandoquidem res prior sibi hypothecata fuit, ac per consequens aliquo pacto factus Dominus; igitur nil mirum, si suo in genere secundo præferendus sit creditori.

CAPUT III.

Creditor rem sibi hypothecatam emens: numquid precisè pro hoc hypotheca extinguitur.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
Num. 2. ejusdem Thesis probatio.

1 Haud extingui audacter reor: inspicito Authores apud Capicium *hìc*, *à num.* 3. usque ad finem.

2 Probatur: Creditor namque in hujuscemodi facti specie duplici potest uti titulo tametsi disiunctivè (siquidem copulativè, ut ritè perpendenti liquet bina peteret pugnantia, nempe & emptionis, & hypothecæ titulo, respectu creditorum, qui inter se incompossibiles sunt) propterea quod disiunctivè emptionis titulus, & hypothecæ titulus minùs inter se pugnantes sunt: utitur namque hypothecæ titulo, aliorum respectu hypothecatorum creditorum; emptionis verò seu Domini titulo relatè ad alios creditores: quare in ipsius electione, ditioneque est utroque disiunctivè uti posse titulo, ac per consequens, & hypothecaria actione, atqueadeo Domini jure, contra debitorem agere posse, plusquàm apertum est.

DECISIO XLIV.

In Causa Constantiæ Valentianæ meretricis, præsupposito privilegio Excellentis Gasparis de Toralto super jurisdictione privativa in meretrices: fuit dubitatum an ad instantiam mariti prædictæ Valentianæ, qui detulit dictam ejus uxorem de adulterio in Magna Curia Vicariæ, possit dictus Gaspar eam repetere, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

Mulier meretricium more per virum deprehensa, ac per eumdem in Magno Vicariæ foro de adulterio incusata: quisnam causæ hujuscemodi competẽs esse perhibetur? Judex Magnæ Curiæ Vicariæ ne? an verò meretricum Iudex, ex suppositione, quòd meretricum Judex darètur?

SUMMÆ.

Num. 1. *Thesis prędefinitio.*
A' num. 2. *usque ad finem, ejusdem Thesis probationes.*

1 Competentem Judicem esse summum Vicariæ forum, per S.C. fuisse prædefinitum, memorat Antonius Capicius hìc in hæc verba; ibi: *hac non obstante fuit votatum, quod causa hujusmodi non debeat remitti: ex quo hac meretriciando non potuit auferre viro jus faciendæ querelæ in M. C. V. &c.* ac per consequens inanis est viri repetitio, ut ad meretricum Judicem causa demandetur.

2 Probatur 1. Nuptiarum, dotium, idque genus competens Judex non nisi Magnum Vicarię forum esse supponitur: verum enimverò tametsi Valentiana isthæc in meretricio loco, actuque adulterante à viro deprehensa, ab eodemque ad Magnum Vicariæ Senatum incusata sit: verumtamen haud hinc in recta sectatur forma, ut coram meretricum Judice convenienda sit: nam Valentiana isthæc ut pura, simplexque meretrix non venit; ast ut uxor, etsi in adulterio deprehensa, ac per consequens, ceu uxor adulterans à summo Vicariæ foro, & dignoscenda, & ibidem pænarum pensumdare debet; propterea quod in viri manu minimè est, Vicariæ Senatui deregorare posse.

3 Probatur 2. In meretricum Judice (ex suppositione, quòd daretur, cum hodie non sit in praxi) non nisi ad fæminas meretrices solutas dumtaxat, secus verò ad uxoratas jurisdictio habetur: siquidem in his Magnum Vica-

cariæ forum, uti competens Judex procedere debet, cum Judex hic designatus sit non nisi ad meretrices, quà meretrices sunt, dignoscẽdas, ac per consequens ad ipsorum excessus, idque genus corrigendos; secus verò quà uxoratæ sunt: quare juremeritò in uxore meretrice binæ extant formalitates, una quà uxor, altera verò quà meretrix; ast uxor hoc in themate prævalet.

Pro decisionis istiusmodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

SI vir coram meretricum Judice suam uxorem meretricem incuset, quid prædefiniendum? numquid suorum esse queat tutrix filiorum; ac per consequens in juredicendo sistere.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.
Num. 2. ejusdem Thesis probatio.
Num. 3. Thesis secundæ decisio.
A num. 4. usque ad finem, ejusdem secundæ Thesis probatio.

1 ETiamnum hoc in themate, ad Magnum Vicariæ forum notionem hanc pertinere debere, indubiè reor.

2 Thæsis isthæc ex supra commonstratis liquet: nam dotium, nuptiarum, idque genus, non nisi Magnus Vicariæ Senatus Judex est, cujus jurisdictioni in viri ditione minùs est derogare posse; igitur, &c.

3 De suorum verò filiorum tutela quippe ea privanda est. Glossa, *in auth. juramentum*, *Cod. quando mulier tutelæ officio fungi potest*. Masullus hìc, *num.* 1. quinimò eorumdem successione privanda est, utpotè edocent Bartolus, aliique apud supralaudatum Masullum, *num.* 1.

4 Probatur: Per meretricium exercitium infamis effecta supponitur mulier; propterea quod corpus palam exponit, prostituitque suum, sive questu, sive alio pacto, *cap. vidua* 34. *dist.* 5. & *cap. vidua* 35. *dist. cap. meretrices* 23. *quæst.* 4. *l.* 43. *ff. de ritu*
5 *nuptiarum.* exemplo extat & de meretrice ęgyptia, quę tantas opes meretricio quęstu sibi comparavit, ut superbam, magnificamque
6 in Ægypto piramidẽ construxerit; & de Laide meretrice Corintia, ad quam propter formæ elegantiam Greci universi turmatim cõvolabant. Claudianus Author est, igitur nil mirum si & à tutelæ munere, & à filiorum successione ceu infamis arcenda sit, alioqui nullam humanam luerent pænam, quod perabsurdum foret, ac à juribus alienum. quod
7 etiamnum liquet per textum *in l. & mulier, ff. de curator. fur.*

DECISIO XLV.

IN Causa Illustriss. Marchionis Laini cum nobili Henrico Oliverio, super restitutione bovum captorum per officiales dicti Marchionis tamquam diffidatos, &c. Hæc *Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

ANimal in Baronis jurisdictione procul ab ipsius fida (quæ vulgò acciri assolet jus herbagii) offensum: quid prædefiniendum.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A num. 2. usque ad 6. ejusdem Thesis probatio.
Num. 6. quid venit nomine fidæ, & diffidę.
A num. 8. usque ad finem, & oppugnatio, & ejusdem solutio.

1 EX suppositione, quòd in Baronis ditione isthæc de fida habeatur facultas, atque adeo animal ibi repertum ritè fuit per Baronem comprehensũ; tũc & ad fidæ, & ad damni passi, per solutionẽ animalis, dominum fore adstringendum, haud dubiè existimo. est ex mente Capicii, *hìc n.* 6. aliorumque penes Masullum, aliosve addentes hìc.

2 Probatur 1. unusquisque namque sua in re dominus est, indeque moderator, & arbiter, *l. in re mandata, Cod. mandati, l. in traditionibus, ff. de pactis*: siquidem cum suo res quælibet transit onere, *l. is cui opus, ff. de novi operis nunciatione, l. si convenerit, §. si fundus, ff. de pignor. actio. l. 1 Cod. de distract. pignor. l. Julianus. l. Cajus, ff. de manumiss. testam. l. Pomponius, §. 1. de acquirenda possess. l. finali, §. final. ff. de contrahenda emptione, l. via constituti §. si fundus, ff. de servit. rustic. prædior. cap. si quis laicus, quæst. 1. cap. ex literis, de pignorib. cap. pastoralis, de decimis*, adeoque quamlibet apponere potest legem, quam velit, *l. 1. §. conveniat, ff. depositi, l. si quid possessorem, §. sic autem, l. sed etsi lege, §. consuluit, ff. de petit.* hæ-

hæreditatis, l. legem, Cod. de pactis, l. legem, C. de donat. quare si baro jurisdictionem hanc de fida, diffidaque, suis in prædiis obtineat; juremeritò qui jurisdictionem hanc lędit, prędefinitam luere debet pænam, cum isthæc suũ sectetur authorem, *l. sancimus, Cod. de pænis, l. absentem, ff. eodem tit.* pæna etenim, & culpa ad invicem sibi respondent, *cap. non afferamus stateras, in fine 24. quæst. 1. cap. quæsivit, de iis, quæ fiunt à majori parte capituli, cap. felicis,*
3 *§. illud autem, de pænis in 6.* & adusque pæna isthæc persolvatur, animal, ibi comprehensum, detinendum est; alioqui in Barone nulla de fida, diffidaque jurisdictio haberetur,
4 quod perabsurdum foret; quare civiliter dũtaxat procedere possit Baro, remota tamen inobedientia: siquidem tunc etiamnum cri-
5 mina. quod commostratur toto ex titulo, *ff. ad legem aquiliam, &* Instit. *eodem tit. & ex l. bovem 43. ff. de edilitio edicto.*

6 Nomine hic fidæ non nisi herbagii solutio venit; diffidæ verò ejusdem solutionis trangressio, ac per consequens reus non nisi ad fidę solutionem sit astringendus, dummodò per Baronem non sit alia edita pæna, siquidem
7 tunc hanc solvere debet: quare ante crimen, fida; post verò non nisi diffida devocatur.

8 Neu obstat hic, Capiciana decisio, ubi S.R.C. sanxit, animalia, præstita cautione, de diffida restituenda fore: igitur in Baronis manu haud est, detinere posse, neu diffida ex templo persolvenda est.

9 Capiciana isthæc prædefinitio nostræ minùs refragatur thesi: nam in Capiciana istiusmodi decisione, ideo fuit sancitum, animalia sub cautione de diffida restituenda esse; non nisi quia de Marchione mussatio habebatur: numquid in Acerrarum Oppidis, in queis offensa fuere animalia quędam, jurisdictionem habebat Marchio: igitur ubi haud obscurè de Baronis jurisdictione pateat, secus est decernendum: inspicito Thorum *compend. decis. tom. 1. §. animalia damnum dantia in terris.*

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT I.

SI privatis in prædiis animal damnificans offensum, comprehensumque esse ptædicetur: quid prædefiniendum.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.

A num. 2. usq; ad finem ejusdem Thesis probatio.

1 LOci consuetudinem hoc in casu fore servandam, dubio procul reor. thesis isthæc cunctorum debet esse Authorum.

2 Probatur ad mortalium diffidia perimenda experientia nos in dies edocet, quod nonnullæ introductæ sunt cõsuetudines, quarũ robore universa gubernantur, cum optima sit legũ
3 interpres consuetudo, *l. minimè, ff. de legibus, l. si de interpretatione, ff. eodem tit. cap. cum di-*
4 *lectus, de cõsuetud.* parẽque cum hisce habeat vim, *l. de quibus, ff. de legibus, §. & non scripto* Instit. *de jure naturali, gentium, & civil. c. final. de consuetud. cap. consuetudo 1. dist. l. 2. C. quæ sit longa consuetudo.* hinc Cicero in Lælio; ibi: *Maxima est vis vetustatis, & consuetudinis, non modò in hoc, quòd est animal, sed in iis etiam, quæ sunt in animo, consuetudo valet, cum locis etiam ipsis montuosis delectemur, & sylvestribus, in quibus diutius commorati sumus,* & 2. Tuscul. ibi: *Consuetudinis*
5 *magna est vis.* dummodo sit rationabilis, secus verò irrationabilis, & peccaminosa, *cap. ex parte 10. cap. denique 4. distinct. cap. mala, dist. 8. cap. ultimo, de præscript. cap. ex frequentibus de instit. cap. cum tanto 11. de consuetudine, cap. mala, cap. veritatem, cap. consuetudinem 8. dist. cap. usus 11. dist. cap. cum contingat, de foro competenti, cap. cum Ecclesia, de causa possess. cap. 1. de his, quæ fiunt à major. cap. ad nostram, cap. ex parte, de consuetudine, l. 1. ff. de usuris, l. idem 10. §. si procurator, ff. mandati, l. venditor 13. §. si constat, ff. communia prædiorum, l. item, §. 1. ff. quod cujusque.* Trident. *sess. 24. de reform. cap. 20.* Justinianus *novella 134.* ibi: *Quæ improbi excogitata sunt, ea nec longa consuetudine confirmari volumus, cap. consuetudines 1. de consuetudine.* Concilium Salisburgense *canone 3.* ibi: *Consuetudines, quæ gravamen Ecclesiis inducere dignoscuntur, invalidas publicamus.* Authentica
6 *cassa, Cod. de Sacros. Ecclesiis.,* nam tunc corruptela est. Tullius 1. *de legibus: corruptela malæ consuetudinis, igniculi extinguntur à natura dati, exoriunturque, & confirmantur vitia contraria.* Suarez *de legibus, lib. 7. cap. 18. & 19. & in defens. fidei lib. 4. cap. 32.* Marta *de jurisdict. 4. par. centuria 1. casu 63.* Hunnius *in encyclop. tit. 4. quæst. 2. de consuetud.* Cironius *in paratitl. 5. decretal. de consuetud.* Antonius Gomez *in l. 80. tauri, num. 47. & 63.* Cassaneus *in consuetud. burgund.* Covarr. *in 4. 2. par. cap. 8. §. 1.* Lælius Mancinus *genial. centuria 2. cap. 107. & 108.* Sichardus *in rubrica, Cod. quæ sit longa consuetudo.* aliique.
7 quare animal damnificans repertum, haud proprio authoramento detinendum, ast ad loci gubernatorem agendum, ut condignam reus, sive civilem, sive criminalem (prout facti species reposcit) pænam luere queat, cum pæna suum debeat sectari authorem., reumq: *l. sancimus, Cod. de pænis, l. absentem, ff. eodem tit.* siquidem pæna præsupponit culpam. Divus Thomas 2. 2. *quæst. 108. art. 4. in solut. & 112. quæst. 87. art. 7. & 8.* Solon. *de just. lib. 1. quæst. 6. art. 5. col. 2. vers. profecto, & vers. verumtamen.* hinc juremeritò Tullius *in paradox. 3.* inquit: *peccare certè licet nemini*: siqui-

quidem *maximus, & æternus est dolor, ad Attic.* 11. idem Author est; & Solon percontatus, quid magis ad Reipublicæ salutem prodesset? respondit: *si bonis præmiis invitantur, mali autem pænis cohercentur*; & Pitagoras: *Civitatem optimam esse*, dixit, *quæ postquàm malos pænis coherceret, viros tantum bonos admitteret*. Stob. *serm.* 41. atque adeò demùm Lycurgus dicere solitus est: *duabus potissimum rebus contineri rempublicam præmio. s. & pæna*, Cic. *in ep.* 1. *ad Brutum, & Eras. l.* 1. *apophte.* idque genus.

CAPUT II.

SI Clericorum animalia damnificent: quid decernendum: quidve si sit tutor, vel curator quòad tutelæ administrationem, coram quo Judice sit conveniendus.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A'nu. 2. usq; ad finẽ, ejusdẽ Thesis probatio.

1 DIstinguas: vel de animalibus sermo sit, & tunc Authores nonnulli, per laicalem detineri posse Judicem edocent, adusque illatum reficiant dammum; secus verò fatentur alii ad Ecclesiasticum edifferentes spectare Judicem.

2 Quod placitũ secũdũ sic probant: animalia isthæc inter Ecclesiastica annumerari bona supponũtur, ac per cõsequẽs Ecclesiastico subjecta Judici, tametsi oppignorari fas est, secus verò quæ ad Sacrum Ministerium, & ornatũ reponuntur:

3 Exemplo extat constitutiones Imperatorum, quæ vetant arma militum oppugnari, ut Athenis constitutum refert Suidas. sic libri, qui sunt arma literaria, apud Petrum *de lineis lib.* 3. *epistolarum, & in cap.* 1. *&* 3. *lib.* 5. *decret. tit.* 21. *de pignoribus, & aliis cau-*

4 *tionibus*: sic arma rustica, quæ excolendorum agrorum causa desiderantur personæ, & boves aratorii pignori dari non debent *l. pignorum, Cod. quæ res pignori oblig. novel. just.* 7. quæ ratio fuit cur Romæ pæna capitis, bouum occisores decreta fuit apud Varronem *lib.* 2. *cap.* 5. *de re rustica*, tum etiam quòd animalia olim cursu publico, & sacrificiis destinata essent, *l.* 1. *C.* Theodos. *de cursu publico*, sic & Mulos, & Asinos hac necessitate exemit Julianus, *l.* 1. *&* 3. Cod. Theod. Socrates *lib.* 3. *c.* 1. idque genus. inspicito Cironiũ *in paratitl.* 5. *decr. de pignoribus, & aliis cautionibus tit.* 21. *pag.* 219. Clerici namque eorumque bona divino juxta commune authorum placitum exẽpti sũt jure. juxtà illud Psalmi 104. ibi: *Nolite tãgere Christos meos.* ubi Vatablus legit: *Ne attingatis homines mihi consacratos, cap. in novo* 21. *distinct. cap. continua, cap. Sylvest. cap. si Imperator* 11. *quæst.* 1. *cap. nimis* 30. *de jure jurando, cap. quamquam, de censibus in* 6. ibi: *Cum igitur Ecclesiæ, Ecclesiasticæque personæ, ac res ipsarum non solum jure humano, quinimò, & divino à secularibus exactionibus sunt immunes*. Concilium Lateranense sub Innocentio III. *cap.* 46. aliud Lateranense sub Leone X. *sess.* 9. *ad finem.* Conciliũ Colloniense, *parte* 9. *cap.* 10. ibi: *Immunitas Ecclesiæ vetustissima res est jure pariter divino, & humano introducta*. Concilium Frisingense *anno* 1140. *can.* 3. ibi: *Quia privilegium fori Ecclesiæ est immediatè à jure divino, quandoquidem, nec consensus, nec tolerantia excusari potest, inhibemus ne quemquam Clericum, aut personam Ecclesiasticam Capitulum, vel Collegiũ quodcũq; ad judicium forense tradat.*

6 Trid. *sess.* 20. *de reform. cap.* 10. propterea quod animalia hujuscemodi, idque genus, utpotè quid accessoriũ ad principale (quòd est Clericus) consectari debent, regula accessorium, *de regulis juris in* 6. *l.* 19. §. *perveniamus, ff. de auro, & argento, l. etiam, Cod. de jure dotium.*

7 Vel de clerici tutoris, vel curatoris bonis, & tunc quòad bona esse corã Laico cõveniẽdum Judice; quòad personam verò Ecclesiastico, per S.R. Cons. prędefinitum fuit, quod decretum deinde per Collaterale Consilium revocatum fuit, & sancitum, tum quòad personam, tum quòad bona, coram Ecclesiastico conveniendum fore Judice. Reg. Rovitus *decis.* 20. in fine, Author est; ibi: *His omnibus latè discussis, & ponderatis die* 22. *Novembris* 1622. *ad relationem ejusdem Domini Consiliarii Georgii, cum interventu sex votorum duarum Aularum, fuit revocatũ primum decretum, & remissa causa ad Judicem Ecclesiasticum, etiam quòad bona. Actuarius S.C. est Figliola.*

CAPUT III.

ANimalis damnificantis dominus: numquid prius ad damnum illatum, & deinde ad pænam astringendus sit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prędefinitio.
A'num. 2. usque ad 6. ejusdem thesis probatio.
Num. 6. & 7. oppugnatio, ejusdemque solutio.

1 ID Judicis arbitrio fore redigendum, duco; tametsi non prius pęnam, deindeque damnum illatum, ut restituatur exigere possit; quare utrumque ex natura rei insimul si commodè fieri possit, exigat. inspicito Annam *singulari* 139. Author est Masullus hìc.

2 Probatur: principale hoc in casu potius ducitur pars illa, quæ damnum passa fuit; quam ipsius loci Iudex, idque genus: nam Iudex ex consequenti; secus verò ex antecedenti venire proditur, ut perpendenti liquet: quare si dominus animalis damnificantis in culpa sit, quæ suum sectatur Authorem, *l. sancimus, C. de pænis, cap. quæsivit de iis, quæ fiunt à majori parte capituli, cap. romana in fine, de sententia excomm. in* 6. ac utramque luere pænã impotens; tunc quòad pænam pecuniariam

gubernari persolvendam; in corpus luere debere par est, *l. ultima, ff. de in jus vocando, l. 1.§.finali, ff.de pœnis*, idque, ne delicta restent impunita, cum reipublicæ expediat, ut publicè plectantur, *l. ita vulneratus*, §. *quod si quis, verſ.cum neque impunita, ff. ad legem aquiliam, l.licitatio, §.quod illicitè, ff. de publicanis, l.congruit 13. ff. de officio Præsidis, l. stichũ,§.tametsi, ff.de solutionibus extravag.ad reprimen.in principio,cap.est injusta 23.quæst. 4.caput famæ 35.§.1.de sentent.excom.* non nisi ad aliorum pavorem, & exemplar. *l.1.C. ad leg.jul.repet.cap.irrefragabili,§. cæterum, de offic. ordinar.* juxta vulgare brocardicum illud:

Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

3 inde fit, quòd delicti paritas paritatem pœnæ reposcit, *l.nihil interest, ff.de adulter.l.si quemquam,in fine,Cod.de Episcopis,& Clericis*, cum pęna mensuretur culpæ, *cap. non afferamus 24.quæst.1.dicta l.sancimus,cap.quæsivit,de iis, quæ fiunt à majori parte capituli, cap.felicis, §. illud autem, de pœnis in 6.* in hæsita-

4 tione autem benignior est facienda commentatio, *l.penultima, ff. de pœnis, cap. in pœnis 49.de regul.juris in 6.cap.ex literis,de constit.* Tiraquellus *in l.si unquam, verbo,revertatur, num.246.Cod.de revocand. donat.* cum odia potius sint restringenda, quàm amplianda, *l. cum quidam, ff.de liberis, & posthumis, cap. revocantes 22.dist.cap.odia,de regulis juris,lib.*

5 6. adeoque ab uno themate in pœnis ad aliud argui haud fas,juraque sinunt, *l.factum cuique, §.in pœnalibus,ff.de regulis juris,cap.in pœnis, eodem tit.in 6.*

6 Ne differas: quò nobilius esse supponitur subjectum, eò major ei irrogatur injuria, si offendatur, ac subjectum aliquod ignobilius;

7 siquidem nobilitas ab objecto desumitur, ut docent Theologi:per hoc enim Deus nobilior cũctis est,quia objectum nobilius.hinc *in append. sentent. ex apoph.* descriptum est: *Deus unicus totius mundi Monarca*, & indidem: *Deus omnium sapientissimus est*; igitur cum nostro in themate nobilior sit Iudex, ac est subditus offensus: igitur prior Judici, quàm subdito offenso satisfactio fieri debet, cum jura semper pro Iudice præsumãtur, *l.1.in fine, ff.de officio Præsidis, l.2.§.publicanus, ff.de vi bonor.raptorum, l.nimis, Cod.de acquiren. possess.cap.in præsentia,de renunciat.*

8 Tametsi Judex longè Princeps,ac nobilior sit subdito, cum jurisdictionem, seu civilem, seu criminalem obtineat, secus verò subditus.hinc juremeritò Cic.3.*offic.*sic literis prodit: *cum Judici dicenda sententia sit, meminerit, se Deum habere testem, idest mentem suam, qua nihil homini dedit ipse Deus divinitus.* verumtamen hìc ratione offensę, principaliter ducitur subditus offensus, quàm Judex: nam subditus in bonis realiter damnum passus fuit; secus verò Iudex.

DECISIO XLVI.

Isthæc decisio cumulatius examinata fuit in decisione XXXIII.

DECISIO XLVII.

IN Causa Baronis Mormilis cum Marco Pappalardo contingit dubitari: an facta publicatione testium coram arbitris, expiratoque compromisso, & causa introducta coram Judice,possit altera ex partibus, alia invita, examinare novos testes, & habere terminum ad faciendas probationes, prout vult facere dictus Marcus, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

PEracta testium coram arbitris publicatione,lapsoq;etiamnum compromissi termino: quid prædefiniendum, si causa coram alio de Sacri Concilii jussu sub formula isthac(ut justitiam faciant) introducta sit Judice: numquid pars altera, oppugnante adversario,rursus testes examinare queat,ac per consequens terminum ad probandum habere digna sit.

SUMMÆ.

Num.1.Thesis prædefinitio.

A'num.2.usque ad 12.ejusdem Thesis probationes.

A'num. 12. usque ad finem, oppugnationes, earumdemque solutiones.

1 COram causę Commissario novos fore producendos testes reor. est Capicii hìc *à num.5. usque ad finem*, aliorumque apud eumdem:quare

2 est explodendus Thorus *tomo 1. compend.decis.§.testes novi an possint examinari*, malè Capicianam hanc commentans decisionem: siquidem edocet, quòd S.R.C. nunquam id somniavit: reiicitur (inquam) quatenus in-

ca-

Capiciana isthac prædefinitione sermo est: nũquid pars coram Judice novos producere possit testes; quod commentandum erit, sive super veteribus articulis coram arbitris discussis, sive novis.

3 Probatur 1. ex textu *in l. 1. Cod. de arbitris*, ubi est prædefinitum, quòd arbitri sententia coram Iudice producta pro infirma habenda sit; igitur si sententia infirma foret, à fortiori testium examen super articulis infirmum erit; siquidem sententia est stricti juris, ejusdemq; forma, seu stylus districtè servandus est. Antonius Faber 2. *Cod. tit. 39. de satisdan. def.* 113. *nu. 4. in allegat. pag.* 152. ac in consequentiam, & testes, & articuli rursus deinde discutiendi sunt. Author est Capicius hìc *à num. 1. usque ad 4.* idque genus.

4 Probatur 2. defactò nova in senatu ducitur instantia; igitur universa noviter reiteranda sunt, *l. 11. l. cum apud, ff. judicatum solvi, l. penultima, Cod. de arbitris, l. finali, Cod. de testibus.* Capicius hìc Author est.

5 Probatur 3. ex incontinenti, ac per S.R.C. causæ novus designatus sit Judex, novum efformandum erit judicium, cum sit nova causæ notio; ac per consequens novi examinandi erunt articuli: pro quibus discutiendis novi producendi sunt testes, alioqui judicium haud legitimè efformatum edissereretur: quod suum etiamnum vendicat locum, seu prisci,

6 seu novi forent articuli discutiendi (in quo prædefiniendo lapsus fuit Thorus) nam si causa denuò per Judicem dignoscenda erit, perinde ac si à nemine agnita fuisset, consequens fit, ut & prisci, & novi examinandi sint articuli, adeoque testes, & veteres, & no-

7 vi admittendi sunt; alioqui veritas dignosci nequeat, cum & per testes, & per articulos discussos patefieri possit.

8 Probatur 4. longè profectò dispar est ratio de arbitris, ac de judicis jurisdictione: siquidem arbitrorum jurisdictio non nisi à partibus pendet, Judicis verò à Principe. juxta dicterium illud, per me Reges regnant, & legum conditiones justa decernunt, *l. 2. §. 1. ff. de aqua pluvia.* Glossa *in cap. cum dilectus, de judiciis.* Donellus *lib. 28. comment. cap. final.* Petrus Gregorius *lib. 5. partit. tit. 4. cap. 1.* Goveanus *de jurisdict. num. 32.* Amaya *in l. unica, Cod. si adversus fiscum, num. 23.* tametsi quòad effectum haud diffident, *l. 1. ff. de arbitris*, utputà litibus modus imponatur. Donellus *in dicto cap. ultimo*: in reliquis verò discrepant; nam coram Iudice de in judicio sisti cautio refunditur, *l. 1. ff. qui satisdare*; secus verò coram arbitro. Auth. *offeratur, Cod. de litis contestatione.* in Senatu testimonium dis-serere astringuntur testes, *cap. 1. de test. cogend.* secus verò cogit arbiter, *l. quid tamen, §. finali, ff. de arbitris*: quemadmodum arbiter, adversario absente, arbitrium, seu laudum divulgare nequit, *l. diem, §. si quis litigatores, ff. de arbitris*; Iudex verò potest, *l. 1 quomodo, & quando.* arbiter causa in compromisso comprehensam delegare nequit, *l. non distinguemus 32. §. quæsitum, ff. de arbitris*, secus verò Iudex, *l. placet, Cod. de pedan. judicibus*, quemadmodũ coram arbitro purgari nequit mora, si dies præfixus sit, *l. Celsus, ff. de arbitris.* in foro verò depurgari fas, juraque sinũt. idem edisserito de damnato infamia per arbitri sẽtentiam; siquidem infamis haud est, *l. quid ergo, §. ex compromisso, ff. de his, qui notantur infamia.* secus verò per Judicis sententiam, *l. 1. §. quorum, ff. ad Turpil. l. fustibus, Cod. ex quibus causis infam.* neu ab arbitri sententia provocari fas est, *cap. à judicibus 2. quæst. 6. l. 1. Cod. de arbitris*, à Judice verò potest; idque genus; igitur in congruum, dissentaneumque foret, si articuli, testesve ab arbitris examinati, à Judice examinari nequirent, atque adeo illis parere deberet.

9 Probatur Denique ex absurdo: arbitri nãque articulos, testesve haud cũ rigore examinant, ceu Judices, qui juxta ipsorum splendorẽ

10 ditionis aliter procedunt: quare apud Gentiles adeo honorabantur, ut Apollo requisitus de justis Magistratibus, responsitasse fertur, se ignorare, numquid in Deorum numero, an hominum aggregari deberent. Valerius Maxi-

11 mus, *in de Magistratibus* Author est. quid enim teste Cicerone præclarius, digniusque inter mortales excogitari potest, quàm unum hominem reperiri, qui communi inserviat utilitati; qui communia pro suis, sua pro cõmunibus, qui velit, & sciat personam, Civitatis gerere dignitatem, decusque sustinere; quare jureméritò honorantur, quia nuper non & judicium, & justitiam administrant. Psalmo 105. ideoque semper jura pro Judice præsumant, *l. 1. in fine, ff. de officio Præsidis, l. 2. §. publicanus, ff. de vi bonorum raptorum, l. nimis, Cod. de acquirend. possess. cap. in presentia, de renunciat.*

12 Neu obstat textus, *in l. finali, Cod. de testibus, cap. præsentium extra, eodem titulo*: in quibus est sãcitum, quòd testium repetitio coram arbitro examinatore dumtaxat est admittenda; igitur, &c.

13 Pro cujus solutione Antonius Capicius respondet, quòd textus istiusmodi non nisi ex speciali Principis jussu commentandi sunt; quod nostro in casu haud supponitur: nam specialis S.R.C. jussio minùs habita fuit. num solutio isthæc firma sit; tu mi Lector Judex esto.

14 Textus hujuscemodi in alia extant facti specie: siquidem in ipsis simpliciter minimè inhibetur testium repetitio, itaut etiamnum amplectatur Judicem; quare inanis est illatio isthæc: est admittenda testium repetitio coram arbitro, ergo non coram Judice. neu præfati textus sive de veteribus, sive de novis mentionantur articulis. vel interpretari queunt, vel nisi pars alios nollet examinare testes, nisi productos, vel novum haud vellet introducere articulum.

15 Ne differas 2. Judex in arbitrorum locum

est suffectus;igitur eosdem testes,articulosque, quòs examinarunt arbitri, discutere debet; secus verò alios.

16 Irritum est antecedens: in Judice namque publica extat jurisdictio, secus verò in arbitro, in quo non nisi privata: cum Judex à Principe jurisdictionem obtineat: quare rigorosè loquendo in arbitrorum locum minimè suffectus edisseritur esse Judex:nam subrogatus illius naturam,in cujus locum succedit, sapere debet, *l. si eum*, §. *qui injuriarum*, *ff. si quis caut.* quare in Judice in isthac facti specie ex se novum exorditur judicium, ac per consequens novum examen; idque genus, juxta merita causæ.

17 Ne differas 3. Judex ad quem, processum dumtaxat dignoscere debet: etenim per appellationem omnis jurisdictio devolvitur ad Judicem ad quem.Author est Ant.Faber, 1. *Cod.tit. 2. de sacrosanct.Eccl. def.*12.*pag*.4. D. Anton.Grannanieto, 2. *decret. de appellat.tit.* 28.*in cap.ut debitus honor* 59. *nu.* 19. & 20. *pag*. 264. igitur, &c.

18 Distinguendum est antecedens: noscere debet Judex, & processum, & ea, quæ cum ipso essentialiter sunt annexa, permittitur antecedens; alio pacto unà cum ejus illatione denegatur antecedens; quare novi articuli cum priscis essentialiter annexi sunt.

Pro decisionis istiusmodi illustratione.

CAPUT I.

IN S. R. C. ditione: numquid sit jubere posse, ut Judex iisdem ex actis causam noscat; nullum alium rursus examinando testem.

SUMMÆ.

Num. 1. primæ thesis partis prædefinitio.
A' num.2.usque ad 11.ejusdem Thesis probatio.
Num. 11. secundæ Thesis partis decisio.
Num. 12. ejusdem Thesis probatio.

1 DIstinguas:vel in causa isthac novi suborti sint articuli,ac per cōsequens novi reposcendi sunt testes,tunc in horum jurisdictione haud isthęc habetur facultas.

2 Probatur: Defensio rationabiliter cuilibet, inspecto naturali jure refundenda est, *l.* 24. *Cod. de liberali causa*, *l.* 39. §. 1.*ff. de noxa-*
3 *libus*.Cicero,3.*in Verr.defensorem in mea persona, non accusatorem laudare volo*: & pro Rab. *cunctos defensorque juris,& libertatis*,ac per consequens nullus indefensus pęnarum
4 pensum dare debet, cum Princeps quilibet naturali sit subjectus juri, quod cunctos
5 astringit mortales.Quare juxta Hothomanum, *cons.* 131. *num.* 17. *lit. D. pag*. 607. obligatur ex pactionibus, cum suis Civibus interpositis,& præsertim jurejurando sancitis,nedum civili, ast etiamnum Divino jure, adeò ut Deus ipse in literis sanctis dicitur, Principum humanorum exemplo, pactiones quasdā cum Hisraelitico suo populo facere, velut 2. Regum 11. Tunc pepigit Ichova fędus inter Ichovam, & Regem, & inter Populum Ichovę, & inter Regem, quòd totidem verbis re-
6 peritur, 2. *Chron.* 23. *item* 2. *Reg.* 23. sed quoniam passim earum rerum pervulgata exēpla extat opere precium est insigne quoddā memoriæ prodire ex Aureolo libello Bellisarii Neritivorū Ducis *de educat.Princ.*qui superioribus proximis annis editus est; ubi sic est descriptum:*meminisse Principem decet, ut quod sibi à subditis præstare cupit, idem & ipse sub-*
7 *ditis præstet*: sicut enim jurejurando Populi astringuntur ad fidem Principibus servandā: ne quid injuriam, neve quid damnosum contra Principes moliantur,sic identidem,ne quid injustum in eos ipsi Principes faciant, studen-
8 dum esse: à priscis enim legibus definitur, fidem esse dictorum, conventorumque constantiam, quæ non minùs in subditis, quàm in Principe servanda est:nam ut semel in verbo Principis subditi jurantes, perpetua fide, Principem colere coguntur, ita cum diebus singulis Evangeliorum liber deosculandus Principi offertur, jurisjurandi exemplum quoddam venit, veritatem colendam, fidemque datam à Principe esse servandam: quapropter omnia,quę promittit Princeps ita servanda sunt, ut subditorum animi allici ad ipsius amorem possint: alioquin absurdum sectaretur,Principem esse à fide,veritateque alienum, neu mortalium ullus cum Principe
9 contraheret. Hinc disertè Tullius pro Milone isthæc descripsit verba: *Nimis multa audire coguntur, neque aliter facere possunt,*
10 *quibus tota commissa est Respublica*:ast nostro in themate si novi super novis subortis articulis minimè examinandi forent testes; quippe indefensus damnaretur; nec debitus judicio locus refunderetur: quandoquidem ritè veritas minùs liquere prodjderetur.

11 Sin autem novi haud dimanati forent articuli; tunc nec etiamnum reor in Principis manu fore, ut novi minimè examinandi sint testes, ex suppositione, quòd pars illos producere possit.

12 Eodem medio, quo supra commonstratum fuit, isthæc probatur thesis: siquidem semper quis indefensus damnaretur;cum evenire posset,ut in istis novis examinandis testibus veritas elucescat, ac per consequens de judicii essentia in isthac facti specie habendi sunt.

CAPUT II.

SI ritè coram arbitris examinati fuere testes: numquid coram ordinario Judice aliquam faciant fidem.

SUM-

SUMMÆ.

Num. 1. primæ Thesis partis prædefinitio.
Num. 2. ejusdem Thesis probatio.
Num. 3. secundę Thesis partis decisio.
Num. 4. ejusdem secundæ Thesis probatio.

1 Distinguas: vel testes coram arbitris examinati, extincti esse differantur, & tunc aliquam parturiunt fidem. est Marsilii, *singul.* 211. Josephi Ludovici, *decis.* 2. *num.* 40. Author est Masullus hic, *num.* 1.

2 Probatur: arbitris hoc in casu digna præstāda erit fides, quatenus seduliter testes exanarunt; ac per consequens ab ipsis veritatem expiscati fuere: nam quemlibet ritè munere functum fuisse suo pręsumendum esse, adusque secus per adversarium probatur, pro comperto habetur; igitur aliqua pręstanda erit fides, secus verò infallibilis, indubitaterque: quandoquidem judicium ab arbitris, secus verò à Judice efformatum esse supponitur.

3 Vel testes superstites sint; tunc nullam producunt fidem. est Guidonis Papę, *decis.* 124. apud supralaudatum Authorem.

4 Probatur: novum namque coram ordinario Judice efformandum erit Judicium, ac per consequens nova reposcitur notio; igitur testium examen per arbitros gestum, merè materialiter hìc se habet perinde, ac si minùs fuisset, uti supra commonstratum fuit.

CAPUT III.

Acta in prima instantia facta; tametsi minùs divulgata: numquid in secunda instantia fidem producant, ac per consequens per Judicem secundæ instantiæ promulgari queunt.

SUMMÆ.

Num. 1. primæ Thesis partis prædefinitio.
Num. 2. ejusdem Thesis probatio.
Num. 3. secundæ Thesis partis decisio, ejusdemque probatio.

1 Distinguas: vel acta in prima instantia celebrata, perhibentur effecta à Judice, jurisdictionem habente in illa causa, sive ordinarius, sive delegatus sit; & tunc in alia instantia suo in genere fidem facessere indubiè reor, adeoque per Judicem secundę instantię divulgari posse, dummodo liqueat, ritè celebrata fuisse.

2 Probatur: Judex namque secundę instantiæ, minimè novum efformat judicium, ast primævam assiduat instantiam: nam eamdem habere supponitur jurisdictionem: quare illud, quod à primo minimè promulgatum fuit Iudice, ritè à secundo divulgari par est.

3 Vel acta in prima instantia ab arbitro gesta fuere, tametsi haud divulgata; & tunc pro nihilo ducenda sunt: siquidem judicium noviter exordiendum est, perinde ac si ab arbitris nil gestum fuisset; ceu ex supra commonstratis liquet.

CAPUT IV.

Testes per viam exceptionis in uno examinati judicio: numquid in alio per viā actionis inter diversas personas fidem producant.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio, ejusdemque probatio.

1 Negativum fore dandum responsum, existimo, siquidē diversæ extant facti species, ac per consequēs diversa motiva, diversæque probationes: quare diversus est casus de teste per viam actionis, ac per exceptionis: exceptio namque actioni ex diametro oppugnat, *l. vendicantem, cum l. sequenti, ff. de except. l. exceptione doli, ff. de evict.* cum dirimat actionē, *dicta l. vendicante, cum d. l. sequenti, ff. de except.* inspicito Masullum *hic, num.* 2. in fine.

DECISIO XLVIII.

In Causa Magnificæ Camillæ Carraphæ, cum Federico, & Joanne Vincentio fratribus suis, conventis ab ea super legato materno, & petentibus fieri compromissum vigore Pragmaticæ, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

Soror maternum rogitans à fratribus legatū: numquid conventos per fratres compromissum peti possit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad 10. ejusdem Thesis probationes.
Num. 10. in quibus non habet locum compromissum.

Num.

Num.11.primæ Thesis, secundæ partis decisio.

Num. 12. & 13. ejusdem probatio.

Num. 14. partis secundę, Thesis secundæ prædefinitio, ejusdemque probatio.

1 INspecta supralaudata Pragmatica, quæ occipit *instrumentorum robur*, per fratres conventos haud peti posse compromissum, per S.C. fuisse prędefinitum, literis prodit in hæc verba Antonius Capicius *hic, num.2.* ibi: *fuit nihilominus votatũ, quòd non sit locus compromisso*. est nonnullorum, quorum, & Author, & sectator est Thorus, *tom. 1. compend. decis.* §. *compromissum an fieri debeat.*

2 Probatur 1. ęquabiliter se habent isthæc: liquidum instrumentum, ac breviter liquidandum, *l. finali, Cod. de compensationibus*. Capicius *hic, num. 2.* juxta protritum dicte-
3 rium illud: proximè accingendus, &c. *l. ex eo tempore, ff. de testamento militis*: siquidem vi Pragmaticæ, quę incipit, *instrumentorum robur*, ex instrumento liquido compromissi quiritatio inhibita habetur: agens porrò ex testamento perinde se habet, ac si ex liquido ageret instrumẽto: quandoquidem etsi actu liquidũ minimè habetur; verũtamen brevi erit liquidãdũ; cum haud imparia sint, esse liquidũ instrumentum, ac mox liquidandum, *dicta l.*
4 *finali*: etenim liquida instrumenta publica sunt, adeoque ex se fidem facessunt, roburque obtinent, *l. cum precibus, Cod. de probat. leg. optimam, Cod. de contrahenda stipulatione*. Duarenus, *ad tit. de fide instrum. col. 3. in princip.* Covarr. *pract. cap. 22. in princip.* Argum. textus, *in l. instrumenta, l. exemplo, l. rationes, Cod. de probat. l. nuda, ff. de donat.* Auth. *si quis vult, Cod. qui potiores.* Auth. *de instrum. cautione, & fide,* §. *si verò.* Cujacius, *ad tit. Cod. de edendo, & in cap. scripta 5. de fide instrument.* Valascus, *consult. 177. num.*
5 *1. & 2.* Bronchor. *cent. 2. assert. 98.* secus verò ipsorum exemplar, si originali dissentaneum foret; vel procul ab originali, *cap. petiit 1. de fide instrum. l. 4. l. Pomponius 8. ff. familiæ erciscundæ, l. 2. ff. de fide instrum.* Paulus, *lib. 5. sentent. tit. 12.* §. *penult. l. finali, ff. quemadmod. testam. l. 3. Cod. de diversis rescriptis, l. Procurator 7. Cod. de edendo, l. penult. Cod. de divers. offic. lib. 12. cap. dicenti 16.* §. *sancimus 25. quæst. 2.* Cironius, *lib. 2. observat. cap. 2.* Petrus Gregorius, *lib. 48. syntagmatum, cap. 14. & lib. 5. partit. tit. 12. cap. 8.* Duarenus, *ad tit. ff. de fide instrum. cap. 13.* Cujacius, *in dicto cap. petiit.* Genoa, *de script. privat. lib. 1. quæst. 16. num. 12.*
6 vel si instrumentum falsum esset, quod per testes probari potest, *cap. cum Joannes 10. de fide instrument. cap. tertio loco, cap. post cessionem 7. de probat. l. cum precibus, Cod. eodem tit. l. optimam, Cod. de contrahenda stipulat. cap. cum à nobis, de testibus.* Cujacius, Mysingerius, Altesserra, *in dicto cap. cum Joannes 10.* Osualdus, *lib. 15. comment. Donelli, cap. 16. lit. R.* igitur hoc in casu compromisso locus esse nequit.

7 Probatur 2. Per hoc juxta adversariorum doctrinam testamentum inter liquida minùs sit annumerandum; quatenus nonnulla restarent probanda, scilicet testatoris extinctio, hęreditatis aditio, idque genus: atqui cuncta isthæc perbrevi commonstranda sunt tempestate; igitur testamentorum robur non nisi instrumentorum robori assimilari par est; tametsi haud denegandum sit, quòd ad testamẽti executionem universa isthæc supra enumerata probanda sunt; quibus deinde comprobatis ad testamenti executionem contendendum est.

8 Probatur 3. Ex absurdo: si testamentum liquidi rationem minimè obtinere perhiberetur, profecto, jurgia, idque genus in infinitũ usque protenderentur. Cujacius, *lib. 12. observ. cap. 4.* Cironius, *in paratitl. ad tit. de præscript.* quod juribus obnoxium foret, *l. quidam 13. ff. de servit. rusticis, l. etenim, ff. de minoribus, l. illud 7.* §. *1. ff. de tributoria, l. 4.* §. *1. ff. de alienat. judic. cap. placuit, dist. 9.* & idem Author *lib. 18. observat. cap. 38.* Merillus, *lib. 3. observat. cap. 8. & in l. debitores 10. Cod. de pignor.* Osualdus, *lib. 13. Donelli, cap. 1. lit. B.* Plinius, *lib. 2. epistol. 3.* D. Ambrosius, *lib. 3. de virgin.* Seneca, *2. de ira, cap. 7.* Vultejus, *de judiciis, cap. 1.* Robertus, *lib. 2. rer. judic. num. 7. & in politicis, lib. 3. cap. 31. & emblemat. 68.* nam compromissi tempus expectandum foret, ac ab arbitris laudum propalandum erit, *l. qualem 19. ff. de arbitris, l. Judex 55. ff. de re judic.*
9 inde est, quòd arbitri propalato laudo desinunt esse arbitri, secus verò Judices cum sententiam executioni demandare valeant, & apud ipsos in integrum restitutio rogitari possit, *l. præses 42. ff. de minoribus*, ac de nullitate sententiæ noscant, *l. 1. Cod. de sententiis, l. pro se 6. Cod. quomodo, ac quando, l. 4. Cod. de accusat.* Donellus, *lib. 27. comment. cap. 3.* ubi Osualdus, *lit. G.* Duarenus, *in l. quod jussit 14. ff. de re judicata*, quod terere tempus frustra nostro in casu esset; igitur, &c.

10 Ex quo patet, usu receptum fuisse, compromisso denegari locum, in scripturis paratam habentibus executionem; ceu extant obligationes quarantigiatæ, in forma Cameræ, penes acta, idque genus. Hodierna ad Surdum, *decis. 26. num. 6.* Staibanus, *centur. 1. resol. 63.* Author est Verde, instit. *lib. 3. lemma 62. nu. 1396.*

Secunda Facti Species.

QUantum intra tempus compromissi rogitatio fieri potest.

11 Distinguas: vel verba faciamus inspecto communi jure, vel nostri Regni. Si primum, tunc de ipso, sive in ipsamet litis contestatione, sive ante; secus verò post, rogitationẽ fieri posse existimo. est adversus Capicium *hic, n. 5.* alios-

aliosque apud eumdem, edocentes, atiamnum post litis contestationem quiritari posse.

12 Probatur: defactò post litis contestationem judicium jam incæptum est, *l. amplius, ff. rem ratam haberi, cap. dudum supra, de electione, l. unica, C. de litis contestatione, l. 2. C. si per vim, vel alio modo*. Author est Cironius, *in paratitl. de litis contestat. tit. 5. pag. 118.* cum sit basis, ac judicii fundamentum, *l. 1. de judiciis. Auth. offeratur, Cod. eodem, cap. de causis, cap. super, §. intentionis, de officio deleg.*

13 inde est, quòd à partibus remitti nequit, & sententia procul ab isthac prolata ipso jure infirma est, *l. prolatam 4. Cod. de sententiis*. Valentia, *tomo 2. illustr. tract. 2. cap. 2.* Gaillus, *lib. 1. observat. cap. 75.* Argum. textus, *in l. non potest, ff. de judic.* neu lis est ante contestationem, sed controversia; nec lis excita, dum haud est contestata, *cap. ex parte 30. de verbor. signific.* ac per consequens datus ad probandum supponitur terminus; igitur retrocessio haud permittenda erit; alioqui prorogandum judicium Iudici ansa refunderetur, quod perabsurdum foret. Consule supralaudatos Authores; cum fraudibus aditus fieret, *l. in fundo, ff. de rei vindic. l. cum is, §. si cum lis, ff. de transact. l. qui sub prætextu, Cod. de sacros. Eccles. cap. porrò de divort.* Clement. 1. *de usuris*. Clem. 1. *§. finali, de concess. præbend.* siquidem si id partis culpa evenisse supponatur; juremeritò in ejus utile verti haud par est.

14 Sin secundum, juxta Capicium *hìc, num. 4.* in Regno variè prædefinitum reperitur: nam in dilatoriis Pragmatica Regni edocet, quòd in triduum efficienda est. juxta verò aliam Pragmaticam, quæ incipit *odia litium, &c.* usque ad dationem termini ad probandum: tu verò meo judicio edisserito; vel ante, vel in ipsa litis contestatione.

Pro decisionis hujuscemodi illustratione,

CAPUT I.

Compromissum juxta Regiæ Pragmaticæ formam: numquid inter affines faciendum sit; si fuerit dumtaxat producta capitulorum per Notarium forma, reassumpta per reassumendi facultatem habentem.

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. Thesis prędefinitio.
A' num. 3. usque ad finem, ejusdem Thesis probatio.

1 Negativum fore dandum responsum, existimo, ac per consequens sat est capitulorum forma ex Protocollo, seu originali per Notarium reassumendi facultatem habentem, reassumpta ad

2 impediendum compromissum: ut memorat per S. C. fuisse decisum Ioannes Thomas Minadoi, *decis. 11. in fine*. est Roviti, *in pragmatica, odia litium, num. 18.* Riccii, *in collect. decis. 29.* Thorus Author est, *in compend. decis. tomo 1. vers. compromissum an sit faciendum juxta formam Regiæ prag. inter affines*.

3 Probatur: Capitulorum forma, per Notariũ reassumendi facultatem habentem, ex originali reassumpta, firmam producit fidem, *cap. petiit, de fide instrum. l. 4. l. Pomponius 8. ff. familiæ erciscund. l. lege 2. ff. eodem.* Paulus, *lib. 5. sentent. tit. 12. §. penult. l. final. ff. quemadmodum testam. l. 3. Cod. de diversis rescript. l. Procurator 7. Cod. de edendo, l. penult. Cod. de divers. offic. lib. 12. cap. dicenti 16. §. sancimus 25. quæst. 2.* Duarenus, *ad tit. ff. de fide instrum. cap. 3.* Cironius, *lib. 2. observat. cap. 1.* Cujacius, *in laudato cap. petiit.* Petrus Gregorius, *lib. 48. syntag. cap. 14. & lib. 5. partit. tit. 12. cap. 8.* idque genus: perinde quasi capitulorum, seu instrumenti originale foret; igitur si originale instrumentum liquidum impedimento sit, quominùs compromissum suum sortiatur effectum, vigore Constitutionis *instrumentorum robur*; sic etiamnum de capitulorum exemplo erit prædefiniendum; cum utrobique par urgeat ratio, & consequenter eadem juris prædefinitio, *l. illud, ff. ad leg. Aquiliam, l. si postulaverit, §. 2. ff. ad leg. Jul. de adulter. l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. nauta, §. finali, ff. nautæ caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, Cod. de sacros. Eccles. §. si igitur.* Instit. *quod cum eo*; igitur, &c.

4 Neu refragatur, quòd ab alio capitulorum exemplar deducatur: siquidem Notarius reassumendi facultatem habens, eamdem facultatem habere edisseritur, ac extinctus Tabellio, cum in hoc existere supponatur reassumẽdi facultas, *cap. cum 15. de fide instrum.* ibi: *eum P. tabellio morte præventus, quædam non perfecerit instrumenta, quæ in notas redacta fuerant ab eodem: ad petitionem eorum, ad quos pertinent, authoritate ordinarii Judicis, poteris ea fideliter in publicam formam redi-*

5 *gere, habitura perpetuam firmitatem.* inde est, quòd ad partis petitionem, cujus interest confici debet, & ex Iudicis authoramẽto. Covarr. *pract. cap. 21. per totum.* Consule Parexam, *de instrum. edit. tit. 1. resol. 2. §. 1. & resol. 3. per totam.* Morla, *in empor. tit. 11. in princip. num. 19.* Menochium, *de arbitr. lib. 2. centur. 2. casu 87. ex num. 1. & consilio 48. ex num. 6.* Tuscum, *in praxi, lit. O, conclus. 201. num. 1.* Farinaceum, *de falsis, quæst. 154. num. 28.*

CAPUT II.

Compromissum inter conjunctos juxta Pragmaticam, authoritate Iudicis præcipientis celebratum; si fuisse extinctum supponatur: numquid pars astringenda sit per Iudicem de integro compromittere, ejus adversario reposcente.

SUM-

SUMMÆ.

Num. 1. primæ Thesis partis prædefinitio.
Num. 2.& 3.ejusdem Thesis probatio.
Num. 4. & 5. secundæ Thesis partis prædefinitio.
Num. 6. ejusdem Thesis probatio.

1 Istinguas: vel ambæ partes ex integro compromittendi insimul assentiantur; tuncque dubio procul cõpromisso esse locum, plusquàm compertum est.

2 Probatur: Compromissum non nisi in dissidentium utile dimanatum esse supponitur, ut litium moræ resolvantur, & controversiæ absque publico judiciorum strepitu, fædentur, & actor quod suum est consequatur, reusque sine damnosis diuturnæ litis impensis, quod æquum est, refundere astringitur. Robertus, *lib. 3. rer. judic. cap.13.* Mascardus, *de interpret. statutor. conclus. 4. num. 147.* inde est,
3 quòd in re hæsitabili unius arbitri jus minuere potest; alterius verò augere, cum ipsorũ munus sit, dissidia sedare, ac lites terminare, *cap. per tuas, cap. exposita, de arbitris*, ac per consequens si ambæ haud desinant partes, quęlibet suo privato cedere potest juri, *l. si quis in conscribendo, Cod. de Episcopis, & Clericis, l. penult. Cod. de pactis, cap. tuis 39. vers. nisi, de testibus, cap. ad Apostolicam, de Regular. cap. si de tertia, de privileg.* secus verò publico, *l. penultima, Cod. de pactis, cap. tuis 39. vers. nisi de testibus, cap. ad Apostolicã, de Regularibus; cap. si de tertia, de privilegiis*: quare si publicam offendat utilitatem, juremeritò nequit, *l. jus publicum, ff. de pactis, cap. si diligenti, de foro competenti*; adeoque ad Iudicem extincto compromissi tempore aditus fieri nequit; ast de integro usque in infinitum se cõpromittere posse, pro comperto habetur.

4 Vel si extincto compromissi tempore pars una rursus rogitet, dissentiente adversario; tunc compromisso locum haud esse posse, dubio procul reor, ceu per S.C. fuisse prædefinitum, memorat Afflictus *decis.46.* Anna *singulari 109.* Author est Thorus *compend. decis. tom.1. §. cõpromissum factum inter conjunctos*
5 *juxta pragmaticam*, edocẽs, bis fuisse permissum compromitti in S.R.C.

6 Probatur: si in partis facultate, oppugnante adversario, foret facultas de integro de compromisso rogitare; quippe doli ansa refunderetur, frustra dissidia ulterius protendere, quod per absurdum foret, cum id juribus obnoxium foret: etenim nemini dolus patrocinari debet, *l. nec ex dolo, ff. de dolo, l. 3. ff. de transact. l. is, qui dolo, ff. de rei vindicat. l. penultima, in fine, ff. de jure dotium, l. si ex dolo, ff. de re judic. l. etiam, §. 1. ff. soluto matrim. cap. audivimus, de collus. deteg.* quare pars rursus compromissum petens, minùs foret audienda, ne dissidiis aditus inaniter progredi tribueretur, quod ritè arguendum ex compromissi tempestate, quæ ad litem decidendam, sat decreta fuit.

DECISIO XLIX.

IN Causa Nicolai Anelli Imperati cum Domino Comite Magdaloni: apparet contra dictum Comitem instrumentum, in quo recipit certam pecuniæ quantitatem ex causa mutui à Nicolao Anello, & constituit in eo instrumento se debitorem eidem Nicolao Anello in certa alia summa pecuniæ, ex causa emptionis certorum armorum, quæ confitetur, se recipisse, & etiam perularum, quas confitetur se recipisse: & constat in facto, quòd confessio de armis fuit facta sub spe futuræ consignationis; & constat etiam in facto, quòd confessio de armis fuit facta sub spe futuræ consignationis; ut constat etiam in facto, quòd perulæ sunt longè minoris pretii, quàm sit pretium conventum. item, quòd Nicolaus Anellus non erat aliter mutuaturus, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

CErtam à Titio ex causa mutui pecuniæ quantitatem reciperans quis, fatendo in eodem etiam instrumento, se in certa alia pecuniæ summa esse eidem Titio debitorem, nõ nisi ex causa emptionis quorumdam armorum, idque genus, quæ confitetur se recepisse: numquid contractus hujuscemodi usurarius habendus sit, si liqueat certò, quòd armorum confessio sub spe futuræ traditionis facta fuerit; vel si pateat illud de quo conventum fuit, longè minoris pretii sit, quàm conventum sit: tametsi creditor alias mi-

minùs

nùs mutuasset, vel alienasset.

SUMMÆ.

Num. 1. primæ Thesis partis prædefinitio.
A'num.2.usque ad 12.ejusdem Thesis probatio.
Num.12.secundæ Thesis partis decisio.
Num.13.ejusdem secundæ partis probatio,
Num.14.Tertiæ Thesis partis prędefinitio, ejusdemque probatio.

1 Distinguas: vel sermo est de puro mutui cōtractu; & tunc ex Capiciana facti specie minùs fuisse usurarium liquet: cum nō constet aliquid fuisse supra sortem acceptum, ac per consequens quòad hanc facti speciem, minimè vocitari posse usurarium contractum existimo.

2 Probatur de conceptu usurarii contractus est, aliquid ultra sortem recipere. Canone *Clerici*, & Can. *si quis 14. quæ.4.* & Can.2. *&* 3.14. *quæst.*4. & Can. 17. Synod. Nicen. Can. 114. *quæst.* 3. Can.5. Synod. Cartag. *cap.ult. de usuris* Canon. 44. *Apostolor.* 1. Synodus Nicen. 1. *&* 2. 14. *quæst.* 4. *&* *passim toto tit. decretal. de usuris.* consule Cironium *in paratitl. de usuris, pag.*415. Altesserram *pag.* 571. idque genus. quod liquet ex ipsiusmet usuræ definitione, quæ inhibita est omni
3 jure; nempè naturali, ut ex supralaudatis patet juribus: siquidem usura lucrū quærit ex sterili re, scilicet ex pecunia, quæ sui natura sterilis est, neu parit pecuniam, cujus usus consistit in abusu: quare usura non natura pervenit, sed jure percipitur, *l. si navis, ff. de rei vindic,* nempè non tamen ex re, quàm ex pacto, vel stipulatione, & negotiatione reciperatur. Altesserra *hìc, in c. cum in Diœcesi* 15. *de usuris, in princ. pag.*171. Cironius indidē, & divino nēpe ex lege utriusque testamēti, *& ex Psalmo* 14. ibi: *Qui pecuniam non dedit ad usuram*, & ex Sacro Christi Oraculo, *luc.*6. ibi: *Mutuum date, nihil inde sperantes*, cujus prior pars est Concilii, posterior præcepti. idem supralaudatus Altesserra, ibidē, auctor est, & canonico, ut patet ex supralaudatis Canon. & quidem inhibitæ sunt, & Clericis, & Laicis, ex Concilio Raterans. celebrato sub Alexando III. generalem continente inhibitionem, *cap. quia in omnibus, cap. super eo, de usuris,* & si maximè Clericis, in quibus perfectionis vitæ studium desideratur, *cap.* 44. *Apostol.* Concil. Nicen. Can. 17. idque genus. Auctor Sermon. ad fratres, in Eremo, ò *Sacerdotes mei, si fænus in laico crimen judicatur, si propter hoc mori debet, & condemnatur ad mortem. quid de vobis erit in die novissimo.* Altesserra Author est loco supralaudato, & Cironius ibidem, &
4 civili; tametsi prisco inspecto tēpore ad certum modum usuræ redactæ fuere, quo ritè peti poterant, dummodò per stipulationem promissæ, *l.*17. *ff. de usuris, l. quamvis, Cod. eodem,* unde Sydonius cautam centesimam dixit, *epistola* 24. *lib.*4. ob stipulationem, vel chirogra-
5 phum, *l. Titius, de præscript. verbis,* inde candor juris civilis corruptus, & obumbratus fuit pallio, & cæno stipulationis; quod profectò vitium nunquam in contractibus bonę fidei patratum fuit, nisi post moram, & tunc propriè non usura, ast pæna: dilatio etenim frustratoria, seù injusta tarditas usura non est,
6 sed moræ cohercitio, *l. mora, ff. eodem.* hinc est, quòd ipsius rogitatio nascitur ex mora in id, quod interest creditoris, quod debitum suum non receperit, *cap.*2. *de fidejussor.* quam pęnā (quę impropriè usura vocitatur) canones nūquam improbarunt; siquidem semper in contractibus bonæ fidei à tempore moræ ipso jure debitæ, in aliis à lite contestata, & tunc vicem fructuum obtinet, *l. usuræ, & sequent. ff. de usuris,* cum non sit aliquid ultra sortem
7 accipere: quare Canonicum jus præter hanc causam usuras non probavit, & licet fænus illud nauticum jus civile liberum fecit, neu ei modum ullum imposuit, *l.*1. *Cod. de naut. fæn.* donec Justinianus centesimum fecit, nimirum ob centum nummos singulis mensibus nummum exigeret. Cironius supralaudatus Author est: verumtamen per idem jus civile estep robata usura. Novella 32. & 34. Cironius indidem, ut late disputat D. Joannes de Balboa *in cap. ex administrationis* 1. *de jure jurando, num.*6. *&* 7. contra quam quamplu-
8 rimæ inflictæ sunt pænę: quandoquidem acriter damnatur à sacris canonibus, quare magis execratur Ecclesia fæneratores,
9 quàm fures. exemplo Romanorum; qui
10 fures dupli, fæneratores quatrupli condemnabant, ut ex Marco Varrone *initio, de re rustica*, constat, quod odium primo concepit lex 12. tabularum unciarum fænus tantum permittens: quod decemnio postea semiunciarum factum fuit; tum demum vetitū omnino. ut ex Livio *lib.*7. & Tacito 6. *annal,*
11 totum est. Cironius supralaudatus Author est: pænæ autem, quibus infligendi sunt usurarii inspicito Altesserram *in cap. cum in diæcesi* 15. *de usuris, pag.*571. quæ vetatio, & turpitudo dumtaxat inest ex parte creditoris recipientis, *cap. debitores de jure jurando*: quare ante diem solutionis debitor debet rogitare à creditore juramenti (si juraverit) relaxationem, quandoquidem ab omni illicito juramenti relaxatio fas est. argum textus *in can. ut noveritis* 22. *quæst.*1. *cap. unusquisque* 22. *quæst.*4. *can. parvulis, & sequ.*22. *quæst.*5. *cap. Mennam* 2. *quæst.*5. *can. Clericum, & sequentib.*22. *quæst.*1. *c. debitores, de usuris, cap. quanto, eod. tit.* idque genus. Cironius *in paratitl.*5. *decretal. de jure jurando, tit.*24. *pag.* 148. cum ei sit acquisita obligatio. D. Antonius Grannanieto *lib.*2. *decretal. in cap. ex administrationis* 1. *de jure jurando, num.*2. atqui hìc aliquid ultra sortem fuisse acceptum minùs liquet; igitur, &c.

12 Vel sensus est de armorum emptione, quæ minimè recepisse supponitur. ceu edocet Capi-

picius *hìc num.*1.& tunc nec etiam usurarius nuncupandus sit contractus.

13 Probatur: Usurarius namque rescindendus est contractus, non nisi verificata usura. jura, & Authores, locis supra laudatis; ac per consequens firmitatem supponit, adusque usura comprobatur, cum possessio pro contractu stet, adeoque melior est ipsius conditio, *l. si debitor, ff. de pignor. l. is, qui destinavit, ff. de rei vindicat. l. fin. Cod. eod. tit. l. qui accusare, Cod. de edendo, §. retinendæ, vers. commodum, inst. de interdictis, cap. pro possessore, de reg. juris in* 6. in nostra porrò facti specie irritus, infirmusque supponitur hic contractus: siquidem de subjecto minùs supponente fuit; cum arma istiusmodi, pollicita à Fulano, nunquam tradita fuere, uti literis mandat Capicius *hìc num.*1. igitur cum contractus iste de subjecto minùs supponente fuerit; consequens fit, ut contractus à primordio infirmus habendus sit.

14 Vel demum de perulis, idque genus verba faciamus; tunc firmus habendus est contractus hic: nam perularum contractus emptionis, secus verò mutui est; ac per consequens in eo, in quo perularum emptor læsus fuisse traditur, ipsi restitutio facienda est: in hoc nāque casu usura locum obtinere nequit. num autem Antonius Capicius hìc haud obscurè eloquitur; tu mi lector Judex esto;

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT I.

Contractus, ut simulatus vocitetur, quid reposcitur.

SUMMÆ.

Num.1. Thesis decisio.
Num.2.3.& 4. ejusdem thesis probatio.

1 Simulatum haberi contractum, ubi, & pactum de retrovendendo, & pretii injustitia habentur, quare fænerandi consuetudo minimè reposcitur. inspicito Thorum *compend. decis. tom.*1. *§. contractus simulatus ad hoc, ut dicatur, &c.*

2 Probatur: de simulationis conceptu est, rem
3 representare aliter, ac est in mente, cum aliud quis in intellectu habeat, ac in ore, quod profectò deest ubi veritas locum habere potest, *l. nec ei, §.*1 *ff. de adoptionibus*. hinc Cicero ex Oratione in Vatin. ibi: *Tantam semper potentiam veritas habuit, ut nullis machinis, aut cujusquam hominis ingenio, aut arte subverti potuerit, & licèt in causis nullum patronum, aut defensorem obtineat; tamen per se*
4 *ipsa defenditur.* inde est juxta eumdem Tullium 1. *offic.* ibi: *Homini est propria veri inquisitio, atque investigatio.* & indidem idem Author: *quod verum, simplexque, sincerumque est; id est naturæ hominis accomodatissimum*; ast ubi, & pactum de retrovendendo, & pretii injustitia unanimiter habentur; toties res aliter se habet, ac est in se: igitur contractus iste simulatus vocitandus sit.

CAPUT II.

Contractus usurarius: numquid liquidandus sit.

SUMMÆ.

Num.1. Thesis prædefinitio.
Num.2.& 3. ejusdem probatio.

1 Minùs fore liquidandum duco, dummodo usura haud obscurè patet. est nonnullorum Authorū apud Thorum *compend. decis. tomo* 1. *§. contractus usurarius liquidari nequit,*

2 Probatur cōtractus usurarius juxta Regias Prag. *de contractibus* inhibitus habetur. Prag. *quia noviter, &c.* 1. Prag. *item avertendo alle molte, &c.* 3. Pragm. *usurarum etiam voraginem, &c.* 4. *ubi Notarius,* idq; genus, *de usurariis,* ac per consequens ceu infirmus pro nihilo habēdus, cū ex non ente, seu ex nihilo non fiat ens, *l.*2. *ff. de usufructu, l. seja, ff. de tutor. & curator. l. ejus, ff. de reb. creditis*: siquidem nihil, & inutile æquiparātur, *l.*4. *§. codemnatum, ff. de re judic. cap. sicut urgeri* 1. *quæst.*1. Aristo-
3 teles *lib.*1. *de generat. & corrupt.* quæ enim entia non sunt, nulla attributa ipsis competere possunt. idem Philosophus supralaudatus. Antonius Faber 3. *Cod. tit.*19. *de inoff. testam. defin.*9. *num.*4. *l. ejus, qui in Provincia, vers. quoniam, ff. si cert. pet. l.*4. *§. condemnatum. ff. de re judicata, l.*2. *de usufructu, l. Pomponius, §. fin. de acquir. possess. l. si servus, §. fin. ff. de action. empti, l. nec ullam, §. si quis absentis, ff. de petit. hæredit. l.*1. *ff. de hæred. vendit. cap. bonæ, de elect. ad dissolvendum, de desponsat. impuberum*; igitur si infirmus sit, quo pacto
4 liquidari potest. quæ enim nulla sunt nullum queūt prodire effectū, *l.*4. *§. cōdemnatū, ff. de re judic. l. non putavit, §. non quævis, ff. de bonor. possess. contra tabulas, l.*2. *ff. de Author. tutor. l. si aut nullum, Cod. de legit. hæred. l. non dubiū, Cod. de legibus, l. fin. Cod. de sentent. ex brevit. recitand. cap. illud, de jure Patronatus.*

CAPUT III.

Si animalia divendita, vel locata forent, adjecta pactione isthac, ut mortis naturalis periculum ad venditorem, vel locatorem pertineat: numquid contractus istiusmodi usurarius habendus sit.

SUMMÆ.

Num.1. primæ Thesis partis decisio.

Num.

Num. 2. ejusdem Thesis probatio.
Num. 3. secundæ thesis partis finitio.
Num. 4. ejusdem Thesis probatio.

1 Istinguas: vel periculum hoc cum pretio per emptorem, vel conductorem compensetur; tunc contractus istiusmodi, ceu usurarius minimè habendus est.
2 Illatio isthęc se ipsa liquet: siquidem aliquid supra sortem nō accipit, quod ad usurarii cōtractum reposcitur, juxta jura, & Authores supralaudatos.
3 Vel periculum haud precio compensatur, & tunc ceu usurarius istiusmodi habendus est contractus.
4 Probatur: Contractus ille, utpotè usurarius habendus est; in quo aliquid ultra sortem recipiatur juxta jura, & Authores supralaudati; ast res nostro in themate sic se habet; igitur, &c. Minor probatur periculum namque mortis naturalis animalis (uti ex terminis liquet) pretio æstimabile est, ac per cōsequens si non extimetur; sanè aliquid ultra sortem accipere foret, quod usurarium esset. inspicito Thorum, *compend. decis. tom.* 1. §. *contractus usurarius an judicari debeat*.

DECISIO L.

IN Causa Jacobi Luciani cum hæredibus quondam Pyrrhi Antonii de Constantio: dubitatum est, quæ sint solemnia, ad quæ tenentur tutores, antequàm administrent. Primo requiritur decretum Iudicis; debet enim decerni tutela; seu ut rectius loquar, administratio cuilibet tutori, etiam testamentario, *in l. finali*, §. *finali*, *Cod. arbitrium tutelæ*, *&c.* Secundo, quòd confecerit inventarium, *l. tutores*, *Cod. de administrat. tutor. &c.* Tertiò, quòd satisdet, rem pupilli salvam fore, *l.* 1. *Cod. de tutor. & curat. qui non satisded.* quod non habet locum in tutore testamentario, &c. Quartò, quòd juret utilia facere, & inutilia prætermittere. in Auth. *ut hi, qui oblig. hab. perhib. res min.* §. *finali*, *& ff. de Curator. fur. dicta l. finali*, §. *sed cum antiquitas.* Quinto, quòd expresè promittat defensionem pro pupillo suscipere, *l. finali*, §. *defensionem*, *Cod. eodem titulo*, *de administr. tut. &c.* Sexto, quòd quando mater, seu avia est illa, quæ tutelam gerere vult, faciat dictas promissiones cum expressa hypotheca bonorum suorum. in Auth. *ut sine prob. mat. &c.* Septimo, quòd mater, seu avia renunciet Vellejano Senatus consulto, ut in Auth. *matri*, *& aviæ*, *&c.* octavo, quòd renunciat mater, & avia secundis nuptiis, ut in dicta Auth. *matri*, *& aviæ*, *&c.* Nono, quòd mater, & avia renuncient omni legum auxilio, & istud etiam est de substantia, ut in Auth. *ut sine probib. matr. &c. Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

SI mater, aviaque in susceptione tutelæ, universa defactò asservare se obligaverint, ad quæ de jure astringi supponuntur; ast secundis haud resignarint nuptis: numquid processus hujuscemodi firmus ducendus sit, si ab adversario resignationis deficientia, seu exceptio minùs opposita sit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad finem, ejusdem Thesis probatio.

1 PRocessum fore firmum, per S.R.C. fuisse prædefinitum, memoriæ mandat Antonius Capicius hìc, in fine, in hæc verba: *fuit conclusum, quòd ex quo pars non opponit de defectu dictæ clausulæ, quòd valeat processus*. est Putei. *decis. Rom.* 318. Ioannis Francisci del Castillo, *decis.* 80. *num.* 36. Riccii, *collect. decis.* 1065.
2 Probatur: tametsi mater, & avia pro tutelæ susceptione secūdis resignare debeant nuptiis, dicta Auth. *matri*, *& aviæ*: alioqui tutelam administrare nequeunt. Antonius Faber, 5. *Cod. tit.* 21. *def.* 2. *in princip. pag.* 589. cum haud fas sit matri, quæ alium querat virum, tutelam liberorum ex priore viro susceptorum retinere, dicta auth. *matri*, *& aviæ*,

juncta auth. *Sacramentũ, Cod. quando mulier. tutel. offic. &c.* Antonius Faber, 5. *Cod. tit.* 21. *quando mulier. tutel. offic. fung. pot. def.* 1. *nu.*
3 5. *in allegat. pag.* 589. quare secundas volentes contrahere nuptias, tutorem filiis suis, nepotibusque rogitare debent; alioqui, & tutela, & successione privantur, *l. mater,* 5. *Cod. de Senatus Consulto Tert.* Auth. *ex testam. Cod. de secundis nuptiis.* Pichardus, 3. *instit. de Senatus Consult. Tertill. tit.* 3. *in* §. *sed quemadmodum, num.* 9. *pag.* 54. Hothomanus, ibidem *lit. E. colum.* 2. in fine, *pag.* 510. Cod. Theodos. 3. *tit.* 18. *qui petant, &c. in l. avos quoque, unica, in comment. in princip. tomo* 1. *pag.* 322. &
4 ex suppositione, quòd secundo extincto viro tutela reassumere velint; tunc Principis placitum reposcitur. Antonius Faber, loco supralaudato, *def.* 2. *num.* 11. in fine: idque ne fiat tãta vis legibus, supra quas solus est Princeps, *l. digna vox, Cod. de legibus, & l. Princeps* 30. *ff. eodem,* idem Author. siquidem ob secundas nuptias filiorum, nepotumque dilectionem deperdunt, ac per consequens pro ipsis nil seduliter agere queunt. hinc Tullius, 1. *de orat. sine studio, & ardore quodam amoris in vita; nihil quicquam fit egregium, l. qui tutores, C. de administr. tutorum*: verumtamen sat est, si tacitè resignarunt, ceu nostro in themate habetur: nam universa servare pollicitæ fuere, ad quæ jura obstringuntur, ac per consequens secundis resignare nuptiis:
5 quandoquidem jura eas vetant; neu necesse ducitur, ut mulier id expresè efficiat. quare Bartolus, & Salicetus, laudati à Capicio *hìc, num.* 5. edocentes, id de essentia reposci, alio-
6 qui actus irritaretur, minùs opponuntur: siquidem sat ducitur, si fæmina tacitè resignasse edisseratur; quod in nostra facti specie habetur, cum se obligarunt, ad quæ jure astringi poterant: ast ad secundarum de jure resignationem nuptiarum cogi queunt; alioqui primæva proles in aliquo mortis periculo foret, ob victrici iniquitatem, cujus causa esset mater, haud rectè se gerendo cum viro extincto suo. hinc Cicero, 1. *officior.* ibi: *commune omnium animantium est conjunctionis appetitus, procreandi causa, & cura quadam eorũ, quæ procreata sunt,* & 3. act. in Verrem; ibi: *nihil nobis natura jucundius, nihil charius esse voluit, nihil dignius, in quo omnis nostra diligentia, indulgentiaque consumatur; quare dum habemus parvos liberos, & incertum est, quàm longa nostrum, cujusque vita futura sit, consulere vivi, ac prospicere debemus, ut illorum solitudo, & pueritia, quàm firmissimo præsidio munita sit.* & pro Cluent. ibi: *nullum est nomen amantius, indulgentiusque, quàm maternum;* igitur, &c.

7 Reliqua, quæ hìc per Capicium literis mãdantur; cum sint jure certa, ac per consequẽs minùs hæsitabilia; juremeritò ipsorum prætermissio fas est.

Pro prædefinitionis istiusmodi illustratione.

CAPUT I.

Si ab adversario exceptio isthæc, utputà secundis haud resignasse nuptiis, opposita sit: numquid matris, vel aviæ tutelæ administratio infirmanda sit.

SUMMÆ.

Num. 1. primæ Thesis partis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad 6. ejusdem probatio.
Num. 6. secundæ Thesis partis decisio, ejusdemque probatio.

1 Distinguas: vel universa, ad quæ de jure servare coguntur, pollicitæ fuere; tunc tutelæ administratio minùs infirmanda est.

2 Probatur: ex continenti, ac cuncta, quæ de jure servanda sunt, servare pollicitæ fuere mater, aviaque; in incontinenti (inquam) tacitè secundis resignasse feratur nuptiis: nam jura ad nuptiarum resignationem astringunt. dicta Auth. *matri, & aviæ*: quandoquidem minùs necessum ducitur, ut ipsis expresè re-
3 signet: quod liquet ex dicterio protrito illo: *qui reposcit antecedens, debet identidem velle consequens essentialiter connexum cum antecedenti, l.* 1. §. 1. *ff. si usus petat, l.* 3. §. *qui habet, ff. de servit. rustic. præd. l. reflessionis gratia, ff. communia prædior. l.* 2. *ff. de jurisdict. omnium judicũ, l.* 2. §. *inspectio, ff. quemadmodum testamentum aperiantur.* Alexander, *consilio* 157. *colum.* 3. *num.* 14. *lib.* 2. Cancerius, *var. resol.*
4 *parte* 1. *cap.* 1. *num.* 277. inde fit, quòd perempto, pessundatoque antecedenti, itidem & consequens devastatur. *l.* 1. §. *hujus rei, ff. de officio ejus, l. veteres, ff. de itinere, actuque pri-*
5 *vato*; igitur si mater, vel avia tutelæ susceptionem velle quiritant; etiamnum, & secundarum resignationem nuptiarum velle debere par est; cum ex Philosophis liquet, quòd ubi A, &, B, essentialiter sunt; annexa toties habito A, infallibiliter trahit secum B, igitur, &c.

6 Vel cuncta servare, quę servanda sunt, minùs pollicitæ fuerũt; si à parte exceptio isthęc opposita sit, quominùs secundis, sive tacitè, sive expresè, non resignarunt nuptiis; tunc matris, vel aviæ tutelæ administratio infirma ducenda sit; ceu ex supra commonstratis liquet, ex dicta auth. *matri, & aviæ*.

CAPUT II.

Si mater, vel avia ad secunda convolarent vota: numquid tutela confestim deperdatur: quidve prædefiniendum extinctis nuptiis: utrum tutelæ onus reassumere fas est.

SUMMÆ.

Num. 1. primæ Thesis partis finitio.

A'num.2.usq;ad 8. ejusdē Thesis probatio.
Num. .8 secundę Thesis partis decisio.
A' num. 9. usque ad finem ejusdem secundæ partis probationes.

1 SI de primo themate verba faciamus; tunc extemplo tutelę onus deperdere procul dubio existimo 1.

2 Probatur: experientia namque nos in dies edocet, quod seu mater, seu avia secundas contrahens nuptias; confestim filiorum amorem, studiumque deperdit; perindè ac si nunquam illos novissent: quare jurememeritò Ecclesia secundas potius permittit nuptias quā illas probat. Gregorius Naxiāzenus apud Cujacium, *in decretal. de secundis nuptiis, tit. 21. in princ.* primas nuncupat nuptias legem, secundas verò permissionem, sive convenientiam, & olim in primis tantum nuptiis benedictionem refundebant Presbyteri, non in secundis, *cap. 1. & 3. de secundis nuptiis*; Divus Ambrosius, *in Epistola 1. ad Chorintios*, sic literis prodit: *A' Deo primæ nuptiæ sunt, secundæ verò permissæ sunt.* denique inquit: *Primæ nuptiæ sub benedictione Dei celebrantur sublimiter, secundæ autem, & tertiæ præsenti carent Gloria.* Cujacius, *tom. 3. tit. 22. de secundis nuptiis, pag. 328.* hinc laudabiles sunt vi-
3 duę illę, quę primævas servant nuptias, neu ad alias tranant. David, *psalmo 131.* ibi: *Viduam ejus benedicens, benedicam, pauperes ejus saturabo panibus.* Isaias, *cap. 1.* ibi: *subvenite oppresso, judicate pupillo, defendite viduam.* Hyeremias, *cap. 22. Viduam nolite contristare*, & Ecclesiast. 35. ibi: *nonnè lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio ejus super deducentes eas? A maxilla enim ascendunt in Cœlū, & Dominus exaudi-
4 tur.* Hinc certè viduarum curam concilia Ecclesiastica jam olim commendatam esse voluere. Extat de hac re Canon Concilii Ratiaponensis, 2. *cap.* 20. & Carthaginensis
5 4. *cap. 101. & 102.* & apud Romanos etiam antiquus fuit mos, ut tempore nuptiarum nulla fęmina, quę bis nupta fuisset, permitteretur quoque modo novam sponsam tangere, sed tamquam impura ab eo tactu arcebatur; quod identidem ex sacris liquet literis *de Iu-
6 dit.* idque genus: quare vitium est, nullas fęminas ducere, adeòque generationem extin-
7 guere, ac plures ducere: hinc non abs re fuit responsum illud datum Pittaco interroganti, cur uxorem ducere nollet? responsitasse fertur, si formosam duxero habiturus sum communem, sin deformem pęnam. Stob. *sermone* 64. quemadmodum thales rogāti matri, ut uxorem duceret, nondum esse tempus, dixit: *Deinde major natu non amplius esse tempus.* Stob. *sermone* 66. tum quia vilioris fiunt conditionis proprios deserentes filios: igitur nil mirum, si tutelæ onus deperdant; cum secundę nuptię odiosę sint marito; non nisi propter filiorum dilectionem; quàm deperdunt fæminæ ad secundas convolantes nuptias.

8 Sin de secundo casu; tunc secundis extinctis nuptiis; haud præcisè per hoc tutelam reassumere posse matrem, vel aviam explorati juris esse existimo 2.

9 Probatur 1. *ex l. creditor, §. venditor, ff. de edilitio edicto, l. cum quædam, ff. de administratione tutorum, l. ult. ff. de tutelis*; siquidem tunc requiritur expressa Principis voluntas ne fiat vis legibus, supra quas solus est Princeps, *l. digna vox, C. de legibus, l. Princeps 30. ff. eod.* Antonius Faber, 5. *Cod. tit. 21. quando mulier tutelæ officio fungi potest, def. 2. num. 11. pag. 589.*

10 Probatur 2. extinctis nuptiis minimè novi homines, nec purgati perhibentur infamiæ labe, quæ semper mansitat; nam incontinentiam involvit si plures duxerit; tametsi fieri possit, *cap. cum secundus, de secundis nuptiis.* Divus Augustinus, *de bono viduit. cap. 12.* ubi damnat hæresim dicentium contrarium,
11 *cap. aperiant, & cap. finali 31. quæst. 1.* exemplo extat sub Sancto Damaso Papa Romæ quidam viginti vicies uxorem duxit; quibus extinctis aliam duxit uxorem, quæ duos supra viginti viris nupserit; Romæque magna expectatio suborta fuit: uter ipsorum præmoreretur, cumque præmortua fuisset uxor Populus coegit virum à lucubri abstinere funere, quinimò lauro Coronatus, Palma in manibus tamquam victor funus sequi jussus fuit; Sanctus Hieronymus, *lib. 3. Epistolarum, tract. 7. epist. 26.* Belletti, *disquisit. Clerical. part. 1. de disciplina Clericali, §. 6. num. 4. pag. 66.* eò major incontinentia arguitur, pluralitas verò simul inhibita à Sacris Canonibus, & juribus habetur: hinc recensere Lepidum, sed profectò impium casum illum, qui in Gallia contingit
12 fas est. Cum damnatus esset vir quidam ad patibulum quatuor habendo uxores viventes, occurrit Regi, dum ad supplicii locum traheretur, Rex eum interrogavit: cur quatuor uxores insimul detineret? nonnè ego Rex sum & unam duxi? cui reus exincontinenti respōdit: decreveram ego quoque unicam habere, bonam? ast cum primæva maritassem, eamque nequam expertus fuerim, alteram propterea duxi, quam cum prima non dissimilem invenissem, tertiam æquabiliter scelestam accepi, eademque ratione quartam duxi, cæteris longè pejorem, quamobrem omninò sanxeram, à ducendis uxoribus me non abstinere, adusque unam invenissem bonam: ad quod Lepidum responsum Rex jussit, illum impunè dimitti. Authores extant Bos. *in tit. de coit. damnat. num. 71.* & Menochius, *de arbitrar. lib. 2. centuria 2. cas. 420. nu. 100.* apud sapralaudatum Belletti. *num. 9. pag. 67.* ac per consequens ipsis nulla præstanda sit fides; cum ad alias transire queant nuptias.

CAPUT III.

QUòad tutelæ, & susceptionem, & administrationem, quid de matre prædefiniendum sit.

SUM-

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad finem, ejusdem Thesis probationes.

1 Testamentario tutore excepto, explodi per matrē quoscūque alios tutores, seu legitimos, seu dativos explorati juris esse. est Afflicti, *decis.* 281. aliorumque; etiam si cum pupillo litiget.

2 Probatur 1. ex Auth. *matri, & aviæ*, *Cod. quando mulier tutelæ officio*. Auth. *ut sine prohibitione*, §.9. *in fine*, & in Auth. *ad hæc*, *Cod. eodem*, igitur, &c.

3 Probatur 2. Ideo testamentarius haud explodi nequit per matrem, quia testator in secundis condendis tabulis, ceu legislator se habet, juxta dicterium illud: *testator disponat, & fiat lex*: quare firmum ducitur à testatore ad legem argumentum; Andreas Alciat. *in l. si filius ejus, num.* 5. *vers. etsi, ff. de liber. & posthumis*, ac per consequens in ipsius manu est quemcumque posse, sive filiis, sive liberis, idque genus nominare tutorem, *l. testamento tutores* 21. *ff. qui testam. tutor. dar. poss.* Antonius Faber, *in Iuris Prudentia, eod. tit. princ.* 1. *illat.* 1. *pag.* 1028. *l. filius fam. ff. de his, qui sui sunt, vel alieni juris, l. nam quod, ff. de Senatus Cons. Treb.* Balduinus, *instit. lib.* 1. *tit.* 13. *qui test. tutor. dar. poss. pag.* 109. cum nullus ritè suis consulere valeat, nisi pater. Hinc Tullius, 3. *de finibus*: *Peccatum est parentes violare.* & idem Lentulo, *Epist. fam.* 1. *vim, neque Parenti, neque Patriæ afferre oportet*; qui in cunctis matri, idque genus præferendus est, *l. pronunciatio*, §. *familiæ, ff. de verborum significatione.* Antonius Faber, *instit. de patria potest. tit.* 8. *principio* 1. *pag.* 291. & ibidem, *illat.* 2.
4 *& illat.* 3. hinc filii extant sub Patria, secus verò sub matris facultate, adeoque Patria potestas inæstimabilis est, *l. filius familias* 114. §. *sed si liberos, ff. de legatis* 1. idem Faber, itidem, *illat.* 4. *pag.* 293. cum filiorum dilectionē, studiumque nunquam deperdere edisseratur; tametsi ad secundas transiret nuptias, *l. ult. C. Curatore furiosi, & aliis, l. generaliter, in fine, C. de secundis nuptiis*, uti experientia nos in dies edocet. quare jure meritò Tullius 3. *de finibus*, ibi: *à natura ipsa, ut eos, quos genuerimus, amemus, impellimur: quare bestiæ pro suo partu ita propugnant, vulnera excipiant, nullos impetus, nullos casus reformident*. idem Author, 5. *Tuscul. & 2. de oratore*; ibi: *feræ partus suos diligunt, & nos in liberos nostros uti debemus indulgentia*; secus verò si testatoris velle juribus oppugnaret, nam tunc utpotè derisorium habendum erit, adeoque pro non scripto, *l. conditio* 14. *l. filius* 15. *ff. de condit. instit. l. nemo* 55. *l. si quis inquilinos* 112. §. *ultimo*, *cum lege sequenti*, §. *ultimo, ff. de leg.* 1. Consule Antonium Matthæum, *in collegiis juris*, *disp.* 22. per totam; nonnullos numerans casus, in queis defuncti dispositio infirmatur; quemadmodum nulla est, si in alterius dispositionem conferat, *l. illa* 32. *l. ex facto*, *l. si quis ita*, *l. si quis Sempronius* 66. *ff. de hæred. instit. l. filia* 11. §. *quamquam, ff. de legatis* 3. *l. nunquam* 52. *ff. de condit. & demonstrat. l. cum quidam* 8. *ff. de rebus dubiis*, *l. fideicommissaria* 46. *ff. de fideicommissaria libert. l.* 1. §. *si ab ipso, ff. de collat. bonor. l. penult.* §. *si patronus, ff. de bonis libertor.* Antonius Augustinus, *lib.* 4. *emendat. cap.* 10. Sarmiento, *lib.* 1. *select. cap.* 11. Connanus, *lib.* 10. *comment. cap.* 6. Cujacius, *lib.* 2. *observat. cap.* 2. Robertus, *lib.* 2. *recept. sentent. cap.* 11. Duarenus, *in dicta l.* 1. *& ad tit. de hæred. instit. cap. finali, columna finali.* Corasius, 5. *miscell. cap.* 13. Donellus, 8. *commentar. cap.* 15. Antonius Faber, *decade si errore* 4. idem Cujacius, *lib.* 6. *responsor.* Papin. *in d. l. captatorias* 70. *ff. de hæred. instit.*

4 Probatur 3. Ubi mater secundas minùs contrahit nuptias, tametsi cum pupillo litiget; toties filiorum studium nunquam deperdidit, ac per consequens de illis sedulò curam habet, quæ in administrandis reposcitur tutelis, cum tutor ad instar patris se habeat, *l. impuberi* 40. *in fine, ff. de adm. & peric. tutor.* Antonius Faber, *in Iuris prudentia, tit.* 13. *de tutelis, princip.* 1. *pag.* 681.

DECISIO LI.

IN Causa Antoniæ Palmisanæ cum Illustriss. Duce Ariani Comite Potentiæ, & consortibus: primo fuit dubitatum: utrum sententia, seu decretum S. Consilii super assistentia, & adjudicatione, latum in favorem Magnifici Galeocti Garraphæ, pro ducatis mille super Castro Panni ipsius Antoniæ (cujus vigore fuerunt soluti dicto Galeocto dicti mille docati, factaque cessio dictæ Antoniæ) sit nullum: ex quo apparet, quòd non erant debiti, nisi sexcenti ducati; & consequenter an cessio, cujus vigore dicta Antonia agit contra dictos Dominos, sit valida, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Pri-

Prima Facti Species.

DEcretum super assistentia, seu adjudicatione nummorum aureorum mille latum: numquid firmum ducendum sit, si solummodò centum debeatur.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.
A' num.2.usque ad 5.ejusdem primæ Thesis probationes.
A' num. 5. usque ad 13. oppugnationes, earumdemque solutiones.
Num. 13. Thesis secundæ decisio.
Num. 14. ejusdem Thesis probatio.
Num. 15. Thesis tertiæ prędefinitio.
Num. 16. ejusdem Thesis probatio.
Num. 17. Thesis quartæ decisio.
Num. 18. ejusdem Thesis probatio.
Num. 19. ejusdem Thesis oppugnatio.
Num. 20. ejusdem solutio.

1 INfirmum in se fore, firmũ verò pro eo, quod debetur, existimo. est Afflicti, *decis.* 28. Thori, *vot. decis. tomo* 2. *voto* 24. *in* 2. *alleg. num.* 3. *& compend. decis. tom.* 1. §. *decretum, sive sententia*, aliorumque.

2 Probatur 1. *ex textu in l. si non sortem* 26. §. *si centum debens, ff. de condict. indebiti*, ubi id expresse cautum habetur; ibi: *Si centum debens quasi ducenta deberem, fundum ducentorum solvi competere repetitionem.* Marcellus *lib.* 20. *ff. scribit, & in centum manere stipulationẽ: licèt enim placuit, rem pro pecunia solutam parere liberationem: tamen si ex falsa debiti quantitate majoris pretii res soluta est; non fit confusio partis rei cum pecunia: nemo enim invitus compellitur ad communionem, sed & condictio integræ rei manet, & obligatio incorrupta*: igitur si juxta textum hunc, ut edocet Marcellus, superflui repetitio solventi competit; ibi: *competere repetitionem*, juremerito in nostra facti specie, idem decernendum est: quandoquidem supralaudatus textus minimè edocet, infirmam fore stipulationem, ast firmam restare pro eo, quod debetur, decernit.

3 Probatur 2. superfluum illud, in quo pars ignoranter à judicibus damnata fuit, est præter judicantium velle, ac per consequens merè materialiter se habet, *l. si repetendi, ff. de conditione ob causam*. quare si Judices haud ignorassent, quippe ita prędefinivissent. quod enim est injustum, à judicibus fieri haud par est, *l. Judices, Cod. de judiciis, l. qua de re, ff. eod. instit. de offic. Judicis.* Hug. Donellus, *comment. de jur. civil. lib.* 17. *cap.* 24. *sub num.* 50. *pag.* 99. Cod. Theodosianus 9. *ad l. juliam repetundarum, tit.* 27. *in l. cognitores* 5. per totum, *tomo* 3. *pag.* 215. Hinc Tullius pro Font. *laborare debent Judices, non modo quid dicant pro testimonio, sed etiam quibus verbis utantur, nequid minus moderatè positum, ne quid ab aliqua cupiditate prolapsum verbum esse videatur. vultu autem laborare ne qua significari possit suspicio cupiditatis, ut & cũ prodeũt, existimatio sit quædam tacita de illis pudoris, ac Religionis: & cum discedunt, ea diligenter cõservata, ac retenta videantur*: quare juremeritò Divus Anselmus tradit quatuor modis, humanum judicium perverti posse, nempè timore, cupiditate, amore, & odio, ast superfluum, an justum esse supponitur, utpotè minùs debitum; igitur minimè tribuendum est, alioqui jura offensarentur, quod perabsurdum foret; quandoquidem quicquid juribus consonum est, id pro justo, licitoque habendum. Cujacius *tomo* 2. *de just. & jur. pag.* 164. Antonius Faber *in juris prudentia, de just. & jur. princ.* 2. *illat.* 7.

4 Probatur 3. decretum super mille, ac per consequens in superfluo divulgatum merè materialiter se habet: quandoquidem superflua omnia sunt reprobata, *l.* 1. §. *quibus, Cod. de nov. Cod. l. fin. Cod. qui admitti ad bonor. possess. & in præm.* ibi: *Resecatis superfluis.* Clem. exivi, §. *quamvis, ff. de verborum significat.* neu superfluis actibus uti fas est, *l. hæc stipulatio, §. divi, ff. ut legator. nomine caveatur*, perinde quasi minùs emanatum foret. quæ enim materialia sunt, pro nihilo ducenda, cum nihil, & inutile æquiparentur, *l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re iudicat. cap. sicut urgeri* 1. *quæst.* 1. cum decreti infirmitas non nisi in superfluo habeatur, secus verò in eo, quod debetur: quare decretum istiusmodi diversis sub cõceptibus firmum, infirmumque vocitatur: firmum in bis centum, utpotè debitum, infirmum verò in reliquo, uti indebitum.

5 Ne differas: decretum ex falsa latum causa, si pro parte sit vera causa; tunc in universum perimitur, *l. cum vero, §. subventum, ff. de fideicommiss. liber. l.* 1. §. *hæc verba, ff. ne vis fiat*
6 *ei, l.* 3. §. *puberi, ff. de carboniano edicto*: nam effectum ex causa partim vera, partimve falsa dimanare impossibile est, alioqui Ircocervus daretur, quod esset absurdum; quicquid enim nullum est, nullum producit effectum, *l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re iudicat. l. non putavit, §. non quæ vis, ff. de bonorum possess. contra tabul. l.* 2. *ff. de auctoritat. tut. l. si aut nullum, C. de legitimis hæredibus, l. non dubium, Cod. de legibus, l. fin. Cod. de sentent. ex brevic. recitan. cap. illud, de jure patronatus*; igitur, &c.

7 Næc primo obstat textus *in dicta l. cum verò, §. subventum, ff. de fideicommiss. liber.* siquidem in alia extat facti specie; quinimò secus rescripsit Ulpianus.

8 Nec 2. obstat textus *in l.* 1. §. *hæc verba, ff. ne vis fiat ei*, cum in alio extet casu: etenim in hoc textu nunquam de sententia partim ex vera, partim ex falsa causa sermo habetur, dumtaxat verò ex tota causa.

9 Neu

9 Neu postmodum obstat textus *in dicta l.3. §.puberi, ff.de carboniano edicto*: siquidem nil mentionatur de sententia, partim vera, partimve falsa.

10 Tametsi per S.C. ex æquitate fuisse firmum istiusmodi decretum, prædefinitum fuit, ceu literis prodit Antonius Capicius *hìc num.7. in fine*; ibi: *Fuit votatum quod ex æquitate re-*
11 *manet decretum validum*: verumtamen in juris puncto publicis in thesibus quis secus defensitare potest, edisserẽs suo in genere fuisse firmum decretum: neque fas est differere, decretum esse indivisibile, nam verũ (inquis) ast terminos indivisibilitatis haud percipis;
12 quandoquidem quodlibet decretum de sui natura est indivisibile, sive de re divisibili; sive indivisibili verificatur: etenim pro re illa, quam attingit firmum est; ut est nostro in themate pro eo, quod debetur; cum in hoc dicatur decretum; infirmum verò pro eo, quod non debetur, cum illud non attingat; ac per consequens in hoc rigorosè loquẽdo, haud est decretum; igitur rigorosè, secus verò de æquitate in nostra facti specie firmum est decretum.

Secundo in dicta causa fuit dubitatum; an stante decreto valido, & consequenter, quod vigore cessionis possit domina Antonia agere contra tertios possessores: utrum debebat ipsa pro rata sibi diminuere de debito, ex quo inter alios possessores erat etiam ipsa. *Hæc Antonius Capicius, hìc num.8.*

Secunda facti species.

Supposita decreti firmitate: numquid superfluum solvens, illud compensare queat in iis, in quibus solvens debitor esse supponitur.

13 Compensare posse, per S.C. fuisse prædefinitum, literis prodit Antonius Capicius hìc in hęc verba; *& fuit votatum, quod sic.*

14 Probatur: superfluè solutum indebitum supponitur, siquidem nullo jure debetur, nequidem naturali, *l.cum amplius 84.§.is natura debet, ff.de reg.juris*, Antonius Faber 3. *C. tit.11.de sportul. & sumpt. §.def. ff.in allegationibus 3.pag.*168. igitur restituendum, Antonius Faber 8. *Cod. tit.30. de solut. & liber. def.*33. cum semper, & omnino, indemnè servandum sit jus alterius, *l. Paulus 99. alias l. creditorem, ff.de solut.* igitur jure meritò compensandum; alioqui vitiosus foret circulus, si de superfluo restitutio fiat; ac iterum pro debito restituatur, ut speculanti liquet.

Tertio in eadem causa fuit dubitatum: an stante validitate decreti, ut dictum est; possit opponi D. Antoniæ agenti jure cesso de defectu assensus in dicta cessione: ex quo assensus interpositus fuit post conclusum in causa, &c. Hæc *Antonius Capicius, num.9. in fine.*

Tertia facti species.

Stante decreti nostro in casu firmitate: nũquid in crediti cessione Regius reposcatur assensus.

15 Regium postulari assensum, ac per consequens etiamnum quòad judicationem per S.C. fuisse sancitum, memorat Antonius Capicius *hìc n.*11. ibi: *Fuit tamen votatũ, quòd ex æquitate talis assensus juvet etiam quòad judicationem.*

16 Probatur semper ac de alienatione sermo habetur, Regius reposcitur assensus. Reg. de Marinis 2. *resol. cas.*84. *num.*1. *pag.*182. juxtà Tex. *in cap.*1. *§.Titius si de feud. fuerit controvers. inter dom.* argumento legis *cum fundum ff.de serv. rust. præd.* Hothomanus, *cons.*31. *nu.*38. *pag.*148. *& cons.*32. *num.*16. *pag.*151. ast cessio isthæc inter alienationis species annumeranda est. Ulpianus *tit. regu.*19. siquidem de uno ad aliud jus transire edisseritur, quod perabsurdum foret, cum extentio à themate uno ad aliud fieri haud fas sit, si diversa militet ratio. Antonius Faber *de error. pragm. tomo 2. decad.26. error.4. pag.*17. Hothomanus *observat. lib. cap.*22. quare jure meritò, & in assistentia, & in adjudicatione Regius reposcitur assensus.

Quarto in prædicta causa fuit dubitatum: an Dux Ariani habens privilegium Ariani à Rege Secundo Ferdinando, cum clausula, per quam derogatur omnibus etiam dotibus, possit se tueri adversus dictam adjudicationem, & assistentiam, cum dicatur in privilegio, quod pro bono pacis vendit Civitatem Ariani, ut de illa pecunia subveniatur bello contra Gallos. *Hæc Antonius Capicius.*

Quarta Facti Species.

PRivilegium à Principe obtinens quis, ut dotibus etiamnum derogare valeat: numquid in adjudicatione, & assistentia Regius reposcatur assensus.

17 Tametsi posci per S. C. fuisse prædefinitũ; memoriæ prodit Antonius Capicius *hìc, num.* 13. *&* 14. ibi; *Fuit in hoc votatum, quòd non obstat privilegium, & quod dum derogatur dotibus, intelligatur in dotibus non veris; non in veris ut erat ista, &c.* verumtamen in juris puncto quispiam publicis in thesibus potest secus defensitare, ac per consequens non postulari.

18 Probatur: privilegiũ dotibus permissũ non nisi à Principe dimanavit, ut patet *ex l. assiduis* 13. *Cod. qui potiores in pignore*, ubi Imperator Justinianus innumera privilegia doti indulsit; ast in Principis ditione est, & condere, & dirimere leges. argumento legis *jura* 8. *ff. de legibus.* Antonius Faber 7. *Cod. tit.* 25. *de sent. & interl. def.* 1. *nu.* 11. *in allegat. pag.* 840. *l. ult. Cod. de legibus*, §. 1. *de rapt. mu. col.* 9. Corasius, *in ff. de legibus, & senat. ad l. non ambigitur* 9. *num.* 4. *pag.* 261. cum res, per quas causas fiat; per easdem dissolvitur, *l. nil tam naturale*, *ff. de regulis juris*, *cap. omnis* 27. *quæst.* 2. *cap. omnis res*, *de regulis juris in* 6. igitur dotibus identidem privilegium permissum, perimere posse plusquàm apertum est: quare hìc de veris, secus verò de fictis (uti somniavit Capicius hìc) intelligitur dotibus.

19 Ne dicas: in Principis manu haud est, facultatis jus quæsitum tertio dirimere, *l.* 2. §. *merito, &* §. *si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, l.* 4. *Cod. de emancip. lib. neu beneficia Principis debent cuiquam esse captiosa, l. Paulus notat.* 8. *ff. de prætor. stipulat.* Antonius Faber 6. *Cod. tit.* 5. *de testam. def.* 2. *in allegat. nu.* 21. *l.* 11. §. *merito*, §. *si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico.* Corasius *in ff. de constitut. princ. ad l. beneficium* 3. *num.* 4. *pag.* 197. in nostra porrò facti specie jus tertio quæsitum esse supponitur; igitur, &c.

20 Distinguenda erit major: procul à justa causa permittitur major; juxta verò cum causa denegatur. causa porrò justa nostro in casu fuit, quia Dux Ariani, ideo Ariani urbem alienasse perhibetur, non nisi pro pacis bono, pro bello gallico ad proprium defẽsandũ Regem, hinc Tullius 1. *de offic.* sic describit: *paci, quæ nihil habet insidiarum semper est consulendũ.* cum Vassallus quilibet suum tutari Regem astringatur: quare jure optimè Tullius 1. *offic.* describit: *suscipienda bella sunt, ut in pace sine injuria vivatur*; quæ profectò causa cum sit major cunctis preesse dotibus par est. inspicito quę dixi *in cap. unico, ad illustrationem decis.* 8.

Pro decisionis istiusmodi illustratione.

CAPUT I.

SEntentia, ex falsa fundata causa: numquid infirma autumetur.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.

A num. 2. usque ad finem, ejusdem Thesis probatio.

1 INfirmam fore indubiè reor. est Afflicti *decis.* 28. aliorumq; Author est Thorus *vot. decis. tomo* 2. *voto* 24. *in* 2. *allegat. num.* 13. *& in compend. decis. tomo* 1. §. *decretum sine sententia latum.*

2 Probatur: de essentiali sententiæ conceptu reposcitur, ut justa sit, *l. Judices, Cod. de Judiciis, l. qua de re, ff. eod. instit. de offic. Judicis*, Hug. Donellus *comment. de jure civil. lib.* 17. *cap.* 24. *sub num.* 50. *pag.* 99. Codex Theodos. 9. *ad l. Juliam repetundarum, tit.* 27. *in l. cognitores* 5. *per totum tomo* 3. *pag.* 215. siquidẽ juxtà jus, justitiamque per Judices ferri debet, alioquin justitiæ præcepta haud servarẽtur, ac per consequens læderetur justitia, quę est virtus omnium. Tullius 3. *de offic.* & ut injusta, infirmaque nullius roboris foret; neu in rem transiret judicatam, *cap. inter literas*, *de sent. & re judicata, cap. post longas, de sententia, & re judicat. cap. inter* 9. *cap. cum inter* 12. *cap. quòad consultationem* 15. *eodem, l.* 1. *Cod. si à non competenti, cap. solet, de sententia excommun. in* 6. *l.* 1. §. *item contra, ff. quæ sententia sine appellatione, cap. per tuas de sent. excommun. cap. examinata de confirm. utili, cap. ei, qui vers. item* 2. *quæst.* 6. *cap. frater* 26. *quæst.* 1 *l. magis*, §. *si æs alienum, ff. de rebus eorum, l. nemo, Cod. de sentent. & interloc. l. si expressim* 19. *ff. de appellat.* Auth. *hodie, Cod. de judic. l.* 4. §. *condamnatus, ff. hoc tit. l. in hoc* 28. *ff familiæ erciscundæ*, *l. si quis filio* 6. §. *quod si quis, ff. de injusto rupto, l.* 1. §. *item contra, ff. quæ sententia sine appellat. l.* 1. *&* 2. *Cod. quando provocare.* Valentia *lib.* 2. *illustr. tract.* 2. *cap.* 6. *nu.* 18. Petrus Barbosa *in l. maritum, num.* 5 1. *l. si prætor, num.* 37. *ff. de judiciis.* Duarenus *ad tit. ff. de judic. cap. de var. judic.* Faber *lib.* 12. *conject. cap.* 14. Osualdus *lib.* 26. Donelli *cap.* 6. Cujacius *in dicto cap. post longas, & in l. si libertus, ff. de jure patron, & ad tit. C. quando provocare, & lib.* 10. *respons.* Modestini *in l. præses, ff. de judic. & in l.* 1. *ff. quodquisque juris, & lib.* 18. *observat. cap.* 33. *& in l.* 1. *ff. de legibus, & lib.* 6. *observat. cap.* 25. *& in l. merito, Cod. de suis, & legitimis.* Vultejus *de judiciis lib.* 4. *cap.* 1. Alciatus *in l. qui Romæ*, §. *ultimo. ff. de verb. oblig.* Pichardus *in princip. instit. de officio Judicis.* Pinellus *lib.* 1. *select. cap.* 19. siquidem se habet perinde, ac si

3 lata minùs fuiffet, *l.* 1. §. *item cum contra, ff. de jure patron.* Cujacius *in ff. de jure patronatus ad l. 16. lit. D. pag.* 1222. alioqui juftitia minimè conftans, & perpetua voluntas, tribuendi cuique, quod fuum eft foret, contra Tex. *in inftitut. de juft. & jur. tit.* 1. *in princ.* ac per confequens juftitiæ effentia peffundaretur; paria etenim funt, aliquid non effe, ac fore inutiliter, *l.* 4. §. *communia, ff. de re judicata, l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re judicat. cap. ficut urgeri* 1. *quæft.* 1. infpicito Authores penes Thorum *in Cod. rer. judicat. allegat.* 3. *num.* 15. *&* 16. igitur cum fẽtentia ifthæc ex erronea fit fun-
4 data caufa; juremerito nulla, infirmaque eft, cum infirma caufa infirmum producat effectum, *l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re judicata, l. non putavit,* §. *non quævis, ff. de bonor. poffeff. contra tabul. l.* 2. *ff. de auctoritate tutor,* juxta dicterium illud non entis nullæ funt qualitates, nullaque attributa, *l. ejus, qui in provincia, verf. quoniam, ff. fi certum petatur, l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re judicata, l.* 2. *ff. de ufufructu, l. Pomponius,* §. *finali de acquirenda poffeff. l. fi fervum,* §. *finali, ff. de actionibus empti, l. nec ullam,* §. *fi quis abfentis, ff. de petitione hæredit. l.* 1 *ff. de hæred. vend. cap. bonæ de elect. c. ad diffolvendum de defponfat. impuber,*

CAPUT II.

Sententia nulla: numquid exequutioni demandanda fit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thefis prædefinitio.
Num. 2. & 3. ejufdem thefis probatione s.

1 Executioni minimè fore demandandã, five de jure naturali, five de jure pofitivo, five Cęfareo, five Canonico, reor: tametfi Regio fub nomine promulgata fit. eft adverfus Afflictum *decif.* 283. Franchum *decif.* 643. Tapiam, Riccium, aliofque. Thorus Author eft *in compend. decif. tomo* 1. §. *fententia nulla an debeat executioni demandari.*

2 Probatur: quodlibet jus de fui conceptu juftum repofcit. Antonius Faber *ratio. tomo* 1. *ad leg.* 1. *tit.* 1. *de juftitia, & jure, col.* 1. *pag.* 1. Cujacius *de juftit. & jure, tit.* 1. *in princ. col.* 1. *pag.* 1. *tomo* 2. alioqui haud foret jus, ac in confequẽtiam, five jus naturale, five Canonicum, five Cæfareum fit; neu Regia Majeftas aliquid injuftium jubere poffit, juxta illud: per me reges regnant, ac legum conditores jufta decernunt; quare materialiter fe habere edifferitur, quod Regis nomine divulgata fit fententia.

3 Probatur 2. rogitandum à fupralaudatis adverfariis: nonnè ex irrita caufa; infirmus agnafcitur effectus. *dicta l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re judicata,* idque genus, ubi fupra. cedo numquid purum nihil exequutioni demandandum fit? numquid effentialis fententię conceptus devaftaretur? idque genus; quæ cum ridicula fint; juremeritò executioni haud demandanda fit; alioqui error executioni demandaretur, quod per abfurdum foret; cum error explodat affenfum, *l. fi per errorem, ff. de jurifdict. omnium judic. l. fi procurator, ff. de acquirend. rer. dom. l. idcirco, Cod. de jure ignor.* neu fuam deperdere faceffit rem, *dicta l. fi procurator* 35.

CAPUT III.

Decretum fuper bonis non obligatis editũ: numquid in totum, vel pro ipforum parte bonorum non obftrictorum infirmum ducẽdum fit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thefis decifio.
Num. 2. ejufdem Thefis probatio.
Num. 3. 4. & 5. ejufdem Thefis oppugnatio, & folutio.

1 Tametfi fore infirmum, per S.C. fuiffe prædefinitum memorat Afflictus *decif.* 218. de Franchis *decif.* 86. *num.* 6. *& decif.* 173. aliique: verumtamen in juris puncto quifpiam publicis in thefibus fecus tutari poteft, ediſſerens bonis obligatis, obftrictifve firmum; pro aliis verò bonis non fuiffe decretum, nifi purè materialiter, fecus
2 verò formaliter: quare rigorosè loquendo decretum iftud, haud divifibile vocitatur, ceũ fomniarunt adverfarii: fiquidem pro bonis illis, quæ non funt obligata, non fuit prædefinitum, nifi purè denominativè, vocaliter, materialiterque; fecus verò alio pacto.
3 Nec obftat dicterium adverfariorum illud: Judicis decretum fore individuum. Antonius Faber 3. *Cod. tit.* 2. *de fport. & fumpt. def.* 7. *nu.* 7. *pag.* 169. fiquidem decretum iftiufmodi fuo in genere etiamnum individuum effet: nam pro bonis obftrictis foret formaliter promulgatum; pro rebus verò non obligatis, non dicitur fuiffe divulgatum decretum; aft folummodo merè materialiter; quare nulla fectatur contradictio, fcilicet effe individuum, cum illud, quod venit formaliter fit decretum, & firmũ; fecus verò quod venit materialiter; perinde enim fe habet ly materialiter, ac fi non fuiffet; eft enim fruftra actum, quod ęquipollens eft, ac non actum; ut ritè fpeculanti liquet, *l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re judicata, cap. ficut urgeri, quæft.* 1. *l. feja, ff. de tutor. & curator. l. ejus, ff. de rebus dubiis, l. duo funt Titii, l. non putavit,* §. *non quævis, ff. de bonor. poffeff. contra tabul. l.* 1. §. *nihil, ff. de in offic. teftam. l. fi quis fub condit. ff. de teftam. tut. l. ex confenfu,* §. 1. *ff. de appell. l. fi pro parte,* §. *ver-*
4 *fum, ff. de in rem verfo:* enimverò tametfi fententia, quę unicam dumtaxat caufam continet, pro parte valere, & pro parte infirmari ne-

nequit, *l. in hoc judicio 23. ff. familiæ ercisc.* & identidem si plura contineat capita, sed connexa, vitiato, uno vitiatur & aliud, *l. etiam 30. §. 1. ff. de minor.* Menochius *de arbitrariis, casu 93. num. 27. & casu 95. num. 7.* verumtamen si plura, diversaque contineat capita, tunc potest pro parte esse firma, & pro parte infirma: *cap. dilectus, de præbendis, cap. post appellationem, §. si quis ex pluribus 2. quæst. 6. l. de unoquoque, ff. de re judic. l. in fisco 44. ff.*
5 *de judiciis.* exemplo extat de arbitrorum laudo, quod si plura amplectatur capita, tunc potest pro una parte approbari, pro altera verò improbari, *l. diem 23. §. sed si, ff. hoc tit. l. si autem, §. finali, ff. de negotiis gestis.* argum. textus *in l. quid tamen 25. in princip. de arbitris.*

DECISIO LII.

IN Causa hæredum Magnifici Joannis Gagliardi cum Magnifico Joanne Minutulo super executione cujusdam sententiæ alias latæ in S.C. contra dictum Joannem Minutulum, ut hæredem Loysii. qui se defendebat, non debere exequi contra bona, quę possidet: ex quo est hæres cum beneficio inventarii quondam Loysio patri suo: & quòd hæc bona non sunt paterna; præfatis de Gagliardo opponentibus, quod extat decretum latum in S.C. quod super his bonis executio fiat tamquam inventariatis in dicto inventario: prędicto Ioanni Minutulo in contrarium asseverante, & petente, se restitui in integrum contra dictum decretum ex clausula generali, cum per depositionem dicti Ioannis Gagliardi, & Margaritæ Minutulæ suæ Matris factam in quodam alio judicio inter dictum Ioannem Minutulum, in quo tamquam testes examinati sunt, constare dicat, quod dicta bona non remanserint in hæreditate Loysii, & quod de istis depositionibus non habuit huc usque notitiam, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

DEcretum in S. R. C. super bonis in inventario descriptis adversus hæredem Titii filium, cum beneficio legis inventarii divulgatum: numquid istiusmodi executio per hæredem impediri possit, excipientem, quod bona isthæc haud paterna sint.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A'num. 2. usque ad finem, ejusdem Thesis probationes.

1 SI ritè celebratum fuisse inventarium perhibeatur, tunc contra hæredem filii Titium exequendum fore reor, ac per consequens per ipsum impedimento esse nequeat, quominùs executioni demandetur.

2 Probatur 1. *ex l. finali, Cod. arbitr. tutela.* Author est Reg. de Marinis, *alleg. 15. num. 14.*
3 siquidem possessio pro bonis in inventario descriptis extare supponitur, cum melior sit possidentis conditio, *l. si debitor, ff. de pignoribus, l. is, qui destinavit, ff. de rei vindicat. l. finali, C. eod. tit. l. qui accusare, C. de edendo, §. retinendæ, versic. commodum,* Instit. *de interdicto, cap. pro possessore, de reg. juris in 6.* quare jure meritò decretum super hujusmodi bonis in inventario descriptis latum, firmum ducēdum sit, adusque per hæredē conventum, secus cōmonstretur; quare in Capiciana isthac facti specie Ioānis Minutili, ceu Loysii hęres probare interest, bona in invētario descripta minùs fore paterna, & per consequens fuisse per errorem conscripta; neu Capicius edocet hìc, quid super themate istiusmodi per S. C. fuit prædefinitum.

4 Probatur 2. ly: *bona isthæc minùs fore paterna*, quid facti est; igitur probatione indiget: quæ enim facti sunt, probari necessum est, *l. in bello, §. facta, ff. de captivis, & postlim. revers. l. si emancipati. 9. C. de collat. l. 1. C. de probat. l. quæcumq. §. fin. ff. de publican. l. assecuratio, C. de non numerata pecun. cap. cum Ioannes, §. verum, de fide instrumentorum, cap. licet, de constit. in 6.* ast probatio hujuscemodi usquequò fiat, minimè impedimēto esse potest, quominùs executio fiat, cum possessio stet pro inventarii confectione, secus verò pro excipiente, ceu fusè de hoc alibi dissertatum fuit.

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT I.

Sententia, quæ in rem transiit judicatam: numquid falsitatis, vel novi instrumenti reperti prætextu retractanda sit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' num.2. usque ad 9. ejusdem Thesis probationes.
Num. 9. Thesis impugnatio.
Num. 10. ejusdem oppugnationis solutio.

1 SI falsitas, vel noviter instrumentum repertum, haud obscurè pateat; atqueadeò justam ignorandi causam habuerit; tunc sententiam retractandam fore reor. est Authorum nonnullorum,quorum, & Authores,& sectatores sunt Boerius,*decis*.307. edocens, restitutionis in integrum beneficiũ implorare posse,non nisi ex generali causa, *si qua justa causa videatur.* & Ursillus ad Afflictum,*decis*.386.

2 Probatur 1. ex textu, *in l.divi fratris, ff.de pœnis,l.1. ff.de quæstionibus, cap.accepimus,de fide instrumentorum,cap.cum venerabilis,de exceptionibus,l.cum quis,Cod.de juram. l.1.2. 3.& 4. si ex falsi, &c.* igitur,&c.

3 Probatur 2. Ubi falsitas haud obscurè liquet; vel instrumentum noviter repertum certè adversarium fugiebat; toties sententia, quæ in rem transiit judicatam,merè materialiter se habet,*l.1. & 2. Cod. si ex falsis instrumentis,l.cui aliquis,ff.de except.cap.licet,vers. post hoc,de probat.cap.cũ venerabilis,de except.* Argum.textus,*in l.finali,in fine,Cod.de fide instrum.l. satis apertè,Cod.ad leg.Cornel.de falsis, cap.sicut 9.de testib.*Argum.legis,*2.ff.de except. rei judicatæ,l. si ex testamento, ff. eodem tit. l. si fidejussor. §.1. ff.mandati, l.1. Cod. de condict.indebiti,l.cum prolatis 31.ff.de sentent.& re judic.l.qui testamento 37.ff. de excusat.tu-*
4 *tor.* siquidem etsi sententia, quæ in rem judicatam, transiit paratam habet executionem, & Canonico,& Cesareo inspectis juribus,*l.minor 40.ff. de minor. l.piguora 50.ff.de evict.l. 4.§.si ex conventione 4. l.à Divo Pio cum suis §§.ff.de sent.& re judic.l.2.C.de execut.rei judic.*Parladorius,*lib.2. rer.quotidian. cap. ultimo,in princip.*Pichardus, *in manu d.2.part.* §. 5.Maranta, *in speculo,6. part. tit. de excusat. sentẽtiæ,*adeoque est exequenda,idque nonnisi ad effectum perducatur,*l. 2.Cod. de executioni sententiæ, l.si causa,Cod.de transact.l.properandum, §.sin autem, Cod. de judiciis.*Consultus, *in l.à Divo Pio,§.1. ff.de re judicata.*Cujacius, *ad cit. Cod.de executione.*Vultejus, *lib.3. de judiciis,cap.13.*Cancerius, *lib.3. var. cap.17.* Carleval, *de judiciis,tomo 2.tit.1.disput.8.nu.*
5 2.quod suum vendicat locum, seu lata sit Judice ordinario,seu à Delegato,dummodo ab ipsa provocatum non sit, *l. 2. l. in eos 16. l. à Proconsulibus 19.l.præcipimus,* §.3.*Cod.de appellat.* verumtamen per in integrum restitutionem rescinditur, *l.Divus;*ibi: *in integrum restituas,l.2. Cod. si à falsis instrum. l. si à falsis 42. Cod. de transact. cap. cum venerabilis.* Glossa,*in dicta l.Divus,*verbo,*restituas.*Menochius,*lib.2.de arbitr. casu 15.* Covarr. *in cap. alma 1.§.11.nu.14.*Petrus Gregorius, *lib. 36. syntag.cap.5. num.* 8. Sfortia, *de in integrum restit.2.p.quæst.27.ar.5.*Cevallos,*comm.quæst. 84.*Carraseo,*in quæst.an habeat locum restitutio contra sentent.ex num.*4.Salgado, *in labyrinth.3.p.cap.1.num.*168.Parexa, *de instrum. edit.in addit. quæ extant ad calcem, tom. 1. pag.* 353. siquidem si Judices id minùs ignorassent, sanè sententiam haud promulgassent:
6 nam judicare astringuntur;non nisi secundum veritatem. Antonius Faber, 1. *rationalium, tit.1.de just.& jur.pag.*1.cum veritati semper adherendum sit,juxta dicterium protritum illud:*Amicus Socrates, sed magis amica veritas,* ideoque super omnia amanda,& sequenda, *l. si ita legatum, ff.de condit. & demonstr.* quare juremeritò Democritus Optimus, inquit, *Iudex esse judicatur, qui citò intelligit, & lentè judicat. Alterum quidem est benevolentiæ, alterum autem diligentiæ exquisitæ.* Ant. *serm. de incor.judic.* secus verò secundum errorem, veritati opponentem, *l. si per errorem, ff. de jurisdictione omnium Iudicum:*siquidem judicantis velle explodit.Ant.Faber,*inst.de just.& jur.princ.1.confut.1.pag.3.*Consule Cujacium,
7 *ad tit.Cod.quando provocare;* ubi nonnulla erudita cõgessit exemplaria, inter quę extant, utputà si Judex prædefinivit, potuisse minorẽ 14. annorum testamentarias condere tabulas, adeoque potiorem esse causam hæredis in eo testamento scripti, quàm ab intestato succedentium; tunc sententia infirma est, *l.1.§.2.ff. quæ sententiæ,l.2. l.5. Cod.quando provocare,* cum sit apertè contra jus stabilitum *in l.quà*
8 *ætate 5. ff.qui testam.* vel si pronunciarit,maritum in solutione dotis insolidum esse condemnandum, *l.ex diverso 17. §.ultimo, ff. soluto matrim.* cum ex juris prædefinitione,ultra quam facessere potest,haud astringatur, *l. maritum 12, cum sequenti, ff. soluto matrim. l.non tamen 20.cum sequent. ff.de sent.& re judic.*sicque de reliquis edisserito. Cõsule textum,*in l.non poterit 63.ff.de furtis,l.1.l. furti 6. ff.de his, qui notant infam.l.miles 6.§.1. de sent.& re judic.* igitur.&c.

9 Nec obstat textus *in l.causæ, §.finali cum lege sequenti, ff.de minoribus,l. finali,§. finali, Cod.de fide instrumentorum,* in quibus secus sancitum habetur,ne in infinitum causæ prorogentur; igitur, &c.

10 Textus hujuscemodi minimè obstant:siquidem alio in casu extant:commentantur namque, vel quatenus falsitas haud certò liquet; vel instrumentum scienter celatum fuit; vel alio pacto.

CA-

CAPUT II.

INventarium: numquid hæredi prodest; si creditores aliqui sint citati; alii verò non.

SUMMÆ.

Num 1. primæ Thesis partis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad 7. ejusdem Thesis probatio.
Num. 7. secundæ Thesis partis decisio.
Num. 8. & 9. ejusdem Thesis probatio.

1 DIstinguas: vel universi per edictum citati sint creditores, & tunc cuncti ritè citati sunt; ac per consequẽs nemo ignorans esse supponitur.
2 Probatur: Citare namque per edictum, cunctos amplecti differitur creditores: quandoquidem edictum istud generalis vocitatur citatio, ac sufficiens divulgatio, juxta doctrinam, rosaceo ore, promulgatam à Jacobo Cujacio 20. *observat. cap.* 11. *ad interpetrationem, l. in-*
3 *ter, ff. de pub. jud. lit. C. & D. pag.* 1867. exemplo extat de Romanorum ritu, qui præconis voce adversarium evocabat, vel edictis, vel literis; vel denunciationibus, *l. penult. ff. de in integrũ restit.* Svetonius in Titum; ibi: *citatus pro Tribunali voce præconis convitiatorem rapi jussit in carcerem.* Gellius, *lib.* 11. *noctium,*
4 *cap.* 1. inde est, quòd edicta in publico affigebatur loco, ut ad Rei notionem citatio perveniret, *l.* 1. §. *item cum ex edicto, ff. quæ sententiæ.* Consule Duarenum, *lib.* 1. *disput. cap.* 7. Vultejum, *discept. juris, cap.* 2. *& lib.* 2. *de judiciis, cap.* 6. *num.* 5. Revardum, *pro Tribun. cap.* 3. Robertum, *lib.* 3. *sentent. cap.* 17. Goveanum, *lib.* 1. *var. cap.* 47. Petrum Fabrũ, *in l. etsi nihil, ff. de R. I.* Quintanaduẽnas, *lib.* 1. *de jurisdict. tit.* 4. quod enim publicis in oris fit, cunctis notũ
5 fieri ducitur: quare juremeritò tẽpestate sãcita per Judicem lapsa, contumax, seu verus, seu præsumptus constituitur, *cap. nemo* 11. *quæst.* 3. *cap. sacro, de sentent. excomm. l. Arrianus,* §. *ultim. ff. de jure Fisci, cap. nullus* 11. *quæst.* 3. Paulus, *lib.* 5. *sentent. tit.* 5. *vers. trinis literis, l.* 2. §. *Senatu, ff. de jure Fisci, l. ad peremptoriũ* 68. *ff. de judiciis, l. contumacia* 53. §. 1. *ff. de re judic. l. Divus* 7. *ff. de in integrum restit. l. ex consensu* 23. §. *finali, ff. de appellat. l.* 3. *Cod. quomodo, & quando.* Paulus, *lib.* 5. *sentent. tit.* 5. *vers. trinis literis.* Cujacius, *lib.* 29. *observat. cap.* 11. *& in cap.* 1. *de cohabit. Cleric.* Vultejus, *discept. cap.* 2. Pax, *in praxi, tomo* 2. *cap. unico.*
6 Didacus Perez, *in l.* 1. *tit.* 9. *lib.* 3. *ordin.* neu obstat textus, *in l. ad peremptorium* 68. *ff. de judiciis,* siquidem in alio extat themate; ut ex supra commonstratis liquet solutio; igitur, &c.
7 Vel procul ab edicto; ast particulares aliqui citati fuere creditores; & tunc pro non citatis inventarium hæredi minùs prodest. est contra Reg. de Franchis, *decis.* 129. *nu.* 2. cujus, laudator, sectatorque est Regens de Marinis, *tomo* 2. *resol. lib.* 2. *cap.* 112. *num.* 7. aliosque secus fatentes.
8 Probatur: nemo procul à recta ratione damnandus est; præsertimve ignorans: in nostro porrò casu creditores minimè damnandi sunt, adeoque inventarium celebratum, istis haud obesse debet; alioqui ignorans, atque indefensus damnaretur: quod perabsurdum foret, utpotè rationi dissonum: nam nemo indefensus damnandus est, cum defensio naturali attento jure debeatur. Caramuel, *in Theologia morali, quæst.* 8. *casu* 37. *pag.* 124. siquidẽ
9 Judex in suo deficeret munere; quod etiamnũ fit, si prædefiniat dubia, vel occulta propter aliquas leves conjecturas. Divus Thomas, 2. 2. *quæst.* 60. *ar.* 2. Divus Augustinus, *lib.* 2. *de sermone Dom. in monte, cap.* 28. Sanctus Basil. *in reg. brevior. interr.* 164. hinc Horatius, *sermone* 1. *lib. satyr.* 3.

Stultus, & improbus hic amor est, dignusque notari,
Cũ tua pervideas oculis mala lippis inunctis:
Cur in amicorum vitiis, tam certis acutum?
Quam, ut Aquila, aut Serpens epidaurius.

DECISIO LIII.

IN Causa Magnifici Manfredini de Bucchis cum Universitate: fuit dubitatum, an petitio restitutionis in integrum adversus sententiam Sacri Consilii facta per Universitatem prædictam, impediat illius executionem in sententiis inferiorum, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

IN integrum restitutio contra S. R. C. sententiam per Universitatem facta, inspectis Regia Pragmatica Regis Ferdinandi I. quæ incipit *Magnæ Curiæ,* & ritu ejusdem fori: numquid illius sententiæ impedimento esse queat.

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. Thesis prędefinitio.
A' num. 3. usque ad 7. ejusdem Thesis probationes.
A' num. 7. usque ad finem, ejusdem Thesis, & oppugnationes, & solutiones.

1. Mi-

1 MInimè impedimento esse posse, ac per consequens executioni demandandam fore, tametsi præstita prius per executorem fidejussione in casu re-
2 tractationis; quod suum obtinere proditur locum, sive sub Regio promulgetur nomine; seu alterius Judicis inferioris, per Sacrum Consilium fuisse prædefinitum, memorat Antonius Capicius hìc, *num.*3. ibi: *fuit votatum, quòd fiat executio data cautione per Manfredinum de restituendo, in casu restitutionis concedendæ parti, decretumque est, quòd nil allegabatur per Universitatem, per quod inferebatur, debere sententiam rescindi, nisi sola læsio: ex quo non fecerat suas defensiones: quæ læsio inferebat ad restitutionem concedendam, non ad rescindendam sententiam*. est Reg. de Franchis *decis.*86.*num.*2. Reg.Revert. *tomo* 1.*decis.*16.*vers.nec obstare dictum.* Afflicti, *decis.*346.*num.*1.& 2.aliorumque contra Reg.de Marinis *tomo* 2.*resol. juris, lib.*2. *cap.* 200.*à num.*1.*usque ad* 6.& *observat.ad decis.* 16.Reg.Revert.*num.*6. & 7. falsò laudantem Capicium, Reg.de Franchis, Afflictum, aliosque, quos forsitan haud inspexit.

3 Probatur 1.ex textu *in cap. sciscitate, de integrum restitutione*, Capicius hìc Author est: siquidem sententia definitiva ritè divulgata, paratam obtinet executionem, *l. minor* 25.*ff.de minoribus, l.si cum aliquibus, ff. de re judicata.* Afflictus *dec.*341. *num.*3. & *dec.* 358.Rovitus *pragm.*5.*num.*3.*de offic.S.R.C.*de Marinis 2.*quotidian. cap.*278.*nu.*3. vide Antonium Fabrum 7. *Cod. tit.*20. *de execut. rei judic.def.*34.*num.*1. *in allegat. pag.*892. *l.ult. Cod.si ex falso instr. l.divus* 33.*ff. de re judic.* idem Faber 2.*Cod.tit.*39.*de satisdan. def.*2.*in allagat.nu.*5.*pag.*148.*l.minor* 40.*ff. de minor. l.pignora* 50.*ff.de evict.l.*4. §.*si ex conventione* 4.*l.à divo pio, cum suis,* §.§.*ff.hoc tit.l.*2. *Cod. de execut. rei judic.* Parlador.*lib.*2.*rer.quotid. cap.ultimo, in princ.* Pichardus *in manuduct.* 2.*part.*1.§.5. Maranta *in speculo* 6.*par.tit.ult. de execut.sententiæ.* Gonzalez 2.*decretal.de sententia, & re judic.*12. *cap. quod ad consultationem* 15.*num.*11.*pag.*733. ac per consequens nullo immoranda sit pacto, ne infinitum dissidia prorogetur.Cironius *in paratitl. tit.de appellat. pag.* 160. Tullius *Philippica* 8.Cujacius *lib.*12. *observat. cap.*4. ubi plures Osualdus, Cironius *ad tit. de præscriptionib.* idque genus congerit: propter innumera mala, quæ illis contingunt, de quibus, *in l.si servus, de obl.& action.l.æquissimum* 17.*de usufructu, l.*4.*ff.de alienat.judic.*Osualdus *lib.*17. *comment.c.*1.*lit.B,* Cenedo *ad decret. collect.* 6.*l.quidam* 13.*ff.de servit.rustic.*Cujacius *lib.* 18.*observat.cap.*38.Merillus *lib.*3.*observ.cap.* 8.& *in l.debitores* 10. *Cod. de pignor.* Plinius *lib.*2.*epistol.*3. D. Ambrosins *lib.* 3. *de virgin.* Seneca 2.*de ira, cap.*7.Vultejus *de judic.cap.*1. Robertus *lib.*2.*judic.c.*16.Solorzanus, *in polit. lib.*3.*cap.*31.& *emblemat.*68. Fornerius *lib.*3. *rer.quotid.cap.*1.Quintilianus, *declam.*3.neu in integrum restitutionis rogitatio obsit: etenim sat est, si de ipsa hæsitabilis habeatur cautio: quandoquidem per cautionem securus fit, cum cautio faciat creditorem securum. vide Antonium Fabrum 2. *Cod. tit.* 39. *de satisd. def.* 9. *num.* 8. *in allegat.pag.*150.*l.si mandatus* 59.§.*ult. ff.mandati, l.*4.§.*additi, ff.de fideicommiss. libert.* Ant. Fabrum ibidem, *def.*10.*nu.*2. *l.plus cautionis* 25.ubi Gothof. *ex bellon.*1.*supput.cap.*8.*de reg. jur.* idem Fabrum ibidem *def.* 12. *nu.* 7. Codex Theodos.2.*tit.*4.*de denuntiat. vel edition.rescript.in l. exigendæ* 3. *in comment.col.* 2.*tom.*1.*pag.*99. inspicitò Hahnium ad Vvessembecium 2.*in ff.qui satisdare cogantur, tit.* 8.*num.*4.*pag.*159. ad quid igitur necessaria ducitur sententię immoratio: cum & decipiendi,& lites prorogandi aditus fieret, ac per consequens fraudibus aditus panderetur, *l. in fundo, ff.de rei vendicat. l.cum is,*§.*si cum lis, ff.de transact.l.qui sub prætextu, Cod.de Sacr. Eccles.cap.porrò de divort.* Clem.1. *de usuris,*
4 Clem.1.§.*fin.de concess.præb.*quare praxis(teste supralaudato de Marinis ad Reverterium) in S.R.C.introducta, in desuetudinem abire deberet, idque non nisi ad calamitates, afflictiones effugiendas, neù afflictio Afflicto superaddatur, *l. navis,* §. *cum autem, ff.ad legem Rhodiam, de jactu, l.divus Marcus, in principio, ff.de offic.Præsidis, l.si idem, ff.de jurisdictione omnium judicum, l.pæna,* §.*fin. ff. ad l. Pom.de parricid.l.tam de mentis, Cod.de Episcop.& Cler. c.si quis ex parte de cleric. ægrot. cap.si quis à proprio* 11.*quæst.*5.tametsi Deus sępenumerò afflictis suppeditat, ut exemplatum est de Josepho, qui plus credit, & prosperatus est in exilio, quàm si fuisset inter fratres suos domi. Genes. 47. & in Pharaone, qui quantò magis filios Israel affligebat, tantò magis multiplicabantur. Exod. 1. & *sequ.*

5 Probatur 2. quemadmodum decreti valor vigore supralaudatæ Pragmaticæ per appellationem suspendi nequit, tametsi communi inspecto jure suspendi fas est. Cironius *in paratitl.*5.*decret.*Altesserra 1.*decret.tit.*29.*de offic. & potest. judic. delegat. in cap. pastoralis* 28.*in* §.*præterea pag.*167.neu S.R.C. sententiæ executio per supplicationem, ejusdemque declamationem, *ut in authentica, quæ supplicatio, Cod. de præcibus Imperatori offerendis.* Afflictus *decis.*356.*num.*1.& 2. sic identidem à fortiori per in integrum restitutionem, secus communi inspecto jure, *l. penult. Cod. si adversus rem judicatam, l.* 1. *Cod. quibus ex causis ma.*Cujacius *in ff. quod metus causa, tit.*1. *ad l.ult. lit.B.tomo* 2.*pag.*255.vide eundem Cujacium *in ff.de verb.significat.ad l.*22. *lit.D,pag.*1628.*tomo* 2. Hug.Donellum *de jure civil.lib.*1.*cap.*14.*n.*30.*pag.*42. nam in integrum restitutio sola propriè dicitur actio momēti. Can.*redintegranda* 3.*quæst.*1.& *l.*8. *Cod.unde vi,* instit.*de interdict.* Cironius *in paratitl.*5.*decret.de restit.spoliatorum, tit.*13.

in

6 *in princ.pag.*130.exemplo extat de Principis ſupplicatione, quæ ſententiæ haud impedimento eſt; ſic etiamnum in integrum reſtitutio; igitur, &c.

7 Nec obſtat textus *in l.unica, Cod. de in integrum reſtitutione poſtul.*ubi ſecus ſancitum extitit;ibi: *Poſtulata in integrum reſtitutione omnia in ſuo ſtatu eſſe debere, donec res finiatur, perſpicui juris eſt, &c.* quemadmodum & in quamplurimis aliis foris Author eſt Regens de Marinis *cap.*200.*num.*1.

8 Textus hujuſcemodi noſtræ haud obſtat theſi: ſiquidem verba illa, *omnia in ſuo ſtatu eſſe debere,donec res finiatur,* commentationẽ patitur hanc, utputà reſtitutio in integrum minùs efficienda ſit; aduſque facti ſpecies ritè diſcutiatur: quare tametſi in S.R.C. in integrum reſtitutiones adverſus ſentẽtias admittendæ ſunt, *d.l. ult. Cod.ſi adverſus rem judicatam.* Authores ſupralaudati: attamen in ſententiæ executione minimè ſuperſedendũ eſt,verificata ſemper cautionis præſtatione.

9 Ne differas:diſpar eſt ratio de ſentẽtię prolatione, ſive Regio,ſive Principis nomine, ac ſub alterius inferioris; igitur ſi ſententia ſub Principis nomine lata, confeſtim executioni demandanda ſit (tametſi adverſus ipſam in integrum reſtitutio intentatur)attamen ſecus prædefiniendum,ubi ſub inferioris nomine divulgatur.

10 Nego antecedens:nam ſub utroque nomine, videlicet, & Principis, & inferioris Judicis promulgata ſententia ſuum producit effectum: cum utrobique par urgeat ratio, ac per conſequens eadem juris prædefinitio, *l. illud,ff.ad l.aquiliam, l.ſi poſtulaverit,* §.2.*ff. ad l.juliam,de adulter.l.quidam nummularios ff.de edendo, l.nauta,* §.*fin. ff. nautæ caup. l.à Titio, ff.de furtis, l.illud, Cod. de Sacroſ.Eccl.*

11 §.*ſi igitur, inſt. quod cum eo.* etenim in integrum reſtitutionis rogitatio de ſui conceptu eſſentiali, aliud non quiritat, niſi ut læſus in priſcum redigatur ſtatum, *l.quod ſi minor,* §.*reſtitutio, ff.de minoribus,l.ſi locus, ff.quemadmodum ſervitutes, l.*1. *Cod. de reputationibus, l.*2. *Cod. in quibus cauſis*. Paulus *lib.* 1. *ſenientiarum tit.*7.*l.*1. §.*certè, ff. ad Macedonianum, l.*3.*ff.rem ratam, l.ſed ſi* 8.juncto ibi Cujacio *lib.*26.*ff. Juliani, ff.ſi quid in fraudẽ, l.*1.§.1.*ff.de collat.bonor. l.*2. *ff. ne de ſtatu defuncti, l.facta* 63. §.14. *ff.ad Trebellianum, l.* 1. *tit.* 19. *part.* 6. *cap.fin.* 2. *quæſt.* 3. quod abſque ſententiæ immoratione ritè effici poſſit; diſcutiendo deinde: num reſtitutio in integrum ſuum obtineat locum; quidve ipſi competit.

12 Neu refragatur dicere: quemadmodum ſẽtentiæ executio per nullitatis decreti allegationem ſuſpenſa manſitat. Cironius *in paratitl.*5.*decr.*Alteſſerra 1.*decr.tit.*29. *de offic. & poteſt.Judicis delegati,in cap. paſtoralis* 28. *in* §.*præterea, pag.*167.ſiquidem quod nullum eſt nullum prodit effectum, §. *condemnatum, ff. de re judicata, l.non putavit,* §.*non quævis,ff. de bonor.poſſeſſ.contra tabulas,l.*2.*ff.de autoritat.tutor.l.ſi aut nullum, Cod.de legitimis hæredibus, l.non dubium, Cod.de legibus, l.final. Cod. de ſententiis ex brevi. recitan. cap. illud de jure patronatus*, ita etiamuum per integrum reſtitutionis petitionem, cum utrobiq; par urgeat ratio,juxta textum *in d.l. illud, ff. ad l.aquiliam,&c.*

13 Eſt diſpar ratio de una facti ſpecie, ac de alia, ceù ex ſupradictis liquet.

14 Nec poſtmodum obſtat textus *in l. unica, Cod.nil novari in integrum reſt.poteſt. cap.appellatione* 2.*quæſt.*6.*cap.olim, de reſcriptis, l.ſi cauſa cognita, Cod. de tranſact.* Afflictus Author eſt *in dicta deciſ.*356.*à num.*3. *uſq; ad* 6.

15 In alia extant textus iſtiuſmodi facti ſpecie: quare à fortiori theſis noſtra locum obtinet, ubi reſtitutio in integrum petitur, non niſi calumnioſè,& litis prorogandæ;quod juribus obnoxium eſt,quandoquidem lites immorandæ non ſunt,cum ſummam parturiant perturbationem. Cujacius *lib.*12. *obſerv.cap.* 4.ubi plures Oſualdus, Cironius *in paratitl. ad tit.de præſcript.* idque genus; ac per conſequens pacem, tranquillitatemq;Urbis peſſundant; hinc Tullius 1. *offic.* ſic deſcribit: *Paci, quæ nihil habet inſidiarum, ſemper eſt conſulendum*.

Pro deciſionis hujuſcemodi illuſtratione,

CAPUT I.

S. R. C. ſententia: numqnid executioni demandanda ſit, ſi ab ea reclamatum fuiſſe ediſſeratur: non niſi prætextu decreti in integrum reſtitutionem denegantis.

SUMMÆ.

Num.1.Theſis deciſio.
Num.2.ejuſdem Theſis probatio.
Num.3.ejuſdem Theſis oppugnatio.
Num.4.ejuſdem ſolutio.

1 EXecutioni eſſe demandandam, reclamatione minùs obſtante, definitum fuiſſe per S. C. memoriæ tradit Reg. de Marinis *deciſ.*702. quam prædefinitionem ſectantur Reg.Rovitus *prag.*1. *de minor.ſub num.*29.Thorus *tomo* 1. *compend. deciſ.*§.*ſententia S.C.an executioni demandari debeat*.

2 Eodem prorſus medio,quo ſupra comprobata fuit 53. Capiciana deciſio,commonſtratur,cum utrobique par urgeat ratio,*d.l.illud, ff. ad l. aquiliam*, idque genus: tametſi à decreto in integrum reſtitutionem denegãte reclamari, vel appellari valeat, *l.* 1. ibi: *Appellare etiam docuiſtis, Cod. ſi ſæpius in integrum reſtitutio poſtuletur.* Auth. *quæ ſupplicatio, Cod. de precibus Imperatori offerendis,*

dis, l.1. Cod. de sententia præfecti Prætoris de Franchis *dicta decis.* 702. verumtamen haud hinc sectatur, ut sententiæ executio immoranda sit, idque ob rationes supralaudatas; igitur, &c.

3 Ne dicas: restitutione in integrum rogitata, nil est innovandum, *toto titulo Cod. de in integrum restitutione postul.* igitur impedimento est sententiæ executioni. Author est de Franchis *dicta decis.* 702.

4 Textus istiusmodi solutus jam fuit supra.

CAPUT II.

S. R. C. sententia in criminalibus lata: numquid ex incontinenti executioni demandanda sit, si ab ipsa reclamatum fuisse prædicetur.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A num. 2. usque ad finem, ejusdem Thesis probatio.

1 S. R C. sententiam in criminalibus latam, executioni haud confestim demandandam fore reor, si ab ipsa reclamatum fuerit sive sententiæ Magnæ Curiæ Vicariæ minus conformis sit. est de Franchis *decis.* 139. Tapiæ *in pragm.* 37. *de officio procuratoris Cæsaris, & in pragm.* 5. *de officio S.C. num.* 6. quod pluries servari vidisse testatur Vivius *decis.* 495. *num.* 13. Muscatelli *in praxi S.C. lib.* 2. *par.* 1. Glossa *nullitatis, num.* 5. & Glossa *sententia num.* 171. Author est Thorus *tomo* 1. *compend. decis.* §. *sententia S.C. in criminalibus, sive conformis*: est adversus supralaudatos.

2 Utraque Thesis pars eodem probatur medio: sive enim S.R.C. sententia Magnæ Curiæ Vicariæ sententiæ conformis esse prædicetur, sive non; hoc in casu id merè materialiter se habet: nam jure cautum habetur,
3 ut à qualibet sententia reclamare permissum sit: quandoquidem reclamatio defensio est, quæ naturali inspecto jure debetur. Caramuel *in Theologia morali quæst.* 8. *casu* 37. *pag.* 124.
4 quare S.R.C. sententiam fore conformem sententiæ Magnæ Curiæ Vicariæ de sui conceptu nullam involuit certitudinem: igitur jure merito à qualibet sententia reclamari fas
5 est, alioqui indefensus damnaretur quis, quod
6 per absurdum foret, præsertim in criminalibus ubi luce meridiana clariores reposcuntur probationes. Antonius Faber 6. *Cod, tit.* 2. *de furtis, def.* 4. *num.* 4. *in allegat. pag.* 618. adeoque defensio, quælibet indulgenda.

DECISIO LIV.

IN Causa Magnificæ Ritæ Caldoræ cum Jacob. de Russis: per dictum Iacobum opponitur exceptio discussionis contra dictam Dominam Ritam: ex quo est ipse tertius possessor conventus hypothecaria, contra quem non potest agi, nisi discussis hæredibus quondam Magnifici Ioannis Antonii Caldoræ principalis debitoris: ut est casus in auth. *hoc si debitor, Cod. de pignoribus, &c. Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

SI nec principalis, nec ejus hæres haud solvendo sint: numquid adversus tertium possessorem hypothecaria procedendum erit actione.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis decisio.
Num. 2. & 3. ejusdem thesis probatio.
Num. 4. exploduntur Authores.

1 HYpothecaria procedendum fore actione, dummodò Judici id ex processu liquet indubie existimo. ceu per S.C. fuisse prædefinitum, testatur Capicius hic in isthæc verba; ibi: *& sic per hanc ultimam rationem fuit votatum pro actrice.* est Bartoli, Baldi, aliorumque, apud Capicium *hic, num.* 5.

2 Probatur: Tametsi ex textu in Auth. *hoc si debitor, Cod. de pignor.* prius principalis, ejusq; hæredis bona excutienda sunt; deinde tertius conveniendus erit possessor, vel fidejussor. Auth. *præsente, Cod. de fidejuss.* Auth. *hoc si debitor, Cod. de pign.* Auth. *de fidejuss. l. si fidejussor* 41. *ff. de pign. l. si testamento* 50. §. *quæsitum, vers. itaque nobis, ff. de fidejuss. l.* 1. *C. de conveniendis fidejuss.* Auth. *hoc ita Cod. de duobus reis,* §. *si plures sint* 3. Instit. *de fidejuss. l. si plures* 28. *l. si contendat* 29. *l. cum his, qui* 37. *l. si à Titio* 44. *l. inter eos* 52. *l. amissi* 53. §. *inter fidejussores, ff. de fidejuss. l.* 3. *l. eo, l. liberum* 16. *l. reos* 23. *C. de fidejuss.* quare competit ipsi Epistola Divi Adriani, adeoque revocata sunt universa jura illa, quę edocebant, fidejussorem obstrictum insolidum conveniri in totum, nulla facta discussione principalis, & confidejussorum, *l. inter omnes* 25. §. *duo rei, ff. de fidejuss. l.* 4. *l. omissis* 17. *l. si alienam* 19. *l. scientia* 20. *l.* 23. *C. de fidejuss. l. si mandavero*

22. §. *interdum*, *ff. mandati*, *l.* 2. *l.* 13. §. *ubi duo*, *ff. de duobus reis*, *l.* 1. *&* 2. *C. de duobus reis*. Verde *instit.* 3. *de fidejuss. tit.* 21. §. *si plures sint*, *nu.* 1074. *&* 1075. *&* 1093. *&* 1094. *pag.* 108. *&* 110. Consule Antonium Fabrum, 7. *Cod. tit.* 20. *de execut. rei judic. defin.* 33. *num.* 1. *in allegat. pag.* 892. & ibidem, *defin.* 56. *num.* 1. *in allegat. pag.* 898. *&* 8. *Cod. tit.* 28. *de fidejuss. defin.* 3. *num.* 1. *in allegat.* Hug. Donellum *de jure civili*, *lib.* 12. *cap.* 29. *sub num.* 10. *pag.* 117. verumtamen si ex processu haud obscurè liqueat, & principalem, & ejus hæredem impotentes esse; tunc & principalis, & ejus hæredis discutere bona terere tempus frustra foret; igitur clarè agnita, & principalis, & hæredis solvendi impotentia; tunc extemplò ad tertium protendendum erit possessorem: alioqui fraudibus, dolisve aditus fieret, quod juribus obnoxium foret, *l. in fundo*, *ff. de rei vindic. l. cum is*, §. *si cum lis*, *ff. de transact. l. qui sub prætextu*, *Cod. de sacros. Eccles. cap. porrò*, *de divort.* Clem. 1. *de usuris*. Clem. 1. §. *finali*, *de concess. præbend.* cum fraus, dolusque nemini patrocinari debeant, *l. itaque fullo*, *ff. de furtis*, *cap. dictum* 30. *quæst.* 1, *cap. intelleximus*, *de judiciis*, *cap. tuæ* 12. *de Cleric. non resident. cap. sedes*, *cap. ex tenore*, *de rescript. cap.* 2. *de dolo*, *cap.* 2. *de cognat. spirit. cap.* 1. *de collus.*
3 *detegend. cap. tuus*, *de usuris*. inde est, quòd fraudem fraude repellere fas, juraque sinunt, *l. cum pater*, §. *Titio fratri*, *ff. de legatis* 2. igitur, &c.

4 Hinc explodendi sunt Capicius, aliique hìc, *in fine*, edocentes, sat esse Judici, si id sit sibi notorium independenter à processu: nam Judicis muneris est, secundum allegata, & probata judicare, *l. illicitas*, §. *veritas*, *ff. de officio Præsid. cap. pastoralis*, §. *quia verò*, *ff. de offic. deleg.* Divus Thomas, *quæst.* 67. *ar.* 2. ac per consequens ex fabricato processu impotentia liquere debet.

Pro decisionis istiusmodi illustratione.

CAPUT I.

Tertius possessor: numquid declinatoriam, vel dilatoriam opponere possit exceptionem fori.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis decisio.
A' num. 2. usque ad finem, ejusdem Thesis probatio.

1 Opponere posse reor. est contra Vincentium de Anna, *allegatione* 76. *num.* 3. memorantem, sic in Magno Vicariæ Senatu prædefinitum fuisse. Thorum, *tomo* 1. *compend. decis. vers. tertius an possit opponere*.

2 Probatur: In cujuslibet manu est, privilegio uti posse suo, cum nemini irroget injuriam, *l. injuriarum*, §. 1. *ff. de injur. l.* 3. §. *is tamen*, *ff. de liber. homine exhib. l. qui injuriar.* §. *is, qui*, *ff. de jur. jur. l. jure jurando*, *l. quod Reipubl. l. injuriam*, *ff. de injur. l. fluminum*, §. *ult. ff. de damno infecto*, *l. Proculus*, *ff. eod. tit. l. si donaturus*, §. *si quis indebitum*, *Cod. de condict. ob causam*, *l. si meo*, *ff. de aqua pluvia arcenda*, *cap. cum Eccles.* 21. *vers. quia*, *de elect.* etenim juri suo privato quilibet resignare quit, *l. si quis in conscribendo*, *Cod. de Episcop. & Clericis*, *l. penult. Cod. de pactis*; *cap. tuis* 39. *vers. nisi*, *de testibus*, *cap. ad Apostolicam*, *de Regularibus*, *cap. si de tertia*, *de privileg.* secus verò publico, *l. jus publicum*, *ff. de pactis*, *l.* 2. §. *sed quia veremur*, *Cod. de jure jurando propter cal. cap. si diligenti*, *de foro compet.* Covarr. *in cap. quamvis pactum*, *p.* 2. §. 1. *num.* 5. *&* 6. Petrus Barbosa, *in l. alia*, §. *eleganter*, *num.* 11. *cum seqq. ff. soluto matrim.* Tiraquellus, *de jure primogenit. quæst.* 24. *num.* 4. *cum sequent.* ac per consequens coram competenti esse conveniendum Judice, *l. unic. C. ubi de possess. ubi de hæredit. l. unica*, *C. ubi rem actio*, *l. unic. C. de fideicomm. petit. l. hæres*, §. 1. *&* 2. *l. quod legatur* 38. *ff. de judic. cap. experientia* 15. 11. *quæst.* 1. *cap. ex part. cap. final. hoc tit. cap. dilectus* 29. *de rescriptis*, *l. si res* 10. *cum sequent. ff. de rei vindicat. l.* 32. *tit.* 2. *part.* 3. *l.* 2. *tit.* 1. *lib.* 2. *for.* Donellus, *lib.* 7. *comment. cap.* 17. *per totum*. Arnoldus Vinius, *lib.* 1. *selectarum*, *cap.* 18. Vultejus, *in l.* 2. *C. de jurisdict. l. unic. C. ubi in rem actio*, idque genus; cum actor rei forum sectari debeat, *l. in criminali*, *C. de jurisdict. omnium Judicum*, *l. juris ordinem*, *C. eod. tit. l. fin. C. ubi in rem actio*, *l.* 2. *C. ubi*, *& apud quem*, *cap. experientiæ*, *& cap. si quisque* 11. *quæst.* 1. *cap. sanè*, *cap. cum sit generale*, *cap. si Clericus*, *de foro competenti*: alioqui frustra permissum edisseretur privilegium: etenim privilegium est jus quoddam præcipuum, ac singulare concessum.
3 Vulpianus, *in l.* 10. *ff. de pactis*. exemplo extat de Imperio Gn. Pompei, *de redditu* Cic. Agellius, *lib.* 10. *cap.* 20. Author est, apud Hothomanum, *verborum juris*, verbo, *privilegia*, *pag.* 863. *l. quia tale*, *ff. solut. matr. juncta l. sequenti* 16. *de rei judicat. l. omnibus* 66. *ff. de regulis juris*; ubi beneficia appellat Cōsultus, quæ verè privilegia differuntur, *in l. privilegia* 196. *ff. eod. tit. cap. in his* 13. *de privilegiis*. Petrus Faber, *in l. privilegia* 196. *ff. eod.*
4 *tit.* quare olim privilegia, jussa Populi, haud plebis rogante Magistratu, nō generalia, neque de universis Civibus, sed de singulis concessa. ceu supra de Magno Pompeo exemplatum fuit, prisci privata dixere, quæ nos singularia vocitamus. Hothomanus, *commentar. verbor. juris*, *litera P. columna* 1. *pagina*
5 863. nec debitus defensitationi refunderetur locus: adeoque naturali oppugnaretur juri. Caramuel, *Theologia morali*, *quæst.* 8. *casu*

37. *pagina* 124. Cironius, *in paratitl.* 5. *decretal. tit.* 28. *de appellat. pag.* 159. hinc Cicero, 3. *act.* ibi: *ut ei pars defectionis relinquatur.* & pro Cluent. ibi: *innocentiæ defensio respirat.* & Salustius: *alios ab hostibus defensitabant.* quare juremeritò tertius possessor fori declinatoriam, vel dilatoriam absistere queit exceptionem.

CAPUT II.

Tertius possessor à creditoribus hypothecaria conventus actione: numquid ut possit rem, quam possidet penes se detinere, integrū creditum illis offerre astringendus sit; vel sat sit, si rei æstimatio offeratur.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad finem, ejusdem Thesis probatio.

1 Sat fore, si rei ęstimatio per tertium offeratur possessorem, ac per consequēs haud necessum ducitur, ut creditoribus hypothecata tradatur res. ceu sancitum sępè sępius fuit per S.C. teste Reg. Revert. *decis.* 482. in fine.

2 Probatur: Ideo res creditoribus hypothecata esse edisseritur, non nisi ut creditum securum habeatur. Argum. textus, *in l.* 1. *ff. soluto matrim. l. assiduis, Cod. qui potiores in pignore, l. pro officio* 20. *ff. de administrat. tutor. l. fin. Cod. de legit. tutel. l. item* 4. *ff. de pactis, l.* 4. *ff. in quibus causis pignus, l.* 1. *Cod. communia, de legatis.* Tribonianus, *in l.* 4. §. 1. *ff. de separat. l. mulier* 22. §. *cum proponeretur, ff. ad Trebell.* Auth. *res, quæ, Cod. communia, de legatis.* Consule Fabrum, *in juris prudentia, tit.* 12. *principio* 13. *illat.* 11. Bachovium, *de piguor. cap.* 10. & 11. Cujacium, *lib.* 12. *respons. Papin. & tract.* 4. *ad Africanū, in l. vir uxori* 17. *ff. ad Vellejanum, & ad tit. Cod. ne fidejussores, l. unica, in principio, & vers. & nemo, Cod. de rei uxoriæ action. l. si cum dotem* 22. §. *transgrediamur, ff. soluto matrim. l. plus* 15. *ff. de regulis juris*: proptereaquod finis hypothecæ est securitas, juxta tex. *in l. fin. Cod. quæ res pign.* inspicito Donellum, *ad tit.* 14. *lib.* 8. *C. de pignor. & hypothec. num.* 2. *pag.* 768. & Franciscum Hothomanum, *verborum jur.* verbo, *hypotheca*,
4 *pag.* 699. *tom.* 1. tametsi melius sit pignus, quàm hypotheca, cum magis securum per pignus reddatur creditor, quàm per hypothecam. Authores supralaudati: siquidem hypotheca pro rebus immobilibus; pignus verò pro mobilibus verificatur, *l. si rem* 9. §. 2. *ff. de pignoratitia actione*, §. *item serviana* 7. Instit. *de actionibus, l.* 4. *de pignoribus.* Hothomanus Author est, *commentar. verborum juris, litera H. columna* 2. *pagina* 700. Cicero, *epistolar. lib.* 13. ibi: *verum cures, ut haud de hypothecis decedat, easque procurationibus Clunii tradat; haud pecuniam*
4 *tradat*, cum pignus sit contractus, quo res aliqua obligatur creditori in securitatem debiti, *l.* 8. §. *si anni, ff. de transact. l.* 2. §. *finali, ff. de relig. & sumpt. l. Cajus* 39. *ff. de pignorat. l. sciendum* 15. §. 1. *ff. qui satisdare, l.* 1. § *cum prædium* 2. *l.* 1. §. 1. *l. creditor* 23. *ff. de pignor. l.* 6. *Cod. de pignoratitia, l. cum notissimi*, §. *sed cum illud, Cod. de præscript. triginta, l. si dominium* 9. *Cod. de pignor.* cum creditor pignus sibi traditum possideat, *l. cum & sortis* 35. §. *pignus, l. si pignus* 37. *ff. de pignorat. actio. l. per servum* 37. *ff. de acquir.*
6 *domin. l. pignori* 13. *ff. de usucap. l.* 9. §. 1. *l. finali, ff. quibus modis.* pignus etenim re constituitur; hypotheca verò pacto, *l.* 1. & 4. *ff. de pignor. l.* 17. §. *de pignore, ff. de pactis, l. qui balneum* 9. *ff. qui potiores, l. solutam* 49. *ff. de solut. l. non solum* 33. §. *qui pignori, ff. de usucap. l.* 4. *de fide instrum.* Paulus *in l. servus* 36. *ff. de condict. indebiti, & lib.* 2. *sentent. tit.* 51. & *lib.* 5. *tit.* 26. §. *final.* hinc Catullus, *ad furium*, illis carminibus:

Furi villua nostra non ad austri
Flatus apposita est, nec ad favoni,
Nec sævi boreæ ava appeliotæ;
Verum ad millia quindecim, atque pestilentem.

Consule Donellum, Bachovium, *de pignor.* scribentes, Merlinum, *de pignor. tit.* 1. *cap.* 1. Cujacium, *lib.* 70. *quæst. Papin. in l.* 64. *ff. de rei vindic. in l.* 3. § *ultimo, ff. de usur.* Fabrum, *lib.* 8. *conject. cap.* 17. & *lib.* 19. *cap.* 6. & 7. Connanum, *lib.* 4. *commentar. cap.* 14. Cujacium, *ad tit. Cod. de pignor.* Hothomanum, *lib.* 6. *obser. cap.* 13. Olea, *de cessione juris, tit.* 4. *quæst.* 2. Gaito, *de credito, cap.* 4. *quæst.* 1. Hunnium ad Treutl. *vol.* 2. *disput.* 1. *thesi* 1.
6 1. *quæst.* 13. aliosve. inde est, quod fructus ex re pignorata percepti in sortem principalis debiti imputentur, *cap. illo vos* 4. *cap. de pignor. cap.* 1. *cap.* 2. *cap. conquæstus, de usuris, cap.* 6. & 7. *eodem tit. in* 1. *collect. cap. ad nostram el'* 1. *cap. ex literis* 32. *de jure jurando, l.* 1. & 2. *Cod. de pignoratit. actio. l.* 2. *Cod. de pactis pignor. l. si Dominum, Cod. de pignor.* Robertus, *lib.* 2. *rer. judic. cap.* 8. Reg. de Marinis, *lib.* 2. *resol. cap.* 172. Balduinus, *de pignor. cap.* 16. D. Josephus de Retes, *de donat. cap.* 3. *num.* 18. Gaito, *de credito, cap.* 2. *ex num.* 1637. Franciscus Hothomanus, *lib.* 1. *observat. cap.* 4. & *de fænore, cap.* 4. Faber, *de error. decade* 9. *errore* 1. & 9. Cujacius, *in cap. cum contra* 6. *de pignor. & in l.* 1. *Cod. de pignor. l.* 17. *Cod. de usuris, & lib.* 11. *observat. cap.* 31. Petrus Gregorius, *lib.* 3. *partit. tit. de usuris, cap.* 4. & *in tract. de usuris, lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 1. Arias de Mesa, *lib.* 3. *var. cap.* 46. Merlinus, *lib.* 5. *de pignore, tit.* 14. aliique: verum enimverò securum prædicatur creditum, quin potius extinctum, si à tertio possessore rei hypothecatæ pretium persolvatur; igitur, &c.

CA-

CAPUT III.

Tertius possessor hypothecaria conventus actione: numquid creditori agenti tantummodo æstimationem rei possessæ offerre valeat.

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. primæ, & secundæ Thesis decisio.
Num. 3. primæ Thesis partis probatio.
Num. 4. & 5. secunda Thesis pars probatur.

1 Distinguas: vel est hypothecariæ rei dumtaxat debitor, & tunc sat est,
2 si rei æstimationem persolvat: sin autem creditum rei hypothecatæ valorem exuperare dicatur; tunc explodendus erit. est de Franchis, *decis.* 38. *num.* 1. ubi Riccius, *in addit.* Masulli ad Capicium, *decis.* 202. *num.* 2. aliorum. Author, & sectator est Reg. de Marinis, *in observat. ad decis. Reg. Revert. decis.* 482. *num.* 3.

3 Prima thesis pars haud probatione indiget: siquidem se ipsa liquet ex commonstratis secundo in casu.

4 Secunda thesis pars probatur ex textu, *in l. tutor,* §. *Lucius, ff. de usuris.* Reg. de Mari-
5 nis Author est loco supralaudato: nam ubi rei hypothecatæ valorem persolvere dumtaxat velit debitor; toties pecunia illa, quam pro re hypothecata solvit, identidem est creditori debita: igitur commonstrat, nolle Universitatem persolvere debitum, ac per consequens explodendus erit debitor; si rei hypothecatæ æstimationem persolvat; vel ubi creditorem rei hypothecatæ valorem excedere supponitur.

DECISIO LV.

IN Causa Magnifici Pauli Brancatii cum Reverendissimo D. Cardinale Capuano: præsupposito, quòd sequestrum, de quo revocando agitur, fuit factum timore armorum; & sine causæ cognitione videtur, quòd non simus in terminis, in quibus non esset adhuc ad sequestrandum processum, sed esset timor armorum; quo timore extante, processum fuerat ad capiendam informationem, qui durante lite stare debeat in possessione. juxta theoricam, &c. in hac eadem causa dum peteretur impugnatio scripturarum: fuit votatum, non esse concedendam. supra *in decis.* 13. fuit dubitatum: an competat personæ privilegiatæ lesæ in probationibus non factis beneficium: nunc dubitatur: an competat alteri parti repulsa.[1] &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

Sequestrum armorum pavore, ac absque causa factum: nũquid per Judicẽ revocandũ sit. Quid prædefiniendum, si personæ privilegiatæ lesæ in probationibus haud factis, beneficium competat ulltrum adversario repulsa competere par sit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.
A' num. 2. usque ad 10. ejusdem probatio.
A' num. 10. usque ad 13. ejusdem Thesis impugnatio, & solutio.
Nu. 13. 14. & 15. Thesis secũdæ prædefinitio.
Num. 16. & 17. prima secundæ Thesis pars probatur.
Num. 18. usq; ad finẽ secunda Thesis secundæ pars probatur.

1 Si de primo sermo sit themate, & tunc esse revocandum, reor.
2 Probatur; Tametsi Judici ad hominum rixas, dissidiaque componenda, sequestrum edicere à juribus indultum esse supponatur, *l. æquissimum, l. si cuius,* §. *sed*
3 *inter duos, ff. de usufructu*: etenim sequestri natura est, deponere litigiosam rem, Judicis jussu, ad diffidentium securitatem. Clem. 1. *de sequestro, l. propriè* 6. *l. licet.* 17. *ff. depositi, cap.* 1. 2. *&* 3. *de sequestro*. Corasius, *in ff. de Offic. Præsidis, ad l. Senatus Consulto* 16. *litera* O. *pag.* 558. ac per consequens, quo peracto, dissidia pessundantur, ac quies aliquo pacto mortalibus imponitur, siquidem Judicis partes sunt id facessere. Hinc Tullius pro Sesto Roscio com. sic descriptum liquit: *Judex estis, quem non minus bene de nobis existimare, quàm secundum nos judicare velimus*;
4 Hinc explodendi sunt Judices illi, qui lites excitant, transactiones rescindunt, dilationes innectunt, veritatem supprimunt, mendaciũ fovent, quæstum sectantur, æquitatem vendi-
5 tant, actionibus inhiant, versutias concinnant. Pet. Blessen. Author est: hinc si fructus rei litigiosæ, lite pendente delapidantur; tunc sequestro subdendi sunt, *cap. ab eo* 3. *de seque-*

 stra-

ſtrat. poſſeſſ. cap. ex transmiſſa 8. *de reſtit. ſpoliator. cap. cum locum, de ſponſ.* Clement. *ultima, eodem tit. l. poſtquàm* 5. *ff. ut legator. l. ultima, Cod. de ordin. cognit. l.* 3. §. *hoc interdictum, ff. de libero homine, l. ſi cum dotem, §. ſi verò, ff. ſolut. matrim. l. ab executore, Cod. quor. appellat. l. ſi fidejuſſor.* 7. §. 7. *ff. qui ſatiſdare, l. Imperatores, §. ultimo, ff. de appellat.* Simmachus, *in epiſtolis*; ibi: *interea conſtitutionis memor ſequeſtravi mobilia, fructuſque percepi, ne temporis uſurpatio abutatur indebitis.* Cujacius, 3. *Pauli ad edictum in l.* 2. *&* 4. *ff. de pactis*. Jacobus Gothofredus, *ad tit. Cod. de ſequeſtr. pecun. in Theodoſ.* Faber, *in dicta l. ſi fidejuſſor, §. ultimo, & in ſuo Cod. tit. de probib. ſequeſtrat. defin.* 1. Donellus, *in leg. unica, n.*9. *Cod. eodem tit. & lib.* 24. *comment. cap.*4. Cujacius, *ad tit. Cod. Cod. quorum appellat. columna* 2. *& ad tit. de prohibita ſequeſtrand. pecunia.* Pichardus, *in §. ſumma autem, num.* 79. *inſtit. de actionibus.* Caſtillo, *lib.* 3. *controverſ. cap.* 16. Salgado, 1. *part. labyrinth. cap.* 13. §. 1. Lancellotus, *de attent. lib.* 2. *cap.* 16. *limit.* 16. *à num.*3. Corvinus, *lib.* 3. *aphoriſm. juris Pontific. tit.* 24. Borrellus, *tomo* 2. *deciſ. tit.* 37. *de ſequeſtr.* Hunnius, *in encyclop. p.* 3. *tit.* 12. aliique, qui penes tertium redigendi ſunt, qui ſequeſter vocitatur, *l. ſequeſter* 119. *ff. de verbor. ſignific.* Tertul. *lib. de reſurrect.* Gellius, *lib.* 2. *noctium, cap.* 10. Macrobius, *lib.*3. *ſaturn. cap.* 17. Gentilis, & Fornerius, *in dicta l.* 19. Conſule textum, *in l.* 7. §. *cum de uſufructu, ff. commun. dividundo. l. item ſi unus, ff. de receptis, l.* 5. §. *penult. ff. de tranſact.* Deutoron. *cap.* 3. ibi: *Ego* (inquit Moyſes) *ſeque-*
6 *ſter, & medius inter vos, & Deum.* quod idem ediſſerendum eſt, cum de mobilibus, *l. ſi fidejuſſor.* 7. §. *ultimo, ff. qui ſatiſdare*, tum de immobilibus, *cap. examinata*; ibi: *Eccleſiam ſequeſtratam, de judiciis, cap.* 2. *de dolo, & contumac. dicta l. ſi cum dotem* 22. *quæ cuſtodiri perhibentur, l.* 19. *Cod. de agricol. l.* 3. §. *hoc autem, de lib. exibend. l.* 5. §. *cuſtodiam, ff. commodati, l. ſi vendita* 11. *ff. de periculo, & commodo, l. ſi conſtante* 22. §. 8. *ff. ſoluto matrim. l.* 16. *ff. de offic. Præſidis, l. ultima, Cod. de ordin. cognition. l.* 1. §. *ſuper peculio, de aſſert. tollend. l. finali, Cod. quibus ad libert.*
7 *proclam.* nam licet ſequeſtratio regulariter loquendo vetita ſit, *l. unica, Cod. de prohibita ſequeſtr.* cum primò conveniendus ſit, & condemnatus cogendus, ut ſolvat, *l. negantem* 9. *Cod. de O. & A.* & pendente judicio haud eſt ab eo auferenda poſſeſſio, ne judiciũ ab executione occipiat, *l.* 1. *Cod. de except. rei judic.* neu lite pendente privandus eſt poſſeſſionis ſuæ comodo, *cap.* 1. *ut lite pendente,*
8 *l.* 1. *Cod. de r.v.* ſecus verò ſi juſta extet cauſa, ceu ſunt dilapidatio, aut diſſipatio rei, vel fructuum timor, *cap.*2. *& final. de ſequeſtrat. poſſeſſ.* verumtamen extincto pavore res ad priſcum ſe redigit ſtatum, ac per conſequens ducenda eſt libera, quomodo erat prius; propter
tereaquod in ſequeſtro peragendo, & matura
9 rei agnitio, & diſcuſſio repoſcitur: quæ enim ardua, ac gravia extant, maturè penſitanda ſunt, adeoq; haud deſperanda. Hinc juremeritò Tullius ſic literis prodit *de Orat.* ibi: *multi ſunt, qui deſperatione debilitati experiri id nolunt, quod ſe aſſequi poſſe diffident. ſed par eſt, omnes omnia experiri, qui res magnas, & magnoperè expetendas concipiunt. quod ſi quẽ aut natura ſua, aut illa præſtantis ingenii vis deficiet, aſt minus inſtructus erit, magnarum artium diſciplinis, teneat tamen eum curſum, quem poterit, &c.* quæ in noſtra facti ſpecie haud habentur, in qua nulla cauſæ notio, præter armorum timorem, habita exiſtit.
10 Ne differas: nemo pendente judicio eſt à propria explodendus poſſeſſione, vel ejus cõmodo privandus, *cap.* 1. *&* 2. *ut lite pendente*; igitur à ſequeſtratione haud incæptandum eſt, *l. unica, Cod. de prohibit. ſequeſtrat. cap. volumus* 16. *quæſt.* 4. *cap. nonnè* 8. *quæſt.*
11 4. etenim etſi uterque ex litigantibus ſe poſſeſſorem eſſe contendat, ac ſequeſtrationi locum eſſe ob ſcandali, vel armorum, vel rixæ periculum, *l. ſi cujus* 13. §. *ſed ſi inter, l. æquiſſimum* 17. *ff. de uſufructu legato, l. liberis* 7. *ff. de liberal. cauſa*: verumtamen ubi liquet alterutrum poſſidere, ille eſt in poſſeſſione defenſitandus; neu in ejus præjudicium ſequeſtratio admittenda eſt, *l. ultima, ff. de officio Procurator. Cæſaris, l. illicitas* 6. §. *nec potentioris, ff. de officio Præſidis.* D. Fran. Ramos, *in memor. ad Alex.* 7. *propoſ.* 2. *in princip. num.* 8. Caſtillo *lib.* 8. *controverſ. cap.* 13. *num.* 17. Poſthujus, *de manut. obſervat.* 75. *ex num.* 16. igitur, &c.
12 Quicquid ſit de reſponſis Roberti, *lib.* 1. *ſentent. cap.* 5. Bronchorſt. *miſcella. centuria* 1. *aſsert.* 63. Caldas Pereyra, *quæſt. forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 21. *num.* 31. Mareſchotti, *lib.*2. *var. cap.* 77. Cujacii, & Donelli, *in dicta l. unica*, placet mihi ſic reſpondere: ubi Civitas armorum vi perturbari poſſit, ac per ſequeſtrum pacata eſſe valeat; toties merè materialiter ſe habet, ſeu res à Cajo, ſeu à quolibet alio poſſideatur: etenim tunc commune bonum privato prævalet: ſat eſt enim, ſi remoto pavore verus poſſeſſor in ſua redigatur poſſeſſione.
13 Sin autem de ſecũdo ſermo habeatur caſu; & tunc adverſario repulſam quominùs privilegiatus læſus probationes prætermiſſas effi-
14 ciat, haud competere, reor ſecundo: quare hoc in themate Capiciana iſthæc deciſio cõmen-
15 tanda eſt; ſecus verò reſpectu teſtiũ ex privilegiatis adductorũ: etenim in hiſce adverſario repulſam competere par eſt. neu Capicius in iſthac facti ſpecie elocutus fuit.
16 Prima theſis pars ſe ipſa liquet, ac per con-
17 ſequens probatione non indiget: ſiquidem perſonæ privilegiatæ læſæ in probationibus haud factis, competere ſupponitur. præſertim ſi ſit minor, quod in cæteris aliis locum habet, *l. quod ſi minor, §. reſtitutio, ff. de minor.*

l. ſi

l. si Curatorem habens 3. *Cod. de integrum restit. l. siquidem, Cod. de prædiis minor, l. in causæ* 16. §. *interdum, ff. de minoribus, l. finali, Cod. ex quibus causis, l. ait Prætor, ff. de minor, l.* 1. 4. *& ultima, Cod. si adversus usucapionem, l.* 1. *&* 2. *Cod. si adversus donationem, l.* 1. *&* 2. *Cod. si adversus transactionem, l.* 1. *&* 2. *Cod. si adversus solutionem, l. quod si minor* 24. *ff. de minor. l. ex contractu* 44. *ff. de re judicata, l. cum quidam, §. si pupillo, ff. de usuris, l. ait, Prætor, §. hoc jure, cum sequenti, ff. de minoribus.* Pacius, *centuria* 3. *quæst.* 3. Duarenus, *ad tit. ff. de acquirenda, cap.* 10. D. Josephus de Retes, *lib.* 1. *opuscul. cap.* 10. idem Duarenus, *ad tit. Cod. si adversus delicta.* Hunnius ad Treutl. *volum.* 1. *disput.* 11. *quæst.* 81. Antonius Merenda, *lib.* 3. *controvers. cap.* 15. *&* 16. Cujacius, *in l.* 1. *ff. de minor.* Ciriacus, *controvers.* 301. *nu.* 42. Mauricius, *de in integrum restit. cap.* 4. *&* 11. aliique. alioqui duo sectarentur pugnantia: competere, & non competere beneficium. quibus verò in casibus denegatur privilegiatis privilegium hujuscemodi. consule textum, *in l. cum mandato* 23. *ff. de minor. l.* 3. §. 1. *ff. de minor. l.* 3. §. 1. *ff. de minor. l.* 1. *Cod. de his, qui veniam, l. si ex causa* 9. §. *final. l.* 48. §. 1. *ff. de minor. l. auxilium* 37. *de minor.* Auth. *Sacramenta, Cod. si adversus venditionem.* Sforza, *de in integrum restit. p.* 1. *quæst.* 23. *art.* 7. Duarenum, *in l.* 1. *Cod. qui, & adversus quos.* Gomez, *lib.* 2. *var. cap.* 14. *num.* 5. Bronchorst. *centur.* 1. *miscell. cap.* 28. Sarmiento, *lib.* 3. *select. cap.* 12. Fachineum, *lib.* 2. *controvers. cap.* 5. Vinium, *lib.* 1. *select. quæst.* 12. *per totam.* Eguinariumvaro, *in l.* 1. *ff. de postulando,* aliosque.

18 Secunda thesis pars comprobatur: defensitationemque cuilibet naturali inspecto jure competere supponitur, cum sit eidem haud dissentanea. Caramuel, *in Theologia morali, quæst.* 8. *casu* 37. *pag.* 124. Cironius, *in paratitl.* 5. *decret. tit.* 28. *de appellationibus, &c. pag.* 159. ac per consequens contra testes à privilegiatis adductos adversario repulsam competere necessum autumatur: siquidem juribus dissonum foret: cum jura in ambiguis propitiora sint reo, quàm actori, *l. favorabiliores, ff. de reg. juris,* §. *retinendæ.* Instit. *de interdictis, cap. cum sunt partium, de reg. juris, lib.* 6. sive in summario, *cap.* 2. *de testibus in* 6. *cap.* 1. *in fine, de appellat.* Covarr. *practic. cap.* 17. *num.* 4. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *casu* 32. *num.* 6. Clement. *sæpè de v. s.* cum reprobatio sæpè sæpius ad defensionem necessaria sit, quę in hisce judiciis haud denegatur. dicta Clement. *sæpè cap. veniens.* Clem. 2. *de testibus*; ibi: *dummodo possit obiicere tam in personas testium, quàm in dicta.* sive in ordinario, *cap licet* 9. *de probat. cap.* 2. *de testibus in* 6. *cap. præsentium* 31. *de testibus.* Argum. *capitis fraternitatis, de testibus, cap. si cum causa, de testibus.* Tiraquellus, *de retra-*
19 *ctu, tit.* 2. §. 2. Glossa, 1. *num.* 84. inde est, quod adversus hosce crimina etiamnum occulta, ut à testimonio, vel ad eorum fidem minuendam obiici jura imperitant, *cap.* 1. *de exceptio.* cum cunctis procul ab injuria licitè ad se defensitandum uti possit quispiam, *l. fluminum* 24. §. *item videamus, ff. de damno infecto, l. injuriarum* 13. §. 1. *&* §. *quod jure, ff. de injuriis. l. nullus* 55. *l. factum* 155. §. *non videtur, ff. de R. I. cap. cum Ecclesia* 31.
20 *de elect.* neu officit, quod aliena crimina detegere haud fas est, *cap. sententia,* 2. *quæst.* 7. *cap. summa* 6. *quæst.* 1. *cap.* 2. *de offic. ordin.*
21 *cap. cum non, de sententia excomm.* etenim id procedit ubi sine causa à jure approbata crimina spontè divulgantur; secus verò si justa habeatur causa à lege permissa, cum litigator testis infamiam haud intendat, ast dumtaxat eum à testimonio explodere, *l.* 3. *Cod. de officio Rector. Provinc.* adeoque injuriarum actione minimè astringitur: quandoquidem injuria absque animo eam irrogandi minùs patratur, *l. illud* 3. §. 1. *l. item* 15. §. *si quis Astrologus, ff. de injuriis, l. Divus* 14. *ff. ad legem Cornel. de sicar.* cum semper intendat refellere, secus verò injuria afficere, *cap.* 2. *de ordin. cognit. l. qui injuriæ* 53. *ff. de furtis, l. si quis* 12. *ff. de injuriis, juncta l. qui ex libertate* 26. *ff. de liber. causa, l. deferre* 18. §. *sed communem, l. Fiscus* 38. §. *delatores, ff. de jur. Fisci,* Fachineus, 9. *controvers. cap.* 13. Felicius, *allegat.* 73. adversus Iulium Clarum, §. *final. quæst.* 53. *num.* 9. aliosve: alioqui ceu indefensus damnaretur, quod perabsurdum foret; igitur, &c.

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT I.

Testis, qui in prima non fuit repulsus instantia: numquid in appellatione explodendus sit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad 10. ejusdem Thesis probatio.
A' num. 10. usque ad finem, oppugnationes, & solutiones.

1 Haud esse reiiciendū existimo: quare frustratoria ducitur Aretini doctrina, scilicet, *ubi pars non fuerit repulsata.* Author est Masullus, *hìc nu.* 4.
2 Probatur: in appellatione namque novum inchoatur judicium, *l.* 1. *ff. nihil innov. appell. interpos. l. furti,* §. 1. *de his, qui not. infam. l. chirographis,* §. *ab eo, de admin. tut.* Altesserra, 3. *decret. tit.* 29. *de offic. & potest. Judicis delegat. ad capit. pastoralis* 28. §. *præ-*
3 *terea, pag.* 167. ac per consequens universa, quæ in prima judicii discussione defecere, ritè in

in appellatione suppleri par est: siquidem appellatio est exceptionis species, qua damnati adversus sententiã admittuntur, *l.exceptio, de exceptionibus, cap. dilectæ,& cap.fin. sup. eod.* Cironius, *in paratitl.* 4. *decret. tit.* 28. *de appellat. recusationibus, & relationibus, pag.*159. propterea quod appellatio nova Ju-
4 dicii discussio, ac examen differitur: appellare enim juris verbum est, cum is, qui à Magistratu aliquo injuriam passus est superiorem adeat, ut illud decretum rescindat. Author est Hothomanus, *verborum juris,* verbo, *appellare, pag.* 531. & Cironius, loco supralaudato. hinc provocare est ab inferiori ad superiorẽ. Ulpianus ex Prætore edicti, per textum, *in l.* 1. *ff. ex quibus causis major appellat.* idem Hothomanus loco supralaudato sic describẽs:
5 *Appellandi usus, quàm sit frequens, quàmque necessarius nemo est, qui nesciat: quippe cum iniquitatem judicantium, vel imperitia recorrigat licet nonnumquam bene latas sentẽtias:*
6 inde est, quòd provocatio duos importat effectus, unum suspensivum, *cap. pastoralis,* §. *verum, de appellat. cap. si à Judice, eodem tit. in* 6. alterum verò devolutivum, quatenus ejus cognitio cum cunctis accessoriis ad superiorem devolvitur, *cap. dilecti* 55. *vers. præterea, de appellat. cap. romana,* §. *si verò, eodem tit. in* 6. adeoque appellantem ab inferioris Iudicis jurisdictione eximit, *cap. proposuit* 24. *de appellat. cap. romana eodem tit. in* 6. cum ejus causæ desinat esse Judex, *cap. ad hæc* 37. *cap.*
7 *ut nostrum* 56. *de appellat.* quare juremeritò isthac provocatione pendente nil est innovãdum, alioqui beneficium à jure indultum appellanti damnosum foret, aut omninò superfluum, contra regulam *indultum, de R.I. in* 6. quod perabsurdum foret. atque hinc fit, quòd omne, quod post appellationẽ legitimè interpositam actum est, nulla habita provocationis ratione; attentatorum remedio revocatur, *cap. dilecti* 1. *de appellat. l. minimè, Cod. de appellat. l.* 1. *ut lite pendente, l. secundum, ff. de appellat. recip. l.* 1. *Cod. de bonor. appellat. secundum tabulas.* Paulus *lib.* 4. *sent. tit.* 36. *novella* 134. *cap.* 3. *cap. cum nobis* 13. *de elect. cap. cum contingat* 36. *de offic. deleg. cap.* 1. *de dilat. cap. venientes de jure jurando, cap. super eo* 10. *cap. ad præsentium* 16. *cap. cum teneamur* 17. *cap. qua fronte* 25. *cap. pervenit* 18. *cap. de priore* 31. *cap. ad audientiam* 34. *cap. accepta* 35. *cap. ad hoc* 37. *cap. Ecclesia* 38. *cap. an sicut* 42. *cap. constitutus* 46. *cap. bonæ* 41. *cap. pastoralis* 53. §. *verum, cap. cum cessante* 60. *hoc tit. cap. non solum* 6. *eodem tit. in* 6. *l. unica, ff. nihil innova. appellatione pendente, l.* 3. *Cod. de appellat. cap. dilecti* 66. *in fine*; ibi: *Denuncietis penitus non tenere de appell.* Petrus Gregorius *lib.* 50. *syntagmatum, cap.* 2. *num.* 45. & 46. Vultejus *de judiciis, lib.* 4. *cap.* 2. Borrellus *tomo* 2. *decis. tit.* 36. *de attent.* Cujacius *in laudato cap. dilecti, & de præscript. & terminis, cap.* 4. & 7. Faber *in suo Cod. lib.* 7. *tit.* 29. *diffin.* 7. Castillo *de alimentis, cap.* 8. *in princip.* Hunnius *in encyclop. cap. arte* 2. *tit.* 33. Antonius Gomez *in l.* 70. *Tauri, num.* 11. Fermosinus, Balboa, Augustinus Barbosa *in dicto c. dilecti* 1. Vela. *tomo* 2. *dissert.* 38. *num.* 46.
8 Didacus Perez *in tit.* 5. *lib.* 3. *ordin.* aliique. enim verò attentata appellatione interposita, & gesta lite pendente æquipollentia sunt, *cap.* 1. *ut lite pendente, l. unica, Cod. eodem tit.* gesta porrò pendente lite ipso jure infirma sunt, *cap.* 1. *eod. tit. in* 6. igitur idem de attentatis edifferendum est. Covarr. *pract. cap.* 24. *num.* 2. Lancellotus *de attentatis,* 2. *parte, c.* 12. *limit.* 17. adeoque quòad factum rescindenda, secus
9 verò quòad effectum, cum nullus fuerit: neu novum est in jure, ut quod nullum est, atque adeo viribus caret, rescindi ac revocari quòad factum possit, quatenus de facto processit, *l.* 1. juncta Glossa, verbo, *infirmabitur, ff. de feriis, l. quod vulgò, ff. de bonor. poss. contra tabulas, l. si medicus, ff. de variis, & extraordin. cognit. l. si duo, Cod. de rescendenda vendit. l. sed etsi his, Cod. de prædiis minor. cap. accedens il* 1. *ut lite non contestata, cap. dilecti* 10. *in fine de except. cap. ad præsentium* 16. *cap. solicitudinem* 54. *de appellat. cap. non solum* 7. *eodem tit. in* 6. consule Duarenum *lib.* 2. *disput. c.* 30.
10 Nec obstat 1. textus *in c. quoties* 26. *quæst.* 6. ubi secus est prædefinitum, utputà post interpositam appellationem à possessore rei fructus sequestrari posse; igitur pendente appellatione aliquid innovare fas est, ac innovata sustentari.
11 Tametsi provocatione pendente nil innovari possit, verumtamen si fructus litigiosæ rei dilapidentur sequestro subjectari valent,
12 *l. Imperatores,* §. *ult. ff. de appellat.* inde est, quòd cum in supralaudato *cap. quoties,* delapidationis periculo hæsitabatur; ideo fructus sequestrati fuere; nec id pro innovatione habetur.
13 Neu obstat 2. textus *in l. creditor* 60. *in princip. ff. mandati,* ubi haud obscurè docet Scevola appellatione pendente, ac interposita à mandatore fas fore creditori novum intentare judicium; igitur appellatione pendente aliquid innovare jura sinunt.
14 Cujacius *lib.* 1. *respon. Scevolæ, in eodem textu.* Faber in ejus rationali ejuscemodi cõmentãtur textum, edifferentes, quòd in eo textu inter easdem haud datur innovatio partes, à queis provocatum fuit; ast dumtaxat creditor, qui mandatorem convenerat, à quo provocatum fuerat, novo judicio convenire velle reum principalem; quod facessere quippe potest; quinimo & dividere valet actionẽ inter mandatorem, & rem principalem.
15 Neu obstat 3. textus *in c. cum olim* 14. *vers. quibus, de privileg.* ubi apertè est sãcitũ, quod attentata post interpositam appellationem haud revocantur; immo sustineri; igitur, &c.
16 Id partium assensu attentatum fuit, quod ritè fieri potest: inde est, quod textus haud oppugnat; neu appellationis Judici ulla irrogatur injuria; quæ inferri solummodo perhi-

hibetur, non nisi respectu interessis partium, quo desinente lęsionis ratio minimè habetur.

CAPUT II.

PRætermissa in prima instantia repulsa: numquid in secunda, vel tertia rogitari par sit.

SUMMÆ.

Num. 1. primæ Thesis partis prædefinitio.
Num. 2. commentatur Anna, *singulari* 442.
A num. 3. usq; ad 8. ejusdē Thesis probatio.
Num. 8. secundę Thesis partis prædefinitio.
A num. 9. usque ad finem, ejusdem secundę Thesis probatio.

1 DIstinguas: vel fuit scienter prætermissa repulsa, & tunc nec in secūda, nec in tertia rogitanda est in-
2 stantia: quare sic est commentandus Anna, *singulari* 442. apud supralaudatum Masullum, *num*. 4.

3 Probatur: Suo privato cessisse videtur juri, cui resignare potest, *l. si quis in conscribendo, Cod. de Episcop. & Clericis, l. penult. C. de pactis, cap. tuis* 39. *vers. nisi, de testibus, cap. ad apostolicam, de regularibus, cap. si de tertia, de privilegiis*. Tiraquellus *de jure primogen. quæst*. 24. *num*. 4. *cum seqq*. cum nemini irroget injuriam, *l. injuriam*, §. 1. *de injuriis*, *l*. 3. §. *is tamen, ff. de liber. homin. exhibend. l. qui ininjurarum*, §. *is, qui, ff. de jure jurando, l. jure jurando, l. quod Reipublicæ, l. injuriam, ff. de injuriis, l. fluminum*, §. *ult. ff. de damno infecto, l. Proculus, ff. eodem tit. l. si donaturus*, §. *si quis indebitam, C. de condictione ob causā, l. si meo, ff. de aqua pluvia arcēda, cap. cū Ecclesia* 21. *vers. quia de elec-*
4 *ction*. hinc eruditè Sallustius in jugurtha; ibi: *Utinam emori, fortunis meis honestus exitus esset, ne vivere contemptus viderer, si defessus malis injuriæ concessissem*. & ibidem: *nunc neque vivere libet, nec mori, licet sine dedecore; patres conscripti oro vos per liberos, atque parentes vestros, per majestatem Populi Romani, subvenite mihi misero; ite obviam injuriæ*, Terent. in Adelphis 2. 1. 8. ibi: *Tu quod te posterius purges, hanc injuriam mihi nolle factā esse, hujus non faciam*. Plaut. in aulul. 26. 65. ibi: *Ego me injuriam filiæ fecisse fateor tuæ, cereris vigilis per vinum, atque impulsu ado-*
5 *lescētiæ*. nec in litigantis ditione est, pro libito in qualibet judicii parte testes explodere posse; namque judicii stylus ritè servandus, in quo adversarius nullam variandi habet fa-
6 cultatem: siquidem pro lege habetur, cum actus corruat, omissa legis formula, *l. cum hi*, §. *si Prætor, ff. de transactionibus, l. traditionibus, C. de pactis, cap. cum dilecta, de rescriptis, cap. quia propter, de electione, cap*. 1. *de rebus Eccles. non alienandis in* 6. *cap.*
7 *quæ contra, de regulis juris in* 6. siquidem forma substantialis dat esse rei, *l. Divus, ff. de in integrum restit. l. Julianus* 9. §. *quis rem, ff. ad exhibendum, l. qui hæredi, l. mævius, ff. de condiction. & demonstrat. l. cum hi*, §. *cum Prætor adhibitus, ff. de transactionibus, l. qui per salutem, ff. de jure jurando, l. in conventionibus, ff. ad municipalem, l. is, qui* 40. §. *quædam, ff. ad legem falcidiam, l. cum antiquitas*, §. *cum autem, C de testamentis*. Clem. 1. *de rebus Ecclesiæ non alienandis*. Aristotiles, *Physicorum, lib*. 1. *cap*. 9. *quæst*. 10. *art*. 1.

8 Vel fuit haud scienter prætermissa instantia, & tunc in qualibet judicii parte, & per consequens sive in secunda, sive in tertia, testium repulsa per adversarium opponenda est.

9 Probatur: Ubi quis ignorans esse supponitur, toties in culpa minùs esse fertur, cum ignorantia semper in dubio præsumatur, nisi scientia probetur, *l. verius, ff. de probationibus, cap. præsumitur* 47. *de regulis juris, lib*. 6.
10 neu ignorans negligere, neu jus contemnere differitur, *l. nec ignorans, Cod. de donat.*
11 quę enim facti sunt probatione indigent, *l. in bello*, §. *facta, ff. de captivis, & postlim. reversi. l. si emancipati* 9. *Cod. de collat. l*. 1. *Cod. de probationibus, l. quæcumque*, §. *finali, ff. de publican. l. assecuratio, Cod. de non num. pecun. cap. cum Ioannes*, §. *verum, de fide instrum. cap. licet, de constit. in* 6. hinc Plinius *epistola* 164. ibi: *Fuit alioqui in summo discrimine (impune dixisse liceat) fuit nulla sua culpa ætatis aliqua: inde abortus, & ignorati uteri triste experimentum*. & Cicero *lib*. 3. *de offic*. ibi: *Quotus enim quisque reperitur, qui impunitate, & ignoratione omnium proposita abstinere*
12 *possit injuria*: siquidem voluntas in incognitū ferri nequit, *l. repetendi, ff. de condict. ob causā*, ac per cōsequens nulla dignus reputatur pęna, quæ suum sectatur authorem, *l. sancimus, Cod. de pænis, l. absentem, ff. eodem tit*. cum pęna culpæ respondeat suæ, *dicta l. sancimus cap. non afferamus stateras* 24. *quæst*. 1. *cap. quæsivit, de iis, quæ fiunt à majori parte capit. cap. felicis*, §. *illud autem, de pænis in* 6. etsi in hisce benignior factitanda sit commentatio, *l. penult. ff. de pænis, cap. in pænis* 49. *de regul. juris in* 6. *cap. ex literis, cap. in pænis* 49. *de regul. juris in* 6. *cap. ex literis, de constitut*. Tiraquellus *in l. si unquam*, verbo, *revertatur, num*. 246. *Cod. de revocan. donat.* quod suum sibi vendicat locum, etiam si voluntas prava haud perfectè impleatur. hinc Cicero 3. *offic*. ibi: *In ipsa deliberatione facinus inest; etiam si ad id non pervenerit*. & Oratione pro Milone; ibi: *Non exitus rerum solum, sed & hominum consilia, legibus vendicantur: minùs quidem dolendum est, re non perfecta, sed puniendum certè nihilominus*; igitur, ut indefensus minimè damnandus est, alioqui juribus oppugnaretur. Caramuel, *in Theologia morali, quæst*. 8. *casu* 37. *pag*. 124. *l*. 1. §. *ita cum edicto, ff. quæ sententia appellat. l. de unoquoque, ff. de judiciis*. Cironius, *in paratitl*. 5. *decretal. tit*. 28. *de appellat. &c. pag*. 159. ac per consequens quælibet legitima defensio ipsi refundenda erit.
13 hinc Cicero 3. verr. *defensorem in mea persona, non accusatorem laudari volo paterni ju-*

ris

ris defensor, & *quasi patrimonii propugnator sui.* & *lib.1.de orator.*ibi: *Custos,defensorque juris, & libertatis pro Ra.* & *lib.2. offic.* ibi: *causas defensitare.* idem *de clar.orat.*& *lib.1. offic.* ibi: *Si igitur non poterit sive causas defensitare, sive populum concionibus tenere, sive bella gerere, ille tamen præstare debebit, quæ erunt in ipsius potestate.* Terent. in Andria 4. 6.18.ibi: *Simul arbitror jam esse amicum, & defensorem ei*; adeoque testium repulsa in qualibet judicii parte hic factitanda est, *l.momentaneæ, Cod.unde vi, cap.2. de testibus in 6.cap.1.in fine, de appellat. cap. veniens el 2.de testibus, cap.placuit, cap.si testes, vers.lege julia 4. quæst.3. l.1. in principio, ff. ad leg. Cornel. de falsis*, presertim si sint testes ab actore de familia producti sua, *cap. in literis 24.de testibus, & attestat.*Paulus *lib.5.senten. tit.15.§.11. l. 3.l. parentes, Cod.de testibus, l. pridem 6.Cod.de quæst.lib.7. capitul. cap.133.* ibi: *Non sunt illi testes suscipiendi, neque accusatores, qui cum inimicis morantur; vel quos ipsi de domo produxerint, cap.1.vers.vel etiam, cap.item idonei, §. testes, cap. finali, §. testium 4. quæst.2. cap.1. & 2. cap. similiter, vers.vel affines, cap.accusatores 3.quæst.5.cap. absens,§.nec affinis 3.quæst.9. cap.super eo 22. de testibus, cap.insinuante,de offic.delegat.cap. forus, §.finali de verbor.signific.l.idonei 6.l.testis 9.l.testes 14. de testibus.* Cujacius *in dicto cap.in literis 24.de testibus, & ad digesta in legem 34.ff.de testibus, & in l.1.ff.qui testam.* Borrellus *tomo 2.decis.tit.15.ex nu.345.* Petrus Gregorius *lib.5.partit.tit.11.c.4.* Osualdus *lib.25. comment. Donelli, cap.11.* Fornerius *lib.3.rer. quotid. cap.16.* Scipio Gentilis *in Apologiam Apulei,fol.520.*Donellus *lib.23. comment.cap.3.& 5.& in lege 3. Cod.de testibus, & attestat.*Duarenus *ad tit.de testibus,& lib.1.disput.cap.28.*

CAPUT III.

Sequestrum super debitoris bonis factum, quandonam refundere differitur jus.

SUMMÆ.

Num. 1. primæ Thesis partis finitio.
A' num.2. usque ad 9.ejusdem primæ partis probatio.
A' num. 9. usque ad 23. oppugnationes,& solutiones.
Num. 23. secunda Thesis partis decisio.
A' num.24. usque ad 30. ejusdem secundæ partis probatio.
A' num. 30. usque ad finem, impugnationes, & solutiones.

1 Distinguas: vel est ex primo decreto sequestrum, vel ex secundo. sin ex primo, & tunc sequestrum hujuscemodi nullũ refundit jus, ac per consequens neu dominium, neu possessionem transferre potest; nec creditor immissus suos facessit fructus.est Reg.de Marinis,*resol.juris, lib. 1. cap.25. nu. 15. 16. & 17.*aliorumque.
2 Probatur: Natura namque primi decreti, est rei assecuratio, nullumque transferendo dominium: quandoquidem sequestri finis est non nisi rei securitas. juxta text. *in l. fin. C.*
3 *quæ res pign.* etenim tametsi Tò *decretum multiplici pacto accipi possit.* atqueadeò cuncta comprehendit, quæ causa agnita per Judicem prędefiniuntur, *l.1.ff. de constit.princip. l. penult. ff. de offic. Prætor. l. 1.ff. de offic. Assess.* Theophilus, *in §. sed quod Principi, instit. de jure naturali.* Brissonius, & Calvinus, *de verb.signific.* verbo,*decretum.* Goveanus,*in l. jubere, ff.de jurisdict.* Connanus,
4 *lib. 2. comment. cap.* 14. aliique: verumtamen hic accipitur pro Judicis pronunciatione, qua Prætor præhabita causæ notione missionem in possessionem prædefinit, *l. 1.§. hoc autem, l. si finita 15. §. Iulianus, ff. de damno infecto*, quatenus haud de plano simpliciter, ceu edocent Jureconsulti, *in l.neque quidquam 9. §. de plano, ff.de Offic. Prætor. l. non est, ff. de manumiss. vind. l. 1. §. abolitio, ff. ad Turpill. l. penult. Cod. de naufrag. lib. 11.* ast pro Tribunali sedendo. Consule Vul-
5 tejum, *lib. 2. juris prudentiæ,cap. 2.*inde est, quòd primum decretum est *sententia interlocutoria Iudicis,quæ ob contumaciam rei actor in possessionem bonorum mittitur custodiæ causa, ut eam pignoris vice detineat, donec reus veniat responsurus.* Vvesembecius,*ad tit.*
6 *de damno infecto*: quod id seu ratione jurisdictionis, ut docet Brissonius, *lib. 1.select. cap. 3.* seu imperii. Gentilis, *lib. 1. de jurisdict. cap. 3.* Duarenus, *eodem tract. cap. 7.* Merillus, *lib. 1. var.* ex Cujacio, *cap. 3.*
7 & 4. Judici competit,adeoque per decretum hujuscemodi actor haud ipsam rei possessionem consectatur; sed in possessionem solummodo constituitur rei servandæ, vel custodiendæ causa Prætorii pignoris jus habendo, *l. si finita 15.§.Iulianus, ff.de damno infecto,l. officium, §. denique, ff. de rei vindic. l. 5.ff. ut in possess. legat. l. 4. Cod. qui potiores,l. 1. si in causam judic. l. final. Cod. de Prætor. pignor. l. in possess.8. Cod.de bonis author. judicis,cap.penult.de dolo,& contumac. cap. 1. de eo,qui mittitur in possess. cap.pastoralis, 8. §. præterea, ff.de offic.ordin.cap.quærelam 15.de simonia,l.officium 9. ff.de rei vindic. l.3.ff. de usufructu, l.3.§. finali, ff. de acquirenda possess.l.is, cui,ff. ex quibus causis in possess. l. si duo,§.creditores,ff. uti possidetis,l.misso 12.ff. pro emptore,l.non est 23.ff.de pignorat.actione, l. ædium 23.ff. de peculio.l. 3. §. 1.ff. de rebus,l.filius 114. §. cum erit, ff. de legatis 1.* Cujacius, *lib.10. observat. cap.31.* Osualdus *lib. 23. Donelli,cap. finali, lit.* E. Giphanius *in l. consentaneum,Cod.quomodo, & quando.* Duarenus, *de damno infecto, cap.6.* Vvltejus *de judiciis,cap.6. num. 197.* Antonius Faber *de error.decade 10.error.5.& 6. & lib.20.conject.*

ject. cap. 11. Schifordeg. *ad ipsum lib.*1.*tractat.* 7. Corasius, *in dicta l. si finita*, §. *Iulia-*
8 *nus*: secus verò est edisserendum, si reus contumax intra annum priusquàm secundum interponatur decretum; velitque judicium inceptare, ac se defensare; tunc naturalem suorum recuperat detentionem bonorum, persolutis prius expensis, ac cautione præstita judicio sisti, *cap.* 1. *&* 2. *de eo, qui mittitur*, *cap. quoniam*, §. *in aliis, ut lite non contestata*, *l. hæc autem*, §. *ultimo*, *ff. quibus ex causis in possess. l. si pupillus* 89. §. *ultimo*, *ff. de rebus authorit. judic. l. penultima*, §. *penult. Cod. de præscript. trigint.* Authent. *et qui jurat. Cod. de bonis author. judicis*: quibus haud solutis non est audiendus, *l. sancimus*, *l. properandum*, §. *sin autem*, *Cod. de judic.* Menochius, *de arbitr. lib.*1.*casu* 36.

9 Ne 1. edisseras: Decretum hoc causæ notionem involvit, *l. à præcedente*, *Cod. de dilat. l. naturalis* 7. §. 1. *ff. de confirm. tut. l.* 2. §. *si causa*, *ff. de bonor. possess. l.* 4. §. *hoc autem*, *ff. de damno infecto*, *juncta l. nec quidquam* 9. §. *decretum*, *ff. de officio Proconsulis*, *l. ubi cognoscere*, *ff. de constit. princip.* Alciatus *lib.* 2. *paradox. cap.*3. Robertus, *lib.*1.*lect. cap.*23. Re-
10 vardus *pro Tribun. cap.*3. aliique, quę causa porrò agnitionem reposcens, absente, ac inaudito adversario, expediri nequeat, *cap.* 1. *de causa possessionis*. Heraldus *de auctoritate rei judic. lib.*1.*cap.*10.*&* 11. Vultejus *de judiciis*, *lib.*3.*cap.*11.*num.*30. igitur contra absentem in possessionem missio primo ex decreto decerni nefas est.

11 Tametsi enim causæ agnitio ad decretum interponendum reposcatur: verumtamen post tres denunciationes, quæ ad contumacem constituendum reum postulantur, haud insuf-
12 ficienter habetur: inde fit, quòd cum contumax post peremptorium edictum, quodammodo pro confesso habetur: jureoptimo damnari fas, juraque sinunt, adeoque in bonorum missionem primævo ex decreto missionem pati par est.

13 Ne 2. edisseras: Litis contestatio judicii fundamentum est, *l. amplius* 15. *ff. rem ratam*, *l.* 2. *Cod. si per vim, vel alio*, *l.*2. §. 1. *&* §. *sin autem*, *Cod. de jure jurando propter calumn. l.* 1. *Cod. de hæredit. tut. l.*12. §. *ultimo*, *ff. depositi*, *l.*2. §. *finali*, *de prætor. stipulat. l.*55. §. *ultimo*, *ad Trebell. l.*25. §. 8. *de edict. edicti*, *l.*31. §. 13. *ff. eodē*, *cap. dudum* 54. *de elect. cap. prout*, *de dolo*, *&* *contumacia*, *cap. accedens*, *cap. ad hæc*, *ut lite non contestata*, *cap. cum causam*, *de jurament. calum. cap. quoniam contra*, *de probat. cap. ex parte* 30. *de verbor. signific. cap. finali*, *de litis contestatione in* 6. *cap.*2. *de rescriptis*, *in* 5. *collect. l. rem*, §. *patroni*, *Cod. de judiciis*, *l.*1. *in princip. Cod. de litis contestat. l.*2. *Cod. si per vim, vel alio*. Vultejus *lib.* 3. *de judiciis*, *cap.* 1. Cujacius *ad tit. Cod. de judic. & lib.*9. *observat. cap.*21. *& lib.*20. *cap.*21. *& lib.*21. *cap.*3. *& lib.*25. *&* 27. *cap.*33. Donellus *lib.*24. *comment. cap.*1. Hothomanus *lib.* 4. *observat. cap.*5. Cironius *in cap.*2. *de rescriptis*, *& in rubrica*, *de litis contestatione*. Valentia *tomo* 2. *illustr. tract.*2. *lib.*2. *cap.*2. Cujacius, *in l.*3. *C. de edendo*. Cancerius *tom.*3. *var. c.*16. Revardus *pro Tribun. cap.*11. Vinius *lib.* 1. *selectar. cap.*17. Treutlerus *volum.* 1. *tit. de judiciis*, *disput.*12. *thesi* 2. Parladorius *lib.* 1. *rer. quotidian. cap.* 14. Corvinus *lib.*3. *aphorism. juris Pontificii*, *tit.*12. aliique: verùm enimverò procul à litis contestatione sententia aliqua ritè proferri nequit, *cap.*1. *&* 2. *ut lite non contestata*. Avendano *de primo decreto* 1. *parte*, *num.* 3. igitur lite non contestata in possessionem missio adversus contumacem decerni nequit.

15 Tametsi enim lite non contestata sententia proferri nequeat, *cap. quoniam* 5. *ut lite non contestata*, *&c. cap. cum dilecti*, *de purgat. canon. l. properandum* 13. *vers. post litem*, *Cod. de judiciis*, *l. cōsentaneum* 8. §. *final. Cod. quomodo, & quando*. Auth. *sed & si quis*, *Cod. de testibus*, *cap. dudum* 54. *vers. partibus*, *de elect. cap. cum causam* 62. *de appellat. cap. exhibita* 19. *de judic. cap. in nostra* 4. *vers. sed idem*, *de procurat. cap. cum Ioannes* 22. *de reg. juris*, *cap.*4. *de confirmat. utili*. Cujacius, *in cap. accedens*, *ut lite non contestata*. Altesserra, *in cap. quoniam* 5. *eodem*, *& in l. penult. Cod. de testibus*. Petrus Gregorius, *de rescriptis*, *lib.*1. *cap.* 3. *& lib.*48. *syntagm. cap.*5. Escobar, *de purit. sanguin. cap.*14. *quæst.* 1. Salgado, *de retent. bullar. lib.*2. *cap.* 20. *num.* 33. idque ge-
16 nus: attamen id in definitiva procedit sententia, secus verò in hujusce decreti interpositione; quod remedium profectò non nisi ad adstringendum reum, ut litem contestetur inventum est, ut deinde ad definitivam perveniri valeat sententiam.

17 Ne 3. edisseras: contumax in non comparendo aliis juris remediis judicium suscipere cogi potest; aliisque pænis ejus contumacia cohercetur, utputà excommunicatione, *cap.*1. *de judiciis*, idque genus; igitur reus contumax missionem in possessionem pati minùs debet: siquidem cōtumax, qui in jus vocitatus haud venit, in eo est, ut quanti ea res est, aut intersit, plectatur, *l. ultima*, *ff. si quis in jus vocatus*, *l. ultima*, §. 1. *ff. de appellat.* igitur si actor quanti sua interest, assequatur; juremeritò in possessionem mitti haud debet.

18 Etsi aliis pænis, cum propter Judicis contumaciam, tum ut consulatur actori, contumax plectabatur: verumtamen cum adhuc his satis prospectum, consultūque haud esset; juremeritò inventum fuit remedium missionis in possessionem ex primo, vel secundo decreto, quod prudentis Iudicis arbitrio est redigendum.

19 Ne 4. edisseras: Obstat textus, *in l. contumacia* 53. *ff. de re judic.* ubi contumacia Rei litis damno cohercetur; igitur nunquam est necessaria in possessionem missio.

20 Textus hujuscemodi alio extat in themate: quandoquidem de reo loquitur contumace,

qui post primi decreti interpositionem comparuit; solutis prius expensis, possessionem recuperat.

21 Ne 5. edisseras: Obstat textus, *in cap.unico, de eo, qui mittitur in possessionem, lib.* 6. ubi est prædefinitum, quòd beneficialibus in causis in possessionē missio fieri nequit, etiãnum absente,& contumace Reo;igitur absente,ac contumace Reo ex primo decreto in possessionem mitti haud fas est.

22 Textus istiusmodi beneficialibus in causis specialiter procedit; idque nil mirum, ne in beneficiis vitiosus refundatur ingressus, cum ad beneficium obtinendum Ecclesiasticum Canonica reposcatur institutio, *cap. ex frequentibus,de instit.cap.*1.*de regulis juris in* 6. igitur,&c.

23 Si demum ex secundo, & tunc dominium, & possessionem in sequestrantem, per Iudicem transferri docent supralaudati Authores apud de Marinis.

24 Thesis isthæc probatione haud indigere differitur: siquidem secundi decreti natura hujuscemodi est, ut & possessionem, & dominii translationem transferat; alioqui frustra per Iudicem secundum efformaretur decretum: etenim per primum rei assecuratio habita fuit;quod accidit, si Reus obstinato animo comparere noluerit, crescente contumacia augetur pæna, & causa cognita ad secundum pervenitur decretum, de quo agitur, *l. usufructu* 7. §. 1. *ff. de usufructu, l.*4. §. *si fortè, l. si finita,* §. *Julianus, ff. de damno infecto*: quare cum causæ notio reposcatur, iuremerito citatio fieri debet, *l. in causæ,* §. *causa,ff.de minor.l.nam ita divus* 39.*ff.de adopt.l.de unoquoq;* 47.*ff. de judiciis.*

25 Corasius *in dicto* §.*Julianus,num.*15.inde fit, quòd secundum decretum est *secunda interlocutio, qua Prætor aut Magistratus eum,qui ex primo decreto missus est in possessionem,crescente rei contumacia, verum possessorem, aut dominum constituit.* atque hinc fit, quòd ex secundo decreto verus fit possessor, ac usucapiendi conditionem assequitur, *l. prætor,in principio, l.ex damno* 40.§.*ultimo,ff.de damno infecto, l.*3.§.*ultimo,ff.de acquirenda possess. l.*3.§.1.*ff.de rebus eorum, l.consentaneum* 8.*C. quomodo, & quando, l. cum proponas, Cod. de rebus authorit.judic.cap.pastoralis,* §.*præterea de offic.ordin. cap. quoniam,* §. *in aliis, ut lite contestata, cap.penult.& ult.de eo, qui mittitur in possessionem, dicta l.finita,* §.*si plures,&* §.*Julianus.* Antonius Faber *lib.*1. *conjectur.c.*4.*& lib.*2.*cap.*10. Giphanius *in l. si quis ante* 10.*ff.de acquirend.possess.*Brōchrostr.*enantioph. centur.*3.*assert.*90.Cujacius *tract.*9.*ad africanum,in l.cum postulassem* 44.*ff.de damno infecto, & lib.*2.Juliani ad Ursejum,*in l.sed si res ff.commun. dividundo, & lib.*11. *observat. c.*36.Petrus Gregorius *lib.*4. *Syntag.c.*26. Donellus *lib.*15. *commentar. cap.*46. Tuscus *lit. D. conclus.* 112. cum actor realem intendat actionem:sin autem personali agat actione,

26 tunc dumtaxat possessio transfertur,cum facultate percipiendi fructus,ad rationem ejus, quod interest; adeoque probandi onus in adversarium transfertur, ac interea à possessione arcetur,purgata etiamnum contumacia.

27 Schifordeg. *tract.*7. *quæst.*5. neu id novum est in jure, cum sæpè sæpius soleat Prætor Rei absentis bona divendere, ac ex ipsorum pretio creditori satisfacere; & ex suppositione, quod emptor haud inveniatur, tunc bona ipsa creditori adjudicantur, *l.fulcinius* 7. §. *prætor, ff. quibus ex causis in possess.* consule textum *in l.*1.*l.prætor* 7.§.1.*l.si finita,*§.*si plures, ff.de damno infecto, l.*2. §. *ultimo, ff. si ex*

28 *noxali causa*: facultas verò immittendi in possessionem ex secundo decreto: numquid cuilibet competit Magistratui, dissentio est apud Doctores:propterea quod nonnulli edocent,quod in possessionem secundo ex decreto immisso solummodo merum, vel mixtum habentibus imperium competit. Gentilis *de jurisdict.lib.*1.*cap.*24. Orosius *in l. jubere nu.*

29 7.*ff.de jurisdict.* disparitatem refundunt: quatenus ex primo decreto missio, cunctis indulget Magistratibus Prætor; non nisi ratione celeritatis, ut res creditori secura fiat; secus verò ex secundo decreto,cum hoc secundum haud concessit, *l.*1.§.*si duas, ff.de damno infecto* Schifordeger.*tract.*7.*quæst.*2.Faber *decade* 10.*error.*6.Donellus *lib.*15.*comment.*46. ast melius loci consuetudinem in isthac facti specie servandam fore existimo, quandoquidem in ex secundo decreto immissione, maturum reposcitur examen, quod prudentis Judicis muneri est redigendum.

30 Dices hìc 1. lapso anno post primum decretum interpositum,ex incontinenti in possessionem missus,verum rei possessæ dominiū adipiscitur,*dicto cap.quoniam,* §.*in aliis*; ibi: *Actor post annum verus constituatur possessor, cap.contingit de dolo,& contumacia*;ibi:*Actor verus constituatur elapso anno possessor, cap. pastoralis,* §.*præterea*; ibi: *Ne alius post annum verus efficiatur possessor, cap. contingit, de dolo, & contumacia*; ibi: *Actor verus constituatur elapso anno possessor*; igitur dictum decretum est superfluum.

31 Pro hujusce argumenti solutione Authores nonnulli autumarunt actiones reales, personalesque inter se discriminari: quatenus in personalibus omnino secundum desideratur decretum; secus verò in realibus, in queis unius anni lapsus reposcitur ad veram transferendam possessionem. Menochius *remedio* 3.*num.*206.Pichardus *in dicto* §. *in summa num.*145.Abbas *in dicto cap.cum aliis, num.*

32 21.& 42.aliique: verùm in realibus, & in personalibus necessarium est post anni lapsum secundum decretum, ut possessio in actorem transferatur, *dicta l.si finita,* §.*Julianus, &* §. *si quis autem, cap.*1. *de eo, qui mittitur in possess.dicto cap.quoniam,* §.*in aliis*; ibi: *Tribus edictis legitimis evocavit, & tunc ipso in eadem voluntate manente, negotium summatim*

tim examinans, in possessionem ipsarum rerum actorem mittere non tardavit, omnino allegatione super principali quæstione reservata: quæ profecto verba expresse de secundo eloquuntur decreto, & tamen in reali interponitur actione, & in terminis ipsius actionis, *cap.* 2. *de eo, qui mittitur in possess. in* 3. *collect.* Cujac.
33 *ad tit. de eo, qui mittitur in possess.* neu obstat textus *in dicto §. in aliis*, cum similibus, qui commentandi sunt secundo interveniente decreto, itaut lapso anno, & post secundum decretum actor verus stabilitur possessor.

34 Dices 2. per secundum decretum haud possessionem, seu usucapiendi conditionem, ast verum consequitur actor dominium, *l. 1. ff. de fundo dotali, l. ususfructus* 7. §. 1. *ff. de usufructu, l. 4. §. ultimo, cum leg. sequent. l. commun.* 7. §. *sed si rem, ff. communi dividundo, l. si finita* 15. §. *postquam, ff. de damno infecto, l. 2. §. ultimo, ff. si ex noxali, l. electio* 26. §. *ultimo, l. generaliter* 28. §. *ultimo, ff. de noxal. l. servum* 6. *ff. de publican.* Cujacius *lib.* 21. *observat. cap.* 36. *& tract.* 6. *ad africanum, in dicta l. generaliter* 28. Salicetus *in auth. ei, qui, Cod. de bonis author. judic. num.* 23. igitur per secundum decretum, & possessio, & verum transfertur dominium.

35 Roboratur 1. tametsi prætor possessionem transfert: attamen per necessariam illationem atqui suapte natura sequitur, ut quiritarium transferatur dominium, *l. 1. ff. de bonor. possess.* cum sit adstrictus, & rem, & vacuam transferre possessionem, ut & venditor, *l. ultima, ff. de condict. causa dat. l. ex empto* 11. §. *idem* 9. *ff. de action. empti.* Donellus *lib.* 4. *comment. cap.* 1. igitur si possessionem refundat; ex templo dominium emptor adipiscitur usucapione haud expectata, *dicta l. ex empto* 11. §. 2. *l. clavibus* 74. *ff. de contrahenda emptione, l. 1. ff. de acquirenda possess.* igitur si per traditionẽ possessionis acquiritur dominium; à fortiori secundo ex decreto dominium transfertur.

36 Roboratur 2. per secundum decretum ex causa damni infecti, vel servi haud defensi necessariò dominium transfertur: cum possessor, & ædes, & servum pro derelictis habeat, *l. prætor* 7. §. *ultimo, l. si finita* 15. §. *non dum, ff. de damno infecto.* Osualdus ad Donellum *lib.* 15. *comment. cap.* 46. *lit. L.* igitur dominium à vero derelictum domino ex incontinenti acquiritur actori, possessionem ex secundo occupanti decreto.

37 Nonnulli respondent, quòd actor ex secũdo decreto in possessionem missus dominus fit, si reus absẽs verum obtinebat dominium, secus verò si solummodo possessionem habebat: siquidem in contumaciæ pęnam rectè potuit lex dominum suo privare dominio. argumento textus *in c. 1. de rescriptis, l. item si verberatum* 15. §. 1. *ff. de rei vindic. l. lucius, ff. de evict.* ita Gothofredus *in dicto §. Julianus.* Giphanius *in l. si quis ante* 10. *num.* 15. *ff. de acquirenda possess.* Osualdus *in dicto cap.* 46. *Donelli lit. L.* Donellus *lib.* 15. *comment. c.* 46.

38 Pro argumenti hujusce solutione, prisco Romanorum jure duplex erat dominium: bonitarium, seu naturale unum; alte-
39 rum verò quiritarium, seu civile. Quiritariũ nonnisi per usucapionem, vel per juris cessionem, vel per mancipationem, vel per legis adjudicationem, Romanorum jure ante Iustiniani constitutionem acquirebatur. Antonius Augustinus *lib.* 1. *emendat. cap.* 7. Cujacius ad Ulpianum *tit.* 19. *& in l. 2. ff. de servi. in l. unica, Cod. de nudo jure quirit. l. unica, C. de usucap. transfer.* Connanus *lib.* 2. *commentar. cap.* 6. *num.* 9. Robertus *lib.* 1. *recept. lect. c.* 23. Ulpianus *tit.* 19. *de dominiis.* Brissonius *lib.* 4. *select. cap.* 22. *& de v. s.* verbo, *dominium.* Faber *lib.* 7. *conjecturar. cap.* 4. *& lib.* 20. *cap.* 11. Revardus *ad leges* 12. *tabul. cap.* 16. Boni-
40 tarium, seu naturale verò non nisi per traditionem acquirebatur; cum jure fruendi, retinendi, & recuperandi juxta earum possessionem, aliquando perpetuam, aliquando verò temporalem, quod profecto dominium dabatur in rebus provincialibus, stipendiariis, & tributariis, de quibus *in §. traditionum instit. de rer. divis. §. 1. instit. quibus alienar.* quod discrimen usque ad Iustiniani Imperatoris tempestatem duravit, qui illud abstulit *in dicta l. unica, Cod. de nudo jure quirit. tollendo, l. unica, Cod. de usucap. transfer.* his positis.

41 Respondet Cujacius *lib.* 21. *observat. c.* 36. *& tract.* 9. *ad African.* §. 1. *de damno infecto*, quod præfata jura dominium actori, ex secũdo decreto in possessionem misso concedentia; non nisi de bonitario intelligenda sunt
42 dominio: textus verò qui solummodo possessionem, ac simul usucapiendi conditionem ad adipiscendum dominium refundunt de quiritario commentandi sunt dominio: disparitatis ratio est, quatenus quiritariũ transferre dominium sit legis, secus verò jurisdictionis, juremerito prætor possessionis dumtaxat dominium transfert; non autem proprietatis, §. *quos*, Instit. *de bonor possess.* Osualdus ad Donellum *lib.* 7. *cap.* 14. *lit.* D. Fachineus *lib.* 13. *controvers. cap.* 29. Faber *in juris-*
43 *prudẽt. tit.* 2. *princip.* 10. *illat.* 1. inde est, quòd textus *in l. sciendum, ff. de V. S. l. sed si res* 5. *ff. communi divid. l.* 3. *ff. si ususfructus pet. l. herẽnius* 42. *ff. de usuris, l.* 3. §. *ultimo, ff. de acquirend. possess. l. 1. ff. de bonor. possess. l. 1. ff. de success. edict.* in queis est prædefinitum, quòd Prętor dominium tribuens; non nisi de bonitario interprætandi sunt dominio. Cujacius *ad ff. in l. 1. ff. de bonor. possess.* & tametsi qui dominus est usucapere nequit, *l.* 4. §. *lana, ff. de usucap.* cum quicquid meum sit; amplius fieri meum nequeat, *l. in bello*, §. *si quis servum, ff. de cap-*
44 *tivis*, §. *sic itaque* instit. *de action.* attamen quia actori ex secundo possidẽti decreto, quiritarium deest dominium, & inter modos illud acquirendi usucapio annumeratur, juremeritò debet actor rem ipsam virtute decreti possessam usucapere, ut perfectum assequatur dominium.

 45 Nec

45 Nec obstat, quòd traditione procul ab alio facto dominium transfertur: nam id verum est de bonitario dominio, secus verò de quiritario, quòd præter traditionem, usucapio verificari debet, *l. traditionibus*, *Cod. de pactis*, *l. nudæ*, *ff. de acquir. rer. domin.* §. *per traditionem.* ubi Theophilus *instit. de rer. divis.*
46 intra quod tempus, utputà si post secundum decretum reus contumax comparverit, ac audiri reposcit, tunc proprietatis quęstionem in Senatu intentare potest, ad quam dumtaxat regressus ille competit, *dicto c. quoniam*, §. *in aliis*, *dicto cap. contingit*, *de dolo*, *& contumacia*, *dicta l. si finita* 15. §. *postea*, etsi elapsi sint decem anni inter præsentes, vel 20. inter absentes; tunc super dominio haud amplius sit audiendus. Avendano *de* 1. *&* 2. *decreto* 3. *par. num.* 19. consule Fabrum *de errore*, *de-*
47 *cade* 1. *error.* 5. *&* *decade* 10. *error.* 6. inde fit, quod si bonorum emptor haud reperiatur; tunc creditori jure dominii bona adjudicantur, *l. finali*, *Cod. de jure dominii impetrand.*

CAPUT IV.

Sequestrum in litis primordio: numquid per Judicem fieri possit.

Si unus possideat, & hæsitatur, num verus sit possessor, alter verò haud possidet, volens possessorem perturbare: utrum Judici rem illam sequestro subiicere debeat.

Sequestrum per appellationis Judicem, lite pendente super possessorio ob armorum pavorem factum: numquid ad possessoris instantiam, parte alia instante, pro sententiæ executione dirimi valeat.

SUMMÆ.

Num. 1. primę Thesis prædefinitio.
A'num. 2. usque ad 10. ejusdem Thesis probationes.
Num. 10. secundæ Thesis decisio.
A'num. 11. usque ad 17. ejusdem probatio.
Num. 17. & 18. tertiæ Thesis prædefinitio.
A'num. 19. usque ad finem, ejusdem Thesis probatio.

1 SI de primævo verba faciamus themate, tametsi jure cautum habeatur, ut à sequestro regulariter loquendo, minimè incipiendum sit: verumtamen si probabilis adsit timor, quominùs partes ad arma deveniāt, ritè pernobile Iudicis munus sequestrum effici posse existimarunt, Bartolus, Alexāder, Baldus, Reg. Revert. *dec.* 47. ubi Reg. de Marinis, aliique.

2 Prima thesis pars probatur ex *l. unica*, *Cod. de prohibita sequestr. pecun.* Clementina 1. *de sequenstranda possessione.* Author est idem Reg. Revert. siquidem sequestrum alienationis spe-
3 cies est, ac per consequens ad alienationis viam protendit, *l. licet* 17. *in fin.* ibi: *Rei depositæ proprietas apud deponentem manet*, *sed & possessio*, *si apud sequestrem deposita est*. Nam tunc demum sequester possidet, id enim agitur eadem depositione, ut neutrius interim possessionis tempus procedat: Tametsi rigorosè loquendo possidere haud differitur, *l. is cui* 5. *ff. ut in possess. legat. l. cum legatorum* 12. *ff. ex quibus causis in pos. eatur*: sequestrum namque executionis species est, cum fructum utile privet, *cap.* 7. *de restitut. spoliat.* adeoque perabsurdum foret in litis exordio ab alienationis specie exodiri.

4 Secunda thesis pars probatur ex textu in *l. si usufructus*, §. *æquissimum est*, *ff. de usufructu*, *l. finali*, *ff. de officio procurator. Cesar.* idem
5 Reg. Revert. Author est: etenim prudentis Iudicis autumatur Judex, si rem sequestro subii-
6 ciat, ne partes ad arma deveniant. Clem. 1. *de sequestro*, *l. proprie* 6. *l. licet* 17. *ff. depositi*,
7 *cap.* 1. 2. *&* 3. *de sequestro*. siquidem sequestro confecto dissidia pessundantur, ac quies, quæ in omnibus præstanda est aliquo pacto mortalibus imponitur; cum Judicis partes sint id facessere. hinc Tullius actione in Verrem sic
7 memoriæ mandat: *Judex bonus nemo esse potest*, *qui suspitione certa non movetur*. quandoquidem ad majus effugiendum malū, inconveniensque prudentis Judicis est minùs sectari malum, quod rem seque-
8 stro subdere foret: propterea quod naturalis id dictat ratio, ut perpendenti liquet: quare
9 jure meritò principium hujuscemodi fundatur, ubi res hæsitabilis est: numquid Fulano, vel Titio competat, vel nisi sequestrum fiat summum evenire possit detrimentum, tunc confestim confiscationi subdenda res est, ut pax, tranquillitatesque in civitate detineantur. hinc Tullius 1. offic. ibi: *Paci*, *quæ nihil habet insidiarum*, *semper est consulendum*, & Philip. 2. ibi: *Nomen pacis dulce est*, *& ipsa res salutaris.* & indidem: *pax est tranquilla libertas.* & Philip. 13. ibi: *Dulce est nomen pacis*; *res vero ipsa cum jucunda*, *tum salutaris.* & 1. de finibus; ibi: *Civitas in seditione non potest esse beata.* & 2. offic. ibi: *Proprium est civitatis*, *atque juris*, *ut sit libera*, *& non solicita suæ rei cujusque custodia.*

10 Sin autē de secundo sit sermo casu: tametsi verū sit, quod ubi duo præsumerēt; tunc Judex rē sequestrare debet: verūtamen nostro in casu res sequestro haud subdenda est, quinimò muneris Judicis est possidentem defensitare, ne à sua deturbetur possessione, ac per consequēs interdicere adversario, ne illum perturbet, est Francisci Marcii, aliorumque. Author est supralaudatus Reg. de Marinis *observat. ad decis.* Reg. Revert. 47. *num.* 2.

11 Probatur: quilibet possidens in sua detineri debet possessione adusque per probatio-
12 nes adversarii devincatur; cum melior sit possidentis conditio, *l. si debitor*, *ff. de pignor. l. is*, *qui destinavit*, *ff. de rei vindicat. l. fin. Cod. eod. tit. l. qui accusare*, *Cod. de edendo*, §. *retinendæ*, *vers. commodum*, Inst. *de interdict. cap.*
13 *pro possessore*, *de reg. juris*, *lib.* 6, inde est, quòd in-

interdictio retinendæ possessionis se tutari potest, *l. nil tam naturale*, §. *nihil commune*, *l.3.§. hoc interdictum*, *ff. uti possidetis*, *l. unica*, *ff. utrobi*, §. *retinendæ*, Instit. *de interdict*. Paulus *lib.5 senten. tit.6. in princip*. Hothomanus *lib.7. observat. cap.6*. Sarmiento *lib.2. select. c.13*. Duarenus *lib.1. disput. cap.21*. Petrus Gregorius *lib.21. syntag. cap.10*. Cujacius *lib.5. observat. cap.22*. Donellus *in l. unica*, *Cod. uti possidetis*, & *lib.5. comment. cap.32*. Eguinarius *lib.6. man. tit.17*. Fachineus *lib.8. controvers. cap.14*. videlicet remedio *uti possidetis*, *l.1. ff. utrobi*, *l. majorem 156. ff. de verb. signif.*

14 quam si deperdat illam variis remediis reacquiri fas, iuraque sinunt, nempe interdicto undevi, cōdictione indebiti, *l.1.& per totum*, *ff. de condict. indebiti*, condictione triticaria, *l.1.& per tot. ff. de condict. triticar*. idque genus. consule Merillum *lib.1. var.* ex Cujacio, *cap.22.& lib.3. observat. cap.10. & lib.1. var.* ex Cujacio *cap.20*. Vvesembach *disput.10. num.18*. Cujacium *in tract.2. ad afric. in l.23. ff. de rebus creditis*, & *in l.4. Cod. de pactis*, & *in l.10. Cod. de cond. indebiti*, & *ad tit. ff. de condict. ex lege*, & *lib.19. respons*. Papin. *in l.5. de censibus*, & *lib.9. qq.* ejusdem *in l. rem. 78. ff. de furtis*. Genoa *in conciliat. fol.215. & 218. in parvis*. Arias de Mesa *lib.1. var. cap.47*. Donellum, Duarenum *in ff. de condict. indebiti*. Menochium *de recuper. remedio 2*. quare pro hac materia adnotandi sunt textus *in l. tribus*, *ff. de usufructu earum rer. l.3. ff. de legatis*, *l. cum quis 22. ff. de O.& A. l. mercis 207. de V. S. l. si me*, & *Titium 2. ff. de rebus creditis*, *l. si quis intentatum*, *l. finali*, *Cod. unde vi*.

15 atque hinc fit, quòd si ambo in foro compareant, ille est in possessione prȩferendus, qui priscam perabundè, feraci ūsque commonstrat possessionem assiduatam, ac titulo justificatam, *cap. licet 9. de probat. l. unica*, *Cod. uti possed.* §. *retinendæ*, *instit. de interdictis*, *c. cum venissent 6. de instit. cap. cum. personæ 7. vers. quod si tales*, *de privileg. in 6*. Duarenus *lib.1. disput. cap.9*. Cujacius *lib.7. observat. cap.38*. Hothomanus *illustr. quæst.31*. Goveanus *lib.1. var. cap.3*. Fachineus 8. *controvers. cap.6*. Balboa *in laudato textu*, *in cap. licet*. Posthius *de manuten. observat.42. & 71*. Cancerius 3. *par. var. cap.14*. Fontanella *de pactis nuptial. clausula 2. glos.3. num.31*. Cyriacus *lib.1. controvers.23*. Vaconius *lib.2. declarat. cap.44*. aliique: quod Iudicis officio, secus armorum

16 vi effici queat, ut ex ipsismet dignoscitur terminis. hinc Tullius 2. *de offic.* sic describit: *Judicis semper est verum sequi*. & 6. act. in Verrem; ibi: *Est boni Judicis parvis ex rebus conjecturam facere uniuscujusque*, & *cupiditatis*, & *incontinentiæ*. Requisita autem, quæ in rei sequestratione reposcūtur inspici queūt apud supralaudatum de Marinis *hic*, *num.5*.

17 Sin postmodū de tertia eloquamur facti speciе; & tūc perimi posse reor, dūmodo armorū timor extinctus sit. est contra Afflict. *decis.98*. Muscatellū *in praxi Sacr. Consilii*, *lib.2. par.1*. Glossa *in forma*, *num.41*. Antonium Fabrum *in ejus Cod.* Tit. *lite pendente*, *defin. 9*. aliosque. Author est Thorus *tom.1. comp. dec.* §. *sequestrum factum à Judice appellationis lite pendente*, memorans, secus prædefinitum fuisse, ut scilicet debeat possessor intra sex

18 dies causam allegare: quare sententia adversus ipsum executioni demandari minùs debet.

19 Probatur: finis cur sequestrata fuit res isthęc nonnisi ne partes manibus, armisque inter se consererent, ac per consequens ad hujusmodi effugiendam scandalum, malumque extincto fine, res ad priscam reverti debeat libertatem. juxta triviale brocardicum illud: *desinente causa, deest effectus*, *l. adigere*, §. *quamvis*, *ff. de iure patronatus*, *l. si pater*, *ff. de hæred. instit. l. generaliter*, *Cod. de Episcop.* & *Cleric. l. cum te*, *Cod. de pacto inter emptor. cap. magnæ*, *in fine*, *de voto*, *cap. cum cessante 60. de appellat.* cum res, per quas gignatur causas, per easdem pessundatur, perimiturque, *cap. omnis 27. q.2. cap. omnis res*, *de regul. juris in 6*. qua

20 re perabsurdum est edisserere, ut sex reposcantur dies (ut somniarunt adversarii) in queis rei possessor edocere debet Judicem de causa, cur sequestrum extinguendum sit.

DECISIO LVI.

IN Causa Pinti de Laudisiis, cum Aurelio de Laudisiis, & fratribus, quorum Pintus ipse est accus. Fabricato processu spolii, ad instantiam dictorum nepotum contra Avum, in cujus potestate existunt usque ad conclusionem in causa, opponitur per dictum Pintum de pluribus contra dictum processum, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

PRocessus spolii ad nepotum instantiam in avia existentium facultate contra avum, usque ad conclusionem in causa fabricatus: numquid firmus ducendus sit.

SUMMÆ.

Num.1. Thesis prædefinitio.

A'num.

A'num.2.usque ad 10.ejusdem Thesis probationes.

A'num. 10.usque ad finem oppugnationes, & solutiones.

1 ESse firmum per S. C. fuisse prædefinitum,literis prodit Antonius Capicius in isthæc verba; ibi: *Totum consilium fuit in voto, quod valeat processus,& fuimus D.Vice Prothon.D.Anton.Palm.D.Joa. Loysius de ath.D.Marcell.Gazella,& ego.at Do. Jo:Marti.& Do.Joan. Marcell.fuerunt in voto contrario: tandē omnes in hoc conclusere, videlicet, quod validato processu,& actis:pars Avi admittatur ad faciēdas defēsiones M.Actorum Francischellus Campellonus.* est Vivii *in sylva com.opinion.in opinion.* 317. aliorumque. Author est Thorus *compend.decis. tomo* 1.§.*processus agitatus per nepotes super spolio.*

2 Probatur 1. tametsi Nepos sub Avia esse supponitur facultate,si superstite Avo ante filii emancipationem sit genitus.argum.textus *in* §. *illud autem* 9. *quibus modis jus patriæ potestatis solvitur*, §. *sui autem*, instit. *de hæred. quæ ab intestato deferuntur, l. sic eveniet* 21.*ff.ad leg.juliam,de adulter.l.gallus* 29.§.*& benè, &* §.*videndum, ff. de liberis, & posthumis, l.si quis* 14. *Cod.de inofficioso testam. l.*2. *ff.de vulgari substit.l.*10. §.2.*ff.de testam. tut.* Franciscus Hothomanus 2.*instit. tit.*13. *de exheredat.liberor.lit.F.pag.*324.Eutropius *lib.* 7.Octavianum Augustum nuncupat Julii Cæsaris Nepotem, quia filius erat Aviæ sororis Julii Cæsaris. Livius *in epitome* 116. Nepotē Octavianum appellat; verumtamen in iis,quæ in sui præjudicium ab Avo inferri possunt, haud in ejus esse existimatur ditione: alioqui Avo anza præberetur sui uti Nepotis bonis, adusque in ejus potestate existat: etenim inspecta isthac tempestate, qua nepotes in Avia
3 stent ditione, minùs se tutari queunt; cum processus adversus Avum à Nepotibus minimè efformari possit; igitur ad effugienda absurda isthæc; juremerito S.R.C. processum firmum sanxit.

4 Probatur 2.paritate à filio familias ducta, qui tametsi ut filius familias in paria extet facultate, *l.*5.*ff.de his,qui sunt sui, vel alieni juris*, adeoque quicquid lucratur, eidem acquirit, *l.si venditor*, §.*si pupillus,ff.de in diem adjecto, l. placet* 79.*ff. de acquirenda hæredit.* Hothomanus *observat.lib.*5.*cap.*13. *pag.*149. eoque superstite quasi dominus vocitatur, §. 3. Instit. *de rerum qualitate, & differentia*, cum in patris bonis dominium quòad spem habeat, *l.in suis, ff.de liberis, & posthumis*, & si quòad geniti, & genitoris rationē discrimi-
5 natur, *l.*11.*ff.de liberis, & posthumis*: verumtamen tutorio nomine contra ipsummet Patrem agere possit, & si haud ut filius, ast ut tutor; cum tutela munus sit publicum, *l.*1.*& ultima, ff. de muner. & honor. l. non tantum* 17.§.2.*ff.de excusat.*& publica ejus sit causa, *l.si filius* 9.*ff.de his, qui sunt sui,vel alieni juris.*Hothomanus 1.*instit.de excusat. tutor.lit. E.pag.*168.quemadmodum si Pater adventitia abuteretur filii re,in qua usumfructū haberet, quippe filius adversus Patrē agere sas, juraq; sinūt, cū unusquisq; rem suam defensitare æquū
6 sit; quādoquidem in adventitiis bonis dumtaxat usumfructum habet, *l.cum oportet* 6.*Cod. de bonis, quæ liberis*,quem emancipando medietatem deperdit, in profectitio verò,& usūfructum, & proprietatem,*dicta l.cum oportet*, in quo nil immutavit Justinianus,secus in adventitio,in quo nonnihil mutavit; exēplar su-
7 periorū sectatus Imperatorū.enimverò prisca inspecta tempestate adventitiū omne peculiū pleno jure parentibus adipiscebatur: primus Cōstantinus materna detraxit bona, quorum usumfructum solum patri refundit, *l.*1. *&* 2. Cod.Theodos.*de maternis bonis,lib.*8.Gratianus verò, Valent.Theodo.Arcad.& Honor.*de bonis ex materna cognat.delatis*, idem sanxere, *l.*3.*&* 4.ejusdem Tit. Theodos. porrò, & Valent.hoc ipsum ab bona,quæ ex matrimonio manarant,produxerunt,*l.*5.*eodem.* & Anthemius etiam ad lucra nuptialia, & sponsalitia, *l.*4.*&* 5.*Cod.de bonis, quæ liberis.* Justi-
8 nianus postmodum decrevit quacumque ex causa ex linea materna aliquid acquiratur; tunc filio quòad proprietatem, patri verò
9 quòad usumfructum acquiri; secus in castrensibus, vel quasi, in queis, & proprietas, & ususfructus filio adipiscuntur, *dicta l. cum oportet, l.*2.*Cod.de patria potestate*; igitur non est in jure novum, quòd tametsi,A, sit in facultate sub una ratione,B; attamen sub alia ratione potest non esse in ejusdem manu.

10 Neu 1.obstat textus *in l. lis nulla, ff. de judiciis*, ubi id expressè sancitum est; ibi: *Lis nulla nobis esse potest cū eo, quem in potestate habemus,nisi in Castrēsi peculio*; igitur si Nepotes in Avia esse supponuntur ditione, jure optimo est differēdum,processum fore nullū. Author est supralaudatus Capicius, *hìc nu.*1.

11 Textus istiusmodi nostræ haud opponitur thesi: siquidem edocet ubi in aliena existenti ditione, nullum infertur præjudicium; quare si in castrensibus filio familias præjudicium inferatur,quippè se tutari posset; igitur si textus hic in fucultate extātibus, se defēsandi in castrensibus facultatem refūdat; identidē aliis in rebus, in queis præjudicium esse potest: cum utrobique par urgeat ratio, ac per consequens eadem juris prædefinitio, *l.illud,ff.ad l.aquiliam, l.si postulaverit*, §.2.*ff.ad l.juliam de adulter,l.quidam nummularios, ff.de edendo, l.nauta*, §.*fin.ff.nautæ, caup.l.à Titio,ff.de furtis, l.illud, Cod.de Sacrosanct.Eccles.*§.*si igitur*,Instit.*quod cum eo.*hinc Cicero 3.Tuscul. ibi: *Munus animi est ratione uti*. & ad Brutum 16.ibi: *Nihil per se amplum est, nisi in quo judicii ratio extat.* & 2.Tusculan.ibi:*Nihil potest esse æquabile, quod non ex certa ratione proficiscatur*: quare & de Nepotibus, & de filiis familias, idque genus, idem prædefiniendum erit.

12 Nec

12 Nec 2. obstat edisferere: cunctis in hisce bonis usumfructum habere supponitur avus, quemadmodum in profectitiis; igitur infirmus ducendus sit processus. Author est idem Antonius Capicius *hic,num.2.*

13 Dato antecedenti,infirma ducitur ejusdem illatio: etenim quod Avus in nepotis bonis usumfructuum habeat; id merè materialiter se habet:cũ universaliter loquendo semper ac nepotis, vel filii præjudicium habeatur, nunquãnon adversus Avum fabricandus sit processus,ne nepos,vel filius,depauperentur,quod

14 juribus dissonum foret: propterea quod horũ bona potius asservanda, quàm pessundanda sunt.hinc Cicero 4.*ad Heren.*ibi:*egens est,qui non satis habet,& is,cui nihil satis potest esse*. & Parad. ultimo: ibi: *improbi, & avari quoniam incertas, & in casu positas possessiones habent,& plus semper appetunt:nec eorum quisquam adhuc inventus est, cui quod haberet esset satis;non modo non copiosi;ac divites; sed etiam inopes,ac pauperes existimandi sunt.* & 1.*officior.*ibi:*copiæ parvæ singulorum sunt, eorum autem, qui iis egeant infinita multitudo*. Et ad Populum, & Equites Rom. antequam iret in exilium; ibi: *singulorum opes sæpè sunt tenues, & infirmæ ad gratiam referendam, ut opitulari benemerentibus non queant, si maximè cupiant*.

15 Nec 3. obstat: Avus iste legitimus est nepotum administrator, *l.finali, Cod. de bonis, quæ liberis,l.1.C.de bonis maternis*;igitur,&c.

16 Nam dato antecedenti nulla est ejus illatio: si malè administraret Avus sanè processus adversùs eumdem fabricari posset, ac per consequens firmus duceretur.

17 Nec 4. obstat: Per nepotes nostro in casu haud rogitata fuit venia; igitur infirmus ducendus sit processus.

18 Dato antecedenti infirma est ejus illatio: etenim num licentiæ deficientia judicium infirmat, id in jure haud exploratum est; cum quamplurima sint jure consultorum placita,

19 ac per consequens nil stabiliendum est: an revera venia isthæc à filio, vel nepote rogitanda potius, quædam reverentia est, quàm essentiale autumatur requisitum.

Pro decisionis istiusmodi illustratione.

CAPUT I.

PRocessus cum minore octodecim annos agente procul à Curatoris authoramento fabricatus: numquid firmus ducendus sit.

Processus minoris cum Curatore factus, qui universa haud adimplevit requisita:utrum sit validus.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.

A'nu.2.usq;ad 6.ejusdẽ Thesis probationes.

Num. 6. & 7. secundæ Thesis finitio.

A' num. 8. usque ad finem, ejusdem probatio.

1 SI primo de themate sit sermo, & tunc esse firmum reor.est Afflicti,*decis.283. num. 4.& 5.* aliorumque, Author est Thorus *tomo 1. compend. decis. §.processus agitatus cum minore 18. annorum.*

2 Probatur 1.Minori ex jure inhibitum est, ut absque Curatoris persona in judicio contendere nequeat, *l. puberes 101.ff. de verborum obligationib. l.sciendum 20.ff. de ritu nuptiarum,l.ait Prætor 7.§. 1.ff. de minoribus,l.nam posteaquam 9.§.si minor,ff.de jure jurando,l.cum in una 17.§.tutor,ff. de appellationibus,l.3. C.de in integrum restit.minor. l.1.§.Curatorem, ff. ad S. C. Treb.* idque genus. Author est Antonius Faber *in juris prudentia, tit.11. quibus modis jus patriæ potestatis solvitur,princ.3.illat.8.pag.* 147.propterea quod ut in Senatu contendat, haud firmum,maturumque habet judicium,*sup.laud. jur.*quod summopere in jure ducẽdo poscitur:

4 quare jura inspecta minoris fragilitate ipsi subveniere, ut quicquid in sui detrimentum in Senatu peragatur per minorem, pro infirmo habeatur, *l. puberes 101.ff. de verborum obligat. l.3.C.de in integrum restit.minor.*Antonius Faber *in juris prudentia,tit.23.de Curatoribus, princ.3.pag.* 1085. *l. tam,& contractibus 57.ff. de judiciis, l. filius fam.8.ff. de Procurat.* Antonius Faber 2. *Cod. tit.* 14. *de filio fam. minore, def. 2.num.5. in allegat. pag.* 113. quandoquidem minor,idque genus meliorem, secus verò deteriorem efficere quit conditionem suam.

4 Probatur 2. defactò processus istiusmodi non nisi ab incapaci efficitur; igitur pro nihilo reputandus: quandoquidem minor fori incapax esse supponitur,*l.obligari 9.in princ. ff.de auctoritate Tutorum.*Antonius Faber *in juris prudẽtia,ad tit.21. de auctoritate Tutorũ,princ.1.in princ. pag.1066.l.ult.C.si major. fact.alien.rat.hab.*idem Faber 2.*Cod.tit.*18. *si adversus venditionem, def. 1.num.7. in alleg. pag.* 117. alioqui frustra ipsi Curator refunderetur, juxta dicterium illud: *Causa nulla, nullum producit effectum, l.4.§.condemnatũ, ff.de re judicat.l.non putavit, §. non quæ vis, ff.de bonor.posses. contra tab.l.2.ff. de auctor. tutor.l.si aut nullum, C.de legit. hæred. l. non dubium, C.de legibus, l. fin. C. de sentent. ex brevic.recitan.cap.illud, de jure patronatus*.

5 inde fit, quod si sit læsus ipsi in integrum restitutio indulgetur, *l. ait Prætor, ff. de minoribus,l.1.4.& ultima, Cod. si adversus usucapionem,l.1.& 2. Cod. si adversus donationem, l. 1.& 2. Cod. si adversus transact. l.1. & 2. Cod. si adversus solutionem, l. quod si minor 24.ff. de minor.l.ex contractu 44.ff.de re judicata,l. cum quibus, l. 1. §. minorem, & §. verum lex ait Prætor,§.non solum,l.pactis 28. §. si pecuniam, l. si minor, §. finali, cum lege sequenti, l. si tutor 48.l. si res 50.ff.de minor.* Hothomanus, *consil.* 125. Donellus, *lib.* 21. *com-*

comment. cap. 19. Fachineus *lib.* 10. *controv. cap.* 1. Duarenus *ad tit. ff. de acquirend. cap.* 10. D. Josephus de Retes *lib.* 1. *opusculor. cap.* 10. Pacius *centur.* 3. *quæst.* 3. Pichardus *de vulgari, cap.* 10. aliique, igitur, &c.

6 Sin de secũdo verba faciamus casu: & distinguendũ est: vel requisita per Curatorẽ adimplẽda, essentialia reputantur, vel merè accidẽtalia, ac per cõsequens parvi momenti. Si pri-
7 mũ irritũ fore processum existimo: quare decisio, quam refert Thorus, *to.* 1. *compend. decis. vers. processus agitatus cum Curatore an valeat*, sic erit commentanda. inspicito Authores apud eundem. Sin accidentalia, firmus erit processus.

8 Utraque eodẽ probatur medio thesis pars: ubi essentialia deesse perhibentur Curatoris requisita, toties Curator haud reputnndus est: propterea quod constitutivæ partes totum
9 conflantes desiderari supponuntur; nec totũ ex una componitur parte, cum singulas amplectatur, *l.* 1. §. *stipulanti*, *ff. de verbor. obligat. l. si alii*, *ff. de usufruct. legat. l. in eo quod plus* 111. *l. in toto* 114. *ff. de regulis juris. cap. plus* 35. *cap. in toto* 80. *eodem tit. lib.* 6.
10 inde fit, quòd à toto ad partem infirma existima tur illatio, si diversa militet ratio; secus verò si eadem, *l. qua de tota*, *ff. de rei vindic.* secus sanciendum si accidentalia desint requisita, quandoquidem totum essentiale in genere constitutum differitur suo.

CAPUT II.

PRocessus cum tutore conditus, qui inventarium haud confecit: numquid firmus censendus sit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.

A' num. 2. usque ad 11. ejusdem Thesis probationes.

A' num. 11. usque ad finem, & oppugnationes, eorumdemque solutiones.

1 ESse firmum reor: est contra Montanũ. Gizarellum, *decis.* 12. *num.* 1. fatentes semper in S.R.C. esse infirmum prædefinitum fuisse, aliosq; quorum, & Author, & sectator est Reg. de Marinis, *tom.* 2. *resol. juris, lib.* 2. *cap.* 28. *à num.* 17. *usque ad* 19.

2 Probatur 1. Tunc processus infirmus ducendus sit, ubi cùm tutore haud celebratus fuit: propterea quod Tutoris authoramentũ pro quolibet roborando actu reposcitur, *l. obligari* 9. §. *tutor*, *ff. de author. tutor. l. si id quod* 7. §. *si pupillo*, *ff. de rescindend. l. numquã* 32. *ff. usurp. l. pupillus* 11. *ff. de acquir. rer.*
3 *domin.* inde est, quod verba illa Ulpiani, *in l. si quis mihi* 25. §. *jussum*, *ff. de acquirenda hæredit.* nempe Tutoris authoritatem interponi perfecto negocio, sic commentantur, perinde quasi dixisset in perficiendo negocio, & in re præsenti. idem, *in l.* 1. *ff. de solut.* sic locutus est: quare meritò jure tutoris authoritas, seu ante, seu post negocium gestum in-
4 terposita frustratur. Ridiculum profectò foret edifferere satis esse, si statim atque negocium gestum, peractum est, tutor author fiat, licet in ipso tractatu, & gestu negocii non interfuerit. quorsum enim tutoris præsentia reposcatur? non nisi ut quicquid in negocio pertractetur; animo innotescat? *l.* 1. *in fine*, *ff. de authorit. tutor. dicta l. pupillus, de acquirenda*
5 *rer. domin.* quo autem peracto negocio, ac rectè rimato, ponderatoque, si expediens sit pupillo, tunc illico in ipso loci, & temporis vestigio haud obscurè pronunciare debet, se authorem esse; ac quę gesta sunt comprobare.
6 etenim etsi à primordio tacita habeatur negocii approbatio: attamen post completum negocium expressum tutoris velle, ac ratihabitio postulatur: tum quia cum tutor audierit, loqui debeat; edocet Ulpianus, *in l.* 1. *in fine*, *ff. de tutelis*; in nostra porrò facti specie cum tutore celebratus esse edifferitur processus; igitur, &c.

7 Major supponitur: minor verò probatur: Tò *tutorem repertorium* (quod vulgò acciri assolet *inventarium*) haud confecisse, non hinc in recta sequitur forma (ceu fortassis somniarunt adversarii) ergo tutoriam deper-
8 dit facultatem; sed isthæc: ergo à tutoria est abdicandus facultate: etenim dolosè se egisse videtur, *l. tutor, qui repertorium* 7. *ff. de tutelis.* Antonius Faber *in juris prudẽtia, tit.* 14. *de tutelis, illat.* 7. quare duo isthæc longè inter se discriminantur non esse tutorem, & à tutorio arcendum fore nomine: primum nostro in casu infirmum, erroneumque ducitur; secus verò secundum.

9 Probatur 2. Tutorem inventarium non celebrasse de sui conceptu, aliud non importat, nisi fraudis suspicionem, ac per consequẽs à tutoris munere arcendum fore, cum fraus, dolusque nemini debeãt patrocinari, *l. itaque fullo*, *ff. de furtis, cap. dictum* 39. *quæst.* 1. *cap. intelleximus, de judic. cap. tuæ* 12. *de Clericis non residẽt. cap. fedes, cap. ex tenore, de rescript. cap.* 2. *de dolo, cap.* 2. *de cognat. spirit. cap. tuus, de usuris*, adeoque aditus hisce haud est aperiendus, *l. in fundo*, *ff. de rei vindic. l. cum is*, §. *si cum lis*, *ff. de transact. l. qui sub prætextu*, *Cod. de sacrosanctis Eccles. cap. porrò, de divort.* Clement. 1. *de usuris.* Clem. 1. §. *final. de concess. præbend.* hinc Cicero, 3. *offic. quicquam agi dolosè, aut malitiosè patet.* idem pro Rab, *Dolosis consiliis.* & 3. *offic.* ibi: *cum ex aquilio quæreretur, quid esset dolus malus, ita respondebat, cum aliud simulatum est, aliud actũ*, & pro domo; ibi: *nequa calumnia; neque fraus, nequis dolus adhibeatur*; secus defacto non
10 esse tutorem: quare illatio isthæc infirma est, utputà Fulanus repertorium minimè confecit, igitur non est tutor: est vera hæc; ergo arcendus: Tò *arcendus porrò futurum*; secus ve-

verò præteritum involvit tempus.

11 Nec obstat textus, *in l. si tutor tuus, Cod. in quibus causis in integrum restitutio non est necessaria, l. dubium, l. finali, C. de tutor, & Curator, qui satisdat. non dedit*: in queis tametsi de tutore satisdationem omittente, ser-
12 mo habeatur; verumtamen idem de tutore repertorium minùs conficiente prædefiniendum est. utpotè commonstrat Reg. de Fran-
13 chis *decis.* 206. *num.* 8. 9. & 10. etenim utrobique par urget ratio, adeoque eadem legis finitio, *l. illud, ff. ad leg. Aquil. l. si postulaverit, §. 2. ff. ad leg. Juliam, de adult. l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. nauta, §. finali, ff. nauta caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, Cod. de sacros. Eccles. §. si igitur.* instit. *quod cum eo, l. his solis, vers. satis etiam cautè putamus, Cod. de revocan. donat. l. item veniunt, §. ait Senatus, ff. de petitione hæredit.* hinc Cicero, 4. *tuscul.* ibi: *benè adhibita ratio, cernit quid optimum sit, neglecta multis implicatur erroribus. & 2. Tuscul.* ibi: *Domina omnium, & Regina ratio; connexa per se, & progressa longius, fit perfecta virtus: hæc ut imperet illi parti animi, quæ obedire debet; id videndum est viro, velut servo dominus, velut Imperator militi, velut parens filio.* secus verò si diversa, *l. si ita, ff. de manumiss. testam. l. servus, ff. de statu liber.*

14 Nulla est secunda antecedentis pars: cum longè isthæc inter se diffidant: Tutor haud satisdans, & tutor inventarium conficere omittens. disparitatis ratio est: etenim idoneam præstare satisdationem non nisi inter essentialia requisita annumerari explorati juris esse, ac per consequens tutoris nomen præire debet; quod si nõ verificetur, quippe tu-
16 toris denominatio pessũdatur: propterea quod satisdatio securum reddit pupillũ, *l. 4. l. penult.*
17 *ff. de satisdat. tutor.* inde fit, quòd onus tutelare reciperare periculosum est, *l. 1. C. de mag. con.* Hothomanus, 1. *instit. de satisdat. lit. E. pag.* 163. secus verò de inventario efformando, cum repertorii confectio tutorem haud anteeat, ast subsequitur; ac per cõsequens minimè essentiale ducitur requisitum, ad essentiam tutoris constituendam, sed ad illum explodendum; cum per satisdationem pupilli bona secura fiant; secus ex inventarii deficientia; nam ex hac solummodo tutoris suspicio, secus verò nullitas, ut speculanti patet,
18 arguitur. Quæ enim accidentalia extant, rei substantiam mutare nequeunt, *l. naturalem 5. §. passo, ff. de acquirend. rer. domin.* licet existere nequeunt procul à subjecto, *l. 4. in fine, ff. de actionibus empti.*

19 Urgebis: eadem prorsus de tutoris satisdatione, ac de repertorii confectione urget ratio, siquidem de utraque tutoris suspicio arguitur; igitur, &c.

20 Irritum est antecedens: siquidem de utraque est longè dispar ratio (uti ex supra commonstratis liquet) adeoque diversa statuitio, *l. si ita, ff. manumiss. testam. l. servus, ff. de statu liber.* tametsi enim ex utraque suspicio argumentatur: verumtamen tutoris cautio
21 inter essentialia annumeratur. inde fit, quòd si tutor, vel Curator satisdare jussus sit, nec satisdedit, tũc nil interea administrare potest, perindè quasi nunquam tutor datus esset, *l. 1. & ultima, Cod. de tutor. vel curat. qui satis. non dedit*: enimverò haud foret tutor, sed falsus, qui non cavit, cum cavere debuerit, *l. si tutor 4. Cod. in quibus caus. restit. in integrum*: quare juremeritò quæ infra hanc administraverit tempestatem adeo infirma sunt, ut nullo opus sit pupillo in integrum restitutio ad ea rescindenda: voluit enim Civilis Legislator ante omnia cautum esse pupillo, ne quid ei absit; atque hinc fit, quòd quicquid per tutorem, qui satisdationẽ non dedit, actum fuerit, perindè se habet, ac si nil administratum sit: non entis enim nullæ sunt qualitates, nullaque attributa, *l. ejus, qui in Provincia, vers. quoniam, ff. si certum petatur, l. 4. §. condemnatum, ff. de re judicata, l. 2. ff. de usufructu, l. Pomponius §. final. ff. de acquirend. possess. l. si servum, §. finali, ff. de actio. empti, l. nec ullam, §. si quis absentis, ff. de petitione hæreditatis, l. 1. ff. de hæredit. vendit. cap. bonæ, de elect. cap. ad dissolvendum, de desponsat. impuber.* Tiraquellus, *de jure primogen. quæst.* 55. *num.* 10. & *in tract. cessante causa, part.* 1. *num.* 212. Antonius Gom. *var. tomo* 1. *cap.* 1. *num.* 9. & *cap.* 10. *num.* 43. adeoque idem est non esse, ac esse nullũ, *l. duo sunt Titii, ff. de testam. tutel. l. in lege nõ putavit, §. non quævis, ff. de bonor. possess. contra tabulas,* cum ex non ente haud fiat ens, *l. 2. ff. de usufructu, l. sejæ, ff. de tutor. & curator. l. ejus, ff. de rebus creditis*; igitur nil mirum si ritè pro minorum utilitate cautum sit, ut nisi tutores, Curatoresque caveant; tunc pignoribus captis coherceãtur, *§. penult.* Instit. *de satisdat. tutor.* quę strictiora remedia devocat Imperator, *in l. 3. Cod. de suspectis tutor.* secus verò repertorii confectio, quæ supponit tutoris idoneitatem per cautionem præstitã, ac per consequens si ob deficientiam inventarii aliquid in pupilli bonis desideratur, tunc illud ex tutoris bonis suppleri par est.

DECISIO LVII.

IN Causa Magnifici Trojani de S. Mango, cum Bernardino de S. Mango super restitutione possessionis jurisdictionis criminalis Casalis S. Cypriani, quod prefatus Bernardinus conventus foveat potiora jura in possessorio: & sic quod actor non fundaverit suam intentionem, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

Conventus super criminalis jurisdictionis alicujus Castri restitutione: si Actor suam haud fundasse prædicetur intentionem, utputà si potiora forent conventi jura super possessorio; numquid sit absolvendus.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis decisio.

A num. 2. usque ad finem, ejusdem Thesis probatio.

1 Esse absolvendum per S. C. fuisse prædefinitum literis prodit Antonius Capicius in isthæc verba in fine: *fuit judicatum pro Bernardino*.

2 Probatur: Ubi actor suam haud fundasse super possessorio perhibetur intentionem, ibive, si nil adversus conventum super possessorio probaverit, toties conventus à molestia
3 isthac est solvendus: actor, seu conveniens etenim is differitur, qui ab altero quid poscit, eòque illum in jus vocat: conventus verò, à quo postulatur. Hothomanus, 4. *instit. de instit. de interdictis, lit. F. pag.* 934. juxta textum, *in l.* 29. *ff. de procurat. l.* 45. *ff. de rei vindic. l.* 7. *Cod. de præscript.* 30. *anno. l.* 41. *ff. de hær. petit.* idem Author, *verbor. juris*, verbo, *conve-*
4 *nire, pag.* 605. inde fit, quòd interdictum retinendę possessionis pro asservāda possessione competit adversus quęcumque quovis modo turbantem, & impedientem, quominùs quis propria uti possit possessione, *l. nil tam naturale*, §. *nihil commune*, *ff. de reg. jur. l.* 3. §. *hoc interdictum*, *ff. uti possidetis*, *l. unica*, *ff. utrobi*, §. *retinendæ*, instit. *de interdict.* Petrus Gregorius, *lib.* 21. *syntag. cap.* 10. Paulus, *lib.* 5. *sententiar. tit.* 6. Duarenus, *lib.* 1. *disp. cap.* 21. Hothomanus, *lib.* 7. *observat. cap.* 6. Donellus *in l. unica, Cod. uti possidetis, & lib.* 5. *comment. cap.* 32. Cujacius *lib.* 5. *observat. cap.* 22. Sarmiento *lib.* 2. *select. cap.* 13. Eguinarius *lib.* 6. *man. tit.* 17. Fachineus, *lib.* 8. *cōtrovers. cap.* 14.
6 aliique: siquidem super possessorio probare, nō nisi actoris, secus verò conventi muneris est, cum quid facti sit, adeoque probationę indiget, *l. in bello*, §. *facta*, *ff. de captivis, & postlim. revers. l. si emācipati* 9. *Cod. de collat. l.* 1. *Cod. de probat. l. vis. ff. postlim. revers. l. si emācipati* 9. *Cod. de non numerat. pecunia, cap. cū Joannes*, §. *verum, de fide instrum. cap. licet*, *de constit. in* 6. quare actore non probante reus est absolvendus, *l. extat* 25. *ff. de jure Fisci, l. ultima, Cod. de rei vindic. l. qui accusare, Cod. de edendo*, *l. actor*, *Cod. de prob. l.* 1. *Cod. de alienat. jud. mutat. causa fit. t.* §. *retinendæ*, instit. *de interdictis*, *cap. cum Ecclesiæ, de cau-*
7 *sa possessionis*, *& proprietatis*. neu actori fas est, quod reo denegatur, *cap.* 2. §. 4. *quæst.* 4. *cap. non licet actori* 32. *de regulis juris, lib.* 6. *l.*
8 *non debet*, *ff. eodem titulo*: quandoquidem actoris est probare, *l. extat* 25. *ff. de jure Fisci, l. ult. C. de rei vindicat. l. qui accusare, C. de edendo, l. actor, C. de probation. l.* 1. *C. de alienat. judic. mut. causa facta*, §. *retinendæ*. Instit. *de interdictis, cap. ult.* §. 6. *q.* 5. *cap. cum Ecclesia, de causa possess. & propriet. cap. ult.* §. *sanè, de jure jur. cap. unic. post princip. ut Ecclesiast.*
9 *benefic. cap. inter dilectos, de fid. instrum.* Rei, verò se defensitare, *l.* 1. *in princ. ff. de edendo.* hinc Cicero, *lib.* 2. *de orator.* ibi: *reos appello non modo eos, qui arguuntur, sed omnes, de quorum re disceptatur* cum actor agat, ut conventus à possessione despolietur, reus verò excipit se ritè possidere adùsque secus probatur, ac per consequens interea in sua pacifica existere debeat possessione; juxta elogium illud: *Melior est possidentis conditio, l. si debitor, ff. de pignorib. l. is, qui destinavit, ff. de rei vindicat. l. fin. C. eod. tit. l. qui accusare, C. de edēdo*, §. *retinendæ, vers. commodum*, Inst. *de interdi-*
10 *ctis, cap. pro possessore, de reg. jur. lib.* 6. quare jure meritò pro convento, seu pro Bernardino sanxit S.R.C. etenim potiora super possessorio extabant jura pro convento; quam pro adversario; nec quis à pacifica despoliandus sit possessione: quare si despolietur, tunc ante omnia foret restituendus, *l. cum fundum* 18. *ff. de vi, & vi, l. si de vi* 37. *ff. de judic. l. ordinarii* 3. *Cod. de rei vindic. cap. ultimo, de ordin. cognitionum, cap. in literis* 5. *cap. conquærente* 7. *de restit. spol. cap. ultimo*, §. *patet* 3. *quæst.* 1. *cap. cum Ecclesia* 3. *quæst.* 2. *l. si quis, ad se fundum*; ibi: *ante omnia violentiæ causam examinare præcipimus, Cod. ad leg. Iuliam, de vi*; ibi: *sine ulla cunctatione*, *Cod. si per vim, vel alio modo, l. si maritus* 10. *Cod. de donat. inter, l. colonus* 12. *ff. de vi, & vi*, præsertim si fuerit per vim despoliatus, *l. si pignore* 22. §. *si prædo, ff. de pignorat. actio. l. si quis ad se fundum, Cod. ad leg. Iuliam, de vi, l. meminerint, Cod. unde vi, l. si quis* 8. *l. sed hæc* 2. *Cod. de præscript.* 30. *vel* 40. *l. si coloni* 14. *Cod. de agricolis, lib.* 11. *l. ultima*, *Cod. de compensat. & per* 2. *quæst.* 2. *cap.* 1. *& per totam* 3. *quæst.* 1. *cap. conquærente* 7. *de restit. spoliator. cap.* 2. *& final. de ordin. cognit. l.* 1. §. *si prædo*, *ff. depositi, l.* 1. §. *eum, qui, vers. qui à me possidebat*, idque genus. Antonius Augustinus *in epitome juris, lib.* 81. *tit.* 2. Corasius *lib.* 2. *miscell. cap.* 2. Donellus *lib.* 15. *commentar. cap.* 31. Cujacius *in laudato cap. conquærente.* Vultejus *ad tit. Cod. ubi de possessione, num.* 35. Solorzanus *lib.* 3. *polit. cap.* 30. Gomez *in l.* 45. *Tauri, ex num.* 118. Petrus Barbosa, *in l. si de vi* 37. *ex num.* 30. *ff. de judic.* Velascus *de privileg. pauper.* 1. *p. quæst.* 46. *per totam*:
11 quinimo prisca inspecta tempestate rem invadens, jus, quod in ea habebat, deperdebat, *l. restat* 13. *ff. de eo, quod metus, l. si quis in tantum, Cod. unde vi*, *l. si quis ad fundum*, *C. ad leg. Iuliam.* Cassiodorus, *lib.* 3. *var. cap.* 20.
12 cum Reipublicæ intersit, rem illam restitui, *l. si*

l. si unus 27. §. pacta, vers. item, ff. de pactis, ac celeri subveniendum despoliato remedio, *l. momentaneæ 8. Cod. unde vi, l. unica, Cod. si*
13 *de moment. l. 1. Cod. si per vim*: quare exceptiones, dominium respicientes, in aliud reservantur judicium, *cap. in literis 5. cap. olim 12. cap. literas 14. cap. sæpè 18. de restit. spoliator.* aliaque criminalia conquiescant judicia, *cap. item quis 6. de restit. cap. 1. cum sequenti, quæst. 2.* nisi rationabiliter, ac per consequens nonnisi rationibus convictus, cum tunc alienum detinere differatur, adeoq; restituendum, *cap. ult. de rescript. cap. si virgo 34. quæst. 2. 3. l. id, quod nostrum 11. ff. de regulis juris*.

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Actor, qui in una succubisse præhibetur via: numquid ei aliam concedere par est.

Actore suam haud probante intentionem: numquid convento probandi onus sit imponendum.

Ordinario quis convẽtus medio: numquid etiamnum derelicta executiva via agere possit actor.

SUMMÆ.

Num. 1. primæ thesis prędefinitio.
A num. 2. usque ad 7. ejusdem probatio.
Num. 7. secundæ thesis prædefinitio.
Num. 8. ejusdem probatio.
Num. 9. tertiæ Thesis decisio.
A num. 10. usque ad finem, ejusdem probatio.

1 SI de primo sermo sit themate: actori qui in una succubit via, aliam permittendam esse existimat Afflict. *decis. 60. num. 4.* Regens de Ponte *decis. 33. num. 10. & consilio 42. nu. 19. & consil. 43. num. 10.* Muscatellus, Marcellus, Calà, aliique. quorum, & laudator, & sectator est Thorus *compend. decis. tomo 1. §. actor, qui in una via succubuit*, referens, sic per S.C. fuisse prædefinitum.

2 Probatur per textum *in l. Bebius Marcellus, ff. de pactis dotalibus.* Thorus Auctor est, ibidem: cum nemo indefensus sit damnandus.
3 defensitatio etenim non nisi de jure naturæ est. Cironius *in paratitl. 5. decret. cap. 28. de appellat. pag. 159. l. 24. Cod. de liberali causa, l. 39. §. 1. ff. de noxalibus.* hinc Cicero 3. *in Verrem defensorem in mea persona, non accusatorem laudare volo*: & pro Rab. ibi: *Cunctos defensoresq; juris, & libertatis*, ac per consequens à jure defendendus est; alioqui absurdum sectaretur: siquidem si in una succumbens via, alia se tutari nequiret; profectò ceu indefensus restaret, quod juribus obnoxium esset, quorum partes extant legitimas refundere
5 dere cuilibet defensiones, *l. 1. §. ita cum edicto, ff. quæ sent. appellat. l. de unoquoque, ff. de indiciis*, quare juremeritò lege elia fuit cautum, ut locuples in judicio clienti adesset in isthęc verba: *assiduo vindex; assiduus esto*. adeoque defendere insontes justitiæ est; sontes verò in-
6 justitiæ: inde est, quòd apud Areopagitas fuit lege cautum, ut qui clientes defensitaret præmio uteretur, neu per præconem movere affectus quiverat, ne cui plus in misericordia, quàm in causa spei esset.

7 Sin de secundo verba faciamus casu, & rigorosè loquẽdo cõventũ, exceptiones proponere suas esse astringẽdũ reor: quare haud obstare perhibetur Fr̃acisci Hothomani doctrina, *tom. 2. in lib. 1. feudorum, commẽt. de feudo Guardiæ, & Guastaldæ litera D. pagina 647.* edocentis, conventum suam probare compelli intentionem, *l. in exceptionibus 19. ff. de*
8 *probat.* siquidem textus hujuscemodi suo in genere commentandus erit, videlicet quod conventus exceptiones in Senatu afferre debeat, ut actionis intentionem perimat: quare excipiendo suas commostrare debet exceptionẽ quod suo in genere probare differitur, quandoquidem conventus in sua pacifica extare supponitur possessione, nec ab ipsa despoliandus est; adusq; per actores, secus comprobetur (inspicito Fabrum *in Codicis tabula, vers. actore non probante, & actore nihilo probante*: etenim in corpore haud reperi, fortassis in tuo reperies, idque non nisi librarii errore) cum melior sit possidentis conditio, *l. si debitor, ff. de pignoribus, l. is, qui destinavit, ff. de rei vindicat. l. finali, Cod. eodem tit. l. qui accusare, Cod. de edendo. §. retinendæ, vers. commodum*, instit. *de interdict. cap. pro possessore, de regulis juris in 6.* neu perturbandus, *l. sicut 8. §. aristo, in fine, ff. si servitus vindicetur.* Menochius *de remedio 3. ex num. 14.* consule Rebuffum, *de mat. possess. ar. 1. glossa 2.* Posth. *de manut. observat. 41.*

9 Sin postmodũ de tertia facti specie differtetur, & executivo posse agere medio actorem autumo. est nonnullorũ, quorũ, & laudator, & sectator est Capicius Latro *dec. 120. n. 2.* memor̃as sic in Imperiali Camera fuisse s̃acitum teste Gaillo *tract. observat. lib. 1. observ. 60. n. 4.*

10 Probatur: est namque actori à jure datum, & ordinario, & executivo agere posse medio, adeoque pro ejus libito est alterutro uti posse, ac per consequens deserta ordinaria, executivum amplecti medium; quod identidem comprobatur: etenim hoc pacto ocius, velociusque lites expediuntur, quandoquidem communi expedit bono, ut lites dissidiaque expediantur. Clement. *sæpe de verborum signif. l. 2. l. ult. §. illud, Cod. de tempor. appell. c. constitutus 45. cap. oblatæ 57. de appellat.* Clement. *sicut eod. tit. cap. sæpe 44. cap. reprehensibilis, cap. 1. §. post hoc, de appellat.* Cironius *in paratitl. de litis contestat. tit. 5. pag. 118.* hinc juremeritò Cic. sic ad Athicum describit: *nihil autem bono viro, & quieto magis convenire, quàm abesse à litibus, & civilibus*

bus controversiis: idque non nisi propter innumera mala, quæ ex illis contingunt, de quibus *in l. si servus, de obligat. & actio. l. æquissimum 17. de usufructu, l. 4. ff. de alienat. judic.*
12 Osualdus *lib. 17. comment. c. 1.* inde fit, quod litium finis utroque commendatur jure, *l. properandum, Cod. de judiciis, l. finali, ff. pro suo, cap. finem, de dolo, & contumacia.* Fornerius *lib. 3. rer. quotid. cap. 1.* Quintilian. *declamat.* 309. adeoque boni Principis est, lites finire, ac minuere, *l. procurandum 13. Cod. de judic. l. 21. Cod. de fide instrum. l. litibus 20. Cod. de agricolis, lib. 11. cap. jurgantium, de re judic. l. 3. §. 1. ff. de receptis, l. 1. ff. de jure jurando, l. ultima, ff. pro suo, l. 1. §. inde quæritur, ff. de novi operis nunciat. l. 4. §. 1. ff. de alienat. judic. l. quidam 21. in fine, ff. de rebus creditis*: quare conciliari debet, *lex jam tamen, §. si tamen plures, ff. judicatum solvi, cum lege 31. §. 1. de pignor. l. servus 19. ff. de O. & A. l. 1. Cod. de novo Cod.* Clement. *dispendiosam, de judic.* cum per lites, simultates, odia, & injuriæ, idque genus foveantur. Consule Lipsium *lib. 2. de civil. discipl. cap. 11.* Osualdum ad Donellum *lib. 17. cap. 1. lit. C.* Robertum *lib. 2. rer. judic. cap. 16. à princip. & cap. 19. post medium.* Solorzanum *tomo 1. de jure indiar. lib. 3. cap. 3. nu. 7. & lib. 3. polit. cap. 31. in fine, & lib. 5. cap. 8.* Forster. *ad tacit. pag. 222.* Fornerium *lib. 2. rer quotid. cap. 1.* Cajum Silium apud tacitum *lib. 11. anual. in princip.*

DECISIO LVIII.

IN Causa Nicolai de Campulo de Ajerola cum Regio Fisco; an licuerit dicto Nicolao repróperare injuriam Io: Casænovæ, ita quòd impunè ipse Jo: Nicolaus potuerit ipsum vocare latronem, ex quo dictus Joannes ipsum vocaverit extirpatorem bonorum Universitatis, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

SI quis verbaliter aliqua foret injuria affectus: numquid contumeliosum verbum aliquod contra injuriantem, per injuriatum retorquendum sit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A nu. 2. usq; ad 10. ejusdē Thesis probatio.
A num. 10. usq; ad finem, Thesis limitatio.

1 HAud posse per S. C. fuisse prædefinitum, literis prodit Antonius Capicius hìc in fine; ibi: *Fui in voto, quod stantibus omnibus istis reus absolvatur, & quod Magna Curia non bene condemnaverit, & mecum concurrerunt D. Marcellus, & D. Joānes Loysius: ac duo ex aliis, videlicet D. Joan. Marc. & D. Martial. votaverūt benè jud. sed D. Anto. Pal. & D. Viceproth. votaverūt sententiā Magnæ Curiæ, quæ pro his verbis condemnavit eum, inducit 25. esse moderandā in mitiorē pœnam: & sic cum hoc ultimo voto, tanquam medio, fuit sententiatum, & deinde per alind decretum, S. C. fuit dicta pœna moderata ad ducatos octo.*

2 Probatur: tametsi injuria affectus contumelioso adversus injuriantem haud uti verbo fas est. hinc Socrates calce percussus, dis-
3 simulavit: monitus cur hominem haud reperc uteret? *quid* (inquit) *si me asinus calce petiisset; num etiamnum illum calceferirem?* Plut. *in apophthem.* & sæpè sæpius dictare suetus erat: *pejus esse injuriam facere, quàm accipere.* Brus. *lib. 3. cap. 4. exeno.* & Aristotiles rogitatus; quòd citò senesceret; quid item tardè? responsitasse fertur: *Gratia, & injuria.* sensit Philosophus Sapientissimus, injuriæ memoriam esse tenacissimam, beneficii verò longè brevissimam. Laert. *lib. 2. cap. 3.* & Dio. Academicus convivio rediens, quidam maledictis impetebat: cumque ille solita gravitate domum ingrederetur, & conviciator ejus taciturnitate insolentior diceret, nihil ad hæc respondens? ait: *ne Gry.* Plut. indidem. & Solon interrogatus, quid fieri posset, ut quàmminimum injuriarum inter mortales extaret? *Si* (inquit) *qui injuria affecti non sint æquè doleant; atque hi, qui affecti sunt. quisquis enim violat leges unum haud offensat civem, ast totam Rempublicam, quod quidem in ipso est. at nunc dum aliis læsis, aut quiescimus, aut gaudemus etiam, impunitas improborum audaciam in plurimo invitat.* Laert. *lib. 2. c.*
4 3. inde fit, quòd omnes non tam gloria moventur, quàm ignominia. Author est Cicero *part. orat.* ibi: *Quis honorem, quis gloriam, quis laudem, quis ullum decus tam unquam expetit. quàm ut ignominiam, infamiam, contumeliam, dedecus fugiat.* & ibidem: *nemo est tam agrestis, quem si non ipsa honestas; contumelia tamen, & decus, magnopere moveat,* alioqui justitiæ debitus minùs refunderetur locus, cum delinquentes plectere sui muneris sit. hinc Tullius *1. de offic.* literis prodit: *fundamentum perpetuæ commendationis, & famæ est justitia, sine qua nihil esse potest lauda-*
5 *bile.* Exemplo identidem extat de Tiberio Gracco Tribuno Plebis, qui Agrariā Legem promulgare ausus morte eum mulctavit. Senatus Romanus. & 2. de offic. *justitia, ex qua una virtute viri boni appellantur, mirifica*

quæ-

quædã res multidini videtur, nec injuria. quis est enim, qui non admiretur splendorem, pulchritudinéque virtutis. & 1. de natura Deorũ; ibi: *excellentissima virtus iustitia*: alioqui quis injustitiæ actum patraret, quod vitiosum
6 foret: quare Aristotiles edisserebat, *injustitiã esse vitium animi, quo amplius, quàm par est*
7 *homines sibi sumunt.* Stob. *serm.* 8. sic Patriam violare, & instituta, & jura, nec parere legibus, nec Magistratibus; mentiri, pejerare, transgredi conventiones, & fidem fallere: comites autem injustitiæ sunt, calumnia, jactantia, inhumanitas, simulatio, malignitas, calliditas. & Socrates: *cunctorum morborum turpissimum injustitia est.* & Plato: *summam esse injustitiam decebat velle videri si sis injustus.* Stob. serm. 8. ac postmodum Themistocles reposcenti à se Simonidi, ut sententiam quamdam injustam ferret: *neque tu* (inquit) *poeta bonus esses, si præter numerum caneres, neque caneres: neque ego Princeps probus, si contra*
8 *leges judicarem.* Plut. verumtamen cum (uti experientia nos in dies edocet) penes mortales injuria affectos minimè sit, hujuscemodi perpeti injuriam, quin natura ipsa contumeliosa evomat, proditque verba, tametsi prudentes hisce in thematibus isthæc quammaximè effugiunt, prudenter se gerentes, ipsorũ naturam prudentẽ sectantes. hinc disertè Cicero 1. offic. ibi: *Ad quas artes aptissimi erimus, in iis potissimum claborabimus: sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit, quæ nostri ingenii non erunt, omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, ut si non decore, ac quamminimè indecore facere possimus. nec tam nobis enitendum est, ut bona, quæ nobis data non sunt, sequamur, quàm ut vitia fugiamus.* & indidem: *quem potissimum vitæ cursum sequi velimus in hac deliberatione ad suam cujusque naturam, consilium omne est revocandum.* & itidem: *tuenda sunt sua cuique non vitiosa, sed propria, quæ contemplantes expendere oportebit, quid quisque habeat sui, eaque moderari; nec velle experiri, quàm aliena doceant, id enim maximè.* & identidem: *naturæ non attinet repugnare suæ quicquam sequi, quod assequi non queas, quod nihil decet in vita (ut ajunt Minerva idest) repugnante, & adversante natura.* & 1. de orat. ibi: *Natura primum, atqui ingenuum ad discendum vim affert maximam*; igitur juremeritò S.C. nec ceu innocens (uti cum nõnullis Capicius decrevit) nec graviori plectendus sit pæna ut alii Consiliarii sanxere; ast leviorem solvere debere pænam sanxit. juxta triviale dicteriũ illud: *pæna mensuratur culpæ, l. sancimus 22. Cod. de pænis, cap. non afferamus stateras, in fine 24. quæst. 1. cap. quæsivit de iis, quæ fiunt à maiori parte capituli, cap. felicis, §. illud autem, de pænis in 6. l. nihil interest, ff. de adulter. l. si quemquam, in fine, Cod. de Episcopis, &*
9 *Clericis*: siquidem id bono expedit publico, cujus interest delicta plecti, *l. ita vulneratus, §. quod si quis, vers. cum neque impunita. ff. ad leg. aquiliam, l. licitatio, §. quod illicitè, ff. de publican. l. congruit 13. ff. de officio Præsidis, l. stichum, §. tametsi, ff. de solut. exstravag. ad reprimen. in princip. cap. est injusta 23. quæst. 4. cap. ut famæ 35. §. 1. de sententia excom.* idque non nisi ob naturæ impulsus, violentiasque.
10 Secùs verò de reali differendum est injuria; cum injuria ceu Labeo, *in l. 1. §. injuriam autem, ff. de injuriis*, irrogetur, seu verbis, ut est convicium, quod fit alieni, seu præsenti, seu absenti infamandi causa; utputa si latronem furem, gladiatorem, idque genus, aliquem acciret, *l. item 15. §. convivio, & §. sicut unus, ff. de injuriis, l. 3. ff. de liberis, & posthumis, §. injuria autem*, Instit. *de injuriis, vers. sed etsi convitium factum fuerit.* hinc Horatius *sat.* 4.

Me capitolinus convictore usus amicoque.
A' puero est, causaq; mea permulta rogatus
Fecit: & incolumi, læto, quòd vivit in urbe;
Sed tamen admiror, quo pacto judiciũ illud
Fugerit; hic nigræ succus loleginis hæc est
Ærugo mea.

consule Iulium Clarum, verbo, *injuria*. Pichardum *in §. 1. instit. de injuriis, & in manuduct. adpraxim. crimin.* verbo, *injuria*. Bossium *in praxi, tit. de injuriis*. quare juremeritò Prætor ait: *qui adversus bonos mores conviciũ cui fecisse, cujusve opera quid factum esse dicetur, quo adversus bonos mores convicium*
11 *fieret in eum judicium dabo*: inde fit, quòd Magistratus ferre haud debet bonorum virorum famam (quæ nihil habent antiquius, & quæ semel ulla infamia aspersa, vix unquam satis potest elui) conviciis lædant ut rectè
12 docet Iustinianus *in novella sua constit.* ideoq; refert Plutarchus, Solonem legem tulisse, ut si quis, cui convicium dixisset, vel in sacris locis, vel in foro; is privatim illi tres drachmas, fisco duas dependeret; etsi prudenter, patienterque in hisce conviciis docti, ac conditi viri se gerunt. hujusce patientiæ, & heroicæ mansuetudinis plura extant apud Ethnicos exempla. quippè apud Græcos præcipuè laudãtur eò nonnè Lysander, & Pericles. Seu re, utputa pugno, *§. injuria autem committitur, ver. non solum*; cum quis pugno pulsatus, aut fustibus cesus; vel etiam verberatus
13 erit, Instit. *de injuriis*. exemplo esto de Demosthenis oratione adversus Midiam, in qua graviter incusat Midiam, quòd ab eo pulsatus pugno esset in Dionysiis: multisque verbis probat, non debere ejusmodi petulantiam in Republica benè instituta esse impunitam, & de elegantissima Socratis oratione; quare apud Athenienses fuit actio ob convicia, ob verbera, ob vulnera, ab cædem, ceu ex Demosthenis oratione contra Midiam, & Con-
14 nonẽ liquet: inde fit, quòd prudentes rerũ publicarũ gubernatores, qui atrocia vitare volunt, levioribus occurrere debent: cum proprium Magistratus sit, sontem punire, ut cæteri cives eorũ exẽplaribus terreantur. Seneca *declam.* 22. Gellius *lib.* 6. *noct. cap.* 14. etsi possit Princeps indulgentiam eorum largiri cri-

criminum, quæ civili magis, quàm divino vindicantur jure. Seneca *lib. 1. de clementia, cap. 5.* ibi: *Occidere contra legem nemo potest; servare nemo præter me adeoque famã restituere, l. imperialis, Cod. de nuptiis, l. si qua, Cod. ad Tertyl.* Cassiodorus *epistola 46. lib. 3.* ibi: *Fas est Principi maculosas notas vitiosæ opinionis abstergere; & lib. 4. epistol. 41.* Symmachus *epistola 3.* ibi: *Notatus judicio exploratissimum remedium veniæ Imperialis implorat, ut judicati remissione famæ suæ vulnus excludat.* Suetonius *in Vitell. Vitellium ultro ignominiosis notas reis sordes damnatis supplicia dempsisse, & defunctis famam, plerumque restituisse.* Fornerius *lib. 2. rer. quotid. cap. 19.* Besoldus *in delibatis, ad lib. 1. pandect. fol. 61. c. cũ te à Bartholomeo 23. de senten. & re judic.* Cujacius *in laudato cap. cum te à Bartolomeo.* Altesserra, indidem. Antonius Matthæus *de crim. in lib. 48. tit. 19. fol. 938.* Choe-
15 lius *in not. Cardin. cap. 16. privilegio 25.* siquidem hoc in casu, si nulla afficiendi injuriã ansam præbuerit injuriatus; tunc ab universa absolvendus sit pęna: propterea quod verbera in causa sunt, cur verberibus affectus contumeliosa intulit, editque verba, idque nonnisi, ob dolorem quem patitur, ut experientia nos in dies edocet. hinc Cicero 1. *de finibus*; ibi: *Dolor in longinquitate levis, in brevitate gravis esse solet, ut ejus magnitudinem celeritas, diuturnitatem alleviatio consoletur. & Serv. Sulp. Ciceroni famil. 4.* ibi: *Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat, atque molliat.* & Cicero ad Att. *lib. 3.* ibi: *Cæteri dolores mitigantur vetustate.* & 3. Tuscul. ibi: *Est in potestate abiicere dolorem, cum velis, tempori servientem.* & 2. Tusc. *dolor est motus asper in corpore, à sensibus alienus* Sulpic. *lib. 4. est omninò vix consolabilis dolor.* Terent. in Andria; ibi: *Ejus labore, atque ejus dolore, gnato; ut medicarer tuo.*

Pro decisionis istiusmodi illustratione.

CAPUT I.

INjuriose quis ad alicujus aures verba proferens, ut pęnam luere queat, quænam reposcuntur.

Filius injuria affectus ab aliquo: numquid per Patrem invito filio remitti queat injuria.

Injuria affectus quis? quo pacto adversus injuriantem agere queat.

Si plures aliquem afficiant injuria: numquid plures extant injuriæ.

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. primæ Thesis prædefinitio.
A num. 3. usque ad 5. ejusdem probatio.
Num. 5. Thesis 2. prædefinitio.
A num. 6. usque ad 9. ejusdem probatio.
Num. 9. & 10. Thesis 3. decisio.
A num. 11. usque ad 15. ejusdem probatio.
Num. 15. Thesis 4. finitio.
A num. 16. usque ad finem, ejusdem probatio.

1 SI de primo sit sermo themate, & certè nullam firmam probationem ab injuriato adduci, ac per consequens delictum hujuscemodi non nisi per indicia probari posse, haud dubie reor. est nonnullorum, apud Thorum *compend. decis. tomo 3, §. injurians, aliquem ad aures*, indicia verò
2 forent, & præviæ inter ipsos perturbationes, dissidiaque, utputa si injuria affectus foret Judex, qui contra illum sententiam tulit, & confestim injuria affectus fuit, idque genus.
3 Probatur: ubi aliquid ordinario commonstrari nequeat medio, idque non nisi propter ipsorum haud facilem naturam, toties aliis utendum sit extraordinariis mediis, quæ non nisi indicia, præsumptiones, idque genus extant, *l. ob carmen, §. ultimo, ff. de testibus, &*
4 *attestationibus*, propterea quod qualiter probatum crimen est, taliter puniri par est, ut probationibus, condemnatio respondeat; facilius enim est probare in genere, quàm in specie. Antonius Faber 6. *Cod. tit. 2. de furtis definitione 5. num. 3. in allegat. pag. 618.* inspicito Cujacium *in ff. de probat. & præsumpt. ad l. 15. lit. E. pag. 630. & 631. tom. 2. l. ita vulneratus, §. quod si quis, vers. cum neque impunita, ff. ad l. Aquiliam, l. licitatio, §. quod illicitè, ff. de publican. l. congruit 13. ff. de offic. Præsidis, l. stichum, §. tametsi, ff. de solution. extrav. ad reprimen.* ne delicta impunita restarent, quod perabsurdũ foret cum Reipublicæ intersit, ut delicta condignam luant pænam, *l. ita vulneratus, §. quod si quis, vers. cum neque impunita, ff. ad legem, l. licitatio, §. quod illicitè, ff. de publicanis, l. congruit 13. ff. de officio Præsidis, l. stichũ, §. tametsi, ff. de solut. extravag. ad reprimen. in princip. cap. est injusta 23. quæst. 41. cap. ut fa-*
5 *mæ 25. §. 1. de sent. excomm.* inde fit quod delicti paritas pænæ paritatem reposcit, *l. nihil interest, ff. de adulter. l. si quamquam in fine, Cod. de Episcop. & Cleric.* cum pæna mensuratur culpæ, *cap. non afferamus 24. quæst. 1. l. sancimus 22. Cod. de pænis, cap. quæsivit de iis, quæ fiunt à majori parte capit. cap. felicis, §. illud autem, de pænis in 6.* suosque teneat authores, delinquentesque, *dicta l. sancimus, l. absentem, ff. de pænis, dicto cap. quæsivit, cap. romana, in fine, de sententia excom. in 6.* hinc Aristo poeta, quòd Atheniensium laudes inepto carmine prosecutus esset famę ab iisdem fuit necatus; & Chærilus poeta propter ignorantiam ab Alexãdro Magno inædia obtruncatus, & Lucio Syllæ poetæ indocto interdixit, ne quid amplius scriptitaret. Cicero pro Archia: quare juremeritò Socrates Civitates optimè gubernari edisserebat, cum injusti dent pænas, Plut. *l. 2. de legibus.* & Pithagoras

civi-

civitatem optimam esse (dixit) *quæ postquàm malos pœnis coerceret viros tantum bonos admitteret.* Stob. *serm.* 41. & Theophrastus sciscitatus, quidnam vitam humanam asservaret? respondit: *beneficientia, honore, & pœna.* Stob. *sermon.* 41. & Lycurgus differere suetus duabus potissimum rebus contineri Rempu-
6 publicam, præmio scilicet, & pæna. & Cicero in epistola ad Brutum edocet, quòd tunc Respublica salva est; in qua boni præmiis invitantur, flagitiosi verò pænis afficiuntur,
7 *lib.* 1. *apoph.* exemplo esto: Romani Duces, qui temeritate, vel inscitia Exercitus amisissent; aut fugæ, aut pavoris insimulati essent; pecunia, & exilio sæpè sæpius multati fuere. Alexander ab Alexandro *lib.* 4. *cap.* 6. & Carthaginenses, duces suos pravo consilio cum hostibus manus conferentes, etiamsi prospera fortuna essent: attamen cruci affigebāt: quod bene gessissent, Deorum immortalium beneficio adscribebant: quod malè, ipsorum culpæ. Valer. Max. *lib.* 2. *c.* 2. Alexander ab Alexandro *lib.* 4. *cap.* 7. *Gen. dier.* præsertim si delictum sit atrox, ceu patravit Alexander Magnus in primordio Regni sui Thebas Boetiæ expugnavit, Urbe capta, direptaque, ea diruta, & ad triginta millia sub corona venundavit; supra sex millia obtruncavit, & Cai Marii filius Consul, cum Cneo Carbone per vim electus, jussit Damasippum Prætorem suum, ut patricios cunctos obtruncaret, quos contracto Senatu specie consulendi, ad unum om-
8 nes interemit. quandoquidem in jure nonnulla extant crimina, quæ difficilis sunt probationis, ceu sūt stuprum, pecuniæ falsificatio, idque genus, ut speculanti patet; igitur, &c.
9 Sin de secundo verba faciamus casu, & distinguas: vel filius, ejusque pater rusticani sunt; vel filius nobilis, utputa doctus laurea insignitus corona; pater verò vilis persona. si æquales rustici sint, & tunc injuria filio illata, per patrem remitti potest. est Reg. de Marinis *tomo* 1. *cap.* 151. *num.* 2.
10 Probatur: quemadmodum filius pro iniuria sibi illata, nec agere, nec criminari potest, sed ejus pater, *l. sed si unius*, §. *filio familias*, *ff. de injuriis, dicta l. sed si unius* 17. §. *aut prætor*, Antonius Faber 8. *Cod. tit.* 33. *de patria potestate, definit.* 2. *pag.* 1122. dummodo pater vilis non sit persona, filius vero nobilis, *dicta l. sed si unus*, §. *interdum*, *ff. de injuriis.* idem Faber *ibidem num.* 2. *l. pater* 41. *ff. de injuriis, l.* 2. *C. eodem.* Paulus *in l. si quis* 26. *ff. de eodē, & lib. sentent.* 5. *tit.* 4. §. 3. *l.* 15. §. *prætor ait, l. si quid* 36. *ff. de injuriis.* Ulpianus *in l.* 5. §. 3. argum. textus *in l.* 1. §. 2. *ff. eodem.* etsi patri injuriarū actio prætoria cōpetit; filio verò ex lege cor-
11 nelia. inde fit, quod ex uno, eodemque facto duplici ex jure actio indulgetur. Franciscus Hothomanus *instit. de injuriis*, §. *quos in potestate habet, usque ad lit. G. pag.* 760. à pari per patrem injuria remittenda est, in cujus ditione est accusare, *d. l. si unius*, idem Auctor *ibidem, num.* 1. igitur identidem remittere, cum eadem virtus, ditioque sit incusare, ac injuriam remittere, juxtà dicterium illud: res per quas causas fit, per easdem dissolvitur, *l. nil tam naturale, ff. de regulis juris.* Cajus *lib.* 1. *regularum, l. omnia, ff. de regulis juris.* Paulus *lib.* 65. *ad edictum, l. ferè quibuscumque eodem tit.* Pomponius *in l. prout, de solutionibus*: Papinianus *in l. quamvis, ff. de acquirenda possess. l. si possessor*, §. *penult. de petitione hæreditatis*, idque genus. Author est Petrus Faber *ad l. nil tam naturale* 35. *ff. de reg. juris, pag.* 167.
12 Sin nobilis filius, pater verò rusticanus; tunc injuria filio illata per patrem remitti haud fas est. Antonius Faber ubi supra.
13 Probatur: doctoratus laurea haud pervilem patrem denigrari potest, propterea quod doctoratus est dignitas. Codex Theodosianus 13. *tit.* 3. *de medicis, & professoribus, in l. medicos* 1. *in princ. pag.* 23. *tom.* 5. nec filius hoc in casu existere sub patria supponitur potestate, nec juri consonum est, ut indocti injuriam illatam docto remittant, alioqui inferior injuriam illatam superiori remitteret, quod ridiculum foret, cum quilibet rusticanus ignobilior sit respectu cujuslibet literati, quandoquidem personas nobilitat doctrina proemio *instit. civilium.*
14 Sin de tertia differtetur facti specie: & civiliter, & criminaliter contra injuriantem agere posse explorati juris esse existimat. Verd. *instit.*
15 *lib.* 4. *n.* 174, 186. & 191. quod & communi, & regni inspectis juribus intelligendum est.
16 Probatur *ex textu in l.* 2. *lex cornelia* 5. §. & *lex cornelia de injuriis, l. constitutionibus*
17 37. *in fine*, *ff. eodem*: propterea quod damnum illatum injuria affecto restituendum est,
18 atque adeò criminali Judici pecuniaria persolvenda sit pæna, si delictum in pecuniariam commutari patiatur pænam, aliter luit in corpore, alioqui impunitus restaret, quod ju-
19 ribus obnoxium est; siquidem delicta punire, bono expedit publico, *dicta l. ita vulneratus*, *dicta l. licitatio*, *dicta l. congruit*, &c.
20 Sin demum de quarto eloquatur themate, & plures fore reor: quod liquet ex *l. si plures in*
21 *fine* 34. *de injuriis*, etenim tametsi persona injuria affecta unica supponitur; verumtamen à pluribus injuria affecta esse perhibetur; igitur plures extant injuriæ: igitur, &c.
22 Neque edisseras, quod illi plures per modum unius se habent; ad instar exercitus, qui per modum unius intelligi assolet: nam contra est: siquidem tametsi coacervatim, copulatimque, ac per consequens per modum
23 unius injuriam inferunt: verumtamen respectu injuriati distributivè veniunt, nempè unusquisque independenter ab alio, cum à quolibet in particulari læsum esse autumetur.

CAPUT II.

Damnatus pro nulla, vel modica injuria, adeoque injuriarum actione quis: numquid

quid præcisè per hoc infamis efficitur ad cōmentationem textus *in cap. cum te à Bartolomeo 23. de sententia, & re judicata.*

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. Thesis prædefinitio.

A num. 3. usque ad 12. ejusdem Thesis probationes.

A num. 12. usque ad finem, oppugnationes, earumdemque solutiones.

1 Haud fieri infamem decernit Innocentius 3. *in supralaudato cap. cum te*; ibi: *Nos autem cōsiderantes quod nulla fuerit, vel minima causa injuriarum, volumus te per prædictam sententiam infamia non notari*, quam prædefinitionem sectantur Augustinus Barbosa, Cujacius, Altesserra, Vivianus, Fermosinus, aliique. in-
2 de est, quod juxta hanc decisionē ex nulla, vel ex modica injuria quis haud efficitur infamis, adeoque infamis minimè est expendendus, cum ly *restitui* nostro in textu large sumatur.

3 Probatur 1. ex textu *in l. si qua, C. ad Tertillianum, cap. si quem, §. notandum 2. quæst. 3. l. imperialis, Cod. de nuptiis*: ubi est prædefinitum, quod Princeps levi infamia notatum justa suggerente causa in priscum redigere potest statum, ac per consequens deperditam reacquirere famam. quod ex Cassiodoro 3. *var.* identidem commonstratur, edisserens; ibi: *Principi maculosas notas vitiosæ opinionis abstergere*; atqueadeo ex Symmaco 3. *epistol.* edocente, quòd notatus indicio, scilicet factus infamis, sententia Judicis exploratissimum remedium veniæ imperialis implorat, ut judicati remissione ignominiosis notas, reis sordes, damnatis supplicia dempsisse. Author est Cujacius *in dicto cap. cum te.*

4 Probatur 2. Illi infames habendi sunt, quos jura promulgant, *cap. Euphemiam, § infames 2. quæst. 3.* igitur nil mirum, si Pontifex infamiam à lege irrogatā per suam legem dirimere expiareque valeat, adeoque per Judicis sententiam auferre, ac restitutionis beneficio famam restituere. textus noster hìc; ibi: *volumus te per prædictam sententiam infamia non notari*, cum leges condere possit per quas transgressoribus infamiæ pæna irrogatur, *cap. translato, de constitut.* adeoque hisce derogare: enimverò res, per quas causas fit, per easdem dissolvitur, *l. nil tam naturale, ff. de regulis juris, cap. omnis 27. quæst. 2. cap. omnis res, de regulis juris in 6.*

5 Probatur 3. Tametsi sententia pro veritate habenda est, ubi ab ea haud ritè sit provocatum, *l. ingenuum, ff. de statu hominum*: atqueadeò ille qui alterius voluit injuriosè lædere famam, mæretur suæ existimationis notam sustentare, ut ipse pænam luat in eo, in quo alterum injuria affecit, *cap. infames, §. porrò 3. quæst. 7. l. 1. ff. de injuriis*; adeoque qui per sententiam fuit de illata injuria condemnatus infamis est ducendus; secus verò ante: propterea quod ante probatum crimen nulla est afficiendus injuria, *l. ult.* ibi: *ne quis ante probationes injuria patiatur, Cod. ubi Senatus, vel Clariss.* Anton. Faber, 4. *Cod. n. 9. ne filius pro Patre, aut Pater pro filio, def. 1. num. 10. in alleg. pag. 293.* & evidenter supralaudato ex textu; ibi: *te in decem solidos condemnasent, l. 1. & 4. ff. his, qui notantur infamia*: verumtamen isthæc desiderantur, ubi minima; vel nulla fuerit causa injuriæ, ac per consequens, nil mirum, si per Romanum Pontificem hujuscemodi injuria remitti fas sit, ac in priscum redire eum statū:
6 siquidem haud famæ restitutione dignus ducitur ille, qui injuriæ modicæ, ac pœnæ nullius nominis damnatus est incertam pecuniæ sūmam, utpotè nostro in textu proponitur, tametsi alias injuriarum actio secuta condonatione irrogare assolet infamiam, *l. 1. ff. de his, qui notantur infamia.* Author est idem Cujacius hìc.

7 Probatur 4. Tametsi communi inspecto jure de minimis sit curandum, utpotè in pænalibus, atqueadeò in ordinariis remediis, adeòque vel in furto, quod patratur in ansere, in gallina, vel in minimo gravamine, ex quo appellari fas est, *cap. 11. de appellat.* vel in re minima, in qua datur redhibitoria, *l. si tamen, §. fin. ff. de edilitio edicto*, vel illo in themate ubi deficit conditio, si sine liberis decesserit, si uno dumtaxat momento Patri superstes erit, *l. ex falso, l. si quis autem, ff. ad Trebell.* vel illo in casu, ubi sat est si filius Patri momento aliquo superstes fuit, ut ipsi hæres ex testamento perhibeatur, *l. si duos, §. fin. ff. de rebus, ff. ut in possessionem legatorum*
8 *eatur*, idque genus edisserito. verumtamen secus edisserendum in extraordinariis remediis, atqueadeò jure speciali contra juris communis regulas de minimis haud sit curādum, utputà per viam restitutionis: quandoquidem tunc de minimis nulla solet esse Prætoris cura; quare sic commentandi sunt textus *in l. seja, de in integrum restitutione*, ubi pro minima læsione non datur restitutio, *l. si oleum, §. fin. ff. de dolo*, ubi actio de dolo ma-
9 lo in re modica haud attenditur: quemadmodum brevioribus in causis juris sollemnitas remissa est. Auth. *nisi breviores, C. de sentent. ex peric. recitand. l. levia, ff. de accusat. l. omnino, ff. de impensis in rebus dotalibus factis.* ubi de modicis expensis inter virum, & uxorem minus cunctatur; nec pro modica injuria donatio revocari fas est, *l. fin. C. de revoc. do-*
10 *nation.* igitur nil mirum si Romanus Pontifex nostro in textu ex nulla, vel ex medica injuria, Bartholomæum minimè fore notandum infamia sanxit; secus verò ubi eadem in minimis, ac in majoribus urget ratio, tunc de minimis est curandum: atque hinc fit, quod
11 Tò *restitui*: nostro in textu haud propriè accipitur, ast impropriè: propterea quod Pōtifex hoc in textu expendit sententiam illam per

per Judices divulgatam, à qua in decem solidos damnatus fuit Bartholomæus, fuisse infirmam, adeoque per præfatam sententiam infamia non notari: quare ly *restitui*: perindè se habet, ac si nunquam Bartholomæus fuisset in decẽ solidos damnatus, nec ulla infamia notatus,

12 Dices 1. Principis interest crimina vulcisci. exemplo esto de Davidis Rege, qui, tempore obitus Salamoni, filio mandavit suo, ut Joabũ obtruncaret, ob cædem binorum Ducum, scilicet Abneri, & Amassę, quod extemplo effecit Salomon edisserens, *lib.3.reg. cap.2. vers.* 31. ibi: *Occide hominem, ne sanguis ab eo profusus mihi, Domive patris mei imputetur*.

13 & Totilę Gothorum Regis, cum proceres ab eo rogitarent, ut strenuum virum ob stuprum per vim illatum dimitteret; prorsus renuisse fertur, differens. referente Sigonio, *lib.*19. ibi: *Imperii Occident; ejusdem ingenii esse dicto se abstringere, & delictorum supplicia impedire omnino; aut has pænas dare, aut Gothorum Rempublicam perire necesse est*. Solorzanus *emblem.* 73. igitur infamia notatus haud in Principis, vel Pontificis ditione est, ad famã restituere, quam in criminis pænam deperdiderat.

14 Tametsi Princeps nocẽtes plectere debeat, ut cæteri ejus ipsorum exẽplaribus terreatur. Seneca *declamat.*22. ibi: *in vindicandis injuriis hæc tria lex secuta est, quæ Princeps quoque sequi debet; ut vita eum, quem punit emendet, aut ut pæna ejus cæteros meliores reddat, aut ut sublatis malis cæteri securiores vivant*. *Gellius lib. 6. noctium cap.* 14. ibi: *peccatis puniendis tres sunt rationes:*

15 *emendatio peccantis, vindicatio læsi, & exẽplum in vulgus*: veruntamen aliquando reo pæna remitti potest, si vel si tres isti fines pænæ desint; vel alii fines ex adverso occurrant haud utiles, & necessarii, vel alio pacto: quare cnm nostro in casu, vel nulla, vel levis sit culpa; consequens fit nil mirum si famæ restitutio fieri par sit.

16 Dices 2. Infamia notatus laicus erat; igitur haud per Pontificem, ast per secularem Judicem restitui fas erat.

17 Istiusmodi notatus infamia erat immediatè, & in spiritualibus, & in temporalibus Romano subjectus Pontifici: igitur nil mirum si in Põtificis manu sit, Bartholomæum ad priscũ restituere statum.

18 Dices 3. Innocentius hoc in textu edocet, quòd ob levem causam haud potuit Bartholomæus infamia notari, quod falsissimum est; siquidem leviores causę quandoque injuriarũ actionem gignunt, utpotè extant, vel vestes lugubres, aut sordidæ gestatio, vel Barbæ dimissio, vel comæ submissio, vel frequens affectatio, idque genus, *l.item apud*, *§.tenetur*, *& §. generaliter*, *l.vestẽ* 39. *ff.de injuriis*, igitur, &c.

19 Responsio ex supradictis liquet: in Pontificis namque facultate est levi notatum infamia in priscum redigere statum, idque ob rationes supra adductas.

DECISIO LIX.

IN Causa Magnifici Joannis Andreę Caraccioli Baronis Terræ Mesurace cum Antonio Caleo ejus Vassallo prætendente, quòd dictus Baro vigore cujusdam decreti, seu ordinationis suę Curiæ, vel ejus Capitanei ipsum Antonium defactò spoliaverit, seu injustè possessione suarum rerum: & propterea ipsum conveniente in Audientia Calabriæ: fuit dubitatum, an dictus Joannes Andreas, qui est Neapolitanus potuerit declinare forum Calabriæ, vigore Capitulorum Neapol. quibus est concessum, quod Cives Neapol. non possint conveniri, nisi in Tribunalibus Civitatis Neapol. &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

BAro Neapolitanus Castri alicujus in Calabriæ locis extantis, defactò, ac injustè Vassallum rerum suarum despolians aliquem; si vassallus ad Regiam Calabriæ Audientiam appellasse prædicetur: numquid appellatio isthæc firma ducenda sit; tametsi Baro fori exceptionem opponeret: inquiens, Neapolitanos privilegio frui, quo conveniendi non sunt, nisi in Civitatis Neapolitanæ foro.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis decisio.
A' num. 2. usque ad finem ejusdem Thesis probationes.

1 Ppellationem fuisse firmam, per S.C. fuisse prædefinitum, literis mandat Antonius Capicius *hìc, n u.* 1. ibi: *fuit votatum, & decretum, quòd Audientia Calabriæ benè decreverit con-*

contra dictum Baronem. est Annæ *singulari* 57. Capiblăci *in prag.* 12. *n.* 12. *de Baronibus.* Caroli Tap. *in l. final. par.* 1. *cap.* 5. *nu.* 15. *ff. de constit. princip.* Caravitæ *ritu* 301. *num.* 7. *vers. limita* 1. Riccii *collect. decis.* 38. Author, sectaaorque est Thorus *tomo* 1. *compend. decis. vers. Baro Neapolitanus committens aliquod*, contra Paulum de Castro, Jasonem, aliosque apud supralaudatum de Anna.

2 Probatur 1. Ex contextu *in cap.* 1. §. *finali, de privileg. in* 6. ubi sancitum habetur, quòd tametsi exemptus dicatur aliquis, si tamen Monasterii alicujus, haud exempti Prior, vel Abbas, idque genus sit electus, tunc ceu hujuscemodi Monasterii Prior coram ordinario conveniendus erit Judice; igitur, &c.

3 Probatur 2. Tametsi Baro Neapolitanus esse supponatur; verumtamen si extra Urbē Neapolitanam, seu delinquat, seu contrahat; quippe forum sortitur, ac per consequens non ut Neapolitanus, ast ceu Baro delinquens pænam luere debeat, *l. hæres absens* 16. §. 1. §. *proinde, ff. de judiciis, l. solent, ff. de custodia reor. l. eum qui nocentem*, §. *si nupta, ff. de injuriis*. Reg. de Franchis *decis.* 505. *num.* 1. cum forum sortiri, ac statutis ligari haud imparia sint. Glossa *in l.* 2. *ff. de eo, quod certo loco, & in cap. quod Clericis, de foro competent.* Alexander *consil.* 157. *num.* 15. *lib.* 2. *& consil.* 211. *num.* 5. *in fine, & eodem lib.* 2. *consilio* 44. *num.* 10. *lib.* 5. idque ne delicta impunita restarent *l. ita vulneratus*, §. *quod si quis, vers. cum neque impunita, ff. ad leg. Aquiliam, l. licitatio*, §. *quod illicitè, ff. de publican. l. congruit* 13. *ff. de offic. Præsidis, l. stichum*, §. *tametsi, ff. de solut. extravag. ad reprimen. in princip. cap. est injusta* 23. *quæst.* 4. *cap. ut famæ* 35. §. 1. *de sentent. excom.* facit Plato *lib.* 9. *de legibus*; ibi: *quemadmodum in corpore, si quid hujusmodi est, quod reliquo corpori noceat uri, ac secari patimur, ut membrorū aliquid potius, quàm totum corpus intereat: sic in Reipublicæ corpore, ut salvum totum sit, quicquid est pestiferum amputetur.* Joannes 22. *in extravag. unic. de pænis*: *compescenda malorum audacia, ut saltem pænæ formidine retrahantur à noxiis; sicque boni sectando virtutem meliores effecti non cogantur, cum illis perire.* Consule Solorzanum *de parricidiis, cap.* 1. *& emblem.* 71. Platonem *in Dorgia.* Senecā *lib.* 1. *de clementia.* D. Augustinum *de Civitate Dei, lib.* 19. *cap.* 16. Alexand. ab Alexand. *lib.* 3. *diar. genial. cap.* 5. ubi Tiraquell. *ad leg. connub. lib.* 9. *gloss.* 1. *num.* 224. Petrum Gregor. 3. *part. syntag. lib.* 31. *cap.* 11. & ut delinquens corrigatur, *cap. de his* 22. *quæst.* 2. quam expendit. Aulus Gellius *lib.* 6. *noct. cap.* 14. Herodius *in lib. qui inscribitur opera, & dies*

Tandem sua pæna nocentem
Cōsequitur, passusque sapit, tū deniq; stultus.

ac ad alios haud dissimili exemplari pænæ deterrendos. Seneca loco supralaudato; ibi: *nemo prudens punit, quia peccatum est, sed ne peccetur; revocari enim præterita non possunt, futura prohibentur, ut quos nollet exemplum nequitiæ, male cedētis fieri, recidat non tam ut pareant ipsi, quàm ut alios pereūdo deterreant.* quod ad brutalia animalia tulit Plinius *lib.* 19. *cap.* 3. *&* 4. *& lib* 22. *videmus* (inquit) *sæpè in Africa crucifixos Leones, à quibus fuerant Urbes obsessæ, quo cæteri metu*

4 *pænæ similis deterrentur.* neu longè à nobis petendum sit hujusce rei testimonium; cum in Urbe Neapolitana ubi res per Cruciferum ad patibulum suspendendum ducatur; præco preundo delictum adstantibus aperit, divulgatque; quæ profectò ad aliorum potius admonitionem, quàm ad ipsius Rei punitionem

5 fit. quod à prisco Romanorum more desumptum fuit: etenim devocatus, accitusque ad supplicium Populus eidem crimen, ac pænæ causam ex præcone ipso audiebat: tametsi sæpènumero id per scripturam fiebat, quæ

6 titulus vocitabatur: ceu in Christi Passione observarunt Evangelistę, ac ex optimorum testimonio Authorū adnotavit Justus Lipsius *lib.* 2. *de Cruce, cap.* 11. inspicito textum, *in l. si duo*, §. *finali, ff. de jure jurando, l. fustibus, Cod. ex quibus causis infamia*. Cujacium *lib.* 8. *observat. cap.* 7. *& lib.* 13. *cap.* 3. Petrum Fabrum *lib.* 3. *semestr. cap.* 6. *&* 7. Balduinum *de edictis pro Christianis, fol.* 34. Fornerium *lib.* 1. *rer. quotidian. cap.* 13. Lampridium *de vita Alexandri Severi*, sic describentem: *clamabatque sæpius quod à quibusdam, sive Judicis, sive Christianis audiebat, & tenebat; idque à præcone, cum aliquem emendaret dici jubebat: quod tibi non vis, alteri non feceris.* Duarenum *ad tit. Cod. de suffragiis, & lib.* 1.

7 *animad. cap.* 25. referentem, quòd Alexander, in supplicio sumendo de Turino fumi venditore per Præconem promulgari jussit: fumo

8 puniatur, qui fumum vēdidit: propterea quod Neapolitanorum privilegium, ut trahat, secus verò ut trahatur, in nostra facti specie haud commentandum est, ast prout in Urbe Neapolitana extat: etenim de Civibus in Neapolitana extantibus Civitate; secus verò extra eloquitur; igitur, &c.

9 Probatur 3. Baro istiusmodi in Calabriæ locis extans, illius jurisdictioni subest; alioqui quamplurima sectarentur absurda: siquidem insolentes fierent. hinc Cicero 5. *Verr.* ibi: *nihil de insolentia, nihil de singulari nequitia.* & 1. de inventione; ibi: *ob insolentiam reclamantes.* Livius *lib.* 37. *offenderunt aures insolentia sermonis.* & Cicero 4. *Tusc.* ibi: *insolentes se afferre.* & Livius 2. ibi: *adeo superbè, insolenterque hostis eludebat.* & pro Marcello: *in victoria, quæ natura insolens, & superba est.* *& de senectute* 27. ibi: *tertiam enim jam ætatē hominum vixeret: nec erit ei verendum, ne vera de se prædicans, nimis videretur, aut insolens, aut loquax*; cum non nisi ad Neapolitanum conveniendi forent Senatum; nec criminibus plectendis, propter locorum intercapedinem, debitus refunderetur locus:

quare

quare jure meritò S. C. secus sanxit, cum communi expediat bono, delicta ocyus plecti, quàm ritè fieri potest, *dicta l. ita vulneratus, §. quod si quis, vers. quod cum neque impunita, ff. ad leg. Aquil. dicta l. licitatio, §. quod illicitè, ff. de publican. l. congruit* 13. *ff. de offic. Præsid. l. sticum, §. tametsi, ff. de solut. extrav. de reprim. in princip. cap. est injusta* 23. *quæst.* 4. *cap. ut famæ* 35. §. 1. *de sentent. excom.*

Pro decisionis istiusmodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Baro: numquid in propria esse valeat Judex causa, quam cum vassallo habet: etiamnũ dato adjuncto consultore haud suspecto.

In Baronis ditione: nũquid sit posse esse Judicē in causa, in qua habet interesse, alterique delegare jurisdictionem ab ordinario Judice avocando.

Baro vitam degens haud ut Baro, ast ceu Pauper, si criminaliter incusatus esse perhibeatur: numquid necessum ducitur, ut pares in ejus causæ prædefinitione juxtà ejus dispositionem interveniant.

Baro Regnicola, si in alterius Baronis Oppido crimen patrasse feratur: numquid coram loci Barone, an verò in Magno Vicariæ Senatu conveniendus sit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
Num. 2. & 3. ejusdem Thesis probatio.
Num. 4. secundæ Thesis prædefinitio.
Num. 5. & 6. ejusdem secundæ Thesis probatio.
Num. 7. tertiæ Thesis finitio.
A' num. 8. usque ad 10. ejusdem Thesis probatio.
Num. 10. impugnatio.
Num. 11. ejusdem solutio.
Num. 12. quartæ Thesis decisio.
Num. 13. & 14. ejusdem probatio.
A' num. 15. usque ad finem, oppugnationes, & solutiones.

1 Haud in propria esse posse causa Baronem Judicem existimo 1. ac per consequens ordinarium fore Judicē M. Cur. Vicar. ceu per S. R. C. prædefinitum fuisse refert Thorus *tom. 1. compend. decis. §. Baro an possit esse Judex in causa propria*, laudans Ursillum *decis.* 265. *num.* 35. Cujacius *in ff. de judiciis, ad leg.* 17. *in princ. lit. E. pag.* 310. *tom.* 2.

2 Probatur: Ex communi dicterio illo: *nemo Judex in causa propria*. hinc Cicero pro Roscio Amer. ibi: *more majorum comparatum est, ut in minimis rebus homines amplissimi testimonium de sua re non dicerent*. & pro Fontejo: *noluerunt majores nostri hanc patere inimicitiis viam, ut quem quisque odisset, eum testimonio posset tollere. Ementiuntur enim sæpè in eos, quos oderunt*: etenim hoc in casu duo haberentur pugnantia, nempe esset, haudque foret Judex: esset, ut supponitur; non foret, utpotè pars; igitur esset, & non esset, adeoque contradictio: quandoquidem inter Actorem, & Reum, ac Judicem discrimen datur suum, *cap. forus, de verbor. signific. l. in criminali, Cod. de jurisdict. omnium judic. l. juris ordinem, Cod. eodem tit. l. finali, Cod. ubi in rem actio. l.* 2. *Cod. ubi & apud quem, cap. experientiæ, & cap. si quisque* 11. *quæst.* 1. *cap. sanè cap. cum sit generale, cap. si Clericus, de foro competenti, l. favorabiliores, ff. de regulis juris, §. retinendæ, instit. de interdictis, cap. cum sunt partium, de regulis juris in* 6. *l.* 1. *in princip. ff. de edendo, l. illicitas, §. veritas, ff. de officio Præsidis, cap. pastoralis, §. quia verò, de offic. delegati*, cum jura nunquam non pro Iudice præsumantur, *l.* 1. *in fine, ff. de offic. Præsid. l.* 2. *§. publicanus, ff. de vi bonor. rapt. l. nimis, Cod. de acquirend. possess. cap. in præsentia, de renunciat.* Alciatus *de præsumpt. regul.* 3.

3 *præsumpt.* 32. secus verò pro Actore, Reoque: nec adjunctus consultor aliquid suffragatur; nam merè materialiter designatus est, cum in ipsius creatione nulla reluceat jurisdictio; nec adversus Baronem Dominum aliquid præjudicii inferre præsumeretur suum, cum nullus utpotè subditus vellet Dominum suũ, ceu inimicum habere; quod nostro in themate contingeret: unumquemque etenim mortalem simultates quammaximè effugere debere par est; cum istiusmodi animi tranquillitatem perturbent; quæ summoperè servanda est cum juxta Ciceronem *Philipp.* 2. ibi: *pax est tranquilla libertas. & Philippic.* 13. ibi: *dulce est nomen pacis; res verò ipsa cum jucunda, tum salutaris. & Philip.* 2. *nomen pacis dulce est; & ipsa res salutaris*.

4 Sin de secundo sit sermo themate: haud posse esse Baronem Judicem in causa, in qua habet interesse, alterique jurisdictionem delegãdo, eamque ab ordinario avocãdo Judice, existimo 2. est Reg. Sanfelicis *decis.* 244. *per totam*, aliorumque apud eumdem Sanfelicem. Thorus *in supplem. decis. vers. Baro an possit esse Judex in causa*.

5 Probatur ex trito dicterio illo: *nemo propria in causa esse potest Judex*. Cujacius supralaud. quemadmodum testis esse nemo potest. Pichardus *lib.* 2. *inst. tit.* 10. *de testam. ordinandis, §. sed neque hæres* 6. *num.* 2. *pag.* 126. hinc Cicero pro Planco; ibi: *semper iniquus est Judex, qui aut invidet, aut favet, debetque in judicio imbecillis esse invidia*; & pro Roscio Com. ibi: *Judex estis, quem non minus benè de nobis existimare, quàm secundum nos judicare velimus*. & 6. act. in Verrem; ibi: *adducuntur nonnunquam Iudices ab institutis suis magnitudine pecuniæ*: siquidem & partis, & Judicis vicem gereret, ac per consequens

6 incompatibilia exerceret munia: quare thesis

 isthæc

isthæc eodem prorsus medio commonstratur, quo prima facti species probata fuit: siquidem utrobique par urget ratio; inde fit eadem juris statuitio, *l. illud, ff. ad leg. Aquiliam, l. si postulaverit, §. 2. ff. ad leg. Iuliam, de adult. l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. nauta, §. finali, ff. nautæ caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, Cod. de sacros. Eccles. §. si igitur*, Instit. *quod cum eo, l. his solis, vers. satis etiam, cautè putamus, Cod. de revocand. donat. l. item veniunt, §. ait Senatus, ff. de petitione hæredit*; secus è diverso, *l. ita, ff. de manumiss. testam. l. servus, ff. de statu liber.* hinc Tullius 3. *de natura Deorum*; ibi: *sunt homines, qui rationem bono cōsiliō à Diis immortalibus datam, in fraudē, malitiamque convertunt.*

7 Sin de tertio verba faciamus casu: & tunc pauperem Baronem privilegiis, Baronibus indultis, frui debere, haud dubiè existimo 3. est contra Afflictum *in constit. ut universis, sub num. 44. in fine*, aliosque, quorum & laudator, & sectator est Thorus *tomo 2. compend. decis. vers. Baro pauper, qui non ut Baro*, memorās, Afflicti placitum in Magno Vicariæ foro sectatum fuisse.

8 Probatur: Tametsi Baro istiusmodi pauper esse supponitur; verumtamen haud hinc sectatur, quod non sit Baro: quandoquidem si Barones ad Proregem contenderent; sanè inter ipsos, & in consessu, & in Comitatu est
9 admittendus. etenim pauper Baro, Baronis titulum minùs deperdit, cum in genere Baro edisseratur suo: ad instar Ducis, qui tametsi sit pauper; verumtamen adhuc vocitatur Dux.

10 Ne differas: Pauper Baro, Baronum more minùs vitam degit, scilicet cum equo, armisque; igitur ceu pauper est habēdus, secus verò ut Baro, cum inter Baronis essentialia constitutiva, & Equus, & arma annumerentur, ac per consequens deficit constitutum, seu Baronis essentia.

11 Irritum est antecedens: siquidem in genere Baro edisseritur suo; tametsi equum, & arma cum tanto apparatu agere nequeat. sat est enim, si pro viribus suis aliquid agat; per accidens enim se habet, quod his careat, nec essentialia desiderantur requisita, ut somniarunt adversarii.

12 Si postmodum de novissima facti specie eloquatur, Baronem Regnicolam, si in alterius Baronis Oppido delictum patraret; tunc in Magno Vicariæ foro, secus coram loci Barone esse conveniendum, existimo 4. ceu defactò per S. R. C. sancitum fuisse memorat Thorus *tomo 2. compend. decis. §. Baro externæ Nationis*; *vel non verè Neapolitanus Civis*. est nonnullorum apud eumdem Thorum.

13 Probatur ex vulgari, protritoque elogio illo: *par in parem caret ditione, l. nam & Magistratus, ff. de receptis arbitris, l. ille à quo, §. tempestivum, ff. ad Trebell. cap. inferior, cap. denique 21. dist. cap. innotuit 20. §. quamvis, de elect. cap. 1. de locato*; cum in hisce eadē sit juris prædefinitio, *cap. inter corporalia, cap. sicut ergo, de translat Episcop.* ac natura, *l. si socer, in fine, ff. soluto matrimonio*, potentiaq; *l. 1. §. veteres, ff. de acquirenda possess. l. si reus, ff. de duobus reis*; igitur per Baronem haud plecti par est: siquidem per dignitatem Baronalē haud amplius alterius Baronis vassallus, subditusque autumatur, cum per Baronalem dignitatem, ob tentam à Baronali jurisdictio-
14 ne, alterius Baronis exemptus sit: siquidem in Principis, seu Regis ditione est, Baronem vassallum suum à quacumque eximere jurisdictione; igitur, &c.

15 Dices 1. per delictum hujuscemodi injuria Baroni infertur; igitur ab eodem plectendus est.

16 Tametsi injuria Baroni illata sit: verumtamen istiusmodi injuria non nisi per Proregē plectenda est: siquidem haud à vassallo, ast ab exempto patrata proditur; ac per consequens à Magno Vicariæ foro, utpotè à Judice supremo dignoscenda est.

17 Dices 2. Obstat Capiciana isthæc decisio, ubi Barones etiamnum Neapolitani delinquentes per Præsides Provinciæ plecti queūt; igitur, &c.

18 Verum ducitur antecedens, ast nil contra nos: nam aliud est eloqui de Baronis notione, alterius respectu Baronis, cum pares sint, & aliud de Præside Provinciæ, qui Proregis personam repræsentat. inspicito supralaudatū Thorum, fusè materiam hanc pertractantem.

DECISIO LX.

IN Causa testium examinatorum pro parte quondam D. Francisci Manerii Comitis Manerii contra D. Lauram Cantelmam: dum pro Parte dictæ D. Lauræ fuisset instatum, quòd testes producti per dictum Co: Manerii pretendant, per eam falsum deposuisse; & citati sint, quòd personaliter comparerent; & non comparuerunt, condemnentur de falso, vigore Regiæ Pragmaticæ, volentis, quòd testis super falso citatus, si contumax est, potest ex eodem processu de falso condemnari: fuit dubitatum, an possint testes præfati haberi pro confessis, vel citari sub pæna confessi: dubium facit, quia non constat ex processu, quòd isti falsum deposuerunt, prout videtur requirere Pragmatica Regia:

Regia: & quidem S. C. dubitavit, an possint haberi dicti testes pro confessis, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

TEstes falsò deposuisse, per adversarium præsumptos; si ab eodem citati fuere, ut personaliter compareant, ac minimè comparuere: numquid præcisè per hoc de falsò arguendi, vel pro confessis habendi sunt, tametsi falsum deposuisse haud liqueat.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A num. 2. usq; ad 6. ejusdẽ Thesis probatio.
Num. 6. & 7. oppugnatio, ejusdemque solutio.

1 TEstes hujuscemodi rursus per partem in foro producendos fore; alioqui de ipsis nulla habenda esset fides, ceu sancitum per S.R.C. habetur. Author est Capicius hìc, in fine; ibi: *tandem potius comminativè, quàm aliter fuit decretũ, quòd Comes modernus, cum quo causa agitur, teneatur illos testes præsentare, aliàs eorum depositionibus nulla fides adhibeatur*. est Bajardi ad Clarum *in* §. *falsum, n.* 62. Follerii *in praxi criminali, rubric. item, quòd Comes fals. nu.* 43. aliorumque. Author est Thorus *compend. decis. tom.* 1. §. *testes prætensi falsi contumaces*.

2 Probatur: falsitatis vitium, quod inter graviora annumeratur delicta, *l.* 3. §. 1. *ff. de decur.* & prisca inspecta tempestate, *ex l. Corn. in l.* 1. & 5. *ff. ad leg. Corn.* capitale fuit, dummodò dolosè sit admissum, *l. neque exemplum* 20. *Cod. de falsis*, *l. cum autem* 23. §. *scriptura*, *ff. de edilitio edict.* Farinac. *de falsitate quæst.* 150. *nu.* 21. *parte* 2. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 4. *casu* 343. *num.* 3. Vela *de delicto, cap.* 10. D. Joannes de Larrea *alleg.* 97. *per tot.* cum sit veritatis mutatio. Novel-

3 la 73. *justin.* §. 1. quod crimen patratur tam circa personas, utputà partum supponendo, *l. qui falsum* 19. §. 1. *ff. ad leg. Cor. de falsis*, *l. cũ suppositi* 16. *Cod. eodem tit.* quod capitali plectitur pœna. Paulus *lib.* 2. *sentent. tit.* 24. §. *ultimo*, *l.* 1. *Cod. de falsis*; vel si libertus pro ingenuo se gessit, *l. unica, Cod. ad leg. vi*, *l.* 1. *Cod. si serv. aut libert. lib.* 10. vel si falsum alterius assumpserit nomen, decipiendi gratia, *l. falsi* 13. *ff. ad leg. Cornel. de falsis*; vel si alienis usus fuerit insigniis; vel falso diplomate aliquid falsificarit, *l.* 27. §. *ult. ff. ad leg. Cornel. de falsis*, idque genus. Consule Duarenum, *lib.* 1. *explicandi* 10. *Cod. de accus.* Cujacium *lib.* 15. *respons. Papin. in l. falsi* 13. Petrum Gregor. *lib.* 36. *syntag. cap.* 4. Forneriũ *lib.* 5. *rer. quotid. cap.* 17. Germon. *de indult. Cardin.* §. *Hieronymo*, aliosque, quàm circa res, scilicet circa monetam, *l.* 2. *Cod. de falsa moneta*, vel mensuras, *l. annonam* 6. §. 1. & 2. *ff. de extraord. crim.* vel scripturas, quod accidit, si rasis literis aliud in locum ejus, quod antea scriptum haud erat, scribatur, *cap. olim* 25. *de rescript. cap. licet*, §. 6. *de crim. fals. cap. ex consequentia* 9. *eodem cap. cum olim, de privileg. cap. inter, de fide instrum. cap. cum Venerabilis, de releg. dom.* vel si chirographum alienum imitetur, *l. quid sit falsum* 23. *ff. ad legem Cornel. de falsis*, *cap. licet* 5. *de falsis*; vel si absentium nomina, tamquam præsentium scribat, *cap. quanto* 5. *de iis, quæ fiunt à majori parte, cap. tuis* 33. *de testib.* vel si quis haud ignoranter falsis utatur literis, *cap. accedens, de crimine falsi*; vel si testamentarias falsificaverit tabulas, superstite testatore, *l.* 1. §. 5. *l.* 2. *l.* 7. *l.* 16. *l. quid sit falsum* 23. *ff. de falsis*, *l. cum qui* 14. *Cod. eod. tit.* vel si falso usus fuerit testamento, *l. si falsos* 8. *Cod. de crim. falsi*, *l.* 4. *Cod. si reus, vel accusator.* Paulus *lib.* 5. *sentent. tit.* 25. §. *qui falsis*. Divus Ambrosius *lib.* 3. *offic. cap.* 2. ibi: *de eo quid loquar, qui ex eo testamento, quod ab aliis, licèt factum, falsum tamen cognoverit, hæreditatem sibi, aut legatum vindicet, & lucrum quærat alieno crimine, cum etiam leges publicæ eum, qui sciens falso utitur, tamquàm reum astringant facinoris*. vel si instrumentum falsificaret, quod per testes probari potest, *cap. tertio loco, cap. post cessionem* 7. *de probat. l. cum præcibus, Cod. de fide instrum. l. optimam, Cod. de contrahend. stipulatione, cap. cum à nobis, de testibus.* Osualdus *lib.* 15. *commentar. Donelli, cap.* 16. *lit. K.* Cujacius, Mysinger. Altesserra *in cap. cum Ioannes* 10. *de fide*

4 *instrum.* cum jus nunquàm aliquã approbet probationis speciem, quin aliam meliorem admittat, *cap. proposuisti, cap. causa matrimonii, de probat. cap. continebatur, de despõsat. impuberũ, cap.* 1. *de frigedis, & maleficiatis*: siquidem testium probatio dignior, ac efficacior sit, qua facta per instrumentum. Novella 77. *justin. cap.* 3. cum magis vivæ vocis præstanda sit fides, quam demortuæ. Consule textum *in l. ex sententia* 29. *ff. de testament. tut. l. quoties* 9. §. 3. *ff. de hæred. instit. l. omnia* 32. §. *cum* 2. *ff. de legatis* 2. *l. in fraudem* 5. §. 3. *ff. de testam. milit. l.* 22. §. *adimendo*, *l.* 26. *ff. de falsis*, *l.* 8. §. *si quis, ff. de bonor. possess. contra tabulas*, *l. Lucius* 88. §. *Sempronius, ff. de legatis* 2. *l. Pamphilo* 39. §. *propositum, ff. de legatis* 3. *l. finali, ff. de his, quæ pro non script.* Paulus *lib.* 3. *sentent. tit.* 6. §. 14. haud arguendum est, nisi common-

5 stretur. quæ enim facti sunt probatione indigent, *l. in bello*, §. *facta, ff. de captivis, & po-*

postlim. reverſ. l. ſi emancipati 9. Cod. de collat. l. 1. Cod. de probat. l. quacumque, §. fin. ff. de publican. l. aſſicuratio, Cod. de non num. pecun. cap. cum Ioannes, §. verum, de fide inſtrum. cap. licet, de conſtit. lib. 6. ac per conſequens teſtes iſti minimè arguendi ſunt de falſo; tametſi de ipſorum atteſtatione, ſi in Senatu haud comparuiſſe differantur, nulla eis pręſtanda erit fides: quandoquidem comparitionis nolitio veſtigium eſt, à confeſſo reſilire velle, ac per conſequens jure meritò perinde habendi ſunt, ac ſi de ipſis nullum factum fuiſſet examen.

6 Neu Regia obſtat Pragmatica: jubens quod teſtis ſuper falſo criminatus, ſi contumax ſit ex eodem proceſſu de falſo condemnari po-
7 teſt. ſiquidē Pragmatica iſthæc minùs obſtat: ſupponit etenim teſtes falſum depoſuiſſe, quod hic haud liquet.

Pro deciſionis hujuſcemodi illuſtratione.

CAPUT UNICUM.

Teſtes in cauſa apppellationis in criminalibus: numquid repeti queant.

Teſtes in cauſa producti, ſi ceu ſuſpecti per adverſarium redarguerentur: quid faciendum, ut probent.

Teſtis ex duobus, apparēs diverſis in foris, depoſitionibus peractis falſus: ad quem ſpectat ipſius notio, ſi ipſe alterius fuiſſet Baronis Vaſſallus.

SUMMÆ.

Num. 1. Theſis primæ prædefinitio.
A' num. 2. uſque ad 8. ejuſdem Theſis probatio.
Num. 8. Theſis ſecundæ deciſio.
Num. 9. ejus Theſis ſecundę probatio.
Num. 10. Theſis tertiæ finitio.
A' num 11. uſque ad finem, ejuſdem probatio.

1 Teſtes in cauſa appellationis, criminalibus in cauſis repeti poſſe, per S. C. fuiſſe prædefinitum literis mandat Thorus *compend. deciſ. tom. 1. §. teſtes in criminalibus in cauſa appellationis.* laudans Reg. de Franchis, *deciſ.* 668. Riccium *collect. deciſ.* 234. & 1333.

2 Probatur: Appellationis Judex ex integro cauſam noſſe debet, ac per conſequens novū
3 efformandum erit judicium: etenim appellationis conceptus regulariter loquendo duos producit effectus; ſuſpenſivum unum, quo ſententia, ejus effectus, inferioriſque juriſdictio ſuſpendūtur, *cap. paſtoralis, §. verum, de appellat. cap. ſi à Iudice, eodem, in 6.* alterum verò devolutivum, per quem cauſa ad ſuperiorem diſſolvitur, *cap. dilecti 55. verſ. præterea, de appellat. cap. Romana 3. eodem tit.*
4 *in 6.* adeoque ejuſce cauſæ inferior deſinit eſſe Iudex, *cap. ad hæc 37. cap. ut noſtrum 56. de appellat.* nihilque interea eſt innovandum, *l. 1. & per totum, Cod. nihil innovari appellat. pendente, cap. 1. de appellat. cap. ad hæc, cap. ſuper eo, de appellat. l. unica, ff. nihil innovari, cap. veniente, de jure jurando.* Lancellotus, *de attentatis, 2. part. cap. 15. num. 58.* Covarr. *pract. quæſt. 25. num. 1.* quare ſic commentandi ſunt textus *in l. & poſt, ff. de tranſact. l. ult. Cod. ſi reus, vel accuſator mortuus fuerit,*
5 idque genus: quod effici nequeat abſque nova teſtium repetitione, alioqui cauſæ merita haud noſcere, neu ullum efformare judicium, nec judicare quiret: nū quid Judex à quo rectū efformavit judicium: etenim appellatio eſt invocatio auxilii ſuperioris Judicis ad emendanda geſta per inferiorem. Donellus *lib. 24. comment. cap. 4. l. 1. & toto tit. Cod. quor. appellationes.* Author eſt Gregorius *ſyntag. juris parte 3. de actionibus, lib. 10. cap. 20. de appellat.* Ulpianus *in l. 1. ff. de appellat.* Hothomanus *verbor. juris, verb. appellare pag. 531. cap. de appellationibus, in 6.* Cironius *de appel-*
6 *lat. recuſat. & relation. tit. 28. pag. 159.* quare appellationis uſus, & utilis & neceſſarius eſt, ut vel Judicis inertia, vel iniquitas ſępènumerò corrigatur. hinc graficè, diſertèque Cicero 2. de orat. ibi: *Plura judicant homines, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut lætitia, aut ſpe, aut timore, aut errore, aut aliqua permotione mentis, quàm veritate, aut præſcripto, aut juris norma aliqua, aut judicii formula, aut legibus.* & 3. offic. ibi: *Cum Judici dicenda ſententia eſt; meminerit ſe Deum habere teſtem, ideſt mentem ſuam, qua nihil, homini dedit ipſe Deus divinius,* & 6. in Verrem. ibi: *Eſt boni Judicis, parvis ex rebus conjecturam facere uniuſcujuſque, &*
7 *cupiditatis, & incontinentiæ.* exemplo eſto de Divo Paulo, qui à Judeis ad Cæſarem provocavit. juxta dicterium feſti illud: ad Cæſarem appellaſti, ad Cæſarem ibis. Authores ſupralaudati.

8 Teſtes in cauſa productos, ſi utpote ſuſpecti per adverſarium redarguerentur, tunc in foro rurſus eſſe producendos, ac examinandos, exiſtimant Joannes Angelus Piſanellus *in prag. teſtem falſum, num. 13. de falſis.* Author eſt Thorus *compend. deciſ. tom. 1. §. teſtes in cauſa producti ſi uti ſuſpecti.*

9 Probatur inincontinenti, ac in judiciū rurſus, & producantur, & examinētur teſtes, tunc ſuſpicio quælibet evaneſcit; ac per conſequēs ex ipſorum examine unum ex his verificari debet; vel veritas, vel falſitas.

10 Si de tertio ſit ſermo themate: locum præventioni eſſe refundendum, ac per conſequēs ab illo fore dignoſcendum, qui primo ipſum in vincla iniicit, cenſet Reg. de Franchis *deciſ. 582.*

11 Probatur: ubi inobedientia binis peracta perhibetur judicibus, toties præventioni dandus

dus erit locus, *cap. cum sit generale, de foro cõpetenti.* Gonzalez 1. *decret. tit.* 32. *de offic. Judicis ordinarii, in cap. perniciosa* 1. *num.* 8. *pag.* 703. aliique apud eundem. Regens de Marinis 2. *juris resol. cas.* 3. *à num.* 2. *usque ad finem*, *pag.* 3. Larrea *decis.* 1. *granat.* in nostro porro themate testis ex binis apparet dispositionibus reus: siquidem binæ supponuntur falsæ; igitur, &c. quandoquidem per depositionem falsam injuria Judici irrogatur, ac per consequens à reo purganda, quæ non nisi vel per
12 pecuniam, vel per vincula purgatur: tametsi prisca inspecta tempestate purgatio isthæc multifariam fiebat, nempè vel per aquam ferventem, vel per ferrum candens, per ignem, quo scelus expendi, & dilui credebant: *scelus exuritur ignẽ*, inquit Virgilius 6. *Æneidos.* textus vocitat hoc purgationis scelus (sufficiens) & hæc notissima sunt ex innumeris ferè locis capitularium Iugonis in epistolis, Aimoini, & aliorum: nam ex Concilio Moguntino expurgari servum super vomeres duodecim ardentes jussit. Can. *qui presbi-*
13 *terem* 17. *quæst.* 4. & pudicitia fæminarum vulgo explorabatur per ignem: sic enim Cunegundii castitatem suam comprobant, ignitos vomeres præmens coram Enrico Imperatore Marito suo apud Crantzium *Metropol.* 4. *c.* 5. apud Judeos purgari per examen aquæ frigidæ, pronuncians Sacerdos mulieri suspectæ isthęc verba: *Bibe Populum redargutioni, quod incerta, occultaque nudabit, ac deteget.* scribit Philo Judeus *lib. de specialibus legibus.* Græci Caldario utebantur, idque genus. Author est Cironius *in paratitl.* 5. *decretal. de*
14 *purgat. vulgari, tit.* 35. *pag.* 451. Pontifices verò diversimodè se purgarunt, juxta Sacrorum Canonum statuta, scilicet super corpus BB. Apostolorum. Gregorius *epist.* 23. *lib.* 2. *can. habet,* 2. *quæst.* 5. & super reliquias Martyrum, *cap.* 13. *in legibus.* Frisionum, vel super Brachium Sancti Antonii, & ante corpus Sancti Apollinaris, in Can. *quæ de causa* 2. *quæst.* 5. vel super Crucem etiam Domini; etenim solebãt accusati per quadraginta duas noctes ad Crucem stare, ita ut qui caderet convictus habebatur, vel fiebat per Corpus, & Sanguinem Christi; tam in furtis, quàm in homicidiis, & aliis criminibus deprehendendis. Can. *sæpe,* & Can. *ult.* 2. *quest.* 5. idque genus. Cironius *in paratitl.* 5. *decret. de purgat. canon. tit.*
15 34. *de purgat. canonica, pag.* 449. quare cum maxima morum religio in servis desideratur, juremeritò olim cum quis ad testimonium admittebatur simul, & pręconium publicacabatur. ad quem morem respexit Fabius *in declamationibus*: *Tyrannum testem dabo, illum quidem neque ex laudo, sed ipsa scelera, ipsa vitia faciant huic rei auctoritatem.* Turneb. 2. *adverf. cap.* 11. inde postea laudare testem pro citare dictum Festo, & Pomponio *in l. tenetur, de actionibus empti.* Cironius *in paratitl.* 5. *decret. tit.* 20. *de testibus, & attestationibus, pag.* 138.

DECISIO LXI.

IN Causa Magnifici Carrafelli Carrafæ cum Magnifico Octofredo Caracciolo: Magna Curia Vicariæ admisit Vincentium Granatum testem dicti Octofredi, ex intervallo post ejus dispositionem ad corrigendum dictum ejus, quod reperiebatur scriptum certo modo: an hoc fieri potuerit, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

MAgnum Vicariæ forum: numquid ex intercapidine aliqua admittere possit testẽ aliquem ad se de aliquo post ejus depositionem corrigendum asserto.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A'num. 2. usque ad finem, ejusdem Thesis probationes.

1 POst ejus depositionem ad se de aliquo corrigendum dicto, per Judicem admitti posse, existimo. est nonnullorum Authorum contra nõnullos apud Antonium Capicium hic.

2 Probatur 1. priusquàm definitiva à Judice proferatur sententia, necessum ducitur, ut per ipsũ veritas dignoscatur, quæ dignosci quippè nequit, nisi per testes; cum secundum allegata, & probata judicare debeat. Divus Thomas *quæst.* 67. *art.* 2. quare adusque per Judicem definitiva feratur sententia, testes de ipsorum assertis, sive ante, sive post publicatũ
3 in causa (quod hoc in casu materialiter puto, se corrigere queunt. Ant. Faber 4. *Cod. tit.* 25. *de testibus def.* 30. *num.* 1. & 7. *in allegat. pag.* 335. *cap. series* 26. *cap. ex tenore* 35. *cap. cum in tua* 44. *de testibus, cap. sicut* 22. *de sponsal. cap. cum matrimonii* 14. *de probat. cap. cum dilectus* 9. *de fide instrumentorum, cap. constitutus, de testibus, & attestationibus.* neu ob-
4 stat textus *in cap. fraternitatis* 17. *cap. cum venisset* 25. *cap. cum causa* 42. *cap. constitutis* 46. *cap. per tuas* 48. *de testib.* Clem. 2. *eod. tit.* siquidem eloquuntur alio in themate, scilicet

ubi

ubi falsitatis,& subornationis periculum extat, secus quando testes se corrigere volunt; etenim error assensum explodit, *l. si per errorem, ff. de jurisdict. omnium judicum, l. si procurator, ff. de acquirend. rer. domin. l.*
5 *non id circo, Cod. de juris ignorant.* inde fit, quòd errorem corrigens, nil de novo dicere perhibetur; ast jam factum expendere, *l. haeredes palam, ff. de testament.* igitur, &c.

6 Probatur 2. si testis de dicto se corrigens post publicatum in causa admitti nequiret, sanè Judicis sententia infirma foret. Antonius Faber 4. *Codicis, tit. 25. de fide instrumentorum def. 61. num. 4. in allegat. pag. 344.* propterea quod super apparentiam fundata esset, quod infirmum foret: cum Judicis sententia super testium assertis fundetur; igitur juremeritò testium correctio sive ante, sive post definitivam sententiam semper admittenda est, dũmodo haud obscurè de testiũ errore liqueat, enimverò error executioni haud demandari debeat: cum errantis nulla sit voluntas, *l. si per errorem, ff. de jurisdict. omnium judic. l. si procurator, ff. de acquirend. rer. domin. l. non*
7 *idcirco, Cod. de juris ignorantia*: quid enim tam contrarium rationi, quàm error? quid tam alienum à justitia? nam si justitia *est constans, & perpetua voluntas jus suum cuique trebuendi, l. justit. 10. ff. de just. & jure*, constat, errantis, nullum esse velle, nullumque assensum. Antonius Faber *in jurisprudentia Papinianea, tit. 1. de just. & jure, princ. 1. con-*
8 *futat. 1. pag. 3.* ex quo ritè infertur, quòd testes, qui non rectè recepti sunt, reiterari possunt etiam post publicatum. inspicito Thorum *tomo 1. votorum, voto 88. num. 7.* alioqui sententia nulla foret, cum cõtra Leges, Canonesque lata esset, *l. 1. Cod. si à non competenti, c. solet, de sententia excomm. in 6. cap. inter 9. c. cum inter 12. cap. quòad consultationem 15. de appellat. cap. per tuas, de sententia excommunic. cap. examinata, de confirm. utili, cap. ei, qui vers. item, 2. quaest. 6. cap. frater 26. quaest. 1. l. magis, §. si aes alienum, ff. de rebus eorum, l. nemo, Cod. de sent. & interloc. l. si expressim 19. de appellat.* auth. *hodie, Cod. de judic. l. 4. §. condemnatus, ff. de appellat. l. in hoc 28. ff. familiae erciscundae, l. si quis filio 6. §. quod si quis, ff. de injusto rupto, l. 1. §. item contra, ff. quae sententia sine appellat. l. 1. & 2. Cod. quando provocare.* Duarenus *ad tit. ff. de judic. cap. de variis judic.* Cujacius *leg. 1. Cod. de legibus, & lib. 6. observat. cap. 25. & in l. merito, Cod. de suis, & legitimis.* Valentia *lib. 2. illustr. tract. 2. cap. 6. num. 18.* Osuald. *lib. 26.* Donelli, *cap. 6.* Cujacius *ad ff. in l. si libertas 6. ff. de jure patronatus, & ad tit. Cod. quando provocare, & lib. 10. respons. Modestini in l. praeses, ff. de judic. & in l. 1. ff. quod quisque juris, & lib. 18. observat. cap. 33.* Faber 12. *conjectur. cap. 14.* Vultejus *de judiciis, lib. 4. cap. 1.* aliique.

Pro decisionis hujuscemodi illustratione,

CAPUT UNICUM.

Testis, si incontinenti ad Notarium revertatur, ac sibi à Tabellione legi suum flagitet assertum; quo lecto denegat, se id dixisse: numquid praecisè per hoc scripturam corrigere independenter à Judicis jussu permissum esse ducatur.

Si instrumentum productum fuerit, quod ad concomitantiam testium probatione indigebat: numquid post publicationem induci possint testes.

Testes edifferentes, se aliter dicta protulisse, ac per notarium descripta fuere: cuinam fides praestanda sit, testibus ne? an notario?

SUMMAE.

Num. 1. primae Thesis decisio.
Num. 2. & 3. ejusdem probatio.
Num. 4. Thesis secundae finitio, ejusdemq; probatio.
Num. 5. Thesis tertiae praedefinitio.
A num. 6. usque ad finem, ejusdem probationes.

1 SI de primo sit sermo themate haud esse permissum notario, existimo, ac per consequens Judicis mãdatum reposci. est Baldi *in cap. praeterea, colum. penultima, de testibus cogendis.* apud Masullum ad Capicium hìc in fine, aliorumque.

2 Probatur: Judicis juris est, testis correctionem examinare: etenim jurisdictionis actus est, *cap. cum causa, de testibus, cap. licet 9. de probationibus*; ibi: *Tam in personas testium, quàm super negotio.* argum. *leg. momentaneae, Cod. unde vi.* argum. *leg. ult. Cod. de probat.* Hadrianus *in l. 3. vers. divi, ff. de testibus, l. fluminum 24. §. item videamus, ff. de damno infecto, l. injuriarum 13. §. 1. & §. quod jure, ff. de injuriis, l. nullus 55. l. factum 155. §. non videtur, ff. de rei judic. cap. cum Ecclesia 31. de elect. cap. dudum 54. vers. partibus, de elect, c. cum causam 62. de appellat. cap. exhibita 19. de judic. cap. in nostra 4. vers. sed idem, de procurat. cap. cum Joannes 22. de R. I. cap. 4. de confirm. utili, cap. cum dilecti de purgat. canonica, l. properandum 13. vers. post litem, Cod. de judic. l. consentaneum 8. §. finali, Cod. quomodo, & quãdo.* auth. *sed & si quis, Cod. de testibus.* consule Cujacium *in l. penult. Cod. de testibus, & in c. quoniam 5. ut lite non contestata.* Petrum Cregorium *de rescript. lib. 1. cap. 37. & lib. 48. syntag. cap. 5.* Altesserram *in dicto cap. quoniã*, aliosque; quo notarius caret: quandoquidem inspiciendum est ex quonam motivo se corrigat? quare? idque genus; quae cum actus jurisdictionis sint, juremeritò in notarii ditione extemplo testis correctionem conscribere

3 mi-

3 minùs extare prædicatur; igitur, &c. in hæsitatione verò numquid ita dixerit testis nec ne; tunc potius Notario (si rectæ famæ sit) fides præstanda est, quàm testi. Petra *hìc, nu.* 3.

4 Sin de secũdo mẽtionetur casu, & tunc esse admittẽdos testes post publicationẽ, existimo 2. est Afflicti *decis.* 216. *n.* 5. Author est Thorus *compend. decis. tom.* 1. §. *testes an possint induci.*

Isthæc facti species eodem prorsus pacto, quo supralaudata decisio commonstrata fuit, probatur: siquidem utrobiq; par urget ratio, inde fit eadẽ juris finitio, *l. illud, ff. ad l. aquiliã, l. si postulaverit,* §. 2. *ff. ad leg. jul. de adulteriis, l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. nauta,* §. *finali, ff. nautæ caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, Cod. de Sacros. Eccles.* §. *si igitur,* Instit. *quod cum eo, l. his solis, vers. satis etiam cautè putamus, Cod. de revocandis donat.* secus è diverso, *l. si ita, ff. de manumiss. testam. l. servus, ff. de statu liber.* hinc Cicero 3. *Tuscul.* ibi: *munus animi est ratione uti.* & 1. de legibus; ibi: *nihil est non dicam in homine, sed in omni Cœlo, atque Terra ratione divinius, quæ cum adoleverit, atque perfecta est, nominatur, ritè sapientia.*

5 Sin postmodum de tertia facti specie verba faciamus; & tunc distinguas: vel sermo est de civilibus, vel de criminalibus causis. si de civilibus, tunc potius Notario (si probæ famæ sit) quàm testibus fidem præstandam esse, existimo 3. est Grammatici *decis.* 60. Boerii *decis.* 118. aliorumque. Prosper Petra *hìc, num.* 3. Author est. inspicito Thesaurum *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 31. sin de criminalibus, & tunc neutri.

6 Prima Thesis pars cõmonstratur: Notarius namque publica vocitatur persona. Codex Theodosianus 6. *tit.* 10. *de primigerio, & notariis, in l. notariorum* 2. *in comment. pag.* 89. cum notarii dicti sint, quod notis ut plurimũ scribant, *l. Lucius* 40. *in princ. ff. de testamento militum.* cõsule Cujacium *lib.* 3. *observat. c.* 3. apud Ant. Fabrum 4. *Cod. tit.* 16. *de fide instru. def.* 18. *num.* 1. *in allegat. pag.* 350. cum jurisdictionẽ quandam ordinariam voluntariam exerceat. argumento, *l. contractus* 17. *Cod. de fide instrumentorum, l.* 1. *l. generali, Cod. de tabulariis, lib.* 10. adeoque dicuntur Judices Chartularii, *cap.* 2. *de fide instrumentorum.* Ant. Faber 4. *Cod. tit.* 16. *de fide instrumentorum, def.* 1. *num.* 2. *in allegat.* quare nil mirũ si servus publicus vocitetur, cum omnibus publicè inservire debeat. Author est Cõnanus *juris civilis, lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 2. *pag.* 81. ac per consequens fide digna ipsorum fides, & à jure, & ab hominibus comprobata autumatur, adusque secus per adversarium commõstratur. Antonius Faber 6. *Cod. tit.* 5. *de testamentis, def.* 10. *num.* 7. *in allegat. pag.* 626. & 9. *Cod. de l. Cornelia, de falsis, tit.* 13. *def.* 3. *num.* 1. *in allegat. pag.* 1173. cum melior sit possidentis conditio, *l. si debitor, ff. de pignor. l. is; qui destinavit, ff. de rei vindic. l. finali, Cod. eodem tit. l. qui accusare, Cod. de edendo,* §. *retinendæ, vers. commodum,* Instit. *de interdict. cap. pro possessore, de regulis juris in* 6. quod haud de testibus verificatur; igitur inspectis ipsorum personis, muniisque, potius Notario, quàm testibus fides præstanda est.

7 Secunda Thesis pars probatur: in criminalibus namque luce clariores probationes esse debent, *l. sciunt, Cod. de probationibus.* Author est Reg. de Marinis *resol. juris lib.* 1. *cap.* 83. *num.* 4. *l. ult. Cod. de probat.* Ant. Faber 4. *Cod. tit.* 2. *de furt. def.* 4. *num.* 4. *in allegat. pag.* 618. ac per cõsequens si inter Notarium, testesque circa asserta aliqua habeatur oppugnatio; toties unius assertum, alterum destruere proditur; ac per consequens rursus efformandæ erunt probationes, ac noviter examen, ne reus Notarii asserto damnetur, neve testium dicto solvatur; igitur, &c.

DECISIO LXII.

IN Causa Illustris. Don Ferdinandi de Aragonia cum Illustris. Principe Salerni: probaverat in termino principali præfatus Illustris. Princeps, qualiter certo tempore ipse Illustris. Don Ferdinandus in Terra Diani existens dixerat, seu confessus fuerat si habuisse integras dotes, quas nunc petit Illustr. at Don Ferdinandus in repulsa produxit: & examinari fecit testes, qui deposuerunt, quod in illo tempore ipse non fuit in Terra Diani, sed alibi. præfatus Illustris. Princeps in repulsa repulsæ fecit articulos: quinimò illo tempore fuit Illustris. Don Ferdinandus in Terra Diani: & sic articuli sunt iidem cum primis suis, & directo conttarii articulis repulsatoriis Don Ferdinandi: an debeant illi articuli stare: obstante regula, de qua in *cap. fraternitatis, de testibus,* & in Clementina 11. *eodem tit.* & in Auth. *qui semel, Cod. de probat. &c. Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti Species.

ARticuli, qui iidem cum prioribus sunt; si ex diametro articulis repulsatoriis partis adversæ oppositi sint: numquid admittendi sunt, ut id enodatius, apertiusque intelligatur.

Titius in foro sistens, & per productos testes affirmans, quòd Cajus Salerni dotem à se reciperavit; quod denegatur à Cajo, nunquã in istiusmodi fuisse locis: numquid rursus Titius id probare possit, Cajum & Salerni fuisse, & dotem recepisse.

SUMMÆ.

Num. 1. primæ Thesis partis prædefinitio.
Num. 2. ejusdem probatio.
A' num. 3. usque ad 9. oppugnationes, & solutiones.
Num. 9. secundæ Thesis partis decisio.
A' num. 10. usque ad finem, probatio.

1  Rticulos hujuscemodi admittendos fore, per S. C. fuisse prædefinitum, memorat Antonius Capicius hìc, *num.*2. in hæc verba: *fuit conclusũ, & votatum, quòd sic*, est Muscatelli *in praxi S. C. lib.* 1. *parte* 6. Glossa *momentum, num.* 18. & Glossa *adverte, num.* 5. Marte *de jurisdictione, parte* 4. *casu* 128. *num.* 21. aliorumq; Author est Thorus *compẽd. dec. to.* 1. §. *articuli, qui sunt iidem cum primis, & de directo, &c.* & si oppositum sãcitum fatetur ibidem, *vers. articuli propositi in termino repulsæ.* inspicito Afflictum *decis.* 218. ubi addentes.

2 Probatur: Tametsi idem numerò articulus replicatus esse differatur; attamen necessum ducitur (ceu ex facti specie liquet) ut pars meliùs comprobat, vel per eosdem numerò testes jam in prima productos instantia, vel per alios novos ut adversarii solutionis actũ denegantis, assertum explodat. inspicito Afflictum *decis.* 216. *num.* 4. *vers. item fuit practicatum in Consilio, quòd si pars probavit articulum.*

3 Dices 1. Articuli secundi frustra secundi vocitarentur: etenim cum primis iidem supponuntur; igitur secundos acciri articulos erroneum ducitur.

4 Ideo secundi nuncupantur articuli: quatenus de primævis secunda fit discussio, ac per consequens idem replicatus, ac rursus discussus appellatur.

5 Dices 2. obstat textus *in c. fraternitatis* 17. *de testibus.* Clementina 11. *de testibus.* Auth. *qui semel, Cod. de probat.* Author est Capicius *hìc, num.* 1. in quibus secus sancitum extitit; igitur, &c.

6 Textus in supralaudato *cap. fraternitatis* alio in themate extat; siquidem de alia facti specie eloquitur; quinimò nostræ suffragatur thesi, cum novorum examen testium permittat, idque genus; quare supralaudati textus commentandi sunt ubi secundi articuli à parte frustra producti essent, scilicet si testes primævi nil probarent; vel novos habeat testes; vel nisi aliud probare valeat; secus si prima probatio firma sit, vel firmior factitanda sit.

7 Dices 3. Obstat Pragmatica, *tit. de ordine judic.* ubi est prædefinitum, quòd nunquam in articulis repulsę fas est illud idem redigere, quod prius in prima adjectum fuisse feratur instantia, ceu arguit supralaudatus Muscatellus *num.* 18. in fine; igitur, &c.

8 Supralaudata Pragmatica est commentãda ubi frustatoriè adjectum sit; secus verò nostro in casu, uti ritè speculanti patet.

Secunda facti species.

FAcultas ad examinandum alicui data, si dilatio ad repulsam ei permissa, lapsa esse prædicetur: numquid si sit in mora repellẽdi, in integrum ipsi restitutio permittatur.

9 In integrum ei restitutionem haud esse refundendam opinor. est Capicii *hìc, num.* 3. ibi: *nam repulsa est odiosa, & in odiosis non datur restitutio.*

10 Probatur: Ubi alicui probandi, seu repellendi à jure datus prædicetur terminus, si nullo legitimo detentus sit impedimento; toties in culpa ducitur, ac per consequens nullo juris auxilio dignus sit: culpa etenim suum sectari debet Authorem, *l. sancimus, C. de pœnis, cap. quæsivit, de iis, quæ fiunt à majori parte Capituli, c. Romana, in fine, de sententia excom. in* 6. neu aditus fraudibus, dolisve est aperiendus, *l. in fundo, ff. de rei vindic. l. cum is,* §. *si cum lis, ff. de transact. l. qui sub prætextu, Cod. de sacros. Eccles. cap. porrò, de divort.* Clement. 1. *de usuris, cap.* 1. §. *final. de concess. præbend.* cum hujuscemodi nemini patrocinari debeant, *l. itaque fullo, ff. de furtis, cap. dictum* 30. *p.* 1. *cap. intelleximus, de judic. cap. tuæ* 12. *de Clerico non residente, cap. sedes, cap. ex tenore, de rescriptis, cap. tuus, de usuris*: cum bono expediat publico, ut rei cõdignum pœnarum pensum dent, *l. ita vulneratus,* §. *quod si quis, vers. cum neque impunita, ff. ad leg. Aquiliam, l. licitatio,* §. *quod illicitè, ff. de publicanis, l. congruit* 13. *ff. de offic. Præsidis, l. stichum,* §. *tametsi, ff. de solut. extravag. ad reprimen. in princip. cap. est injusta* 21. *quæst.* 4. *cap. ut famæ* 35. §. 1. *de sentẽt. excomm.* hinc Plaut. *in Asin.* 10. 7. ibi: *neque quæ rectè faciunt, culpo; neque quę delinquunt amo.* idque varios ob legis fines, ne judicia in infinitũ prorogentur, *l.* 3. §. 1. *ff. de recept. qui arbitr.* Ciron. *in paratitl. tit. de appellat. pag.* 160. Cujacius *lib.* 12. *observ. cap.* 4. Antonius Faber 3. *Cod. tit.* 7. *de ordin. judic. def.* 13. *num.* 2. *in allegat. pag.* 183. propter innumera mala, quæ ex hisce contingunt, de quibus *in l. si servus, de obligat. & action, leg. æquissimum* 17. *de usufructu, l.* 4. *ff. de alienat. judic.* Osualdus *lib.* 17. *comment. cap.* 1.

11 inde fit, quòd litium finis utroque commendatur

datur jure, *l. properandum, Cod. de judiciis*, *l. finali, ff. pro suo, cap. finem, de dolo, & contumacia*. Fornerius *lib. 3. rer. quotid. cap. 1.* Quintilianus, *declam.* 309. ideoque debitores prius amicabiliter (si fieri valeat) interpellandi sunt, quàm in jus rapiendi, *l. quidam 13. ff. de servit. rustic.* Cujacius *lib.* 18. *observat. cap.* 38. Merillus *lib. 3. observat. cap.* 8. *& in l. debitores* 10. *Cod. de pignor.* juxtà commentationem Osualdi *lib. 17. Donelli, cap. 1. lit. B.* cum sæpèsępius melius sit liti cedere, quàm in foro sistere, *l. etenim, ff. de minor. l. illud 7. §. 1. ff. de tributor. l. 4. §. 1. ff. de alienat. judic.* Plinius *lib. 2. epistol. 3.* Divus Ambros. *lib. 3. de virg.* Seneca *2. de ira, cap. 7.* Vultejus *de judiciis, cap. 1.* Robertus *lib. 2. rer. judic. cap. 16.* Solorzanus *de jure Indiar. tomo 1. lib. 3. num. 7. & in polit. lib. 3. cap. 31. & emblem.* 68. D. Ioannes de Larrea *tom. 1. decis.* Granat.
12 *cap. 4. num. 8. & cap. 38. &* 39. quare jureoptimo provocationi terminus est à juribus prędefinitus, pręfixusque, *l. 2. l. ultima, §. illud, Cod. de tempor. appellat. cap. cōstitutus* 45. *cap. oblatæ* 57. *de appellat.* Clement. *sicut*, *eodem tit. cap. sæpè* 44. *cap. repræhensibilis infra cap. 1. post hoc, eodem tit. in 6. l. quoniam* 18. *Cod. de appellat.* Auth. *ei, qui Cod. de tempor. appellat.* Cujacius *in dicto cap. cū sit Romana* 5. *& lib. 12. observat. cap.* 4. Donellus *lib.* 28. *comment. cap.* 7. Anguianus *lib. 2. de legibus*, *cap.* 10. Cironius *in parat. ad tit. de præscript.* Salgado 3. *part. de protect. Reg. cap.* 18. ad finem; igitur, &c.

Pro decisionis istiusmodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

ARticuli in summario præsentati judicio, testesve etiamnum producti: numquid in principali causa iidem fieri possunt articuli, vel illud idem, vel ex diametro contrarium continentes.

Articuli in liquidationis causa præsentati, illud idem continentes, quod in primævo termino principali in causa adjectum fuit: an explodendi sunt.

Iidem Articuli: utrum in appellationis causa produci possint.

Articuli iidem, qui summariissimè in causa possessorii producti fuere: num principali in causa produci valeant.

SUMMÆ.

Num. 1. primæ Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad 9. ejusdem probatio.
Num. 9. secundæ Thesis decisio.
Num. 10. & 11. ejusdem probatio.
Num. 12. tertiæ Thesis finitio.
A' num. 13. usq; ad 16. ejusdem probationes.
Num. 16. quartæ Thesis decisio.
A' num. 17. usque ad finem, ejusdem probationes.

1 SI de primævo sit sermo themate; tunc eosdem fieri posse articulos principali in causa; vel illud idem, vel ex diametro oppositum continentes docet. Reg. Rovitus *in Prag. 2. num. 2. de ord. judic.* Author est Thorus *tomo 1. cōpend. decis. vers. articuli in judicio summarii præsentati.* memorans, sic in Regia Camera prædefinitum fuisse.

2 Probatur: Quicquid in summario discussū fuisse perhibetur judicio, in ordinario affatim examinandum erit, cum perpetua sit regula: *summarium judicium nunquam esse cumulandū cum plenario, l. si de vi 37. ff. de judic. l. 1: ubi not. Cod. si de moment. poss. fuer. appel.* Ant. Faber 8. *Cod. tit. 3. unde vi, def. 9. in allegat. num. 2. pag.* 954. etenim boni Iudicis partes sunt omnibus modis prospicere, ne probationes intercidant, *l. in lege 40. ff. ad l. Aquil. l. per hanc 4. in fin. C. de temp. & repar. appell.* Ant. Faber 3. *Cod. tit. 22. de rei vind.*
3 *def. 4. num. 5. pag.* 234. quandoquidem longè plenarium, ordinariumque à summario diffidet judicio: cum plenarium plenè ex professo de aliqua dissertetur re, *l. Judices 9. ibi: plena inquisitione discutere, Cod de judiciis, cap. cum super*; ibi: *tam restitutionis, quàm electionis causa plenius agitata de causa possessionis, & proprietatis*; secus verò summarium, ubi breviter, ac summatim causa ventilatur, *l. à Divo Pio 15. §. si rerum, ff. de re judic.* Hothomanus *lib. 2. observat. cap. 4.* Donellus *lib. 24. commēt. cap. 5.* ubi Osualdus *lit. B.* Menochius *lib. 1. de arbitris, quæst.* 18. Maranta *de ord. judicior:*
4 4. *part. dist.* 9. inde fit, quòd in summario juris ordo haud servatur: quod vel in notoriis servatur thematibus, *cap. bonæ 23. vers. porrò, de elect. cap. cum sit, §. ultimo, cap. præterea 13. cum sequenti, cap. cum speciali 61. §. porrò, de appellat. cap. 3. de testibus cogendis, cap. tua 8. de cohabit. Cleric. cap. de his 3. de eo, qui cognovit consanguineam, cap. 2. de consanguin. & affinit. cap. evidentia, de accusat.* Salgado *de protect. 3. part. cap. 17. num.* 41. Scaccia *de appellat. quæst. 17. num.* 4. Farinaceus *tomo 3. praxis, quæst. 102. num.* 60. Decianus *tomo 1. tract. crimin. lib. 2. cap. 21. num.* 8. vel in causis à Principe delegatis cum clausula *procul à strepitu, & figura judicii*. Maranta *de ordin. judic. 4. part. dist. 9. ex num. 2.* Vantius *ex nullitate ex defectu processus, num.* 52. vel in causis beneficialibus, matrimonialibus, & usurariis. Clement. 2. *de judiciis*. Clement. *sæpe de verborum signif.* Anguianus *lib. 2. de leg. cap. 19. num.* 14. Vega *in cap. exhibita, de judic.* idque genus; tametsi in utroque judicio suo in genere juris formula servatur, adeoque ex ordine fieri edisseritur, *l. 2. ff. ad Vellejanū*, secus verò è diverso, *l. nullus 7. ff. ad l. Cor-*
5 *neliam, de falsis*: quare jure optimo apud Romanos ordinaria devocabantur judicia, in

 queis

queis sollemnem judiciorum formulam usurpabant. Donellus *lib.23.comment.cap.1.& 2.* ubi Osualdus *lit.C.* secus verò summaria, *l.cū filius 17.ff.de rebus creditis,l.si longius, §. 1. ff.de judiciis,l.1.& per totum, ff. de variis, & extraordin.cognit.l.si quis sepulcrum 17.ff.de relig.& sumpt.l.2.ff. ex quibus causis major.* Cujacius *in notis* ad Paulum, *lib.5.sentent.tit.* 13. Consule Corasium *in l.solet,ff. de Officio Proconsulis.* Scipio Gentilis *lib.3. de jurisdict. cap.32.* Brissonius *lib.5.de formulis, pag.436.* Vultejus *lib.1.de judiciis,cap.2.* Olanus *lib.3. paralip.cap.9.per totum*; igitur in ordinario judicio quicumque pertinentes examinari queunt articuli, ac per consequens examinati in summario, cum quilibet articulus plenè discutiēdus sit, ne quis indefensus restet, quod naturali obnoxiū est juri, *l.1.§.ita cum edicto, ff.quæ sētētia appellat.l.de unoquoq; ff.de judi-*
6 *ciis.*Cironius *in paratitl.5.decre.tit.28.de appell.pag.159.* nam hoc pacto judiciarius servatur ordo, qui est rerū dispositio, ac collocatio secundū prius, & posterius: etsi quādoq; pro serie, ac dispositione accipitur, *ut in tit. ff.quis ordo in bonor.possess.*Ulpian. *in l.Vicarius 13.ff. de legation.* describēs apud Romanos tres fuisse Ordines. primum Senatorium. secundum Equestrem. tertium Plebejum. Alexander ab Alexandro, *lib.2. dier.genial. cap.28.* Hothomanus *lib. 6. observat. cap. 11.* Petrus Faber *lib. 2. semestr. cap. 11.* D. Josephus de Retes *lib.1.opusculor.cap.23.* Quintanadvenas *lib.1.*
7 *Ecclesiast.cap.4.num.9.* inde fit, quòd aliquādo statum, conditionem, ac qualitatem ordo significat, *l. Divus Marcus 14. §. cum autem, ff.de officio Præsidis,l.1.§.quamvis,vers.publicè, ff.de ventre inspiciendo,l. 4.ff. de Senator.*
8 Budęus *in dicta l. Divus*: atque hinc fit, quòd in Senatu, comitiisque, antiquiores junioribus præferebantur, habita dignitatis, & temporis prerogativa, ideoque Senatus, Comitia, & Curiæ ordines acciri assolent, *l.quod semel 5. ff.de decretis ab ordine,l.cognitionum 5. l.minuitur, ff. de variis,& extraordin.l.nulli 3. l. item eorum 6.§. si Decuriones, ff.quod cujusq; univers. l. si mulier 6. ff. de donat. inter, l. ordo is, ff.ad municipal.l.qui ad tempus, ff. de Decurio.l.1.l.autem 3.ff.de decretis ab ordin.*
9 Si de secundo verba faciamus casu, & tunc si illud idem articuli isti in liquidationis causa præsentati, specificè contineant, quod primævo in termino in principali adjectum fuit causa; tunc si nulla justa replicandi causa, nec novum urgens habeatur motivum; quippe fore explodendos, per S.R.C. fuit prædefinitū. Author est Thorus *compend. decis. tomo 1. §. articuli in causa liquidationis præsentati illud idem continentes*: tametsi in beneficiis secus erit decernendum existimo, in quibus illud idem produci fas est, quod in principali deductum fuit causa. Authores extant Reg. de Franchis *decis. 683.* Riccius *collect. decis.* 1312. Thorus Author est, *compend.decis.to.1. §. articuli in causa liquidationis præsentati.*

10 Probatur: Foret namque frustatoria replicatio isthæc, ut speculanti liquet: siquidem illud idem, quod fuit in primęvo termino, principali in causa adjectum esse supponitur, si nova motiva, novæque suboriantur pro-
11 bationes, judiciaque: quandoquidem si genericè in litis primordio producti fuere articuli, tunc magis specificè in liquidationis causa producendi sunt; igitur, &c.
12 Si de tertia facti specie sermo habeatur, & tunc eosdem articulos in appellationis causa haud esse producendos, existimant Afflictus *decis. 216.* Muscatellus, aliique. Auhtor est de Luca *observat. 668. num. 2.* dummodo justa producendi haud habeatur causa, alioqui secus foret decernendum.
13 Prima thesis pars probatur ex Clementina finali, *de testibus, ex cap. fraternitatis, eodem tit. & ex constit. jurisperitorum, ex prag.30. de officio S. R. C.* Author est idem supralauda-
14 tus de Luca indidem: etenim de appellationis conceptu est, ut Iudex ad quem universos dignoscat articulos, à Iudice à quo discussos: numquid ritè ab eodem discussi, ac decisi fuere. Antonius Faber 1. *Cod.tit.2.de sacrosan. Ecclesiis, def.12.pag.4.* Antonius Crannanieto 2. *decretal. de appellat.tit.28..in cap.ut debitus honor 59.num.19.& 20.pag.264.* provocationis etenim Judex novus est, ac per consequens causæ merita nosse debet, alioqui predefinire nequit: numquid Judex à quo rectè sanxerit nec nè; cum appellationis conceptus binos regulariter importet effectus: devolutivum unum; alterum verò suspensivum, *cap. pastoralis, §.verum, de appellat.cap. si à Judice eodem tit. in 6. cap. dilecti 55. vers. si verò, eodem tit. in 6. cap. proposuit 24. de appellat. cap. Romana, eodem tit. in 6. cap. ad hæc 37. cap.ut nostrum 56. de appellat.* igitur articuli iidem in appellationis causa haud producendi sunt.
15 Secunda thesis pars probatur: Ubi justa producendi habetur causa, toties iidē numero articuli, qui à Iudice à quo examinati fuere, radicitus per Iudicem ad quem examinandi sunt; ac per consequens & prisci, & novi examinandi sunt testes, perinde ac si à Iudice à quo nullum efformatum foret judicium, scilicet, si Iudex à quo pecunia corruptus fuisse perhibeatur, idque genus, quæ labes à Iudicibus procul esse debet. hinc Tullius 4. *actione in Verrem*; ibi: *Dubium non est, quin omnes hominum pecuniæ positæ sint in eorum potestate, qui judicia dant, & eorum, qui judicant, cum nemo nostrum possit ædes suas, nemo fundum, nemo bona patriæ obtinere, cum ad judicandum detur Judex nequam, & lævis, qui de iis judicet*; quare juremeritò Iudex pecunia corruptus, Magistratus dignitate despoliādus est, ne boni viri ipsorum culpa aliquid mali patiantur. exemplo esto de Pithagora sic describente apud Stob. *serm. de Magistrat.* ibi: *quid de malis pænas non sumunt, bonos affici volunt injuriis*, ut supra commōstratum fuit; igitur, &c.

16 Si

16 Si poſtmodũ de quarto eloquamur caſu, & tunc articulos eoſdem, qui in cauſa poſſeſſorii sũmariiſſimè producti fuere, etiãnum in cauſa principali fore producẽdos, haud dubiè reor. eſt Reg. Roviti *prag.12. de ordine judicior. n.2.* Reg. de Marinis ad Revert. *obſervat.340. n.4.* Author eſt de Luca *obſervat.683. num.4.* ſi in poſſeſſorii cauſa breviter examinati fuere.

17 Probatur 1. Ubi de articulo poſſeſſionis aliquo ſummariiſſimè diſcuſſum fuit; toties imperfecta de ipſo notio habita ſupponitur, ac per conſequens in principali proprietatis cauſa de eodem numero articulo longævum, perfectumque factitandum erit examen. alioqui de re haud affatim diſcuſſa, ac per conſequens obſcura, definitiva efformaretur ſententia, quod perabſurdum foret; igitur, &c.

18 Probatur 2. Petitorium judicium, poſſeſſorium defactò ſupponit: etenim naturæ ordo poſcit, ut prius de poſſeſſione, deindeque de proprietate fiat ſermo, cum prius de actuali, ac poſteriori aliquo poſſidente titulo peragẽdũ eſt deindeq; nũquid ſit verus Dominus nec nè, *§. retinendæ.* Inſtit. *de interdict. l. 3. Cod. fin. regund. l. ordinarii 13. Cod. de rei vindic. l. exitus 35. ff. de acquirend. poſſeſſ. l. ſi vi 37. ff. de judiciis, l.1. inter litigatores, ff. poſſid. l.3. Cod. de interdict.* Faber 3. *Cod. tit.7. def.1. num,*
19 8. *pag.179.* etenim poſſeſſionis cauſa præparatoria eſt, & præambula cauſæ propriætatis, *l. ſi de vi 23. ff. de judiciis, l. liberis 7. §. ultimo, ff. de liberali cauſa, l. incerti, Cod. de interdictis.* Covarr. *pract. cap. 17. num. 1.* Mindanus *de interdictis, comment.1. ex num. 83.* cum petitorium judicium liquere nequeat, niſi priùs innoteſcat, in cujus ditione ſit poſſeſſio, ut probatio ab adverſario haud poſſidente fiat, *l. qui petitorio 37. ff. de rei vindic. leg. exitus 35. ff. de acquirend. poſſeſſ.* quod juris ratio repoſcit, *l. ordinarii, C. de rei vindic. l. incerti, Cod. de interdictis, l. finali, Cod. quor. bonor.* cum maximè interſit ad obtinendum in petitorio judicio, ut rei poſſeſſionem nanciſcatur, *l. is, qui deſtinavit 25. ff. de rei vindic. l. finali, Cod. eodem tit. §. retinendæ.* Inſtit. *de interdictis.*
20 inde eſt, quòd poſſeſſionis probatio haud difficilior ſit, quàm dominii commonſtratio; diſparitatis ratio eſt: quatenus poſſeſſio in facto conſiſtit, adeoque facilis eſt, *l. bonæ fidei 48. ff. de acquirendo rer. dominio, l.1. 48. ff. de acquirendo rer. dominio, l.1. §.1. ff. de acquir. poſſeſſ.* dominium verò in jure, adeoque haud ita facile probatur, *l. cum res 12. Cod. de probat. l. indicia 19. Cod. de R. V. l. ad probationem 23. Cod. locati, cap. ſæpè, de reſtit. ſpoliat.* quare nil mirum ſi poſſeſſionis cauſa proprietatis judicium præcedere debeat, utpotè facilior, utiliorque, *l. qui cætu, §. ſi de vi, ff. ad leg. Iuliam, de vi, l.1. Cod. de appellat.* Menochius *de arbitr. lib. 2. caſu 42.* Maſcardus
21 *tomo 1. concluſ. 535.* aliique. propter eaquod de proprietate agi nequit, niſi prius conſtet uter ex litigatoribus poſſideat; igitur ſi de petitorio perabunda efficienda ſit diſcuſſio, identidem aliqua de poſſeſſorio, cum petitorium abſorbeat poſſeſſorium; nam interdicta ad ordinandam cauſam petitorii propoſita ſint, ut ſciatur quis in petitorio actoris partes ſuſtinere debeat, quis poſſeſſoris. jura ſupralaudata apud Ant. Fabrum; igitur ſi de poſſeſſorio ſummariè efformatum ſit judicium, feracius in petitorio de eodem diſcuſſio efficienda eſt; quod impoſſibile autumatur; niſi iidem numerò examinentur articuli, qui in
22 poſſeſſorio examinati fuere: atque hinc fit, quòd poſſeſſionis, proprietatiſque cauſa corã eodem tractanda, diſſertandaque eſt Judice, *l. nulli 10. Cod. de judiciis, l. ordinarii, Cod. de R. V. l.3. Cod. finium regund. l. 3. Cod. de interdictis, l. finali, Cod. quor. bonor. l. ſi coloni, Cod. de agricolis, lib.11. leg. haberi 7. §. finali, ff. de liberali cauſa, l. ſi de vi 37. ff. de judiciis, l. is, qui deſtinavit 25. de R. V. l. exitus 35. ff. de acquirenda poſſeſſ. cap.2. cap. cum ſuper 4. verſ. utrum, cap. paſtoralis 5. cap. cum dilectus 6. de cauſa poſſeſſ. cap. ſuſceptis 1. de cauſa poſſeſſ. & proprietat. cap. cum dilectus 6. eodem tit. cap.1. de ordin. cognit. cap. ſignificaverunt 36. de teſtibus, cap.2. de Capell. Monachorum.* Clement. unica, *de cauſa poſſeſſ.* Gaillus *lib. 1. obſervat. cap.32.* Corvinus *lib. 3. aphoriſm. juriſponti. tit. 19.* Gothofredus *in l. 2.* Cod. Theodoſ. *de judiciis.* Fachineus *lib.8. controv. cap.7.* Donellus *lib.17. comment. cap.16.* ubi Oſualdus, *lit.*K. Cujaçius *in dicto cap. ſuſceptis, & lib.2. obſervat. cap.35.* Vaconius *lib. 2. declar. cap.44.* Anguianus *lib. 2. de legibus, cap.3. num.18. & cap.23. num.40.* Balboa, Fermoſinus, aliique, *in dicto cap. ſuſceptis:*
23 poſſeſſio enim, & proprietas rei, ſunt duæ qualitates, quę circa eamdem verſantur rem, quæ in ſe & poſſeſſionem, & proprietatem amplectuntur, adeoque continentia iſthæc dividi, diſiicique nequit, *l. nulli, Cod. de judiciis;* igitur nil mirum ſi ab eodem ſit quæſtio hujuſcemodi terminanda Iudice, *cap. 1. verſ. cæleſtinum, de ſequeſtr and. poſſeſſ.* Alciatus *lib. 1 parerg. cap.19.* Menochius *de arbitris, lib.2, caſu 37.* Caſſiodorus *lib.4. var. cap.44.* Symachus *lib.10. epiſtol.4.*

DECISIO LXIII.

IN Cauſa Magnifici Marini de Alexandro cum Magnifico Salvatore de Alexandro, & fratribus habentibus cum dicto Marino quoſdam gradus communes, per quos quælibet ipſarum partium aſcendit ad partem domus ſuæ:

suæ: fuit dubitatum: an dictus Marinus, qui provocavit ejus fratres prædictos ad licitationem dictorum graduum, qui commodam divisionem non recipiunt, debeat admitti, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

Communes quis possidens gradus, per quos quilibet ad partem domus suæ contendit: quid prædefiniendum, si unus ex ipsis ad præfatorum licitationem graduum, qui per commodam non reciperent divisionem, consociū provocavit: numquid licitatio isthæc admittenda sit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad finem, ejusdem Thesis probatio.

1 Haud fore admittendam, per S. C. fuisse prædefinitum, literis prodit Antonius Capicius *hìc, num.* 1. ibi: *& conclusum est, quòd non.*

2 Probatur: si licitatio isthæc verificaretur; quippe ad domus partē aditus detruderetur; quod per absurdum foret. juxta textum *in l. arbor, §. de vestibulo, ff. communi dividundo.* Author est supralaudatus Capicius, etenim 3 si licitatio isthæc verificaretur; quippe pars domus illa, quę gradus deperderet inaccessibilis fieret, cum nullum haberet aditum, ac per consequens ad nil deserviret; quod perabsurdum esset; quare melius est (utpotè edocet hìc Petra) ut Judex universam uni tribuat domum, alteri partis æstimationem in pecu- 4 nia: idque non nisi ad perimenda diffidia, confusionesque, quæ ex communitate gignūtur, cum universorum sit radix malorum: etenim regulariter loquendo communio lites parturit, ideoque dici assolet, quòd nemo stare in communione astringitur, *l. si non sortem, §. si centum, ff. de condict. indeb. l. in re communi, vers. propter immensas, ff. de servit. urban. præd. l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de legatis* 2. *l. sancimus, §. ne autem, Cod. de donat. l.* 2. ibi: *naturale quippe vitium, Cod. quando, & quibus quarta pars, lib.* 12. Tiraquellus *de retractu leg. §.* 23. Glosa 1. *nu.* 17. Pichardus *ad rub. instit. de societate, num.* 18. aliique; cum quicquid commune sit, meum haud est, *l. nemo ex sociis, ff. pro socio.* hinc Cicero *familiar.* 13. ibi: *cum patrone epicureo mihi omnia communia sunt.* & Terent. in Adel. ibi: *vetus hoc est, communia esse amicorum inter se omnia.* & idem Tullius 6. Phili. ibi: *quæ vobis potest cum hoc gladiatore legationis esse communitas?* & 2. de fini. & de natura Deorum; ibi: *perturbatio vitæ, & magna confusio.* Terent. in And. ibi: *valeant qui inter nos dissidium quærunt.* idem Cicero *de amicitia* 14. *quo cum domus fuit, & militia communis.* Plaut. in Aulularia 7. 23. ibi: *da mihi operam parumper paucis est, quod te volo de communi re appellare, mea, & tua.* & idem Tullius *de amicitia* 23. *quæ enim domus tam stabilis, quæ tam firma Civitas, quæ non odiis, atque discordiis funditus possit* 5 *everti.* inde fit, quòd Judicis muneris est dissidia, discordiasque inter mortales tollere, pessundareque. hinc Virgilius *lib.* 7. *Æneidos* furiam Alecto alloquitur; ibi:

Tu potes unanimes armare in prælia fratres,
Atq; odiis versare domos: tu verbera tectis,
Funerasq; inferre faces, tibi nomina mille,
Mille nocendi artes.

Et Isidorus *lib. Etymologiar.*

Intremuere jubæ, ac scisso discordia crine,
Extulit ad superos stygiū caput; hujus in ore
Concretus sanguinis, cōtusaq; lumina flebāt,
Stabant irati scabra rubigine dentes,
Tabo lingua fluens, obsessa draconibus ora,
Atque inter toto laceratam pectore vestem
Sāguineā tremula quatiebat lāpada dextra.

6 exemplo esto vel de Abraham, & Loth, quorum substantia multa erat, & nequibant una inhabitare; inde rixa inter gregum pastores Abrham, & Loth suborta. Genes. 13. & de David, qui obtruncato Philistæo, iratus est Saul contra eumdem: eò quod communiter laudabatur, haud recto vultu Saul aspiciebat David à die illa, ac inposterum; neu aliquis ex tunc Saul cor lenire, mollireque quivit, quin persequeretur eum.

Pro prædefinitionis istiusmodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Communem obtinens quis cum alio rem; si consocius justum persolvere haud renuerit precium: numquid ad licitationem deveniendum sit.

Si domus dividi nequeat: utrum alicui creditori de aliqua parte assignatio fieri valeat.

Domum habens pro indiviso cum alio: num condomino partis suæ precium offerre valeat, ac per consequens universam consequi domum, si domus sic divisa inutilis foret.

SUMMÆ.

Num. 1. primæ Thesis prædefinitio.
A'num. 2. usque ad 5. ejusdem probatio.
Num. 5. secundæ Thesis decisio.

A'num.

A num.6.usque ad 8.ejusdem probatio.
Num.8.tertiæ Thesis decisio.
A num.9.usque ad finem, ejusdem probatio.

1 Quòad primævam facti speciem ad licitationem esse contendendum, existimant Reg. de Franchis *decis.* 54. *num.* 13. Thomas Minadojus *consilio* 16. Vivius *in opinione* 339. Masullus,& Capicius *hic,num.*1.

2 Probatur:ubi communi ex re diffidia, rixæque evenire queunt; toties ad divisionem, quæ confusionem perimit deveniendum est. supralaudata jura in termino hujusce prædefinitionis.hinc optimo jure Chilon apud Brus. *lib.*3.*cap.*7. *ex Stob.* literis prodit,tertia præcepta aureis literis Delphis consecrata esse. *nosce te ipsum,ne nimium cupias,& eris alie-*
3 *ni,atque litis miseriam fac effugias.* siquidem discordia est quædam voluntatum disgregatio, qua voluntas unius fertur unum; & voluntas alterius in aliud. secundum Isidorum est aliquorum diversio, quos prius amoris vinculum colligavit. juxta vero Divũ Thomam 22.*quæst.*37.*lib.*1. disgregationem quãdam voluntatem in diversa involuit. ac post-
4 modum Cicero 1. *de finibus*,edocet, eam esse iram acerbiorem intimo odio, & corde conceptam. exemplario esto de Absolon, qui Regnum patris sui ambiebat,exoptabatq; adeoque David odio habebat; inde juremerito suspensus est. 2. *regum* 15. 18. ac de duabus mulieribus meretricibus coram Rege Salomone litigantibus causa infantis unius,quem utraque poscebat.3.*reg.*3. igitur legitimum solvere precium renuens quis ad licitationẽ pergendum sit; ac per consequens ex Iudicis officio ad id astringendus est, cum sui muneris sit,justum sectari.Ant. Faber 1.*rationaliũ, tit.*1.*de just.& jure,pag.*1.

5 Quòad secundum thema, & assignationem de aliqua parte alicui creditori fieri posse, censeo,ceu per S.C.fuisse prædefinitum,refert Thorus *compend.decis.tom.*3. §.*domus quando dividi non potest*:quare lucrum ex illa proveniens parte,creditori persolvendum sit.

6 Probatur: idonea de facto creditori facienda est satisfactio, *l.creditor* 26.*ff.de rebus creditis, l.quæsitum* 9.§.1.*ff.de distractione pignorum.* Antonius Faber 4.*Cod.tit.*9.*ne filius pro patre, def.*7.*in allegat. num.*8. *pag.*295. quod multifariam fieri potest:vel captis pignoribus *l.si mandatum* 59.§.*ultimo,ff.mandati, l.sancimus, Cod.de verbor.significatione*, quæ inter omnes alias securior est. vel præstitis fidejussoribus, *l.*1.§.*jubet* 4.*ff. de collatione bonor.l. dicta, l.si mandatum, l.prætoria* 7 *ff.de prætoriis stipulationibus,l.*3.*Cod.de verb.signific.*quę imperfectior est primæva, firmior vero juratoria, quæ juramentum dumtaxat refundit.
7 inde est, quòd fidejussionem pręstare astrictus haud satisfacere perhibetur, juratoriam præstando cautionem.Auth.*cui relictum,C.de indictu veduit.* secus è diverso, juratoriam præstare coactus; sat est si fidejussoriam tribuat cautionem. Parladorius *diff.* 61. *num.* 4. tametsi pro offensa, seu contumacia manifesta, seu pignoratitia, seu fidejussoria insufficiens reputatur, cum realis sit danda satisfactio, *cap.ex parte* 23.*vers.in secundo, juncto cap.cũ olim* 24.*de verbor. significatione, cap. venerabilibus,*§.*porro,de sententia excommunic.in* 6. pro uberiori hujusce facti speciei notione. cõsule Augustinũ Barbosã *in collat.in c.qua frõte* 25.*de appellat.*Layman.*lib.*1.*summæ,tract.* 5.*par.*2.*cap.*2.*nu.*8. supralaudatum Parlador. Cujacium *in novella* 60. Covarr. *lib.*2.*var.c.* 1.*num.*10.Justinianum *in novella* 60.*cap.*1.& textum *in Auth.ut defuncti*;seu futura eorum non inquietentur, *l.quod sit injustum, Cod. de sepulchro violato.*hinc Cicero ad Att.*de satisdando vero te rogo, quod eris Romæ, tu ut satisdes.* & ad eundem *lib.*16,ibi:*sed & illi turpi arbitror, eo nomine, quod satisdatio debeat, procuratores ejus non dissolvere.*& Servio Sulpitio; ibi: *primum ut si quid satisdandum erit, amplius eo nomine peti cures, ut satisdetur fidei meæ*,in alio porrò pacto fieri impossibile autumatur, nisi per hujusmodi assignationem, cum domus dividi impossibile sit: quandoquidem sic, & creditori, & debitori haud dissentaneum foret; igitur, &c.

8 Quòad tertium postmodum casum: domũ habentem indivisam cum alio, si majorem, principalioremque possideat partem obstringere posse per Iudicem, ut consocius suam sibi alienet compartem, ac per consequens residui illius æstimationem persolvere posse, procul dubio censeo 2. uti per S.R.C. prædefinitum refert Joannes Angelus Pisanellus *in decreto* 1. *vers. dum esset,* in principio decretorum. Author est Reg. de Marinis *allegat.tomo* 3.*pag.*448.

9 Probatur:major pars hoc in casu minorem absortet. *l.si debitori in fine, ff.de fidejuss.l.cui pacto, ff. de servis exportand.* juxtà dicterium illud luminare majus præoccupat luminare minus, ac per cõsequens ceu principalis pars minùs principalem ad se trahere edisseritur, *l.etiam, Cod.de jure dotium, reg. accessorium, de regulis juris, lib.* 5. se habet enim ad instar totius, quod quamlibet amplectitur partem, *l.*1.§.*si stipulanti, ff.de verbor.obligat. l.si alii, ff.de usufructu legato, l.in eo,quod plus* 111. *l, in toto* 114 *ff.de regulis juris, cap.plus* 35.*cap. in toto* 80.*eodem tit.in* 6. siquidem in majori
10 intruditur minus, *l.in eo, ff. de regul. juris,* inde fit, quòd cui indulgetur majus, à fortiori minus concessum esse videtur,*l.filius familias,* §.*finali, ff.de donat. l.Marcellus, ff.de donat.causa mortis, l.non debet, ff. de regulis juris, cap.ex parte, de decimis.*Auth.*multò magis, Cod.de Sacros.Eccles.*quare juremeritò dici assolet: major ratio minorem elidit,*l.si debitori,in fine, ff.de fidejuss.l.cui pacto, ff.de servis export.*adeoq; ne diffidia suboriantur,necessum ducitur, ut pro residuo congruum offerat precium; igitur, &c.

DECISIO LXIV.

IN Causa Faustinæ Forgione, Filiæ quondam Annibalis Forgioni de Suessa cum Monasterio S. Dominici de dicta Civitate super petitione medietatis Feudi, quod dicitur de se salvatico; contra dictam Faustinam agentem, ut neptem quondam Bernardini Forgioni, Fratris utrinque conjuncti præfati Annibalis: opponebatur pro parte Monasterii de testamento dicti Bernardini, in quo Bernardinus ipse dictum Feudum cum assensu Ducis Suessæ reliquit prædicto Monasterio, quod fieri videtur potuisse, cum Feudum sit hæreditarium, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species,

HÆreditarium feudum alicui Ecclesiæ per Baronem testamentariis in tabulis in agnatæ præjudicium relictum: numquid de medietate saltem ab ea rogitari valeat.

SUMMÆ,

Num. 1. Thesis prædefinitio.

A'num. 2. usque ad 6. ejusdem thesis probationes.

A'num. 6. usque ad finem, ejusdem Thesis oppugnationes, & solutiones.

1 DE medietate saltem ab agnata peti posse per S. C. fuisse prædefinitum, memorat Antonius Capicius *hic num.* 6. in hujuscemodi verba. *S. C. his non obstantibus determinavit in favorem Faustinæ tanquā agnatæ*. est Annæ *alleg.* 127. *n.* 27. Ursilli ad Afflictum *in decis.* 265. *n.* 82. *&* *decis.* 112. Lanarii *consilio* 80. *n.* 44. Camilli de Curte *in divers. juris feudal. ver. multoties concedens num.* 66. *fol.* 50. Putei *dec. rom.* 390. *parte* 1. aliorumque. Author est Thorus *tomo* 1. *compend. decis.* §. *feudum hæreditarium in testamento relictum.*

2 Probatur 1. per textum *in cap.* 1. *de eo, qui finem fecit agnato*, ubi Franciscus Hothomanus: propterea quod tametsi de fundo hæreditario cum assēsu testari queat quis: atque adeò in investitura pro hæredibus differatur. Hothomanus *de feudis, disputat. cap.* 16. *de success. feud. qui quartus acquirendi feudum modus est per totū*, & præsertim *litera B. pag.* 845. Ant. Faber 3. *Cod. tit.* 19. *de inoff. test. def.* 17. *in allegat. n.* 1: siquidem hæredum nomine feudali in materia, & filii, & nepotes ex filiis veniunt, *lib.* 2. *de feudis tit.* 34. §. *similiter, & lib.* 2. *tit.* 39. Argum. legis ultimæ, *C. familiæ erciscundæ*, & Argumento legis *si pactum* 9. *ff. de probat.* Hothomanus *in laudato tit. de eo, qui finem, &c.* verumtamen cum hoc in themate initum fuerit pactum inter patrem Bernardini, & Anibalis primogeniti patrem agnatæ, & eosdem, ut feudum hujuscemodi Bernardino, qui erat patruus hujusce agnatæ, & hæredibus ejus acquiratur, *dicta l. si pactū* 9. *ff. de probat.* cum pacta regulariter loquendo servanda sint, *l.* 1. §. *si conveniat, ff. depositi, l.* 1. *ff. de pactis, l. juris gentium*, §. *Prætor ait, ff. eodem tit. l.* 1. *ff. de constit. pecunia, l. cū amplius in fine, ff. de regul. juris, cap.* 1. *de pactis*: etenim à primordio sunt voluntatis, ex post facto vero sunt necessitatis, *l. non idcirco, in fine, ff. de contrahenda empt. l. si mandavero*, §. *sicut, ff. mandati, l. cujus bonis, in principio, ff. de curat. furios. l. sicut, ff. mandati, l. cujus bonis, in princip. ff. de curat. furiosi, l. sicut ab initio, Cod. de actio. & oblig. l. de contractu, Cod. de rescindenda vendit. l. quamvis, Cod. de transactionibus, l. eo quod, Cod. si certum petat. l. si quis argentum*, §.
3 *finali, Cod. de donation.* inde fit, quòd initium contractuum inspiciendum sit, *l. si procuratorem in princip. ff. mandati, l.* 1. §. *non solum, ff. depositi, l. si tamen, ff. ad Macedonianum*, adeoque omissum pro omisso habetur, *l. quicquid astringendæ, ff. de verbor. obligat.* siquidem cum jure contrahentes se conformēt *l. hæredes mei*, §. *cum ita, ff. ad Trebell. l. quæro*, §. *inter locatorem, ff. locati.* hinc Cicero, 3. *offic. Regulus non debuit pactiones bellicas, & hostiles perturbare perjurio.* Salust. in Cati. ibi; *collegam suum pactione Provinciæ perpulerat ne contra rem dissentiret.* Plaut. *in Asin.* ibi: *has tibi non pacatis legibus dare jussit, idest sub conditione, de qua inter vos convenit.* Cicero 2. *de inventione*: ibi: *pactum est, quod inter aliquos convenit, quod jam ita justum putatur, ut jure præstari dicatur*, consequens fit ut extinctis Bernardini ex linea hæredibus, saltem acquiratur agnatæ superstiti Feudi medietas: quandoquidem patris Bernardini, & Annibalis voluntas fuit, ut superstitibus Bernardini filiis feudum adipiscatur; secus verò demortuis: neu credendum quod ipsorum pater voluerit ex feudo despoliare neptē, ac feudum externæ dare personæ; quod quippè perabsurdum foret: cum possessio pro nep-
4 te extare supponatur, de cujus conceptu meliorem importare sit conditionem, *l. si debitor,*

nor, ff. de pignor. l. is qui destinavit, ff. de rei vindic. l. final. Cod. eodem tit. l. qui accusare, Cod. de edendo, §. retinendæ, vers. commodum, instit. de interdict. cap. pro possess. de regulis Juris in 6. igitur adversario potius id incumbit probare, quàm neptis, cum quid facti sit, adeoque probatione indiget, *l. in bello, §. facta, ff. de captivis, & postlim. revers. l. si emancipati 9. Cod. de collat. l. 1. Cod. de probat. l. quæcumque, §. final. ff. de publican. l. assecuratio, Cod. de non numerata pecunia, cap. cum Ioannes, §. verum. ff. de fide instrument. cap. licet, de constit. in 6.*

5 Probatur 2. Bernardinus de eo disponere potest, de quo Dominus ducitur, cum unusquisque rei suæ moderator, ac arbiter sit, *l. in re mandata, Cod. mandati, l. in traditionibus, ff. de pactis.* Donellus *de jure civili, lib. 11. cap. 9. num. 17. tom. 2. pag.* 580. in nostra porrò facti specie ex pactione inita inter ipsum patrem, fratrẽque dumtaxat de feudi medietate stabilire valet; igitur, &c. Major probatur: patris namque, fratrisque velle fuit ut desinentibus ejus hæredibus, nempè agnatis feudum ad exteros haud transiret personas, ast penes agnatos asservaretur: quare jure meritò agnata isthæc de feudi medietate minùs despolianda est, ac per consequens dumtaxat de feudi medietate statuere quit præfatus Bernardinus; perindè ac si una cum ejus fratre ad paterni feudi successionem pergeret; quo in casu feudum in duas disiiceretur partes, ut speculanti liquet; adeoque nil mirum, si de medietate dumtaxat decernere valeat præfatur Bernardinus.

6 Dices 1. Feudum cum legitimo assensu) etenim in qualibet feudi alienatione Regius reposcitur Assensus. Franciscus Hotmanus *consilio* 31. *num.* 38. *pag.* 148. *& consil.* 32. *nu.* 16. *pag.* 152. Reg. de Marinis 2. *resol. cap.* 84. *num.* 1. *pag.* 182. cum à fidelitate, fædereque suam trahat denominationem. Hathomanus *de feudis, cap.* 26. *lit. C. pag.* 869. Cironius *in paratitl.* 5. *decretal. tit. de feudis* 20. *pag.* 216.) præfato Monasterio defactò relictum fuisse supponitur, quod fieri quivit: siquidem hæreditarium est, quod in agnati etiamnum præjudicium alienari potest. Antonius Capicius *hic, num.* 2. igitur, &c.

7 Tametsi verum sit antecedens: verũtamen ex inita inter Anibalem; eorumdemque patrem pactione irritum unà cum ejus illatione autumatur; ceu ex supra commonstratis liquet.

8 Dices 2. in ipsa primæva investitura adjecta fuit clausula ad venditandum, alienandũ inter vivos, atqueadeò in ultima voluntate quæ clausula operatur, ut haud ampliùs assensus reposcatur Regius; igitur, &c.

9 Dato antecedenti, nil adversus nos, ut ex rationibus supraprobatis liquet.

10 Dices 3. Defactò Ecclesiæ jus acquisitum esse supponitur; igitur haud ab hoc jure despolianda est.

11 Distinguendum est antecedens: de eo quod Bernardinus stabilire quiverat, verum ducitur antecedens, ac per consequens de medietate; secus verò de reliquo.

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Feuda hæreditaria: numquid in legitimam computari possint.

Feudum hæreditarium in legitimam imputandum, si legitimam exuperasse feratur: utrum in Trebellianicam redigendum sit.

Feudum hæreditarium: an autumetur esse in descendentium persona, data communi investituræ forma: utputà *tibi, & tuis hæredibus ex tuo corpore legitimè descendentibus.*

Quandonam Feudum hæreditarium designatum, constitutumque esse ducatur.

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. primæ Thesis prædefinitio.
Num. 3. ejusdem probatio.
Num. 4. secundæ Thesis decisio.
Num. 5. ejusdem probatio.
Num. 6. Thesis tertiæ finitio.
Num. 7. ejusdem probatio.
Num. 8. Thesis quartæ decisio.
A' num. 9. usque ad finem, ejusdem probatio.

1 De primo eloquendo themate in legitimam computanda fore hæreditaria feuda reor. ceu defactò per S. R. C. sancitum fuisse memorat Thorus *tomo* 1. *compend. decis. §. feuda hæreditaria an computentur in legitimam.* est de Franchis *decis.* 368. Peregrini *de fideicommissis, ar.* 36. *num.* 108. Fabii de Anna *consilio* 130. *num.* 31. Martæ *voto* 220. *num.* 3. alio-
2 rumque apud eumdem de Franchis. quod suum vendicat locum, sive feudum hęreditarium sit antiquum, sive novum, est ejusdem de Franchis, *ibidem, num.* 4.

3 Probatur: Hæreditaria feuda (circumscripto Regio Assensu) sive nova, sive prisca sũt; semper hæreditariarũ, reliquarum rerum naturam sectantur: verùm enimverò in hæreditariis bonis filiis, idque genus agnatis legitima debetur, *l. cum quæritur 6. Cod. de inoff. testam. in auth. sequenti.* Hotmanus *cons.* 17. *num.* 1. *pag.* 83. Cujacius *consultat.* 24. *de imputat. in legitimam, lit. A. pag.* 378. Antonius Faber 7. *Cod. tit.* 1. *de dedit. libert. def.* 6. *n.* 2. *in allegat. pag.* 782. cũ in alimentorũ locum succedant. Valentia *tomo* 3. *de liberis, & posthumis, cap.* 1. *quæ naturali debentur jure, l.* 1. *§. jus naturale, ff. de justitia, & jure.*

Fragoso *tom.3.de regim.Christ.Republic.lib.4. disputat.* 1. quo autem jure debetur legitima alibi dissertatum fuit. Consule Petrum Gregorium *lib.44. syntagmatum,cap.4.* Sarmiet. *lib.2.select. cap.* 14. Fabrum *de error. decade* 14.*error.*5.*& decade* 74. *error.* 7. Cujacium *in novella* 18. Vultejum *in §.penult. instit. de inoffic.* Larrateguì *lib.7.select.cap.6.*Paciū *Methodic.ad Cod.tit.28. cap.6.num.30.*Borel. *tomo 3.decis.tit.*14.Gaillum *lib.2. pract. cap.* 22. igitur,&c.

4 De secundo verba faciendo casu, & tunc excessum illum in Trebellianicam esse, docēt Reg.de Franchis *decis.* 387. Peregrinus *de fideicommissis,ar.3. nu.3.* Fabius de Anna *consilio* 130.*num.*31. aliique.Thorus Author est, *tomo* 1. *compend. decis.* §. *feudum hæreditarium in legitima imputandum,* literis prodens in S. C. prædefinitum fuisse, *& tomo* 1. §. *feudum hæreditarium an imputetur in legitimam, & trebellianicam.*

5 Probatur: Illud sanè plus,quod legitimam excedere proditur, aliquo refundendum erit titulo; ast non legitimæ,neu alio titulo;igitur Træbellianicæ; alioqui legitimam lucrans plus illud procul à titulo, causaque obtinere prædicaretur; quod perabsurdum foret: etenim à partium enumeratione firmum ducitur argumentum, cum totum quamlibet amplectatur partem, *l.* 1. §. *si. stipulanti, ff. de verbor. obligat. l. si alii, ff. de usufructu legato, l. in eo,quod plus* 111. *l. in toto* 114.*ff. de regulis juris, cap. plus* 35. *cap. in toto* 80. *eodem tit.in* 6.

6 De tertia verò loquendo facti specie,& tūc feudum hæreditarium in descendentium persona esse data communi investituræ forma, nempè *tibi, & tuis hæredibus ex tuo corpore legitimè descendentibus*. existimant Afflictus *decis.*140.Riccius *collect.decis.*220. Tiraquellus,Marta,aliique.Thorus Author est,*tomo* 1. *compend. decis.* §. *feudum hæreditarium an censeatur esse in persona descendentium*, referens,sic in S.R.C. prædefinitum fuisse.

7 Probatur:Tò namque *Tibi, & tuis hæredibus tuo ex corpore legitimè descendentibus,* æquipollentia sunt verba isthæc,perindè quasi in investitura dictum simpliciter fuisset,*tibi, & hæredibus tuis*, ut ritè speculanti liquet,utfusè supra in decisione comprobatum fuit.

8 Si de quarto postmodum themate habeatur sermo, & ex continenti, ac de hærede in investitura mentionatur, ac per consequens de filio tunc hæreditarium feudum efformatum esse ducitur,ut sancitum refert pluries in Regia Camera. Thorus *tomo* 1.*compend.decis.*§. *feudum hæreditarium constitutum,*nonnullos laudans Authores.idemque aliis in foris.

9 Probatur:hæredis namque appellatio de sui conceptu futuram involuit successionem; siquidem hęres, quà hęres, non nisi defuncti
10 personam repręsentat, *l.hæreditas* 28.*ff.de reg. juris*, propterea quod eadem autumatur persona, *l.cum à matre* 4.*Cod.de rei vindicatione, l.si pactum* 9.*ff.de probat. l. cum hæres* 11.*ff.de diversis, & temporaneis præscriptionibus*. Author est Franciscus Hotmanus *consilio* 22.*num.*10.cum omnia jura activa,& passiva in hæredem transeant, *l.in omne, ff.de acquirenda hæredit.l.hæreditas* 28.*ff.de regulis juris, l.aristo, ff.de jure deliberandi, l.cum hæredes, ff.de acquirenda hæredit.*cum hæreditatem hæreditatis titulo possideat. Hotmanus *tomo* 1.*observat.*19.*pag.*91.quæ est universum jus defuncti. Donellus *de jure civil. lib.*14.*c.* 6.*sub num.*50.*pag.*23. exstant namque isthæc
11 correlativa,in queis (ceu edocent Philosofi) eadem agnitio. argum.*legis esse toto, ff. de hæred.instit.l.si ita scripsero.ff.de cōdit.& demon-*
12 *strat.l.ait prætor,* §.1.*ff.de re judic.* inde fit, quod ab uno relativo ad aliud firmum ducitur argumentum, *l.* 1. *Cod. ne liceat potent.l. finali, Cod. de indicta vid. tollenda*, si eadem urgeat ratio, *l.illud ff.ad leg.aquiliam, l.si postulaverit,* §.2.*ff.ad leg. juliam de adulteriis,l. quidam nummularios, ff.de edendo, l nauta,*§. *finali, ff.nautæ caup.l.à Titio, ff.de furtis,l.illud, Cod.de Sacros.Eccles.*§.*si igitur.*Instit.*quod cum eo,* secus si diversa, *l. si ita .ff. de manumis.testam l.servus, ff.de statu liber. l.curatorem, Cod.de interd.matrim.* cum rationis diversitas juris etiamnum dispositionem importet, *l. inter stipulantem,* §.*sacram, ff. de verbor.obligat.l.finali, ff.de ritu nuptiar.* hinc Cicero ad Brutum 16. ibi: *nihil per se amplū est,nisi in quo judicii ratio extat.*& 2.Tuscul. ibi: *nihil potest esse æquabile, quod non è certa ratione proficiscatur.*& pro Plāco;ibi:*gravior, & validior est decem virorū bonorum sententia,quàm totius multitudinis imperitæ,*ac per consequens successio in infinitum; igitur,&c.

DECISIO LXV.

IN Causa Honorabilis Margaritæ Brancaleonæ cum Jo:Sarcosa, & Fratribus super petitione usufructus antefati dictę Margaritæ ab ipsis tanquam hæredibus quondam Benedicti Sarcosæ hæredis quondam Francioni viri ipsius Margaritæ,præsupposito, quòd ex dicto Matrimonio filia supersit, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti

Facti Species.

ANtefatum in pecunia consistens, à filiis mariti, ejus uxori præstandum: numquid in uxoris ditione sit, antefatum hujuscemodi rogitare, præstita prius cautione, de post ejus extinctionem restituendo filiis præmortui mariti; an verò usuram, seu usumfructum, seu interesse ex istiusmodi pecunia proveniẽs ab ipsis petere valeat.

SUMMÆ.

A'num. 1. usque ad 5. thesis prædefinitio.
A'num. 5. usque ad 10. ejusdem Thesis probationes.
A'num. 10. usque ad finem, oppositio, & solutio, ac nonnullorum Doctorum refutatio.

1 IN uxoris faculta te esse antefatũ in pecunia consistens, petere posse, ac per consequens astringere viri hæredes ad pecuniæ istiusmodi traditionem; vel si voluerit usuram, seu interesse ex pecunia proveniens recipere, reor: quare in viri hærede haud est facultas pro libito alterutrum dare; ast electio non nisi ad uxorem spectabit alterutrum perquiritare. est Grammatici, referentis hodie in S.R.C. sic servari, videlicet, quinque pro centenario, &c. Fachinei 10. *controvers. cap.* 8. Afflicti *decis.* 291. *à num.* 1. *usq;*
2 *ad* 5. memorantis sic ter in S.R.C. fuisse prædefinitum, quod suum vendicat locum, sive filii extarent, sive non Molfesii, aliorumque. Author est Thorus *tomo* 1. *compend. decis.* §. *usus fructus, seu interesse respectu antefati an*
3 *erit in electione uxoris*, contra Antonium Capicium hic, qui utriusque partis oppositæ rationes memorat; tametsi nullam S.R.C. decisionem in adversum testatur, uti somniavit
4 supralaudatus Thorus, sive Civili inspecto jure, sive Canonico.
5 Probatur 1. ex textu *in l. hac edictali, §. his illud, Cod. de secundis nuptiis, §. si autem in auth. de non eligendo secundo nubentes*; ibi: *sin autem omnis ferè consistat in pecuniis.* Author est supralaudatus Fachineus, *l. 1. cũ similibus, ff. de usufructu ear. rer. quæ usu consum. §. cõstituitur*, Instit. *de usufructu. Auth. de nõ eligendo secũdo nubentes, §. si autẽ omnes. auth. dos data, Cod. de donationibus ante nuptias*, ubi sancitũ
6 extitit, quòd antefatum dotis lucrum perhibetur; igitur in uxoris ditione est de illo rogitare posse, ac per consequens vel proprietatem, vel ex illa interesse proveniens. Afflictus Author est *decis.* 291. *num.* 1. igitur, &c.
7 Probatur 2. antefatũ in pecunia consistens, haud est viri hæredis, ast uxoris. juxta consuetudinem, *quartum autem.* ubi Napodanus in verbo, *fructus, num.* 78. Afflictus *decis.* 291. *in princip.* Capicius *decis.* 65. *num.* 2. Grammaticus *decis.* 103. *nu.* 97. juxta textum *in l. 2. ff. de usufructu earum rer. quæ usu consumuntur*; quos laudat, sectaturque Reg. de Marinis 2. *resol. cap.* 25. *num.* 4. *pag.* 57. siquidem ceu debitum uxori dabitur, ac per consequens acquisitum ipsi supponitur jus, à quo procul à recta ratione minus despol ianda est; igitur in uxoris ditione est præstita cautione alterutrum rogitare.
8 Probatur 3. tametsi viri hæres paratus sit pecuniæ antefati, uxori debitæ usuras, persolvere: verumtamen accidere possunt, ut pecunia pro antefato solvenda magis fructificat mulieri, ac foret usura illa ab hęrede oblata; igitur cum in antefati pecunia dominium uxori acquisitum esse supponatur, juremeritò de hoc excessu, qui per uxorem lucrandus foret, haud despolianda sit uxor, cum in possessione extare supponatur: juxta illud melior est possidentis conditio, *l. si debitor, ff. de pignoribus, l. is, qui destinavit, ff. de rei vendicat. l. fin. Cod. eod. tit. l. qui accusare, Cod. de edendo, §. retinendæ, vers. commodum*, inst. *de interdict. cap. pro possessore de reg. juris. lib.* 6.
9 Probatur 3. sive filii exteri sunt, sive non, id merè materialiter se habet; siquidem antefati pecunia uxori acquisita ex lege habetur; ac per consequens de illa pro libito stabilire potest præstita semper idonea cautione; quod locum vendicat suum sive Canonico, sive Civili inspecto jure.
10 Dices: donatio namque propter nuptias lucrum importat, quod lucratur mulier ex dote, *l. assiduis, Cod. qui potiores in pignore habeantur*, dummodo unus locupletior, alter verò pauperior ne efficiatur, alioqui haud subsisteret, *l. per servum* 57. *ff. de acquirendo rer. domin. l. etsi pignus* 18. *ff. quæ in fraudem, l. si vir uxori, ff. pro donato, l.* 4. §. *Julianus, l. cum vir*, 10. *ff. de dol. mal. except. l. 6. Cod. de contrahen. emptio. l. cum quis* 38. §. 1. *ff. de solut. l. 2. Cod. de dote non cauta, l. 1. & 3. §. apparet, ff. ad leg. jul. repetund. l. 6. Cod. si quis alteri, vel sibi, l. si vir* 12. *ff. de officio præfecti urbis.* Paulus *lib. 2. sent. tit.* 23. *l. creditor* 20. *Cod. de donat. inter. l. 1. & 2. l. 3.* §. *non tamen*, & ferè per tot. *ff. de donat. inter. l. si vir* 17. *ff. ad Vellejanum, l. fructus* 45. *ff. de usuris, l. si quis donationis* 38. *ff. de contrahenda emptione, l. si res* 12. *ff. de jure dotium, l. cum maritus* 29. *ff. de pactis dotal. l. 1. §. si vir, ff. de acquirenda possess. l. si quando* 109. *ff. de legatis* 1. *l. si inter, ff. de rebus dubiis, l. quid bonis* 15. §. *donationibus, ff. ad leg. falcidiam, l. seja* 12. *ff. de dote prælegata.* Connanus *lib. 8. commentar. cap.* 11. Franciscus Hotmanus *de donat. cap.* 5. Fachineus 3. *controvers. cap.* 21. 80. & 81. Cujacius *lib. 6. observat. cap.* 18. & 25. & *passim ad tit. ff. & Cod. de donat. inter.* Antonius Faber *lib.* 19. *conjectur. cap.* 3. D. Josephus de Retes *in tract. de donat. inter.* Petrus Gregorius *lib. 3. syntag. cap.* 25. & *lib.* 28. *cap.* 10. Donellus *lib. 9. comment. c.* 11. Brissonius *de jure connub. pag.* 12. Scipio Gentilis *in tract. de donat. inter.* Revardus 3. *conject. cap.* 4. Sarmiento *lib. 2. select. cap.* 5. Schifordeg. *lib. 2. tract.* 28. *quæst.* 1. Borrellus *tomo 3. decis. tit. 9. per totum.* Amaya *lib. 2. obser-*

*servat.cap.*14.Gisanius *in l.*14. *&* 25. *Cod.de donat.* idque genus: ne mutuo se despolient amore; ne maritalis cōcordia pretio concilietur. Author est consultus *in l.3.ff.de donat.inter.*ibi:*amorem honestum solis,animis æstimātes, famæ etiam conjunctorum consulentes, ne concordia pretio conciliari videretur*; *neve melior in paupertatem incideret, deterior ditior fieret.* Ulpianus *in l.1. ff. de donat. inter.* ibi: *ne mutuo amore invicem spoliarentur donationibus non temperantes, sed profusa erga se facilitate.* & si firma sit, si ante matrimonium fiat, vel ad tempus nuptiarum haud referatur, *l.inter 27.ff.de donat.inter. l.si sponsus 5.eodem tit.l.sponsus 14.de publiciana,l.dotis, §.1.ff.de jure dotium, l.cum hic status,§.si spōsus, & §.finali, ff.eodem, l.quod sponsæ 4. Cod. de donat.ante nuptias.* argum. *legis seja 64.ff. eod.l.cum ante 6. Cod. de donat.ante nuptias.* Cujacius *in l.unica §.5.Cod.de rei uxor.actio.* Gentilis *lib.4.de donat.cap.3.*Antonius Faber *lib.19.coniect.c.1.* secus verò post, *l.3.§.sciendum,*
11 *l.si sponsus 5.§.6.ff.de donat.inter.* inde fit, quòd dominium haud transfertur, atqui penes donatorem restat, *dicta l.3.§.sciendum, & sequenti, dicta l.si sponsus in fine,l.sed interim,in princip.ff.de donat.l.à maioribus,l.creditor, Cod. eodem, l.unica, §. quod enim, Cod. de rei uxor. actione, l.4.C.de donat.ante nupt.* Cujac.*lib.36.Pauli ad edictum,in l.si donationem 36.ff.eodem.* cum ad dominium transferendum nuda haud sat sit traditio; ast justa præcedens reposcitur causa, *l. nunquam ff.de acquirendo rer.dominio.* Faber *decade 43.error.1.& decade 44.error.8.& decade 46.errore 1.*Osualdus ad Donellum *cap.33.* Gentilis *lib.1.cap.28.*Barbosa *in l.34.ff.soluto matrim.*
12 quare juremerito vindicatio donatori induldulgetur, *dicto §.sciendum*, & condictio sine causa, *dicta l.si sponsus, §. ultimo, l.si stipulata 33.§.1.l.si donatæ,ff.de donat.inter,*& actio ad exibendum; vel alia pro negotii gesti qualitate, *l.si ego 9.§.cæterum, ff.de iure dotium, l.utrum, ff.de donat.inter. l.si de tua, Cod.eodem, l. si servus, §. si cum maritus, ff. ad leg. aquiliam.* Gentilis *lib.1.de donat. cap.29.30, & 31.* licet donantis extinctione roboratur, *l.cum hic status 32.§.oratio, vers.si quis sponsam, ff. de donat. inter.* secus si nuptiæ irritæ fuerint, *l.finali, ff.de condict.sine causa, l.1. C. de condict.ob causam.* Altesserra *in cap. etsi 5. de donat.inter.*Treult.*vol.1.dispu.22.thesi 11.* Fornerius *lib.4.rer.quotidian.c.17.* Antonius Faber *in iuris prudentia,tit.10. princip.1. illat.12.*Arias de Mesa *lib.2.var.cap.40.*Scipio Gentilis *de donat.inter,cap.3.* Cujacius *in dicta l.fin.* Brissonius *de iure connub. pag. 247.* Petrus Faber *in l.nihil dolo 129.§.1.circa medium, de regul.iuris,* D.Josephus de Retes *de donat.inter cap.2.* Suarez *de relig. tomo 1.lib. 4. de simon. cap. 59.* aliique; igitur mulier ex lucro usuras lucratur, ac per consequens usuras usurarum, quod jure vetitum est, *l. improbum, Cod. ex quibus causis infamia irrogatur.*

13 Inanis ducitur illatio isthæc: siquidem hìc de usurarū usuris haud sermo est; ast de usuris ex sorte percipiendis, utputa ex quantitate debita donationis propter nuptias.
14 Hinc primo est explodendus Afflictus *hìc num. 2.* sibi ipsi oppugnans: propterea quod Canonico inspecto jure edocet, numquid antefati usumfructum recipere uxori indultum sit; non nisi ratione moræ patratæ in antefati solutione, consistentis in pecunia solvendi, sive per filium, sive per alium hæredem. negativum dat responsum: quandoquidem usuræ solutio de usura foret, quod juribus vetitum est, ut liquet per textum *in l. improbum,Cod.ex quibus causis infamia irrogatur.*
15 Clemētina 1. *de usuris*:quare juremeritò per S.C.(ceu Author commemorat) ter prædefinitum fuit, usumfructum antefati uxori haud esse refundendum: neu pro præsenti, neu pro futuro, ast solummodo pecuniam debitam pro antefato, & in proprietate, & in usufructu restituere obstringendos fore hæredes.
16 Rogitandum sanè ab Afflicto, idque genus, quid sit usurarius actus? quippe ex unanimi cunctorum placito juris Consultorum non nisi aliquid ultra sortem lucrari. Canone *Laici, & Clerici.*Canone *si quis 14.quæst.4.*Cironius *in paratitl. eod. tit. pag. 415.* Altesserra
17 *pag. 571.* aliique. quod crimen omni est vetitum jure: nempe Divino *cap.25.levit.* ibi: *ne accipias usuras ab eo, nec amplius, quam dedisti,cap.18.*Ezechielis; ibi: *ad usuras dans, & amplius accipiens numquid vivet, & non morietur.* & Lucæ *cap. 6.* ibi: *benefacite, & mutuum date,nihil inde sperantes.*& Canonico, *cap.quia in omnibus 3.de usuris,cap.si quis 14.quæst.4.cap.super eo, cap.consuluit,de usuris.* & Cæsareo. Justinianus *in novella 121. 138. & 160.* & à fortiori naturali jure; cum locupletari cum aliena jactura contra jus naturale sit, *l.nam hoc natura, ff. de condict. indebiti, l.jure 207.ff.de reg.juris.* Cicero *lib. 3. de officiis*; ibi: *illud natura non patitur, ut aliorum spoliis nostras facultates, & opes augeamus.* Divus Augustinus *lib. 19. de Civit. Dei,cap.4.*Connanus *lib.1.comment. cap.1.&*
18 *2.*inde fit, quod manifesti usurarii, sive Clerici, sive Laici à communione Ecclesiæ exploduntur, *cap.finali 46.dist.cap.1. & per totam 14.quæst.4. cap.unico 15.quæst.2. cap.1. & per totum,de usuris, cap.1.cap.quamquam de usuris in 6.*Clement.*1. & 2.eodem tit.cap. 2.de vita, & honestate Cleric.cap.inter,de excessibus Prælator.Canone 44.Apost.* Gregorius *17.in synodo romana,Canone 16.* Innocentius *2. in synodo romana, Canone 13.* Concilium Meldense,*Canone 55.*Concilium Valentinum *Canon.10.*Carthaginiēse *1.Canon.13.*& Chartaginiense *4.Canone 67.*idque genus. Antonius Augustinus *in epitome juris,lib.35.tit.6.* hinc juremeritò Seneca *7.de beneficiis* edisseritibi: *quid fænus in calendarium,& usuræ nisi humanæ cupiditatis extra naturam quæsita nomina.* consule Divum Ambrosium de Tobia

bia *cap.5.* Sanctum Leonem *sermone 6. de jejun. septimi mensis:* tametsi usura alio sub sensu., quàm in præsenti accipi potest, scilicet pro usu rei. Cicero *lib.1.tusculan.* ibi: *natura dedit usuram vitæ, tanquam pecuniæ nulla præstituta die.* idem in verrem 7. *usuram lucis dixit. & lib.3. epistolar.* ad Appium: *usuram tẽporis pro usu posuit.* Plautus in trinũmo. ibi: *nec adeo hasce emi mihi, nec usura mea.*

19 in nostro porrò themate aliquid ultrà sortem lucrari proditur uxor: quandoquidem quicquid sibi debetur, ei refunditur: nonnè ipsi ex jurium prædefinitione antefatum tribuendum sit? ac per consequens ex mora ejusdem interesse, seu usura, ut ipsemet Afflictus *num. 1.* hic fatetur; ibi: *vel recipere à filiis usuram competẽtem.* hujusmodi nãque usurę, seu interesse à nostratibus ususfructus vocitari assolet.

20 Quod autem ex antefati in pecunia consistentis mora sibi usura, seu interesse refundendum sit uxori, ac per consequens ultra sortem aliquid lucrari minimè foret, probatur: extincti namque mariti hæres in mora antefatum restituendi extans, vel suum, vel alienum detinet: non suum? alioqui antefatũ minùs tribuendum foret contra suppositum, igitur alienum? si alienum? igitur non traditum? atque adeo in mora traditionis extans, alienum detinet? si alienum? igitur illius creditor ob illius traditionis moram damnum patitur? si damnum pati feratur; cur ipsi de damno passo in integrum restitutio haud factitanda sit? igitur non nisi ob interesse, seu usurę solutionem; en igitur quomodo aliquid lucrari ultra sortem minùs foret; esset (inquam) usura ultra interesse ex antefato suboriens aliquid aliud lucrum facessere, ceu perpendenti liquet. inspicito supralaudatum Thorum *vers. ususfructus antefati consistentis in pecunia.*

21 Secundo est explodendus Grammaticus loco supralaudato, distinguens nostro in casu ad conciliandas Antonii Capicii hìc, atque adeo Afflicti decisiones, inter virum extinctũ, superstitibus filiis, ac ipsis haud extantibus: etenim sive uxoris filii superstites sint, sive non, id merè materialiter se habet: cum hìc de antefato in pecunia extante uxori dando disceptatur: numquid (inquam) interesse ex antefato dimanans uxori refundendum sit: quare filiorum existentia, vel haud existentia nullam cum istiusmodi interesse uxori præstando connexionem habet, ut perpendenti liquet.

22 Tertio: tametsi Antonius Capicius hìc secus sentire videtur; verumtamen juxta ejus placitum haud fatetur, S.R.C. sic sanxisse. memorat namque Capicius utriusque placiti rationes, ac in unam ex illis inclinare videtur.

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Si vidua pactum inierit, potius velle interesse ex antefato dimanans, quàm ipsummet antefatum in pecunia consistens: numquid à pacto hujuscemodi resilire valeat.

Antefati interesse: quo pacto sit prædefiniendum.

SUMMÆ.

Num. 1. primæ Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad 6. ejusdem probatio.
Num. 6. Thesis secundæ decisio.
Num. 7. ejusdem probatio.

1 Uòad primęvum articulum, procul à recta ratione haud resilire posse, reor 1. est adversus Capicium supralaudatum, *num.5.*

2 Probatur: Contractus ritè celebratus de sui conceptu obligationem parit; propterea quod ex partium conventione legem reciperat, *l.1.§. si conveniat, ff. depositi, l. contractus, ff. de regulis juris, l. lege, ff. de pactis conventis, l.1. Cod. de oper. liber. leg.1. Cod. commodati, cap. contractus 85, de regulis juris, in 6.* cum à primordio sit voluntatis; ex post facto verò nec effitatis, *l. non idcirco, in fine, ff. de contrahenda emptio. l. si mandavero, §. sicut, ff. mandati, l. cujus bonis, in principio, ff. de curat. furiosi, l. sicut ab initio, Cod. de action. & obligat. l. de contractu, Cod. de rescindenda vendit. l. quamvis, Cod. de transact. l. eo, quod, Cod. si certum petatur, l. si quis argentum, §. finali, Cod. de donat.* etsi ultra agentium intentionem aliquem gignere nequeat effectũ, *l. non omnis, ff. si certum petatur, l. in agris, ff. de acquirendo rer. dominio, l. 2. ff. de his, quæ in testam. delentur, l. legata inutiliter, ff. de legatis 1. l. cum tale, §. ultimo, ff. de condit. & demonstrat. l. age cum Geminiano, Cod. de transact.* Connanus *commentar. juris civilis, lib.7. cap.1. nu.13.* cum contrahentes cum juribus se conforment, *l. hæredis mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. l. quæro, §. inter*

3 *locatorem, ff. locati.* inde fit, quòd in contractibus, pactionibusque initum est spectandum, *l. si Procuratorem, in principio, ff. mandati, l.1. §. non solum, ff. depositi, l. si tamen, ff. ad Macedonianum.* hinc Plinius *Epistola 109.* ibi: *peto, atque etiam paciscor, ut simul agat, &c.* Svetonius *de claris grammaticis 7. nec unquam de mercedibus pactus, eo, quo plura ex liberalitate discentium consecutus.* Iustinus *lib. 2.* ibi: *cum Xerxe nuptias filiæ ejus paciscitur.* Plaut. *in pæn. 17. 37. tuam mihi majorem filiam despondeas.* Cicero *3. de offic.* ibi: *Regulus non debuit conditiones, pactionesque bellicas, & hostiles perturbare.* Plinius, *Epistola 100.* ibi: *solicitas in Formianum veniam, ea conditione, ne quid contra commodum tuum facias: qua pactione invicem mihi caveo:* verum enimverò contractus hu-

hujuſcemodi ex ſupra commonſtratis ritè celebratus ſupponitur ; igitur juremeritò vidua iſthæc procul à recta ratione minùs retrocedere poteſt.

5 Probatur minor : Ideo ab iſtiuſmodi contractu reſilire poteſt vidua, non niſi (ceu ſomniavit ſupralaudatus Afflictus) quia contractus iſte uſurarius eſt, ac per conſequens ceu pænitentia digna ad revocationem admittenda eſt ; atqui ex ſupra commonſtratis uſurarius minimè eſt, cum quid ultra ſortem minùs lucretur ; etenim aliquid ſibi debitum reciperat.

6 Quòad ſecundum verò articulum, quod in praxi de more ſancitum habetur, antefati intereſſe eſt, quinque pro centenario ad dotis diſcrimen, quod eſt ſex,& grana 75. eſt Patris Molſeſii *ad conſuetudinem Neapolitanam, parte 7. de jure quartæ, quæſt. 12. num.* 6. aliorumque.

7 Theſis iſthæc probatione haud indiget: ſiquidem id defactò in praxi ſervatur, adeoq; inaniter commonſtraretur.

DECISIO LXVI.

IN Cauſa Abbatis Caroli de Cioffis cum Antonio de Cioffis ejus fratre præſuppoſita Regia Pragmatica in Regno noſtro vigente, quæ ſe habet, quòd cauſæ inter conjunctos conſanguinitate, vel affinitate uſque ad quartum gradum incluſivè ſecundum Ius Civile computandum debeant compromitti ad petitionem cuiuslibet ex litigantibus: fuit dubitatum, an contra Clericum agentem in S. C. poſſit Reus ſibi coniunctus in quartum gradum opponere exceptionem compromiſſi, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti ſpecies.

CLericus in S.R.C. ſecularem conveniens: numquid ſecularis Regiæ Pragmaticæ incipientis, *odia litium*, exceptionem opponere valeat, utputà ſibi adjunctum in uno ex gradibus 4. ac per conſequens cauſam compromiſſo ſubiiciendam fore.

SUMMÆ.

Num. 1. Theſis prædefinitio.

A' num. 2. uſque ad 9. ejuſdem Theſis probationes.

A' num. 9. uſque ad finem, Theſis oppugnatio, ejuſdemque ſolutio.

1 D compromiſſum per ſecularem aſtringendum fore Clericum, reor ceu per S.R.C. prædefinitum fuiſſe. literis mandat Antonius Capicius *hîc, num.*5. ibi: *tamen S. C. votavit, cauſam debere compromitti*. eſt Tapię *in conſtit. odia litium, num.* 3. Borrelli *de compromiſſo*, §. 1. *gloſſa* 3.*num.* 224. Urſilli *deciſ.*45.*num.* 9. Riccii *collect.deciſ.*710.*&* 79. aliorumque. Thorus Author eſt *tom.*1.*cõpend.deciſ.*§.*Clericus litigans in foro ſeculari cum conſanguineo.*

2 Probatur 1. Compromittere namque in præſentia aliud non eſt, niſi de litis proceſſu, ac per conſequens ordinaria reſpicere videtur judicia, ideoque nil mirum ſi convento exceptio competere prædicetur, cum defenſio ſit, *l.ſed etſi* 52.*ff.de judiciis,l.defenſiones,Cod. de except. l. emptori,Cod. de evictionibus,l.ſed ſi debitor* 16. *de doli except. l.ex diverſo* 17.§. 1.*ff.ſoluto matrim. l. finali*, §. *cum mihi*, *ff. de verbor. oblig.* inde eſt, quòd verbum *defenſio* ſimpliciter prolatum pro exceptione ſumitur, *in l. ſiquidem, l. defenſionis, l. cum non dum, Cod. de except. l.* 1. *Cod. de R. V. l. diffamari, Cod. de ingenuis manumiſſ. l.* 2.*ff. de juris, & facti ignorantia, l.ſed etſi.* 52.*ff. de judiciis, l. dolia* 76. §. 1. *de contra. empt. l. is, qui* 5.*l. nemo* 8.*ff. de except.cap. cum inter* 5.*cap.dilecti* 8. *cap. ſignificaverunt* 11. *eodem tit.* cum actionem explodat, evacuetque, ſeù injuſtam reddit,*l.*2.*ff. de except. l.ſi filius, la* 2. §. *ultimo, ff. de interrogat.*

3

4 enimverò actio eſt jus proſequendi in judicio, quòd ſibi debetur, *l. nihil* 51.*ff. de O. & A.*

5 *princip. inſtit. de actio.* exceptio verò eſt jus fugiendi, ideſt ſe defenſandi in eodem, *l. mi-*

6 *nor* 39.§.*finali, ff. de jure jurando*: adeoque eſt jus depellendi in Senatu, quod ab alio rogitatur; quare juremeritò, ſicut actio quaſi capio, ſeu captio vocitatur; ſic exceptio, quaſi excapio, vel excaptio: & ſi verbum *excipere* largè ſumptum multifariam accipi poteſt, vel pro abſumere, capere, vel ſuſcipere, *l. non ſolum, ff. de noxalibus, l.* 2. *Cod. ubi in rem actio, l. interdum, ff. de judiciis, l. obſervare*, §. 1. *de officio Proconſulis, l. ſi Titius, ff. de fidejuſſoribus, l. ſi diutino, ff. de pænis*, idque genus; vel pro pœnam ſolvere, *l. ſi adulterium*, §. *Imperatores, ff. ad reg. Jul. de adulter.* vel pro colligere; vel pro intercipere, & inſidiari. Cicero ad Atticum *lib.*4.ibi:*admoniti ſumus, ut*

ut caveremus, ne exciperemur à Cæsare. Virgil 3. *Æneidos*

Excipit incautũ, patriasq; obtrũcat ad aras. verùm enimverò quæ processui impedimento extant, etiamnum & compromisso esse perhibentur. Capicius *hìc, num.* 5. Author est; igitur, &c.

7 Probatur 2. In iis, quæ ordinem, processumque respiciũt in laicali litigãtis foro, Clericus quippe est astringendus: ast in seculari judiciario Senatu inter sanguine astrictos, priusquàm ad litis ingressum, ejusdemque decisionem tendatur, compromissum juxta supralaudatam Pragmaticam *odia litium*, verificari necessum est; igitur, &c.

8 Probatur 3. extemplo ac Ecclesiasticus secularem aliquem in laicali foro conveniat; illius fori ordinẽ servare astringitur, cũ secularis Judicis esse supponatur jam factus subditus & cõsequenter ipsius Rei forum consectari tenetur, *cap. cum sit, de foro competenti*. Cironius *in paratitl.* 5. *decret. tit.* 11. *eod. tit. pag.* 113. proptereaquod novum ibi introducere nequit ritum: compromissum porrò laicali in foro inter sanguine astrictos ad quartum gradum usque, ex supralaudata Pragmatica, *odia litiũ*, omninò verificari debet; igitur, &c.

9 Dices: Ecclesiasticus defactò laicali haud subditur foro, cum fori privilegio, verificato etiamnum juramento, resignare nequeat, *cap. si diligenti* 7. *de foro competenti, cap. in olita* 42. *cap. placuit* 43. 11. *quæst.* 1. *cap.* 2. *&* 3. 9. *quæst.* 2. *cap. significasti, de foro competenti, cap. significaverunt, de judiciis, in* 5. *compilatione.* Synod. Carthag. *Can.* 107. ibi: *de his, qui publicorum, seu secularium judiciorum cognitionem ab Imperatore placuit, ut quicumque publicorum, seu secularium judiciorũ cognitionẽ ab Imperatore petiverit, proprio honore privetur*. Marcellinus *epistola* 2. *cap penult. de foro competent.* Cironius *ad tit. de pactis.* Faber *lib.* 22. *conjectur. cap.* 7. Fachineus *lib.* 8. *controvers. cap.* 4. Donellus *lib.* 17. *comment. cap.* 20. *vers. illud.* Petrus Gregorius *lib.* 2. *partit. tit.* 9. *cap.* 11. Balboa, Fermosinus *in dicto cap. si diligenti*. Suarez *in defens. Fidei, lib.* 4. *cap.* 31. Anguanus *lib.* 2. *de legibus, cap.* 21. *num.* 20. Quinta-
10 duenas *lib.* 1. *Ecclesiast. cap.* 1. *num.* 8. etenim nemo hisce, quæ pro communitate, aut pro Republica sunt stabilita renunciare nequit, *l. Imperatores* 37. *ff. de pactis, l. illud* 5. *ff. de pactis dotal. l.* 1. *§.* 9. *ff. de magistr. convent.* cum nemo circa jus publicum authoramentum habeat, *l. jus publicum, ff. de pactis, l.* 2. *§. sed quia veremur, Cod. de jure jurand. propter calum.* igitur ritum minùs servare astringendus est.

11 Tametsi Ecclesiasticus seculari haud subditur foro: verumtamẽ ex suppositione, quòd aliquem in præfato convenire voluerit Senatu; quippè judiciarii laicalis fori stylo astringendus est, ac per consequens compromisso; alioqui secularis judiciarius ordo perturbaretur, quod perabsurdum foret, cum Judiciarius ordo immutari nequeat, *l. cum hi, §. si Prætor, ff. de transactionibus, l. traditionibus, Cod. de pactis, cap. cum dilecta, de rescript. cap. quia propter, de elect. cap.* 1. *de rebus Eccles. non alienandis, lib.* 6. *cap. quæ contra, de reg. juris, lib.* 6. idem edifferitò de laico, Clericum in Ecclesiastico conveniente foro: siquidem tunc Ecclesiasticus servare debet ritum; cum utrobique par urgeat ratio: inde fit eadem juris prædefinitio, *l. illud, ff. ad legem Aquiliam, l. si postulaverit, §.* 2. *ff. ad leg. Juliam, de adulter. l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. nauta, §. finali, ff. nautæ caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, Cod. de Sacros. Eccles. §. si igitur.* instit. *quod cum eo, l. his solis, vers. satis, Cod. de revocand. donat. l. item veniunt, §. ait Senatus, ff. de petit. hæredit.* sic è diverso, *l. si ita, ff. de manumiss. testam. l. servus, ff. de statu liber.* cum rationis diversitas juris diversitatem inducat, *l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verbor. obligat. l. finali, de ritu nuptiar.*

Pro decisionis istiusmodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

IN Clerici facultate; numquid sit, secularem in laicali foro convenire posse, vel è diverso ratione congrui juris.

Quo pacto Clericus feudalibus in bonis coram Judice seculari conveniendus est.

Clericus laicali in foro laicum conveniẽs: num juxta Regiæ Pragmaticæ formam satisdare astringendus sit.

Clericus insimul cum laicis in laicali agẽs Senatu: an secularis Judex illum ad Ecclesiasticum remittere debeat Judicem, aliis detentis secularibus.

Clericus laicali coram Judice calumniosè aliquem incusans: utrum ab eodem in expensis damnandus sit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.
Num. 2. & 3. ejusdem Thesis probatio.
Num. 4. secundæ Thesis decisio.
A'num. 5. usque ad 11. ejusdem probatio.
Num. 11. Thesis tertiæ finitio.
Num. 12. ejusdem probatio.
Num. 13. Thesis quartæ prædefinitio.
Num. 14. ejusdem probatio.
Num. 15. & 16. ejusdem Thesis oppugnatio, & solutio.
Num. 17. Thesis quintæ decisio.
Num. 18. & 19. ejusdem probatio.

1 QUòad primum articulum, Clericũ in laicali foro cõvenire posse secularẽ ratione juris congrui, & è diverso, existimo I. est contra Reg. de Frãchis *decis.* 285. *& in consuetud. si Ecclesia, de jure congrui incip.* vide Tiraqu. *fol.* 341. Fabium de Anna *consil.* 113. *num.* 49. Tap. *in con-*

constit. sancimus, *num.* 60. *& seq. ubi sub num.* 66. subdit idem postea, fuisse decisum in contingenti casu. Riccium *collect. decis.* 6. Molfesium *consil.* 27. *num.* 13. Martam *de jurisdictione, parte* 4. *cas.* 30. *num.* 25. aliosque. Thorus Author est *tomo* 1. *compend. decis.* §. *Clericus an possit convenire jure congrui secularem in foro seculari.*

2 Probatur: Clerico defactò permissum est, ut in laicali juredicendo cum laico consanguineo contendere valeat, ac per consequens de compromisso rogitare fas est; uti defactò per S.C. prædefinitum fuit, teste supralaudato Capicio *in decis.* 66. cum finis supralaudatæ Pragmaticæ sit quæcumque dissidia dirimere inter conjunctos, sive ex copula licita usque ad quartum gradum, sive ex copula illicita usque ad secundum; igitur, idem nostro in casu est prædefiniendum, cum utrobique par militet ratio, ut speculanti liquet, & consequenter eadem juris prædefinitio, *l. illud, ff. ad l. Aquiliam*, *l. si postulaverit*, §. 2. *ff. ad leg. Iul. de adulter. l. quidam nummularios*, *ff. de edendo, l. nauta*, §. *fin. ff. nautæ caup. l. à Titio. ff. de furtis, l. illud, C. de sacros. Eccles.* §. *si igitur*, Instit. *quod cum eo*: hinc Cicero 2. *Tusculanar.* ibi: *bene adhibita ratio cernit quid optimum sit, neglecta multis implicatur erroribus*, & idem pro Planco; ibi: *gravior*, *& validior est decem virorum bonorum sententia, quàm totius multitudinis imperitæ.* & 1. *de legibus*; ibi: *ratione præstamus belvis*:
3 propterea quod vel Clericus est Actor, vel Reus; si Actor, tunc laicum in laicali foro convenire potest; cum quilibet Actor Rei forum sectari debeat, *l. in criminali*, *Cod. de jurisdictio. omnium Iudicum, l. juris ordinem, Cod. eodem tit. l. finali, Cod. ubi in rem actio, l.* 2. *Cod. ubi, & apud quem*, *cap. experientiæ, & cap. si quisque* 11. *quæst.* 1. *cap. sanè, cap. cum sit generale*, *cap. si Clericus, de foro compet.* sin Reus, & tunc laicus Clericum in foro Ecclesiastico cōvenire debet; igitur, &c.

4 Quòad secundum articulum: Clericum feudalibus in bonis coram Iudice laico conveniri posse, & quòad proprietatem, & quòad feudi possessionem, existimo 2. est Thori *compend. decis. to.* 1. §. *Clerici pro bonis feudalibus*, secus verò quòad personam.

5 Probatur: Tametsi Clerici Divino inspecto jure à jurisdictione seculari exempti ferantur, ut in supralaudata decisione commonstratum fuit: verumtamen quòad feudalia bona, utpotè vassalli laicali subjecti sunt Principi, *cap. cæterum*, *de judiciis*. Bellet. *disquit. Cleric. parte* 1. *de favore Cleric. reali*, §. 3. *à num.* 4. *usque ad* 6. *pag.* 248. *cap. novit, vers. non enim, de Judiciis, cap. ex transmissa*, *cap. verùm*, *de foro competenti*, *cap. Romana*, §. *debet, de appellat. lib.* 6. *cap.* 1. *de controvers. inter Episcopum*, *& vassallum*, *cap. Imperialem, ad finem*, *vers. præterea, de prohibita feudi alienatione, l.* 1. *l. ult. tit.* 26. *partit.* 4. Cujac. *in cap. cæterum, de judiciis.* Fachin. 2. *controvers. cap.* 10. Duaren. *de feudis, cap.* 20. *&* 21. Altesserra *de feudis*, *cap.* 12. Solorzanus *tom.* 2. *de ju. Ind. l.* 2. *cap.* 28. *num.* 15. ac per consequens ejus Magistrati-
6 bus: quandoquidem feudum directò subjectū supponitur Domino; cum feudi dominium, & ejusdem proprietas in ipsius domini ditione restet, secus verò naturalis possessio, cum isthæc in vassallum transferatur, *cap. ultimo de investitura de re alie. fact.* §. *ultimo, in quibus caus. feud.* argum. textus *in* §. 1. *per quos fiat investitura*, §. *novam qui test. sint necess.* §. 1. *quæ fuit prim. caus. benef.* §. 1. *de capit. Conradi*. Hotmanus *consilio* 24. *num.* 5. *& consilio* 23. *num.* 10. ac per consequens Clericus uti feudatarius de feudi ratione, rationē refundere astringitur, cum alienū, secus verò suum administret. Cironius *in paratitl.* 5. *decret. de feudis*, *tit.* 20. *pag.* 215. 216. *&* 7.

7 Neque obstat textus *in c. cum sit generale*, *de foro competenti*; ubi Clerici pro quocumque delicto conveniendi sunt coram Judice Ecclesiastico, *& cap. Clerici verò, de judiciis, cap. de Presbyteris* 26. *dist. cap. satis* 7. *dist.* 97. *cap.* 1. *cap. nulla* 6. *cap. nullus* 8. *cap. relatum* 14. *cap. Clericus* 48. *& ferè per totam*, 12. *quæst.* 1. *cap. sicut* 15. 96. *dist. cap.* 1. *&* 2. *& finali* 21. *quæst.* 5. Concilium Carthaginense 3. *Can.* 15. Trid. *sess.* 25. *de reform. cap.* 20. Antonius Augustinus *in Epitome juris can. lib.* 30. *tit.* 5. aliique: siquidem Vassalli super feuda disceptantes conveniuntur coram Domino feudi: nec infringitur reg. textus *in dicto cap. cum sit generale*; quia cum Dominus rei feudalis virtute consuetudinis, & usus feudorum sit Judex competens inter ipsos Vassallos, ideò tanquàm Iudex proprius de dictis controversiis nosse quit.

8 Neù obstat, Clericū etiam vassallū propter fori privilegium non posse conveniri coram Domino laico: nam hoc in themate Clerici non gaudent privilegio fori, ast coram Domino feudi conveniuntur, non virtute potestatis civilis, quam in Clericos habet, sed condonationis, & relaxationis factæ per Constitutiones Canonicas prædictis casibus feu-
9 dorum consonas; nec in isthac facti specie alicui privilegio exemptionis locus est, quia natura causæ feudalis trahit ad se personam,
10 & non persona naturam causæ; ast pace tantorum Authorum, Clericū esse exemptum in feudalibus, identidem quòad personam, de jure Divino, secus verò hoc in themate, quòad bona: siquidem Sacri Canones, ac per consequens Canonicum jus, & consuetudo de bonis Clerici eloqunutur, secus verò de persona, & sic commentandi sunt. Altesserra *decret. tit.* 4. *de consuetud. in cap. ad nostram audientiā*, *pag.* 42. Gonzalez *in cap. cæterum* 5. *de judiciis*. aliique; igitur juremeritò, & quòad feudi possessionem, & quòad proprietates coram laicali Iudice conveniri potest; nec dignitatis statui, splendorique ulla irrogatur injuria, cū Clerici bona sint hypothecata; se-

cus

cus verò persona quòad in vincula iniectionem: siquidem hoc novissimum cōtra dignitatē Ecclesiasticā foret, secus verò secundum, cum huic secundo privilegio resignare valeat Clericus, haud autem in primo themate, in quo nullam habet ditionem, ceu sæpèsæpius supra commonstratum fuit.

11 Quòad tertium articulum, Clericum laicali in foro laicum convenientem, juxta Regiam Pragmaticam, firmam satisdationē præstari debere, haud dubiè existimo 3. est adversus Thorum *in compend. decis. tomo* 1. §. *Clericus laicum conveniens in Curia seculari an teneatur satisdare*, aliosque.

12 Probatur: Tametsi Clerici persona, utpotè Divino inspecto jure exempta, per secularem conveniri nequeat Iudicē, *laudato capite cum sit generale, de foro competenti, & dicto cap. Clericus* 8. *de judiciis*, idque genus, ut in termino capitis præcedentis dissertatum fuit: verumtamen ut conveniri possit, necessum ducitur, ut per Clericum idonea tribuatur cautio, nempè ut secularis aliquis pro Clerico spōdeat persolvere totum illud, quod contra Clericum per Judicem secularem decernatur, ac per consequens S.C. habeat illū, quem convenire possit, ut hodie in S.R.C. in viridi extat praxi; igitur, &c.

13 Quòad quartum articulum: Clericum unà cum laicis in laicali agentē Senatu, tūc Iudicem secularem illum ad Ecclesiasticum haud remittere debere Judicem, sed ad idoneam per secularem præstandam cautionem astringendum, existimo 4. est contra Grammaticū *decis.* 21. *num.* 9. Capicium *decis.* 197. *num.* 7. aliosque. Author est Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *Clericus litigans insimul cum laicis an coram Judice seculari*, edocēs, secus in S. R. C. servari, scilicet ut laici retineantur, & Clerici remittantur.

14 Probatur: Extemplò ac Clericus idoneam præstet cautionem; tunc Judex secularis habet fidejussorem, quem convenire posset; ac per consequens laicum, secus verò Clericum convenire differitur; tametsi Clerici personā repræsentat: propterea quod id Clerico haud est vetitum, cum neque directè, neque indirectè ab eodem dignoscatur.

15 Dices: Convenire, ac per consequens fidejussorem Clerici per secularem Judicem dignoscere, idem equipollens est, ac Clericum cognoscere: quod Divino est inhibitum jure; igitur ad Ecclesiasticum hoc in casu remittendum sit Judicem.

16 Irritum est antecedens: siquidem Judex laicus non nisi laicum dignoscit, cum laicus fidejussor, jus, quod habebat Clericus in se ad defensitandum eumdē assumpsit; ac per cōsequens venit ut cōsocius cū laicis: quare merè materialiter se habet, quòd Clericum repræsentat quòad Judicis agnitionem.

17 Quòad quintum articulum: Clericum laicali coram Judice calumniosè aliquem incusantem, si idonea præstita fuit per Clericum cautio, tunc ad universum damnum illatum fore damnandum fidejussorem, existimo 5. secus verò cautione minùs præstita. est contra Surdum *consilio* 396. *num.* 28. *vol.* 3. Ancharanum *in cap. ea, quæ, num.* 26. *de regulis iuris in* 6. Hostiensem, aliosque. Author est Belletti *disquisit. Cleric. de favor. Cler. perso.* §. *secund. num.* 19.

18 Probatur: Præstita namque priùs debita cautione Judex secularis habet, quem conve-
19 nire potest; secus verò hac desinente: propterea quod potius jocasse, ac Judicem elusisse duceretur, quàm verè incusasse: cum Judicis jurisdictio eludi nequeat; siquidem Principis locum tenet, ac ipsorum personam repræsentat: hinc Tullius 3. *de legibus*: *Magistratus lex est loquens*. ac etiamnum ibidem: *Magistratibus opus est, sine quorum prudentia, ac diligentia Civitas esse non potest, quorum descriptione omnis Reipublicæ moderatio continetur, neque iis solum præscribendus est imperandi, sed etiam Civibus obtemperandi modus: nam & qui benè imperat, paruerit aliquando necesse est, & qui modestè paret, videtur, qui aliquando imperet dignus esse*: quare juremeritò Cicero 1. *offic.* in isthec describit verba; ibi: *omnino qui Reipublicæ præsunt duo Platonis præcepta teneant. unum ut utilitatem Civium sic tueantur; ut quicquid agent ad eam referant, obliti commodorum suorum. alterum ut totum corpus Reipublicæ curent, ne cum partem aliquam tueantur, reliquas deserant, ut enim tutela sic procuratio Reipublicæ ad utilitatem eorum, qui commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa est, gerenda est.*

DECISIO LXVII.

IN Causa Magnifici Annibalis Pignatelli, seu D. Lucretiæ Carbonæ ejus uxoris, cum Excellente D. Comite Consiæ. licet de jure communi is, qui producit falsum articulum, aut testes, vel scripturas non perdat causam ut *in l. Divus, ff. de re judicata, in l. qui agitis, ff. de exceptionibus*, nisi falsificet acta, ut in *l. in fraudem*, §. *quoties, ff. de jure Fisci*, *&c.* tamen in Regno nostro viget Pragmatica, quæ incipit *testem falsum*, &c. qua cautum est, eos, qui scienter testes falsos, vel alias scripturas perduxerunt, vel eis usi fuerint, causam ipso jure amittere. hoc præsupposito, dubitatum fuit: an ex quo in

 cau-

causa prædicta pro parte prædicti D. Comitis sit factus, quidam articulus falsus continens, quòd post ipsius Comitis à Regno discessum quondam Dominus Cæsar ejus germanus tenuit Castrum paterni: super quo multi testes examinati affirmaverunt, vera esse contenta in articulo: si propter hoc D. Comes debeat puniri iactura causæ? præmisso, quòd tota hæc causa per Procuratorem agitata sit, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

TEstium falsitas per Procuratorem productorum haud scienter domino: numquid principali præjudicet.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio;
A' num. 2. usque ad 13. ejusdem Thesis probationes.
A'num. 13. usque ad finem, ejusdem Thesis, oppugnationes, earumdemque solutiones.

1 HAud obesse, per S. C. prædefinitum fuisse, memorat Antonius Capicius *hic, num.* 9. in hujuscemodi verba; ibi: *fuit pariter votatum, falsitatem non nocere Domino Comiti.* est Antonii Gabrielis *lib.* 7. *de malefic. conclus.* 7. *num.* 16. Muscatelli *in praxi S. C. lib.* 1. *par.* 6. *glossa termino, num.* 7. & 9. aliorumque. Thorus Author est *compend. decis. tomo* 1. §. *falsitas testium productorum per Prucuratorem.*

2 Probatur 1. Tametsi communi attento jure erroneum producēs articulum, vel testes, vel scripturas, idque genus, litem haud facessit suam. Cicero *de Oratore, lib.* 1. ibi: *Videns, & stomachans Scevola, cum hypseus maxima voce plurimis verbis à Marco Crasso Prætore contenderet, ut ei, quem defendebat, causa cadere liceret: Cn. autem Octavius homo Consularis, non minùs longa Oratione recusaret, ne adversarius causa caderet.* Quintilianus *lib.* 7. & identidem Tullius ad Trebatium: *quod si scribere oblitus es, minus multi te advocato causa cadent*, ac per consequens causa cadere minùs prædicatur, *l. qui agitis, ff. de exceptionibus*, nisi acta falsificet, *l. in fraudem*, 3 §. *quoties, ff. de jure Fisci*; atqueadeò juxta nostri Regni Pragmaticam, quæ occipit, *teste falsum*, falsos minùs ignoranter producens testes, vel scripturas, confestim causam de-4 perdunt. verumtamen nostro in Regno hujuscemodi longè aliena sunt; siquidem isthęc de principali immediatè agente, ac falsos 5 producente testes eloquuntur; secus verò nostro in themate, in quo de Procuratore falsos producente testes dumtaxat sermo habetur; versamur igitur in odiosis: odia namque sūt restringenda, quàm amplianda, *cap. odia, de regulis juris in* 6. *l. cum quidam, ff. de liberis, & posthum. cap. renovantes* 22. *dist.* Argum. legis *factum cuique*, §. *in pœnalibus, ff. de regulis juris.* hinc Cicero pro Silla; ibi: *Hoc natura est insitum, ut quem temueris, qui cū de vita, fortunisque contenderis, cujus ex insidiis evaseris, hunc semper oderis.* idem *de Ami.* ibi: *Alterum propter crudelitatem sēper hæc Civitas oderit.* idem Author indidem: *Apertè odisse, magis ingenii est, quàm fronte occultare sententiam.* Horatius 1. *Epi.* 19. *oderunt hilarem tristes, tristemque jocosi.* Ovid. 2. *de arte*; ibi: *Amor odit inertes*; igitur juremeritò S. C. pro Comite sanxit.

6 Probatur 2. Defactò erat absens à Regno Comes, ac per consequens ritè arguendus haud sciens, quę per suum agebantur Pro-7 curatorem: enimverò invincibilis ignorantia quamcumque culpam, pęnamque effugit, cū 8 pęna procul à culpa esse nequeat. inde fit, quòd invincibiliter ignorans, nulla dignus ducitur pæna; igitur utpotè falsitatis ignorās pænam minùs solvere debet: quare falsitatis scientia isthæc minimè arguenda, præsumendaque est; ast probanda. quæ enim facti sunt probatione indigent, *l. in bello*, §. *facta, ff. de captivis, & postlim. reverf. l. si emancipat.* 9. *C. de collationibus, l.* 1. *C. de probationibus, l. quæcumque*, §. *fin. ff. de publican. l. assecuratio, C. de non numerata pecun. cap. cum Joānes*, §. *verum, de fide instrumentorum, cap. licet, de constit. lib.* 6.

9 Probatur 3. Tametsi Procurator Dominum repræsentet suum, cum aliena negocia mandato Domini administret, *l.* 1. *in principio, l.* 3. *l. filii* 8. *l. si quis* 31. §. *unius, l. qui proprio* 47. *in principio, l. Paulus* 69. *ff. de Procurator. l. rectè* 36. *ff. de judiciis.* Treutler. *lib.* 1. *select. thes. disput.* 9. ubi Bachovius, Uvltejus *de judiciis, lib.* 1. *cas.* 7. *num.* 59. Duarenus *ad tit. de Procurat. cap.* 2. Argum. 10 legis *si diligenti* 5. §. *ultimo, ff. mandati*: inde est, quòd in re propria nemo est Procurator, *l. licet* 42. §. *is, qui, ff. de Procurator.* verumtamen in iis, quæ Domino maximum parturiunt præjudicium, haud repræsentat: siquidē in iis, quæ speciale Domini velle reposcunt, ipsius mandatum necessum ducitur, cum Procurator ad unam speciem constitutus, in reliquis inhibitus intelligitur, *l.* 1. §. 1. *ff. de Procuratoribus, l. si Procurator* 10. *C. eod.* nec enim videtur Dominus fidem ejus sequutus, nisi

nisi in illa ipsa re, quam ei mandavit, *l. rogatus* 33. *in fine, ff. mandati*. Antonius Faber 2. *Codicis, tit.* 28. *de procurat. def.* 28. *num.* 1. *in allegat. pag.* 102. *&* 2. *Cod. tit.* 8. *de Procurat. def.* 32. *& in corpor. & in allegat.* 1. *eodem tit.* utpotè nostro in casu est, in
11 quo Dominus causa cadere differitur: præsumitur namque Domini velle datum in iis, quę potius causam coadiuvant, quàm illam
12 pessundant. inde est, quòd nunquam in jure dicendo his in thematibus est admittendus, nisi speciale obtineat mandatum, *l.* 3. Cod. Theodos. *de cognit. & Procurat. l. qui ita* 66. §. 1. *ff. ad Trebell. l. licet, l. si Procurator. Cod. eodem*, *l. si Procuratore*, *ff. de condict. causa data, l. si falsus, Cod. de furtis, cap. cum M. de constitutionibus*, *cap. nonnulli* 27. §. *ultimo, cap. ex parte, de rescriptis*, *cap. cum dilectus* 6. *cap. venerabilis, de dolo*, *& contumacia, cap. cum in nostra* 4. *de Procurator. cap. contingit* 3. *de transact. cap. cum olim*, *de officio Delegati, cap. per tuas, de arbitris*, *cap. significavit* 48. *de appellat. cap. licet, eod. tit. in* 6. *cap.* 1. *& cap. constitutus* 8. *de in integrum restit.* idque genus. Olea *de cess. juris*, *tit.* 1. *quæst.* 1. *num.* 2. *& tit.* 5. *quæst.* 3. Donellus *lib.* 18. *commentar. cap.* 12. Cancerius *tomo* 2. *variar. cap.* 14. *num.* 64. Arnoldus Vinius *select. lib.* 1. *quæst.* 52. Vultejus *consil.* 35. *num.* 3. *volum.* 4. *& lib.* 2. *de judiciis, cap.* 7. *num.* 384. Carleval. *tomo* 2. *de judic. disput.* 4. *num.* 27. Ciriacus *tomo* 2. *controvers.* 384. *num.* 11. aliique; igitur, &c. secus verò ubi falsitatis crimen haud ignoraret Dominus: etenim minùs obscurè hoc probato, tunc ad pænam per supralaudatam Pragmaticam inflictam damnandus erit.
13 Dices 1. Falsum fabricans articulum, ac per consequens super eo testes producens, profectò in falsi pænam incidit, *l. si falsos*, *Cod. de falsis*, *l. qui ea mente*, *ff. de furtis*,
14 hinc juremeritò Alexāder Severus Tabellarium, in falsi crimen lapsum; incisis digitorū nervis decurtavit. Aventinus *lib.* 2. *annalium bojorum, ff. D.* & Leo Decimus Pontifex Maximus supra naturæ consuetudinem exercuit jus in damnandis falsariis, adeoque Sebastianum Tarvisinum in phalestra Romana leges profitentem, in Campo Floræ concremavit. Jovius in Leonis Decimi Vita *lib.* 4. & lex 12. tabularum de saxo deiici jubebat. Alexander *lib.* 6. *cap.* 10. & apud Ægyptios mortis pænarum pensum dabat. Marul. *l.* 4. *cap.* 4. *ex cap.*
15 9. *Josuè*: quare juremeritò Augustus Imperator, & Pontifex Maximus quicquid fatidicorum librorum Greci, latinique generis, nullis, vel parum idoneis Auctoribus vulgò ferebatur, supra duo millia contracta undique combussit; ac solos retinuit Sibyllinos; hos quoque delectu habito. Svetonius Author est. in nostro porrò themate id per Procuratorem effici supponitur, qui Domini personā repræsentat; igitur etiamnum per Dominum fecisse autumatur. juxtà dicterium illud: *qui per alium agit, per seipsum facessere videtur, l.* 1, §. *dejecisse, ff. de vi, & vi arm. l. ita*, §. *quod si quis, ff. de adm. tutor. l. si per alium, ff. ne quis eum, l. non ideo*, *C. de accusation. cap. mulieres*, §. *ille verò, de sentent. excom. cap. qui per alium* 72. *de reg. jur. lib.* 6.
16 Distinguenda erit minor: Procurator Domini personam repræsentat in iis, quæ seu tacitè, seu expressè permissa intelliguntur, ac per consequens in iis, quæ prudenter aguntur, concedo minorem; secus verò alio pacto; adeoque inanis ducitur illatio.
17 Dices 2. Si scripturæ, vel testium falsitas in causa foret, cur per Procuratorem vincatur causa; sanè litis Dominus Procuratoris falsitatem commendaret, ac per consequens lucrum ex causa proveniens reciperaret; igitur Procuratoris falsitas etiamnum Domino perniciosa esse debet.
18 Id planè potius divinare, quàm probare foret: siquidem nemo arguendus falsitati assentiri, nisi id haud obscurè probatur: cum falsitas crimen sit, quod potius probandum,
19 quàm præsumendum est: quæ enim facti sūt probatione indigent, *l. in bello*, §. *facta, ff. de captivis, & postlim. reverf. l. si emancipati* 9. *C. de collat. l.* 1. *C. de probationib. l. quæcunque*, §. *fin. ff. de publican. l. assecuratio, C. de non numerat. pecun. cap. cum Joannes*, §. *verum*, *de fide instrumentorum*, *cap. licet*, *de constitut. lib.* 6. alioqui irrationabiliter damnaretur quis; quod perabsurdum foret.

Pro prædefinitionis istiusmodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Testis coram Judice incompetenti falsum deponens: numquid ab eodem puniri possit.

Testium corruptorum afferta: utrum falsitatis prætextu etiamnum post factam publicationem in causa repulsari queant.

Testes, ut falsitatem deponant, attentans aliquis, si crimen haud subsecutum fuisse feratur: an præcisè per hoc etiamnum hic, aliquam expendere debet pęnam.

Falsos in foro testes, vel scripturas producens quis: qua plectendus sit pæna.

Testes, in Archiepiscopali foro falsum deponentes, si de eadem in Magno Vicariæ Senatu incusati fuere falsitate: num à Vicariæ foro plectendi sint.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.
A' num. 2. usque ad 5. ejusdem probatio.
A' num. 5. usque ad 9. impugnatio, & solutio.
Num. 9. Thesis secundæ decisio.
A' num. 10. usque ad 13. ejusdem probatio.

1 Testem coram Judice incompetente falsum deponentem ab eodem plecti posse, existimo 1. est Reg. de Franchis *decis.* 419. *num.* 8. Thorus Author est *tomo* 1. *compend. decis.* §. *testis deponens falsum coram Judice incompetenti*, memorans secus fuisse prædefinitum per S. R. C.

2 Probatur ex textu *in l. nullum, Cod. de testibus*: siquidem in incontinenti, ac falsum coram Judice incompetenti deponat testis, incontinenti (inquam) inobedienter se gerit, ac per consequens, utpotè inobediens ab eo plectendus est: incompetentia namque respectu efformationis processus se habet, secus verò respectu inobedientiæ patratæ: quare hoc in themate incompetens Judex per accidens falsum testem noscere proditur, cum incompetens sit, dumtaxat humano inspecto
3 jure; propterea quod incidentia incompetentiam tollit; secus verò incapacitatem. disparitatis ratio est: quatenus jurisdictio Judicis incompetentis ad certum causarum genus est restricta, nullo impedimēto personæ adjecto;
4 inde fit, quòd per incidentiam ad similem causam jurisdictio prorogatur: incapacitas verò jurisdictionis negationem involvit, apposito ipsi Judici impedimento, ideoque hoc in themate incidentia ad aliam causam fieri nequit; tametsi cuilibet Judici, Magistratuique à quolibet etiam non subdito citato, debita refundenda sit reverentia. hinc *in appen. sentent. ex apopht.* ibi: *Imperare, & parere Imperio ars omnium pulcherrima: quæ duæ res à Civibus excludunt seditiones; & tuentur concordiam*. & indidem: *non sunt gerendo Magistratui idonei, qui legibus, ac Magistratibus nesciunt obsequi.* & itidem: *parere dicitur, qui quod didicit, optimum esse, factis facit.* & Cicero 2. *de legibus*; ibi: *Magistratibus opus est, sine quorum prudentia, ac diligentia Civitas esse non potest, quorum descriptione omnis Reipublicæ moderatio continetur; neque eis solum præscribendus est imperandi; sed etiam Civibus obtemperandi modus: nam qui benè imperat, paruerit aliquãdo necesse est: & qui modestè paret videtur, qui aliquando imperet dignus esse*.

5 Dices: Defactò si Clericus coram Judice incompetenti, utputà seculari, falsum deponeret; profectò ab eodem puniri nequit, *cap. ac si Clerici 4. tit. 1. de judiciis*. ubi Gonzalez 2. *decret. num.* 1. *pag.* 12. igitur idem hic est prædefiniendum, cum utrobique eadē urgeat ratio, adeoque eadem juris prædefinitio, *l. is solis, vers. satis etiam cautè putamus, C. de revocãdis donat. l. illud C. de sacros. Eccl. l. item veniũt, §. ait Senatus, ff. de petit. hæred. l. illud, ff. ad leg. Aquiliã, l. si postulaverit, §. 2. ff. ad leg. Juliã, de adulteriis, l. quidã nũmularios, ff. de edendo, l. nauta, §. finali, ff. nautæ caup. l. à Titio, ff. de furtis, §. si igitur.* Instit. *quod cũ eo.* Cicero 3. *Tuscul.* ibi: *manus animi est ra-*
6 *tione uti*: disparitatis ratio est: etenim Clericus coram seculari falsum deponens Iudice; ideò ab eodem puniri haud fas est, quia Divino inspecto jure exemptus esse supponitur, ceu sæpèsæpius quamplurimis in locis commonstratum fuit. Gonzalez 2. *decret. tit.* 1. *de judiciis, cap. Cleric. verò* 8. *num.* 10. *pag.* 28. Cujac. Duaren. Altesserra *de feudis, cap.* 12. Solorzanus *tom.* 2. *de ju. Ind. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 15.
7 idque genus, ac per consequens utpotè Ecclesiastica persona à Vicario Christi dũtaxat puniri potest; secus verò de teste laico coram Iudice seculari incompetenti falsum testificante: quandoquidem hujuscemodi Iudicis incompetentia solummodo de jure humano est, *l. in fundo, ff. de rei vindicat. l. cum is, §. si cum lis, ff. de transact. l. qui sub prætextu, Cod. de sacros. Eccl. cap. porrò, de divortiis.* Clem. 1.
8 *de usuris.* Clement. 1. §. *fin. de cõcess. præb.* quēadmodum Clericus falsum coram aliquo Ecclesiastico incompetenti Iudice testificans, ab eodem dignosci valet, cum in eadem versemur spiritualitatis specie, ut speculanti liquet.

9 Testium corruptorum asserta falsitatis prætextu etiamnum post factam publicationē in causa explodi posse, existimo 2. ceu sancitũ habetur per S.R.C. Author est Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *testium dicta an repulsari possint*, laudans Tapiam *in Ritu Magnæ Curiæ Vicariæ* 73. *item, quod facta publicatione, num.* 5. *& in opere juris Regni*; dummodo notio isthæc post divulgatam habeatur publicationem.

10 Probatur: Fraus namque nemini patrocinari debet, *l. itaque fullo, ff. de furtis, cap. dictũ 30. quæst. 1. cap. intelleximus, de iudiciis, cap. tuæ 12. de Clericis non residentibus, cap. sedes, cap. ex tenore, de rescriptis, cap. 2. de dolo, cap. 2. de cognatione spirituali, cap. tuus, de usuris*, idque genus. hinc Cicero 1. *offic.* ibi: *vi, aut fraude fit injuria, fraus quasi Vulpeculæ, vis Leonis videtur.* Plaut. *in Mil. ut ne legi frau-*
11 *dem faciam talarie*; nec ejusdem via est aperienda, *l. in fundo, ff. de rei vindic. l. cum ii, §. si cum lis, ff. de transactionibus, l. qui sub prætextu, Cod. de sacrosanctis Ecclesiis, cap. porrò, de divortiis.* Clementina 1. *de usuris*. Clem. 1. §. *finali, de concess. præbend.* Tametsi fraudem fraude explodere fas est, *l. compater, §.*
12 *Titio fratri, ff. de legatis* 2. ac per consequēs hujusmodi testium corruptio post publicationem agnita, & est explodenda, & pęnam luere debent, alioqui damnaretur injustè quis, *l. 1. §. ita cum edicto, ff. quæ sentent. appellat. l. de unoquoque, ff. de judiciis*. Caramuel *in Theologia morali, quæst.* 8. *casu* 37. *pag.* 124. Cironius *in paratitl.* 5. *decretal. tit.* 28. *de appellat.*

pag. 159. Cicero 1. *offic. qui non defendit, nec obsistit injuriæ tam est in vitio, quàm qui, &c.* Gel. Quintus Claudius defendebat hostes à primis facillimè. Cicer. 3. *acad.* ibi: *ut ea pars defensionis relinquatur.* idem pro Cluent. ibi: *innocentiæ defensio respirat.* Salustius *alios ab hostibus defensabant*; atqueadeò fraudibus aditus panderetur, quæ perabsurda forent, *l. ait Prætor, ff. de serv. corrupt.* ibi: *Qui servũ, servamve, alienum, alienamve, recepisse, persuasisseve, quid ei dicetur dolo malo, quo eum, eamve, deteriorem faceret: in eum, quanti ea res erit, in duplum judicium dabo.* Ant. Faber in supralaudata *lege ait Prætor* 1. *tit.* 3. *de servo corrupto, pag.* 2031.

13 Testes, ut falsitatem deponant attentantem aliquem; si crimen haud subsecutum fuerit; tunc præcisè per hoc etiamnum suo in genere pęnam luere debere. existimo 3. est contra Thorum *compend. decis. parte* 3. *vers. testes, ut falsitatem deponant, tentans,* edocentem in Magno Vicariæ foro solutum fuisse reum in forma, aliosque. inspicito Reg. de Marinis *res. tom.* 2. *cap.* 78. *num.* 1.

14 Probatur: Extemplò ac testem, ut falsum deponat, attentet quis, tunc suo in genere patret crimen: siquidem in malam redigit testes fidem, ac per consequens proclives ad delin-
15 quendũ: exemplo esto: quis plectitur actione furti, & servi corrupti ob pravum consilium quo suasit servo rei dominicæ furtum. licet servus haud furatur, *l. si servo* 20. *Cod. de furtis.* Franciscus Hotmanus 4. *instit. tit.* 1. *de obligat. quæ ex delicto Nasc. lit. E. columna* 2.
16 *pag.* 720. Franciscus Balduinus, Ulte jus, aliique, ibidem: neu pravus attentantis animus illęsus esse debeat, cum culpa suum sectari debeat Authorem, *l. sancimus, Cod. de pænis, cap. quæsivit, de iis, quæ fiunt à majori parte Capituli, cap. Romana, in fine, de sentent. excom.* tametsi sat sit si extraordinariè pænarum pensum det; adeoque Iudicis officio plectẽdus est. inspicito Afflictum *in constit. qui falsitatẽ.*
17 Ursillum *ad decis. de Aflictis* 20. inde est, quòd ubi culpa non est, ibi nec delictum, *cap. cum voluntate, de sententia excomm.*

18 Falsos in foro testes, vel scripturas producentem aliquem & causæ deperditionem, & in falsi pænam incidere, haud dubiè existimo 4. est Reg. de Marinis *resol. juris, tom.* 2. *cap.* 78 *num.* 3. *juxta Prag.* 1. *de falsis.*

19 Probatur: Crimen hoc enormissimum est, cum enormissimam inferat infamiam, ac per consequens, sub generali criminum abolitione haud detrudatur, *l. Lucius in fine, ff. ad Senatus Consultum Turpillianum.* inspicito Authores apud Reg. de Marinis *tomo* 2. *resol. cap.* 78. *num.* 1. ac per consequens nil mirum;
20 si duplici plectendus sit pæna: inde fit, quòd testis corruptus etiamsi falsum haud differat; etiãnum à foro sit explodẽdus, nec fidẽ facit, *cap.* 1. *cap. sicut, de testibus, cap. placuit, cap. si testes, vers. leg. Julia* 4. *quæst.* 3. *l.* 1 *in principio, ff. ad leg. Cornel. de falsis.*

21 Testes in Archiepiscopali foro falsum deponentes; si de eadem in Magna Curia Vicariæ incusati fuere falsitate, tunc à Magno Vicariæ Senatu fore puniendos, existimo 5. ceu pr{e}definitum per S. R. C. literis prodit Afflictus *decis.* 219. apud Reg. de Marinis *allegat.* 75. *num.* 15. dummodo in Archiepiscopali foro minùs aliqua inflictus sit pæna.

22 Probatur: Defactò quilibet de patrato crimine plectendus est: propterea quod ad bonũ commune pertinet, delicta propalam esse punienda, adeoque expedit Reipublicę, ne mansitent impunita, *l. ita vulneratus,* §. *quod si quis, vers. cum neque impunita, ff. ad legem Aquiliam, l. licitatio,* §. *quod illicitè, ff. de publicanis, l. congruit* 13. *ff. de Officio Præsidis, l. stichum,* §. *tametsi, ff. de solut. extravag. ad reprimen. in principio, cap. est injusta* 23. *quæst.* 4. *cap. ut famæ* 35. §. 1. *de sentent. excomm.* Plaut. *in Bacchid.* 25. 50. *Sine hoc exorare me obsecro abs te, ut istuc delictum desistat tanto-*
23 *pere ire oppugnatum.* exemplari esto: Tiberius Imperator, Senatori cuidam luxuriosè vivẽti Tutorem dedit perindè, ac si pupillus foret. Dion. *lib.* 57. & Callippus Atheniensis Philosophus Platonis Auditor à Syracusanis obtruncatus fuit, quòd tyrannidem post Diony-
24 sium. Plut. *in Dion.* tametsi de eodem crimine duplici à Iudice haud infligendus sit pęna: siquidem naturali obversatur juri, cum pæna respondeat culpæ, *l. sancimus* 22. *Cod. de pænis, cap. cum non afferamus stateras, in fine* 24. *quæst.* 1. *cap. quæsivit, de iis, quæ fiunt à majori parte Capituli, cap. filius,* §. *illud autẽ, de pænis in* 6. suumque amplectetur Authorẽ, *dicta l. sancimus, l. absentem, ff. de penis,* & si in hisce mitior facienda sit interpretatio, *l. penultima, ff. de pænis, cap. in pænis* 49. *de regulis juris in* 6. *cap. ex literis, de constit.* Tiraquellus *in l. si unquã,* verbo, *revertatur, nu.*
25 246. *Cod. de revocandis donat.* quare si ab Archiepiscopali foro punitus haud prædicetur; quippe à seculari Iudice plectẽdus est; alioqui impunitus restaret, quod perabsurdum foret;
26 atque hinc fit, quòd in secularis Iudicis facultate est, quoscumque seculares transgressores plectere quomodolibet transgredientes, sive coram seculari, sive Ecclesiastico Iudice.

DECISIO LXVIII.

IN Causa Magnifici Julii de Scortiatis cum Illustriss. Principe Bisiniani post publicatum in causa per D. Julium, fuerunt productæ certæ scripturæ, quibus

bus productis pro ejusdem D. Principis parte petita fuit repulsa lapso termino ad repulsam Procurator eiusdem D. Principis petit terminum ad impugnandas scripturas; D. Julius contradicit, asserens, quòd in termino ad repulsam potuit ista facere, & non fecit: imo petendo terminum ad repulsam videtur huic impugnationi renunciare, sicut dicimus in eo, qui postquam appellavit comparet coram Iudice à quo, faciens aliquem actum in causa principali, quia per hoc videtur renunciare appellationi, *ut in cap. gratum, de Officio Delegati, in cap. cum venissent, de eo, qui mittit in possessionem cav. rei ser. in cap. solicitudinem, de appellat.* &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

Terminus ad testes explodendos post publicatum à Judice permissus: numquid scripturarum identidem repulsam amplecti prædicatur.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.

A' num. 2. usque ad 8. ejusdem Thesis probationes.

A' num. 8. usque ad finem, & objectio, & ejusdem solutio.

1 Haud amplecti per S.R.C. fuisse prædefinitum, memorat Antonius Capicius *hic*, *num.* 4. in hæc verba: ibi: *S. C. votavit adhuc esse locum termino ad impugnandas scripturas*; adeoque extincto testium repulsę termino, in partis ditione est, de scripturæ repulsa etiamnum rogitare posse. est Scaglionis *in ritu* 276. *nu.* 4. Ursilli *decis.* 115. *num.* 2. Muscatelli *in praxi S. C. parte* 7. *glossa præsentatas*, *num.* 6. Riccii *collect. decis.* 847. aliorumque. Thorus Author est *compend. decis. tomo* 1. §. *termino cōcesso an videatur impugnationi scripturarū.*

2 Probatur 1. longè siquidem aliena sunt isthæc: testes explodere, ac scripta oppugnare; ac per consequens unum haud amplectitur alterum. Author est Capicius *hic*, *num.* 5. siquidem firmior ducitur testium probatio, quàm scripturarum, *novella* 77. Justin. *cap.* 3. Auth. *de instrum. cautel. & fid.* §. *si vero, collat.* 6. *l. in exercendis* 15. *Cod. de fide instrum l. finali, Cod. de probat. l.* 2. *Cod. de testibus.* Auth. *sed si quis, Cod. de testibus, & attestat. l.* 3. *l. ubi falsi* 11. *Cod. ad leg. Cornel. de falsis, cap. cum Joannes* 10. *de fide instrum.* Gellius *lib.* 4. *noctium, cap.* 2. Cicero *in orat.* 1. *in verrem.* ibi: *omnis spectatio judicum in testibus est*. Donellus *ad tit. de probat. & lib.* 25. *comment. cap.* 6. *l. cum de indebito* 25. *ff. de probat. l. proprietatis* 4. *C. de testibus, & attestat.* neu de uno ad aliud

3 firma est illatio, cum magis præstanda sit fides vivæ, quàm demortuæ voci. inde fit quod ius nunquam aliquam probationis speciem amplectitur, quin meliorem admittat aliam, *cap. proposuisti, cap. causa matrimonii, de probat. cap. continebatur, de sponsat. impuber, cap.* 1. *de frigidis, & maleficiatis*, quod etiamnum ex

4 protito liquet dicterio illo: odia sunt restringenda, *cap. odia, de regulis juris in* 6. *cap. renovantes* 22. *dist. l. cum quidam, ff. de liberis, & posthumis*, favores verò ampliandos, *dicta l. cum quidam, dicto c. odia.* Virgilius *ore favete omnes.* & Ovid. *in ibin.*

Sit quoq; quod rarū est, solita defecta pavore
Fortunæ facies invidiosa tuæ.

5 exemplo esto de Alexandro Magno, cum civium favorem suorum sibi conciliare exoptaret, dilargitionibus eos corrupit, quo agnito, Philippus Pater eū in hujuscemodi objurgando verba: *quæ te malum ò fili*. ratio in istam spem induxit, ut eos putes tibi favere; quos pecunia tibi devinxisti. Plut. *in apoph.* testium, scripturarumque porrò repulsa adversario permissa, favorabilis ducitur; igitur

6 amplianda. inde fit, quòd excursus unius, videlicet testiū, haud amplecti edifferatur scripturarum lapsum, ac per consequens data testium repulsa, eaque extincta; adhuc in adversarii ditione sit de scripturarum repulsa rogitationem facessere posse.

7 Probatur 2. ubi aliqua ętherogenea sunt; toties unum in alio haud detrudi fas est, cum diversam habeat naturam, adeoque unum excludit aliud, alioqui haud forent ętherogenea: verum enim verò nostro in themate scripturarum repulsa, ac testium explosio inter se ętherogenea esse ducuntur; igitur unum in alio minus includi edifferitur; ac per consequens unius permissio termini minimè de alio argui par est, alioqui confusio, quę est diffugienda.

8 Dices: obstat ritus Magnæ Curiæ Vicarię, qui occipit. *item servat dicta Curia* 108. in quo sancitum habetur, quòd post publicationem in causa contra scripturas, haud permittenda sit repulsa. quod canonico identidem comprobatur jure, ex textu *in cap. cum causis* 15. *de testibus, & attestat cap. licet de probat. c.* 1. *de except. cap. præsentium* 31. *de testibus, &c.* Altesserra, Fermosinus, Cujacius, Augustinus Barbosa *in dicto cap. præsentium.* Donellus *lib.* 25. *commentar. cap.* 12. *& in dicto c. in causis.* Borrellus *tomo* 1. *decis. tit.* 15. *per totum.* Balboa *in cap.* 1. *de except. nu.* 64. Scaccia *de judic. lib.* 2. *cap.* 7. *quæst.* 35. *def.* 1. *num.* 790. Misynger. *in dicto cap. præsentiū.* Posthius *de manu. observat.* 89. aliique. idque nonnisi

nisi ob subornationis periculum, *cap. frater-*
9 *nitatis de testibus,& attestation.* inde fit, quòd ante fas, juraque sinunt, neu ulla irrogetur injuria, *l. fluminum 24. §. item videamus, ff. de damno infecto, l. iniuriarum 13. §. 1. & §. quod iure, ff. de iniuriis, l. nullus 55. l. factum 155. §. non videtur, ff. de reg. iuris, cap. cum* Ecclesia *31. de elect.* cum refellere potius crimen, quàm aliquam injuria afficere, *cap. 2. de ordin. cognit. l. qui injuriæ 53. ff. de furtis, l. si quis 12. ff. de injuriis, juncta l. qui ex libertate 26. ff. de liberal. causa, l. deferre 18. §. sed & communem, l. fiscus 38. §. delatores, ff. de jure fisci.* Fachineus *lib. 9. controvers. cap. 13.* igitur, &c.
10 Isthæc diluitur objectio ab eodem Capicio *hic, num. 3.* quatenus Pragmatica hujuscemodi hanc patiatur commentationem, utputa de iis eloquitur, quæ ante litis contestationem
11 præsententur; secus verò post. inde fit, quòd quæ ante fiunt, firmiter fiunt; secus vero post: idque ne lites in infinitum protraherentur, quod Orbis tranquillitati opponeretur. hinc Cicero *philippica 13.* ibi: *dulce est nomen pacis, res verò ipsa cum jucunda, tum salutaris. & philippica 2.* ibi: *pax est tranquilla libertas.* & Silius Italicus verè cecinit *lib. 11.*

Pace optima rerum
Quas homini novisse datum est; pax una triumphis
Innumeris potior.

Divus Augustinus *sermone 57. de verbis domini,* sic describit. *pax est serenitas mentis, trãquillitas animi, simplicitas cordis, vinculum amoris, consortium charitatis. hæc est, quæ simultates tollit, bella compescit, iras comprimit, superbos calcat, humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat, cunctis est placida; nescit extolli, nescit inflari; hanc qui accæperit teneat: qui perdiderit, repetat; qui amiserit, exquirat: quoniam qui in eadem non erit inventus, à patre abdicatur, à filio exhæredatur, nihilominus à Spiritu Sancto alienus efficitur: nec ad hæreditatem domini poterit venire, qui testimonium pacis noluerit observare.* & sermone 196. *de tempore*; ibi: *quanta est hujus pacis retributio hæreditatem possidere cum Christo? pax dilectionis mater est, concordiæ vinculum, ac puræ mentis indicium manifestum. pacem meam de vobis dixit Christus: unde servare mandatum est, pacem in omnibus custodire.* & poeta Christianus prudentius psychomachia.

Pax plenum virtutis opus, pax summa laborum
Pax belli exacti pretium est, pretiumque pericli.
Sydera pace urgent, consistunt terrea pace
Nil placitum, sive pace Deo. non munus ad aram, &c.

12 exemplo esto de Mycipsa Rege jam jam morituro filios ad se acciri jussit, illosque paterno affectu monitos fecit, ut paci, concordiæquæ studerent: ac mandasse sententiam hanc auream subsignatam literis, præ oculis assiduè haberent: enim vero concordia res parvæ crescunt, discordia maximæ dilabuntur. & de Scipione Africano, qui cum Romani de persequenda victoria, ac finiendo punico bello cogitarent, longa oratione ad studiũ pacis deducere studuit. Tit. Livius *decade 3. lib. 10.* Author est.

Pro decisionis istiusmodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Testium repulsa: numquid ex causa contra testes examinatos, sive ante, sive post conclusionem, utputa propter beneficium ad melius probandum permittenda sit.

Sive scripturarum, sive testium repulsa: num ante conclusionem factam semper permittenda sit.

Sive testium, sive scripturarum repulsa: an in summariis possessoriis præmittenda sit.

Testium, vel scripturarum repulsa gravioribus in causis, si in conclusionis actu reposcatur: utrum admittenda sit.

Repulsa post termini lapsum: numquid cõcedenda sit.

Contra testes examinatos ad revelationem excommunicationis, tametsi in seculari repetitos foro: nũquid repulsa permitti fas sit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.
A'num. 2. usque ad 6. ejusdem probatio.
Num. 6. Thesis 2. decisio.
Num. 7. & 8. ejusdem probatio.
Num. 9. Thesis 3. finitio.
Num. 10. 11. & 12. ejusdem probatio.
Num. 13. Thesis 4. decisio.
A'num. 14. usque ad 17. ejusdem probatio.
Num. 17. Thesis 5. prædefinitio.
Num. 18. & 19. ejusdem probatio.
Rum. 20. Thesis 6. finitio.
Num. 21. & 22. ejusdem probatio.

1 Testium repulsam ex causa contra testes examinatos, sive ante, sive post conclusionem ad melius probandum, esse permittendam sancitum per S.R.C. fuisse, memorat Thorus *compend. decis. tomo 1. §. repulsa an sit concedenda ex causa contra testes examinatos ante conclusionem*, laudans Capicium, Ursillum, aliosque.
2 Probatur: ubi rationabilis extat causa, quæ Judicẽ haud fugit (scilicet varios ob fines, idque genus) toties post etiamnum conclusionem ad pinguius comprobandam testium
3 repulsam admittere fas, juraque sinunt, nam tametsi publicatis attestationibus testes admitti nequeunt, *cap. fraternitatis 17. cap. cum*

venisset 25.*cap.cum causa* 42. *cap. constitutis* 46.*cap.per tuas* 48.*de testibus*.Clement.2. *eodem tit. propter periculum falsitatis, & subornationis, laudato cap.fraternitatis* 17.*cap. intimavit* 18.*vers.idque,cap.cum venisset* 25. *cap.de testibus,& attestationibus,cap.causam, cap.licet,de probat*.Clement.2.*de testibus, novella* 9.*eodem tit.* §.*quia vero,collat*. 7. Auth. *qui semel, Cod.de probat*.Borrellus *tomo* 2.*decis.tit*.9.*per tot*.Covarr.*in pract,cap*.13.*num*. 6.& *cap*.18.*num*.6.Minsygerius, Augustinus Barbosa, Fermosinus,aliique *in dicto cap.fraternitatis*,ne testes corrumpantur. Clement. 5.*in dicta Clementina* 2.*de testibus*; ibi : *cum non minùs in appellationibus subornatio fit timenda.* Iustinus *in novella,de testibus*, §. *quia vero,collat*.7. ibi: *utpote suspicione habita, ne fortè relictis prioribus, & dudum manifestis; propter eorum testimonia factis, ille non productionem testium, sed de præcedentibus, aut non testificatis additamentum, aut coram depositionibus emendationẽ desiderat*, cum pars juri producendi testes resignasse videatur: adeoque ad ipsas productiones regressus haud amplius sit concedendus, *l.quæritur* 14. §. *si venditor,ff.de ædilitio ædicto,l*.3.*C.de fide instru. cap.quàm periculosum* 7. *quæst*.1. neu lites in infinitum protrahantur,neve Judicis authoramentum eludetur, *l.penult.Cod.de postulando, cap*.4.*de testibus cogend*. Plato *lib*.12. *de legibus*; ibi: *est lex,si quis aliquem prohibuerit in judicium venire, vel ipsum,vel testes*: verumtamen aliquibus in thematibus admitti par est, utputa, si de matrimoniali vinclo dissolvendo peragatur, *cap.series* 26. *cap.ex tenore* 35. *cap. cum in tua* 44. *de testibus, cap.sicut* 22.*de spons*. vel si de nuptiarum firmitate matronæ examinandæ sint, *cap. cum matrimo-*
4 *nii* 14.*de probatio*. inde fit, quòd instrumenta exhibere valent, *cap.cum dilectus* 9. *de fide instrum*.idque genus,cum in hisce causis grave animarum immineat periculum, ne adversus veritatem temere coniuges separẽtur. argum.*cap.licet* 47.*de testibus*, quare juremeritò his in thematibus nunquamnon in Senatu testes recipiendi sunt,ubi per illos veritas assequi potest, *l.unius*, §. *cogniturum*; ibi: *quocumque tempore, ff. de quæstionibus, cap. judicantem* 12. ibi : *tamdiu actio ventiletur quousque ad rei veritatem perveniatur;nec litigantibus, judex prius velit sua sententia obviare, quam ipsi jam peractis omnibus nihil habeant in quæstione,quod proponant, cap.se-*
5 *ries* 26.*de testibus* : quemadmodum post sententiã definitivam identidem adversa admittitur probatio, *cap.lator, cap.consanguinei,de re judic*.Covarr.*in* 4.2.*par.cap*.8. §.12. Thomas Sanchez *de matrim.lib*.7.*disput*.100. idque non nisi, ut firmius definitiva divulgetur sententia; igitur, &c.

6 Sive scripturarum, sive testium repulsam ante conclusionem factam, semper esse præmittendam,reor.ceu de factò,& per magnum Vicariæ forum,& per S.R.C.sancitum extitit. Author est Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *repulsa an sit semper concedenda*, nonnullos laudans Authores,dummodò nulla permittẽdi post conclusionem justa habeatur causa.

7 Probatur:seu testium,seu scripturarum repulsa,quemadmodum eorumdem examen, de ipsorum natura instituta sunt, ut conclusionem præcedere debeant;idque non nisi varios
8 ob juris optimos fines;quandoquidem de cõclusionis conceptu sit subsequi ad isthæc, cum sit illatio ex præmissis deducta; igitur ne judiciarius ritus procul à justa perturbetur causa; juremeritò fori stylus in substantialibus servandus sit, *l. cum hi*, §. *si prætor, ff.de transactionibus, l. traditionibus, Cod.de pactis, cap.cum dilecta,de rescript.cap. quia propter,de elect.cap*.1.*de rebus Eccles.non alien.lib*.6.*c.quæ contra, de regulis juris lib*.6.

9 Sive testium, sive scripturarum repulsam summariis in possessoriis, haud fore concedendam,reor 2.ut per S.C.de factò sancitum, memorat Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *repulsa testium,seu impugnatio scripturarum*, laudans Capicium *decis*.55.Grammaticum *in ritu M.C.V. incip.sanè pro parte magnif. mulieris,num*.9.Tapiam *in constit.minor.jura, num*.26.aliosque apud eumdem.

10 Probatur: in summario namque judicio judiciarius haud sit inspiciendus ordo: propterea quod in summariis brevis habetur facti speciei notio; alioqui summaria minùs foret facti speciei agnitio, ac per consequens summarii devastaretur judicii essentia. Antonius Faber 8.*Cod.tit*.3.*unde vi,def*.9.*in allegat.nu.*
11 2.*pag*.954.testium, seu scripturarum repulsa porrò, nonnisi de ordinario verificari potest judicio; de cujus conceptu sit,planè,uberri-
12 mèque rem ventilare, *l.2.ff. ad Vellejanum*. argum.*legis nullus* 7.*ff.ad legem Corneliam,de falsis*, secus verò de summario. inde est,quòd apud Romanos ordinaria illa differebantur judicia,in queis sollemnis judiciorum formula usitabatur. Donellus *lib*.23. *comment.cap*. 1.& 2.ubi Osualdus *lit.C*.extraordinaria verò,in quibus haud secundum formulas à lege præscriptas judicabatur, *l.cum filius* 17.*ff.de rebus creditis, l.si longius*, §.1.*ff.de judic*. aut quia non Prætor, seu Iudex extra ordinem datus agnoscebat, *l*.1.& *per totum, ff.de variis, & extraordinariis cognit*.aut ubi adversus stricti juris rationem,ex æquitate contrarium inducitur, *l.si quis sepulchrum* 17.*ff. de relig.& sumpt. l*.2.*ff.ex quibus causis major*. consule textum *in l.pecuniæ* 178. §.*persecutionis,ff.de verborum significatione, l. filius* 114.§.*qui liberos, ff.de legatis* 1. *l.sicut legatũ* 92.*ff.de condit.& demonstrat*. Cujaciũ *in notis ad Paulum,lib*.5.*sentent.tit*.13. Gothofredum *in dicto* §.*qui liberos*.Corasium *in l.solet, ff. de offic. proconsu*. Scipionem Gentilem *lib*. 3.*de jurisdict.cap*.32.Brissonium *lib*.5. *de formulis,pag*.436.Vvltejum *lib*.1. *de judic. c*.2. Olanum *lib*.3.*paralip. cap*.9. *per totum*, qui fusè textum *in l.actio* 47.*ff.de negot.gest*.expẽdit; igitur,&c.

13 Te-

13 Testium, vel scripturarum repulsam gravioribus in causis, si in conclusionis actu reposcatur, esse admittendam, per S.R.C. fuisse praedefinitum, litteris prodit Thorus *compen. decis. tomo* 1. §. *repulsa in causis gravioribus*, laudans Rovitum *in prag.* 11. *num.* 41. *de ordin. judiciorum*.

14 Probatur 1. Tò *petere in conclusionis actu*, haud est post conclusionem rogitare; igitur ut maturè, rectèque gravior discutiatur causa, hanc admittendam fore testium repulsam, etiamnum in conclusionis actu, arbitror:

15 propterea quod Ly *in conclusionis actu petere* equipollens est, perinde ac si ante conclusionem postulatio fuisset: quandoquidem gravioribus in causis si in conclusionis actu peteretur, quippè conclusionem impedit, quominus perficiatur; nec ardua res ob sedulitatis omissionem decidenda est; ac per consequens plena rei decidendae reposcitur notio, quae desideratur si in conclusionis actu hujuscemodi omittatur testium repulsa; dūmodo id per partem haud dolosè fieri praedica-

16 tur, alioqui aliter erit procedendum; cum dolus, frausque nemini debeant patrocinari, *l. itaque fullo, ff. de furtis, cap. dictum* 30. *qu.* 1. *cap. intelleximus, de judiciis, cap. tuae* 12. *de Clericis non residentibus, cap. sedes, cap. ex tenore, de rescriptis, cap.* 2. *de dolo, cap.* 2. *de cognat. spirit. cap.* 1. *de collus. deteg. cap. tuus, de usuris*, quibus haud est aperiendus aditus, *l. in fundo, ff. de rei vindic, l. cum is, §. si cum lis, ff. de transact. l. qui sub praetextu, Cod. de Sacros. Eccles. cap. porro, de divort. clem.* 1. *de usuris, clem.* 1. *§. finali, de concess. praeben.* quare per adversarium id commonstrandum erit, se aliquo fuisse legitimè detentum impedimento; vel alia de causa.

17 Repulsam post termini lapsum si justa habeatur causa, posse identidem permitti, per S. C. fuisse decisum, memorat Thorus *in supplemento decis.* §. *repulsa an sit concedenda post lapsum termini*, laudans Novarium, aliosque.

18 Probatur: tametsi (regulariter loquendo) post termini lapsum haud admittenda sit testium repulsa; verumtamen si justa habeatur causa, minùs dissonum ducitur, ut permitta-

19 tur. quae enim justè fiunt juribus consona sunt, siquidem nonnullae evenire queunt notiones, nonnullaque indicia, vel perturbationes; quominus in juredicendo sistere valeat quis, idque genus; ex queis justa arguitur causa, cur testium, vel scripturarum repulsa rursus admittenda sit: ceu perabundè supra commonstratum fuit.

20 Adversus testes examinatos ad revelationē excommunicationis; tametsi in seculari repetitos Senatu, repulsam admittendam fore, reor 3. licet in laicali repetiti fuere foro, ceu sancitum fuisse, testatur Thorus *compend. decis. tomo* 3. §. *repulsa concedi an debeat*, adversus testes examinatos, memorās, id pluries praedefinitum fuisse per S. R. C. laudans Grammaticum *decis.* 86.

21 Probatur: tametsi in laicali repetiti fuere testes judicio: verūtamen quòad forum id merè materialiter se habet: propterea quod: etsi Iudex Ecclesiasticus processu à Judice Laicali efformato uti valeat: verumtamen pro libito suo est, ipso haud uti, ac per consequens novum efformare judicium, *cap. at si Clerici, de judiciis*. Gonzalez 1. *decretal. tit.* 43. *de arbitris, in cap. compromissum* 14. *num.* 10. *pag.* 977. extant namque judicia isthaec diversa inter se; adeoque unum independenter

22 ab alio, cum aetherogenea sit Ecclesiastica jurisdictio respectu laicalis: enim verò ex hisce binis universus regitur orbis, utpotè à Sole, qui est Ecclesia, & à Luna, quae est Laicalis jurisdictio, quare Iudicis Ecclesiastici sit, & testium repulsam permittere, & alia id genus, prout sibi placuerit.

DECISIO LXIX.

IN Causa Ioannis Hyeronimi de Scortiatis cum Ioanne Fricia, super recuperanda possessione Castri Sacci. praesupposita validitate capitulorum initorum inter quondam Serenissimum Regem Ferdinandum Secundum, ac Illu. Barones de Sancto Severino, inter quos erat quondam Dominus Comes Capudatii: in quibus bono pacis, quae tunc inibatur; idem Rex restituebat dictos Barones in integrum, cum revocatione alienatorum, &c. *Haec Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

FEudalia bona ob Baronum rebellionem Regi devoluta; ac per consequens eidem incorporata, alterique ab eodem fisco alienata; quid sanciendum, si inter Regem, rebellesque Barones reconciliatio facta esse feratur, ac per consequens de cunctis confiscatis bonis ipsis in integrum restitutionem permisisset Rex: numquid ipsis contra bonorum confiscato-

rum possessores recuperandæ possessionis remedium conveniat; quod idem æquipollens est: numquid per futurorum confiscationem bonorum contra rebellem conciliatum, dominii exceptionem opponere possint.

SUMMÆ.

A'num.1.usque ad 5.Thesis prædefinitio.
A'num.5. usque ad 9. primæ Thesis partis probationes.
Num.9.secundæ Thesis partis probatio.

1 Rebelles conciliatos Barones in priscum restituendos fore statum; ac per consequens contra confiscatorum bonorum possessores recuperandæ possessionis remedium ipsis convenire; adeoque ipsorum bonorum confiscationem possessoribus nullam dominii adversus ipsos exceptionem competere posse, per S.C. fuit prædefini-
2 tum; litteris mandat Antonius Capicius *hic in fine*; ibi: *hac causa in die Jovis quarta decima Septembris 1525. in Monasterio Montis Oliveti fuit votata per D. Ludo. de Montealto. D.Hyeronimum de Colle. D. Marcellum Gazella. D. Ciccium de Loffredo. D. Joannem Martialem. D. Bernardinum Galeota. D. Jacobum de la Quadra. D. Doctorem Baronum. & me. & omnes fuimus in voto, nullo discre-*
3 *pante, quòd reus esset absolvendus: ego in voto meo reservavi, quòd si aliis dominis videretur, quòd conventus daret actori aliquam pecuniæ summam propter dubietatem causæ, concurrentem. cum ista pecuniæ reservatione concurrit etiam D. de Quadra, & D. Marcellus, &c.* est Capiblanci *in prag.3. de baron.nu.34.* Ursilli *decis.361. num.154.* Martæ *de jurisdict. casu 187.num.7.* Vasquez *controvers. illustr.lib.1. c.5.* Thorus Author est *compend. decis.to.1.§. feudalia bona Regi ob rebellionem Baronis al-*
4 *teri alienata*; tametsi ipsorum emptores, possessoresque adversus fiscum de recuperanda pecunia ipsi data agere queunt.

5 Prima thesis probatur pars: de restitutionis in integrum conceptu est, ut res ad priscum reponatur statum; ac per consequens perinde se habet, ac si nil damni passus fuisset reus, *l.quod si minor, §.restitutio, ff.de minoribus, l. si locus, ff.quemadmodum servitutes, l.1.Cod. de reputationibus, l.2.C.in quibus causis.* Paulus *lib.1.sententiarum.tit.7.l.1. §.certò, ff.ad Macedonianum, l.3.ff. rem ratam, l. sed si 8.* juncto ibi Cujacio *lib.26.ff.Juliani, ff. si quid in fraudem, l.1.§.1.ff.collat.bonor. l.2.ff. ne de statu defuncti, l.facta 63.§.14.ff.ad Trebell. l. 1.tit.19.par.6. cap.finali 2.quæst.3.* Gonzalez *1.decret.tit.41.de in integrum restit. in c. re-*
6 *quisivit 1.num.8.pag.909.* inde fit, quòd sic definiri assolet: *est in priscum repositio statum.* Paulus *lib.1.senten.tit.7.l.1.§.certè, ff.ad macedonianũ, l.3.ff.rem ratam, l.si locus, ff.quemadmodum servitutes, l.1. Cod. de reputationibus, l.2.Cod.in quibus causis, l.sed si 8.ff.si quid in fraudem, l.1.§.1.ff.de collat. bonor. l.2.ff.ne de statu defuncti, l.facta 63.§.14.ff.ad Trebell:* Osualdus ad Donellum *lib. 21. cap.4. lit. D.* Morla *tit.5.quæst.1.nu.1.* Sfortia *de in integrũ restit. tract. 1. par. ar.4.* in isthac porrò facti specie defactò inter Regem, & rebelles Barones conciliatio gesta fuit, ac in consequentiã universorum confiscatorum bonorum à Rege in integrum restitutio permissa fuit; igitur recuperandæ possessionis remedium Baronibus convenire debet, alioqui frustra illis in integrum restitutio à Rege indulta fuisset.

7 Probatur 2. Si confiscatorum possessores bonorum dominii exceptionem adversus rebelles Barones conciliatos obsistere possent; profectò frustatoria redderetur rebellibus Baronibus conciliatis à Rege in integrum restitutio: siquidem si Barones hujuscemodi confiscatorum precium bonorum restituere deberent, ac per consequens nova illorum emptio foret, quippè perabsurdum esset; quã-
8 doquidem præter Regis mentem foret: quæ enim extra mentem sunt pro nihilo ducenda *l. non omnis, ff. si certum petatur, l. in agris, ff. de acquirendo rerum dominio, l.2.ff.de his, quæ in testam.delentur, l. legata inutiliter, ff. de legat.1. l.cum tale, §.ultimo, ff. de condict. & demonstrat. l. age cum Geminiano, Cod.de transact.* Connan. *comment. juris civilis, lib. 7. cap. 1. num. 13.* cum Regis intentio sit, ut in priscum reponetur statum, eodem prorsus pacto, quo erat prius: quare jurementò confestim ac ipsis à Rege in integrum restitutio permissa sit; ex incontinenti (inquam) de recuperandæ possessionis remedio rogitare queunt; ac bona eodem pacto, quo extant, ipsis restituenda sunt; igitur, &c.

9 Secunda Thesis probatur pars: bonorum namque confiscatorum emptores defactò rebellibus Baronibus Fisci jussu restituerunt; igitur ipsorum preciũ restituere debet Fiscus; alioqui Fiscus irrationabiliter aliena cum jactura locupletaretur. hinc Cicero 2. *Tuscul.* ibi: *qui alteri exitium parat, eum scire oportet sibi paratam pestem, ut participet parem.* & 1.officior. *quod avique obtigerit, id quisque teneat: eò si quis plus appetat, violabit jus humanæ societatis.* & 2. officior. *animadvertamus; cum alios juvare velimus, ne quos offendamus. sæpè enim aut eos lædimus, quos non debemus; aut eos, quos non expedit. Si imprudenter, neglitentiæ est; si scienter, temeritatis.* & indidem: *res familiaris quæri debet iis rebus, à quibus abest turpitudo: conservari autem diligentia, & parsimonia; iisdẽ etiam rebus augeri.* & itidem: *nostræ utilitates nobis omittendæ non sunt; aliisque tradendæ, cum iis ipsis egeamus: sed suæ cuique utilitati, quod sine alterius injuria fiat serviendũ est.* & 3. de finibus: *alienum est à justitia, ad quam nati esse videmur, detrahere quid de aliquo, quod sibi assumat.* & 3. offic. *rei familiaris amplificatio nemini nocens non est vituperanda, sed fugienda semper injuria, sed* de-

detrahere aliquid alteri; & hominem hominis incommodo, suum augere commodum, magis est contra naturam, quàm mors, quàm paupertas, quàm dolor, quàm cætera, quæ possunt aut corpori accidere, aut rebus externis. illud enim natura non patitur, ut aliorum spoliis nostras facultates copias opes augeamus. neque verò hoc solum natura, idest jure gentium, sed etiam legibus populorum, quibus in singulis Civitatibus Respublicę continentur, eodem modo constitutum est, ut non liceat sui commodi causa, nocere alteri. hoc enim spectant leges, hoc volunt, incolumem esse Civium conjunctionē. & 4. act. in Verrem: *non est permissum, ut impunè nobis liceat, quod alteri eripuerimus, id alteri tradere.* & postmodum 3. *offic. suum cuique incommodum ferendum potius, quàm de alterius commodis detrahendum*: quod juribus obnoxium foret, *l. nam hoc natura* 14. *ff. de cond, indeb.* Ant. Faber *in juris prud. tit.* 1. *de just. & jure, princ.* 2. *illat.* 1. *pag.* 5. inspicito Grammaticum *decis.* 103. *num.* 119. Annam *consilio* 61. *num.* 39. & 40. Clarum *pract. criminal. quæst.* 59. Reg. de Franchis *decis.* 203. Annam *alleg.* 119. *num.* 6.

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Feudalia bona ex pacto, & providentia designata, si ob primogeniti rebellionis crimen, sive ad agnatos, vel ad fratres devoluta esse prædicentur: numquid ob factam à Rege restitutionem, etiamnum pro pacis bono, feuda ipsa ad primogenitum restituenda sint.

Feuda, ob Vassalli rebellionem in Regem patratam: cuinam acquiruntur, Regi nè? an Baroni? si ad Baronis collationem pertinere prædicetur, eidemque fuerint ab eodem permissa Vassallo.

Feudum à Vassallo ob ipsius felloniam per Regem subtractum, avocatumque, si deindè felloniam contra Dominum haud fuisse peractam, dumtaxat verò ob hostium pavorē, cum ipsis familiaritatem contraxisse dignoscatur: num per Regem ipsi feudum restituendum sit.

Feuda devoluta, si iterum de ipsis à Rege permissio fiat: utrum de novo quoad Adhoam designanda sint.

Si feudū ob Vassalli crimen ad Regem devolutum esse prædicetur: quænam devoluta, ac per consequens Regi acquisita ducuntur.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.
A' num. 2. usque ad 8. ejusdem probatio.
Num. 8. & 9. Thesis secundæ decisio.
Num. 10. 11. & 12. ejusdem probatio.
Num. 13. & 14. Thesis tertiæ finitio.
Num. 15. & 16. ejusdem probatio.
Num. 17. Thesis quartæ prædefinitio.
Num. 18. ejusdem probatio.
Num. 19. Thesis quintæ decisio.
Num. 20. & 21. ejusdem probatio.

1 Feudalia bona ex pacto, & providentia designata, si ob primogeniti rebellionis crimen, sive ad Fiscum, sive ad agnatos, vel ad fratres devoluta esse prędicentur: tunc ob factam à Rege restitutionem, etiamnum pro pacis bono feuda ipsa ad primogenitum esse restituenda, dubio procul reor 1. perinde quasi in agnatorum ditione minùs fuissent bona isthæc. est contra Ursillum *decis.* 356. *num.* 16. *usque ad* 24. Thorum *compend. decis. tomo* 1. §. *feudalia bona devoluta ad Fiscum, vel ad agnatos*, edocentem, quòd si feudum primogenito foriudicato, & inhabili ad succedendum, obitus patris tempore secundogenito acquisitum sit, tunc amplius non potest esse primogenitus hæres; ac per consequens feudum deperdit; utpotè per S. R. C. sancitum extitit.

2 Probatur: Tametsi feudum hujuscemodi, sive agnato, sive fratri, idque genus, acquisitum sit, ac per consequens hæredes sunt; cū extinctionis patris tempestate feudum primogenito acquiri nequibat: siquidem foriudicatus erat, qui inspecto Regni jure civiliter demortuus erat. Reg. de Frāchis *decis.* 113. *num.* 11. & 12. Riccius *collect. decis.* 291.
3 Vivius *decis.* 335. inde fit, quòd jura, actionesque deperdiderat. Merlinus *centur.* 2. *n.* 21. Gaillus *lib.* 1. *observat.* 1. *num.* 38. Regens Petra *ritu* 220. *nu.* 3. adeoque obtrūcationis pænarum pensum dare debebat. Scialoja, *de foriudic. cap.* 17. Mastrillus *decis.* 104. Vivius *decis.* 255. Verde *instit. lib.* 1. *tit. quibus modis jus patriæ potestatis solvitur, num.* 367. & 368. verumtamen verificata cum Rege pro pacis bono in integrum restitutione, in priscum reducenda sit statum res; alioqui confiscatorum bonorum restitutio frustra à Rege permissa foret: etenim superflua cuncta à lege sunt reprobata, *l.* 1. §. *quibus, Cod. de novo Cod. l. finali, Cod. qui admitti ad bonor. possess. & in proœmio decretal.* ibi: *resecatis superfluis.* Clement. *exivi,* §. *quamvis, de verbor. significat.* inde fit, quòd superfluis actibus uti haud par est, *l. hac stipulatio,* §. *Divi, ff. ut legator. nomine caveatur.*

4 Nec aliquid suffragatur (ceu somniarunt Ursillus, Thorus, idque genus) edisserere, quòd bona secundogenito jam acquisita supponūtur, ac per consequens de illis designatus jam nominatur hæres; nec amplius deesse potest hæres, cum semel hæres semper hæres habendus erit, *l. ei, qui solvit, de hær. inst. l. ait Prætor,* §. *sed quod Pap. de min.* Cujacius *comment. jur. ad l. Salvii Juliani, librum singu-*

larem, de ambiguitatibus, ad l. 31. *de vulg. & pup. substit. lit. D. pag.* 2354. *tom.* 1. *& ad librum* 1. *sententiarum, lit. B. pag.* 452. *tom.*1. adeoque ab ipso feudalia adepta haud subtrahi queunt bona.

5 Tametsi (inquam) bona isthæc secundogenito jam acquisita esse supponuntur, ac per consequens de illis designatus est hæres; verumtamen id ritè commentandum duco non nisi revocabiliter; alioqui in integrum Regis restitutio frustaretur; quod perabsurdũ foret. Regis namque intentio hoc in casu est, ut primogenitus in suum redigatur statum, ac per consequens universa acquirat jura, quę ipsi à jure debentur; quæ cuncta desiderantur, si feudi acquisitio ipsi denegaretur. Quare in isthac facti specie simulatur, perindè ac si nunquam secundogenitus hæres fuisset: nec triviale dicterium illud: *semel hæres semper hæres efficit*: siquidem id commentandum erit, si nulla rationabilis habeatur ratio, illum hæreditate privare; secus verò si aliter ceu in pręsentia foret propter Regis indultum.

6 Neu etiamnum responsitare fas est, Principem tertio jus acquisitum adimere haud posse, *l.*2. §. *meritò, &* §. *si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, l.* 4. *C. de emancip. liber.* Ant. Faber 6. *Cod. tit.* 5. *de testamentis, def.* 2. *num.* 21. *in allegat. pag.* 624. propterea quod id interpretandum erit rationabili circumscripta causa: in nostro porrò casu: idque nõ nisi pro communi pacis bono, quod afferat. Cicero *Philippic.* 2. ibi: *Pax est tranquilla libertas.* & *Philipp.* 13. ibi: *dulce est nomen pacis; res verò ipsa cum jucunda, tum salutaris.* & 5. *lib. epistol. epist.* 21. ibi: *quamvis tuta conditione pacem accipere malui,*

7 *quam viribus cũ valëtiore pugnare.* exemplo esto: Romanæ binæ fęminæ, scilicet Veturia, & Volumnia pacem Romanis dedere: quatenus hæc filium, illa verò Corilianum maritũ à Patriæ oppugnatione avertit, quemadmodũ inter Romanos, Sabinosque fecere, idque genus: quare juremeritò Antonius Pius adamabat illam Scipionis Africani celebratissimam sententiam: *se malle unum asservare Civem, quàm mille obtruncare hostes.* Iulius Capitolinus Author est: & ut in subditis clementiam exerceat Princeps. Hinc jure optimo Tullius ad Quintum fratrem, *epist.* 1. literis mandat; ibi: *Nihil est tam deforme, quàm ad summum imperium acerbitatem naturæ adjungere.* & 1. *de Offic.* ibi: *Rectè præcipere videntur, qui monent quantò superiores simus, tantò nos submissius geramus.* & 2. *de Oratore*; ibi: *In bonis fortunæ summa laus est non extulisse, sed in potestate, non fuisse insolentem in pecunia: non se prætulisse aliis propter abundantiam fortunæ: ut opes, & copiæ, non superbiæ videantur, ac libidini, sed bonitati, ac moderationi facultatem, ac materiam dedisse.* idemque, 1. *Offic.* ibi: *Nil est laudabilius, nihil magno, & præclaro viro dignius placabilitate, & clementia, quæ ita probanda est, ut adhibeatur Reipublicæ causa severitas, sine qua administrari Civitas non potest.*

8 Feuda, ob Vassalli rebellionem in Regem patratam, ad Baronem, secus verò ad Regem spectare; sive superstes, sive extinctus sit delinquens, dummodò ad Baronis collationem pertineat, reor 2. est Regentis de Ponte *decis.* 23. *num.* 7. Afflicti *decis.* 282. *à num.* 12. *ad finem*, quem sectatur Freccia *de subfeu. lib.* 2. *in* 29. edisserens, aliàs per Reg. Cameram fuisse prædefinitum, ut feudum possideat Rex, adusque vixerit feudatarius, & ex eo descendentes, ut perciperent fructus. inspicito Thorum *compend. decis. tomo* 1. §. *feuda devoluta ob rebellionem Vassalli commissam in Regem*, alios laudantem Au-

9 thores, referentemque, sic per S. R. C. fuisse sancitum.

10 Probatur: Tametsi delinquens iste in Regem deliquisse feratur, ac per consequens & ab eodem defecisse, & pænarum pensum dare debebit, cum pæna suum teneat Authorem, *l. sancimus, Cod. de pænis, l. absentem, ff. eodem*, etsi inter se commensurantur, *dicta l. sancimus; cap. cum non afferamus stateras, in fine* 24. *quæst.* 1. *cap. quæsivit, de iis, quæ fiunt à majori parte Capituli, cap. felicis*, §. *illud autem, de pænis in* 6. cum Reipublicæ intersit, ne delicta restent impunita, *l. ita vulneratus*, §. *quod si quis, vers. cum neque impunita, ff. ad legem Aquiliam, l. licitatio*, §. *quod illicitè, ff. de publican. l. congruit* 13. *ff. de Offic. Præsidis, l. stichum*, §. *tametsi, ff. de solut. extravag. ad reprimend. in princip. cap. est injusta* 23. *quæst.* 4. *cap. ut famæ* 35. §. 1. *de sententiæ excomm.* præ-

11 sertim si sint in Principis personam. quod crimen consanguineos, affinesque apud Macedones idëtidem amplectitur. Quintus Curtius apud P. Herodium in de Dymni, Philotæque obtruncatione, Author est: verumtamen cum ex Regis permissu feudi collationẽ nõ nisi ad Baronẽ pertinere supponatur, consequens fit, ut Baro à justa procul causa istius-

12 modi haud privandus sit jurisdictione: siquidem feudi Dominus utilis Baro, directus verò Rex vocitatur. Hotmanus *de feud. disp. cap.*3. *litera D. pag.* 811. delinquens demum non nisi commoditate fruens, seu actualem fructuum perceptionem colligens; quæ actualis fructuum collectio penes delinquentem, verificata rebellionis labe, deesse dicitur, adeoque ad Baronem transire, qui utilis supponitur Dominus.

13 Feudum à Vassallo, ob ipsius felloniam per Regem subtractũ, avocatumque, si deinde felloniam contra Dominum haud fuisse peractam, dumtaxat verò ob hostium pavorem, cum ipsis familiaritatem contraxisse dignoscatur; tunc per Regem ipsi feudum haud re-

14 stituendum fore, reor 3. ut prædefinitum refert Grammaticus *decis.*18. Author est Thorus

rus *tomo* 1. *compend. decis.* §. *feudum à Vassallo per Regem avocatum ob felloniam*.

15 Probatur: Tametsi hostium pavor habitus fuisset, ac per consequens cum hostibus conjunctionem, familiaritatemque contraxerit; verumtamen ex continenti defecisse ducatur: propterea quod potius deperire, quàm cum Domini sui hoste familiaritatem contrahere debeat. Cicero *Philipp.* 13. ibi: *Memini colloquia, & cum acerrimis hostibus, & cum gravissimè dissentiẽtibus hostibus*. Cicero 1. *offic. equidem illud etiam animadverto, quod qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur*: quandoquidem Baro, Vassallus, idque genus, usque ad novissimum vitæ spiritum directum defensitare debet Dominum, ac per consequens cum hostibus conserere manus, alioqui ceu rebellis ducendus sit:

16 quandoquidem isthæc est Baronis, idque genus, obligatio. Hotmanus *de feud. disput. cap.* 1. *litera A, B, & C, pag.* 807. igitur in suo deficere essentialiter perhibetur munere.

17 Feuda devoluta, si iterum ipsa à Rege permissa sint; tunc de novo quoad Adhoam designanda esse, reor 4. est Annæ *in cap.* 1. *de Vassallo decrepitæ ætatis, num.* 150. Anelli de Amato *consilio* 12. *num.* 11. Camilli de Curte *in diversf. fol.* 41. *à num.* 57. aliorumque, apud Reg. de Marinis, *alleg.* 117. *num.* 13. memorantem, sic fuisse decisum.

18 Probatur: Est namque nova permissio, ac per consequens nova Regis notio; nec servitiorum priscorum intuitu fit: siquidem extincta reputantur; igitur cum sit nova Regis permissio, ac benevolentiam exercere volens super istiusmodi familia. Cicero: *meminisse debet is, in quem est collatum beneficium, non commemorare, qui contulit*. & alibi: *odiosum hominum genus officia ex probantium*. & alibi: *beneficium nec in puerum, nec in senem conferendum est: in hunc quia petit antequam gratiæ referendæ datur opportunitas: in illũ, quia non meminit*. & alibi: *improbus est homo, qui beneficium scit sumere, & reddere nescit. & ingratus, qui beneficium accepisse se negat, quod accepit: ingratus (inquam) qui id dissimulat: rursum ingratus, qui non reddit: at omnium ingratissimus, qui oblitus est*. Plautus.

Quod benè fit bonis,
Haud perit.
Nec aurum, nec argentum, nec quicquam eorum, quæ accipiuntur beneficium est; sed ejus qui tribuit, animus.
Benè facta benè factis cumulanda.
Aliquando gratius est, quod facilè, quàm quod plena manu datur.
Quicquid sine detrimento commodari potest, id tribuatur etiam ignoto.
Serò beneficium dedit, qui roganti dedit.
Eodem animo debetur beneficiũ, quo datur.
Reddit beneficium, qui libenter debet.
Nemo licenter debet, quod non accipit, sed extorsit.

Et Ovid.

Est aliqua ingrato meritum exprobare voluptas
Immunifico cantari solet, quod habes,
Nec habeas.

Et Salustius.

Regem armis, quàm magnificentia vinci, minus flagitiosum.

juremeritò nova subditi notio reposcitur; adeoque ad hoc noviter designanda.

19 Feudum ob Vassalli crimen ad Regem devolutum, tunc universa rebellis bona, juraq; actionesque, quæ rebelli convenire prædicantur, Regi adipisci, reor 5. est Reg. de Marinis *resol. juris, lib.* 2. *cap.* 134. *num.* 19. *in fine*.

20 Illatio isthec probatione haud indiget: siquidem de factò hodie ita experientia servari nos adocet: quandoquidem rebellis, qui in proprium conspiravit Principem, nullo dignus sit suffragio, ac per consequens ceu auxilio destitutus, & cunctis bonis, & vita orbandus est. Argum. legis *ultimæ, Cod. de jure emphyt.* Fachineus 4. *contro. cap.* 64. *lit. D. in fine, pag.* 482. *l. quisquis* 5. ibi: *ipse quidem utpotè Majestatis reus gladio feriatur; bonis ejus omnibus Fisco nostro addictis, Cod. ad leg. Juliam Majestatis*. inspicito Reg. de Marinis *ad decis. Reg. Revert.* 25. *num.* 1. *pag.* 50. & *decis.* 98. ubi idem. & Virgilius 6. *Æneidos*; ibi: *Gallumque rebellem*. Livius *lib.* 40. *Provinciam ingenio ferocem, & rebellatricem*. & Ovidius 3. *Trist. el.* 12. *teque rebellatrix tandem Germania*. Cæsar *bel. Gal. rebellio facta*. Tacitus *lib.* 3. *rebellionem captavere*. Livius 5. *decad. lib.* 2. *qui pacatos ad rebellium incitasset*. Valerius Maximus *de Tullio*

21 *hostilio, cap.* 7. *lib.* 4. exemplo esto de Hierusalem, quæ apud Regem Artaxerxem de rebellione incusata, esse delendam pronunciavit. 1. Esdræ, *cap.* 4. sic de Populo Idraelitico, qui Dei præceptum, manna usque mane haud servavit: inde vermibus scatere occepit. Exodi *cap.* 16. *vers.* 20. cum Principes à Deo creati sint, ipsorum jussis Populus obtemperare debet, juxta illud: *per me Reges regnant, & legum conditores justa decernu nt*.

DECISIO LXX.

IN Causa Magnifici Bartholomæi Caraccioli cum Magnifica Elionora Caracciola ejus nepte: dubitatum est, an idem Bartholomæus agens contra dictam Elionoram, ut hæredem assertam quondam Magnifici Jo: Bapt. Caraccio-

cioli sui Patris, debeat, instãte conventa, in libello suo exprimere, quòd ipsa est hæres absque aliqua adjunctione; videlicet quòd est asserta hæres, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

Cum igitur Capiciana isthæc Decisio quã maximè perobscura sit; & confusionis ratio est; quatenus plures facti species continet: jure meritò, ut confusio tollatur, nonnullæ designandæ sunt facti species.

Prima Facti Species.

Patruus contra neptem Patris sui hæredem agens, & in libello asserens, esse debitoris sui defactò hæredem, ac hæreditatem adiisse, ejusdemque administrationem exercere: nũquid declaratio isthæc pro libelli firmitate sat esse prædicetur, ac per consequens in causa procedi valeat?

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
Num. 2. & 3. ejusdem Thesis probatio.
Num. 4. Thesis secundæ decisio.
Num. 5. ejusdem Thesis probatio.
Num. 6. Thesis tertiæ finitio.
A' num. 7. usque ad finem, ejusdem Thesis probatio.

1 Pro libelli firmitate sufficienter fore declaratam, per S. R. C. fuisse prædefinitum, memorat Antonius Capicius *hîc, num.2.* ibi: *fuit decretum, quòd ista declaratio sufficeret, & quòd in causa procedatur, non obstante, quòd in eadem additione esset quædam protestatio: videlicet quòd dictus Bartholomæus protestabatur, quòd si in futurum appareret, seu ad sui notitiam deveniret de aliquo jure sibi competente in eadem hæreditate, quod sibi esset salvum.* est Thori *compend. decis. tomo 1. §. actor declarando filium debitoris sui esse hæredem, &c.* quare causam ulterius protendi posse par est.

2 Probatur: actor hoc in themate functus ritè edisseritur munere suo: siquidem uti actor contra reum agit, cum rei fori consectari astringatur, *l. in crimin. C. de jurisdict. omniũ judic. l. juris ordinem, Cod. eod. tit. l. fin. Cod. ubi in rem actio, l. 2. Cod. ubi, & apud quem, c. experientiæ, & cap. si quisque 11. qu. 1. cap. sanè, cap. cum sit generale, cap. si clericus, de foro competenti*, suam actionis commonstrando causam, ac reum ceu defactò hæredem convenisse, ac per consequens utpotè defuncti debitoris sui hæredem repręsentans; neu ad
3 aliquid sit astringendus, enim verò universa jura activa, passivaque in hęredem transiliũt, *l. cum hæredes, ff. de acquirenda hæreditate, l. in omne, ff. de acquirenda hæredit. l. hæreditas 28. ff. de acquirenda hæredit. l. hæreditas 28. ff. de regulis juris, l. aristo. ff. de jure liberandi*; cum extincti personam repręsentet, *l. hæreditas 28. ff. de regulis juris*; igitur, &c.

Secunda Facti Species.

Neptis hoc in casu conventa: numquid sat sit, si respondeat actori patruo, se fore hęredem absque alio adjuncto, scilicet, quòd est vocata hæres.

4 Distinguas: vel neptis isthæc paternam adiit hæreditatem, vel non: si primum se hęredem de factò esse, respondere astringendam fore, duco: sin autem secundum, se fuisse hæredem institutam responsum dare solummodo sat est.

5 Utraque thesis pars eodem comprobatur medio: siquidem sic germanum, verumq; daret neptis responsum. hinc Cicero pro M. Cęlio; ibi: *ò magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contraque fictas omnium insidias, facile se per se ipsa defendat*. & oratione in Vatin. ibi: *Tantam semper potentiam veritas habuit, ut nullis machinis, aut cuiusquam hominis ingenio, aut arte subverti potuerit, & licet in causis nullum patronum, aut defensorem obtineat, tamen per se ipsa defeditur.* & pro Quintio: *est interdum ita perspicua veritas, ut eam infirmare nulla res possit; tamen est adhibenda interdum vis veritati, ut eruatur.* & 1. offic. *homini est propria veri inquisitio, atque investigatio.* & pro Cluentio: *multorum improbitate depressa veritas emergit, & innocentiæ defensio interclusa respirat.* & 1. offic. ibi: *quod verum simplex, sincerumque est, id est naturæ hominis accomodatissimum. & in appen. sentent.* ex apopht. ibi: *veritas in dicẽdo maximè probanda est; & is optime dicit, cujus oratio congruit rebus*, ex quibus petenda est orationis qualitas, *potius quàm ex artificio*. & indidem: *veritas multis verbis non eget; & rectius meminimus, quæ paucis rebus comprehensa sunt*. etenim suum haud illuderet adversarium. Virgil. *certantque illudere capto*. Cicero pro Sexto Roscio: *quid ergo affers quare id factum putemus? verè nihil potes dicere. finge aliquid saltem commodè, ut ne planè videaris id facere, quod aperte facis hujus miseri fortunis, & horum virorum talium dignitati illudere.* idem pro Roscio Comœdo: *quid si tandem planum facio post decisionem veterẽ Roscii, post repromissionem recentem hanc fannii HS. ccc53. Fannium à qu. Flavio Panurgi nomine abstulisse tamen diutius illudere viri* opti-

optimi existimationi qu. Roscii audebit? Teren. *in Phor.* 5.8.22. *Satin. superbè illudatis me.* Virg. *verbis virtutem illude superbis.* idem in And. 5.1.3. ibi: *dum studeo obsequi tibi; pene illusi vitam filiæ*, quare firma duceretur neptis instantia. inspicito Thorum *compend. decis. tomo* 1. §. *libellus in judicio productus per creditorem convenientem filium.*

Tertia facti species.

Actoris protestatio in hæreditate æs alienũ poscentis, utputa si de jure aliquo sibi cõpetente in hæreditate aliqua, quod sibi salvũ foret in futurum appareret: numquid contrarietatem implicare prædicetur, si actor ipse debitoris filium conveniret, se ipsius hæredem fatendo.

6 Nullam fore implicantiam, per S.R.C. fuisse prędefinitum, refert Antonius Capicius *hìc in fine*; ibi: *tamen ut dictum est, fuit votatum contra Elionoram.* est Thori *compend. decis. tomo* 1. §. *actoris petentis debitum.*

7 Probatur: quilibet actor in hæreditate aliqua jus habens, sive contra conjunctum, sive extraneum agit, tunc de juribus suis sibi cõvenientibus, sive de præsenti, sive de futuro protestationem facere potest. enim vero cujuslibet mortalis juris est, suum tutari jus, *l.* 1. §. *ita cum edicto, ff. quæ sent. appellat. l. de unoquoque, ff. de judiciis.* Caramuel *in Theologia morali, quæst.* 8. *casu* 37. *pag.* 124. Cironius *in paratitl.* 5. *decretal. tit.* 28. *de appellat. pag.* 159. cum cuilibet animali etiamnum irrationali id à naturali permissum sit jure, ut se, bonaque sua ab oppressoribus defensitent, *l.* 1. §. *cum arietes, ff. si quadrupes, l. sciendum,* §. *qui cum, ff. ad leg. aquiliam*; ibi: *vim vi defendere omnes leges, omniaque jura permittunt.* consule textum *in l.* 4. *ff. ad leg. aquiliam*; ibi: *adversus periculum naturalis ratio permittit se defendere.* hinc Ovidius 5. *de arte amandi.*

Armaque in armatos sumere jura sinunt.

Cicero 1. *offic.* ibi: *omni generi animantium à natura tributum esse, ut se vitam, corpusque*

8 *tueantur.* inde est, quòd qui jus alterius lædit, contra proprii dictaminis rationẽ procedit, *l. probum* 42. *ff. de verbor. signif.* §. *juris præcepta.* ubi Hotmanus, Franciscus Balduinus, Cujacius, aliique *in proœmio instit. civil.* consule textum *in l. justitiam* 10. §. 1. *ff. de justit. & jure, l.* 1. *ff. de furtis, l. ut vim, ff. de justit. & jure, l.* 1. *ff. de pactis, l.* 1. *ff. de constituta pecunia, l. stichum* 95. §. *naturalis, ff. de solutionibus.* Merillum *lib.* 1. *prior. observat. cap.* 11.

9 *&* 12. exemplo esto de Mauritio Imperatore, qui Divum Gregorium Papam per literas simplicem nuncupaverat; Pontifex responsum dedisse fertur: *quos Deus Deorum appellatio-*

10 *ne dignetur, ipse fatuos accire ausit, epistola* 75. *lib.* 4. & lege Elia fuit cautum, ut locuples in jure dicendo clienti adesset in isthæc verba: *assiduo vindex, assiduus esto.* Alexander *lib.* 6. *cap.* 10. igitur in isthac facti specie nulla relucet repugnantia.

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

De libello: numquid mutatio pluries fieri possit.

Filius agens, ut Patris hæres: num se esse hæredem probare astringitur, vel an se fore filium probasse, sat sit.

Quibus in thematibus post litis contestationem libelli emendatio permittenda sit.

Si partes libelli obscuri, incerti, generalisve omnino declarandæ sint: à quonam declaratio isthæc facienda sit? à principali nè? an verò ab ejus procuratore?

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.
Num. 2. & 3. ejusdem probatio.
Num. 4. Thesis secundæ decisio.
A num. 5. usq; ad 11. ejusdem probationes.
Num. 11. & 12. Thesis tertiæ finitio, ejusdẽque probatio.
Num. 13. Thesis quartæ prædefinitio.
A num. 14. usque ad ejus finem, ejusdem probationes.

1 Si de primo sit sermo themate, & tametsi Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *libellus an pluries mutari possit*, docet, bis mutari posse; in causa verò maximi ponderis septies; quod in praxi servari nec non describit, laudans Afflictum

2 *decis.* 60. *in fine*: verumtamen hoc in casu prudentis Judicis arbitrio esse redigendum, censeo, qui mutationis rationem examinare debet, inspiciendo quos ob fines variatio fit; alioqui jus civile, judiciumque illuderetur,

3 quod perabsurdum foret, quandoquidem neũ Judex, neũ judicia, seũ criminalia, seũ civilia eludi fas est. hinc jure meritò Tullius pro Cecinna. *qui jus civile contemnendum putat, is vincula revellit, non modò judiciorum, sed etiam utilitatis, vitæque communis. Qui autem interpetres juris vituperat, si imperitos juris esse dicit, de hominibus, non de jure civili detrahit. Si imperitis non putat esse obtemperandum, non homines lædit, sed leges, & jura labefactat.* & 2. officior. ibi: *juris civilis summo semper in honore fuit cognitio, atque interpretatio.* & pro Cecinna. *Nihil est in Civitate tam diligenter retinendum, quam jus civile. Etenim hoc sublato nihil est, quare exploratum cuiquam posset esse quid suum; aut quid alienum sit. Nihil est, quod æquabile inter omnes, atque unum omnibus esse possit.* & pro Cecin. ibi: *jus civile ejusmodi esse debet, quod neque inflecti gratia, neque perfringi potentia; neque adulterari pecunia possit. Quod si non modo oppressum, sed etiam desertum, aut negligentius adservatum erit, nihil est, quod quisquam*

quam se habere certum, aut à patre acceptu-rum, aut relicturum liberis arbitretur. & 3. offic. *veri juris, germanaeque justitiae solidam, & expressam immaginem nullam tenemus, umbra, & imaginibus utimur.*

4 Sin de secundo verba faciamus casu, & se actu, & patris filium, & ejus hæredem probare debere; ac per consequens isthæc bina copulative reposci censeo. est Authorum nonnullorum, quorum Author est Petra *hic num.* 1.

5 Probatur: ubi ut patris hæres se gerens filius, ac ita in foro sistens; toties quis haud ignorat, & filiationem, & se esse hæredem probare debere: etenim, & filiatio, & se esse hæredem quid facti sunt, ac per consequens probatione indigent, *l.in bello, §.facta, ff.de captivis, & postlim.reverſ. l.si emancipati* 9.*Cod. de collationibus, l.*1.*Cod.de probationib.l.quicumque, §.fin.ff.de publican.l.assecuratio, Cod. de non numerat.pecun.cap.cum Joannes, §.verum, de fide instrum.cap.licet de constit.lib.*6. quandoquidem utpote filius agit, igitur se esse filium supponit; ergo probatum se esse hæredem; cum utrobique eadem urgeat ratio, ac per cōsequens eadem juris statuitio, *l.illud ff.ad l.aquil.l.si postulaverit, §.*2.*ff.ad leg. jul. de adulter.l.quidam nummularios, ff.de edendo, l.nauta, §.fin.ff.nautæ caup. l.ex Titio, ff. de furtis, l.illud, Cod.de Sacrosſ.Eccl.§.si igitur,* Instit.*quod cū eo.*Cicero 1.*offic.de homine* 119. *societatis humanæ vinculū, est ratio, & oratio, quæ dicendo, cōmunicando, disceptando, judicā-do, conciliat inter se homines, conjungitque naturali quadam societate. neque ulla re alia absumus à natura ferarum.* & 1. de legibus; ibi: *ratione præstamus belluis.* & ad Brutum 16.*nihil per se amplum est, nisi in quo judicii ratio extat.* & 4.Tusculan. ibi: *bene adhibita ratio cernit quid optimum sit: neglecta multis implicatur erroribus.*

6 Probatur 2.tametsi illatio isthæc firma ducenda sit, filius est igitur hæres, *l.in suis, ff.de liber.& posth. l.in suis* 14.*ff. de suis, & legit.* Ant.Faber 6. *Cod. tit.*12. *de repud.vel abstin. def.*2.*num.*1.*in allegat.pag.*676. ac per consequens ceu filius, agere videtur, ut hæres: attamen id in actu signato, ac per consequens potentialiter, seu jure, secus verò actualiter commentanda erit: siquidem etsi pater filium necessariò hæredem instituere debet suum, cum filius Patris, & suus, & necessarius sit hæres, *leg.ult.ff.de bonis damnator. l.filius* 22. *ff.de inofficioſ.testam.l.*2.*l.*5.*ff.eodem, l.*6.*Cod. eodem, §.*2.*instit.eodem, l.in suis* 11.*ff.de liberis, & posthumis, l.ultima, ff.de constit. instit. l.si pater, Cod. de instit. & substit. sub condit. fac.l.scimus* 36.*§.illud, Cod. de inoffic. testam. l.licet, Cod.de jur.deliberan.argum.l.prolatum Cod.de sentent.& interlocut. §.sive igitur,* Authentico, *ut cum de appellat.cognosc. collat.* 8. argum.*l.*3. *§.purè, ff. de liberis, & posthum. l. cum quidam, ff.eod.* Hotmanus *conſ.* 9. *num.* 9.*&* 10.*lit.F.pag.*55.*&* 56.*tom.*2.*& lib.*2.*instit.tit.*13.*de exheredatio.liberorum, lit.C.pag.* 317.*tom.*2.Balduinus 2.*instit.tit.*13.*pag.*277.

7 inde est, quòd legitima filiis legitimis, & naturalibus naturali debetur jure. Donellus *lib.* 19.*commentar.cap.*4. Cujacius *in novell.* 18. Vultejus *in §.penult.instit.de inoffic.*Pichardus *in rubric.de hæred.quæ ab intestat.nu.*61.Velascus *de partition.cap.*17.*&* 18. pro qua sētentia faciunt textus *in cap.si pater, de testam. in* 6.*cap.jus naturale,* 1.*distinct. l.cum ratio, ff.de bonis damnatorum, l.scripto, §.ultimo, ff. unde liberi, l.nam, & si* 15.*ff.de inoffic.l.fin.ff. quorum bonorum.* Authen. *de hæredibus, & falcid. §.primum igitur*: cum legitima alimētorum loco succedat, ut latè probat Valentia *tomo* 3.*de liberis, & posthum. cap.* 1. consule Cujacium *in novella* 18.Vultejum *in §.penul. instit.de inoffic.*Pichardum *in rubric. instit.de hæred. quæ ab intestat. num.* 61. Pacium *me-*

8 *thod. ad Cod. tit.*28. *cap.*6.*num.*30.verumtamen penes filium est Patris hæreditatem acceptare, adeoque jus deliberandi habet, *l.cum in antiquioribus* 14. *Cod.de jure deliberand.l. fin. §. & hæc quidem, Cod.de jure deliberand. §.extraneis,* Instit.*de substit.pupillar.l.si servus*

9 *ff.de jure deliberandi.* quare jure meritò infirma ducitur illatio isthæc: est filius, ergo actu est hæres; tametsi firma: est filius, igitur pro libito suo Patris hæreditatem acceptare potest. inspicito Fachineum 4. *controverſ.juris, cap.* 65.*pag.*482.vel est filius, igitur Pater ipsum hæredem necessariò instituere debet, *l.ult.ff.de condi.instit.l.si pater, C.de instit.& substit.sub cond.fact.*Balduinus *instit.de exhæredat.liberorum, tit.*13.*in princ.& per tot.pag.*277. igitur jure meritò hic prius filiatio cōprobanda erit,

10 deinde actualis hæreditatis acceptatio. quæ enim facti sunt probatione indigent, *dicta l.in bello, laudata l.si emancipati* 9.*l.quacumque, §.fin.ff.de publican. l. assecuratio, Cod. de non numerat. pecun.cap.cum Joannes, §. verum de fide instru.cap.licet de constit. lib.*6.

11 Tametsi ex juris dispositione post litis cōtestationem libelli emendatio vetita habetur, ceu unanimiter edocent Authores *in l. edita, Cod.de edendo*: verumtamen pluribus in thematibus emendatio permittitur, utputa si de errore liqueat, *§.si quis alius,* Instit. *de actionibus, cap.finali de consecr.l.error, Cod. de juris, & facti ignorantia*; vel in aliis facti speciebus, quæ inspici queunt apud Reg.de Marinis *tomo* 3.*allegat.*82.*à nu.*38. *usque ad* 40. nonnullos laudantem Authores. hinc Cicero *de amicitia,* 9.*sed non egeo medicina, me ipse consulor, & maximè illo solatio, quòd eo errore careo, quo amicorum discessu, plerique angi solent.* idem, *de senectute* 77.*quòd si in hoc erro, quòd animos hominum immortales esse credam, libenter erro: nec mihi hunc errorem, quo delector, dum vivo, extorqueri volo.*Plaut. *in mercatore,*7.11.*nec quid nunc corde consilii capere possim scio, tantus cum cura meo est error animo, dum mei servi perplacet mihi consilium, dum rursum haud placet.* & Horat. *in arte, quo virtus, quo ferat error.* propterea-quod

quod error assensum explodit, *l. si per errorē, ff. de jurisdict. omnium judicum, l. si procurator, ff. de acquirendo rerum dominio, l. non idcircò, Cod. de juris, & facti ignorantia.* Antonius Faber *instit. de justit. & jur. princ. 1. confut. 1. pag. 3.*

13 Si partes libelli obscuri, incerti, generalisve omnino declarandæ sint, tunc potius à principali, quàm ab ejus procuratore, declarationem hanc faciendam esse, haud dubiè opinor. est Bartoli, Angeli, Alexandri, idque genus *in l. inter stipulantem, §. 1. ff. de verborum obligationibus, & in l. si quis intentione, ff. de judiciis*, quod procedit, edocet Muscatellus *in praxi parte 1. glossa declarans, in addition.* sive libellus sit à domino, seu à principali porrectus, sive à procuratore domino mandante:
14 siquidem istiusmodi declarationes personalissimæ sunt, & per consequens à principali, secus verò ab ejus procuratore nisi speciale habeat mandatum.

15 Probatur 2. in libello actoris intentio explananda est, siquidē ut vincat, necessū ducitur, ut ante omnia suam probet intentionem Antonius Faber 3. *Cod. tit. 1. de judiciis, def. 19. num. 4. in allegat. pag.* 160. igitur ubi obscura est; toties ipsemet actor id explanare debet: verum enim verò actor non nisi principalis dicitur, secus verò ejus procurator, qui haud suam, ast aliorum repræsentat personam. Antonius Faber 2. *Cod. tit. 8. de procurat. def. 25. nu. 1. in allegat. pag.* 501. cum aliena domini mandato negotia administret, *l. si diligenti 5. §. ultimo, ff. mandati, l. licet 42. §. is, qui, ff. de procuratoribus, l. 1. in princ. l. 3. l. filii 8. l. si quis 31. §. unius, l. qui proprio 47. in principio, l. Paulus 69. ff. hoc tit. l. rectè 36. ff. de judiciis.* ubi Bacovius, Vultejus *de judiciis lib. 1. cap. 7. num. 59.* Duarenus *ad tit. de procuratoribus cap. 2.* igitur, &c.

DECISIO LXXI.

IN Causa Illustrissimi D. Ferdinandi de Aragonia cum Illustrissimo Ferdinando de Sancto Sever. Principe Salerni super petitione ducatorum sex millium eidem debitorum vigore instrumenti mutui facti sibi olim per Illustriss. Antonellum Principem Salerni Avum dicti Ferdinandi dependentis ex dòtibus Uxoris suę. pro parte conventi adducebatur satisfactio, & ad eam probandam potissimè afferebatur quoddam rescriptum Chatholici Regis in quo Rex permittebat causam spolii comitatus Arenarum olim facti dicto D. Ferdinando, & in eo dicebatur: qualiter ipse D. Ferdinandus asserebat, quòd idem comitatus erat obligatus pro dotibus quondam suæ Uxoris in ducatis 12. m. quos idem D. Ferdinandus pro conservatione dicti comitatus de dotibus præfatis exolvit: fuerant enim dotes ducati 12. m. quos idem D. Ferdinandus recepisse per instrumentum dotale confessus fuerat, & eo die Princeps Antonellus suus Cognatus fecerat sibi instrumentum mutui de ducatis 6. m. magna igitur fuit facta hæsitatio super dictis verbis rescripti, si probarent solutionem veram dictorum ducatorum 12. m. cum Illustriss. Dominus D. Ferdinandus dicat, se illos exolvisse, & non potuissent exolvi, nisi per eum habiti essent, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

DOtis solutio promissa: numquid ex præciso Regis rescripto obtento, ritè gesta arguenda est: si Rex in rescripto Castri alicujus actori exactionem permittebat; non nisi in dotis satisfactionem.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A num. 2. usque ad finem, ejusdem Thesis probationes.

1 HAud ritè gestam fore, reor, ac per consequens ex præciso Regis rescripto id ritè haud arguendum sit; quare jurememeritò in actoris favorem S. R. C. sanxit. Author est Antonius Capicius *hìc, in fine*; ibi: *fuit votatum pro actore per prædicta.* est Bologneti *in l. edita num. 24. Cod. de edendo.* Thori *compend. decis. tomo 1. §. solutio dotis promissa an præsumatur facta ex rescripto per Regem.*

2 Probatur 1. rescripti namque verba illa nostro in themate merè enunciativa erant, quæ de ipsorum conceptu haud probant,

3 propterea quod ut commonstrāt, assertiva, vel negativa esse debent, cum in hisce verborum formulis aliquid, vel affirmatur, vel denegatur; secus verò ubi purè recitativè texetur, construiturque oratio. de queis eloquendi verborum formulis inspicito Quintilianum *lib.5.instit.cap. ultimo*; ibi: *summum esse Jurisconsultorum contra proprietatis verborum studium.& lib.12.cap.2.*ibi: *quæstio juris omnis, aut verborum proprietate, aut æqui disputatione, aut voluntatis conjectura.* Ælium Gallum *in epigraphe leg. paries, 157. ff. de verbor.signific.*teste Gellio *lib.11.noctium cap.17.*Paulum *in lib.de variis lectionibus, l.institor.18.ff.de institor.actio.l.1.de oper.libertor.l.exceptio 22.ff.de exceptio.* Labeonē *in l.sacrilegi 59.§.1 ff.ad leg.jul.pecul.*enimverò rescripta à rogitationis forma effectum, intellectūque accipiunt, *cap.sedes 15.cap.super 20.de rescriptis, cap. inter 6. §. cæterum, de fide instrum.l.etsi legibus, l.finali, Cod.de diversis re-*
4 *script.*inde fit, quòd rescripta inter partes jus faciunt, ac vim leges obtinent, §.*sed principi*, Instit. *de jure natur.* quinimo pro universali lege sæpèsæpius servantur, *cap.si Romanorum, vers.decretales 19.dist.l.Imperator 18 ff.soluto matrim.l.majorem 8.ff.de pactis.* Duarenus *ad tit.de condict.indebiti, cap.6. vers.rescriptorum.* Donellus *lib. 1. commentar. cap. 9.* Osualdus *lit.C. & D.* Revardus *pro tribunal. cap.8.*Brissonius *lib.3.select.cap.7.*juxta textū *in l.3.§.divus, ff.de sepulcro violato, l.2. & 3.*
5 *Cod.de legibus*: quare jure meritò Principum literæ, mandata, ac rescripta vocitantur, *l. 5. §. 1. ff. de censibus*: neu prætermittendus est optimus textus *in cap. ad explendum* 8. ubi Gregorius in isthæc rescribit verba: *ad explendum affectum meum, fateor, lingua non sufficit: sed quicquid de vobis sentio, vester vobis melius affectus dicit. Quibusdam verò vos adversantibus laborare audivi. sed non hac de re valdè contristor, quia plerumque navis, quæ pervenire ad altas pelagi tempestates per prosperitatem poterat, in ipso navigationis initio vento adversante repellitur, sed ad portum repulsa revocatur. Propterea si prolixam epistolam ad interpretandum accipere fortasse contingerit, rogo, non verbum ex verbo, sed sensum ex sensu tranferre: quia plerumque dum proprietas verborum attenditur, sensus veritatis amittitur.* hæc Gregorius. nec in præfato Regis rescripto explicitè relucebat, quod āctor pecuniam habuerat; ast implicitè ex illatione dimanante ex eo, quòd Rex exactionem, seu spolii causam comitatus arenarum prisca inspecta tempestate indulgebat, concedebatque, non nisi ex sua beneficentia. Plaut.

Si quid benefacias, levior pluma gratia est:
Sed quid peccatū est, plumbeas iras gerunt.

Cicero 1. *de natura Deor. quid præstantius bonitate, aut beneficentia.* & 1. offic. *est huic conjuncta beneficentia, quam eandem, vel benignitatem, vel liberalitatem appellari licet.*

6 exemplo esto apud Persas: confestim ac Rex creatur; ex incontinenti (inquam) erga populum beneficentiam exercet, dono dando quicquid à populo petitur. Alexander *lib. 4. cap.23.* & Pithagoras interrogatus qua ratione homines diis similes haberi possent: respónsitasse fertur: *si veritatem amplecterentur, & cunctis benefacerent.* Ælianus *lib.2.de variis historiis.*& Alexander urbem cuidam dono dans; donatarius id suæ haud convenire fortunæ dixit. cui respondit. *non quæro quid se accipere deceat. sed quid me dare.* Seneca *lib.5.de beneficiis, cap.16.* & Alexander Severus percontatus, quisnam videretur sibi Rex optimus? respondit: *qui amicos muneribus retinet, infectos, inimicosque sibi beneficiis conciliat.*Max. *serm.9. de mag.* tametsi sæpènumerò suscipientes beneficia ingrati se erga beneficos gerunt. ut literis prodit Cel. *lib.21. cap.9.antiq.lect.de Marcellino*: qui cum in Senatu Cn. Pompejum gravius proscinderet, quoniam ad Cæsarem defecerat, quantumvis multis à Pompejo beneficiis ornatus Pompejus sic eum exprobasse fertur. *nonne erubescis Marcellino, dum honestè minus de rebus meis loqueris? an excedit opera mea ex muto te vocalem factum in famelico vomitorem.* & Crantz *lib.3.suecia, cap.13.* memoriæ mandat, quòd Totilas Gothorum Rex, Roma capta, Romanos graviter coarguit, quòd bonorum à Gothis immemores (cum Theodercus Odoacrem tyrannum sustulisset tributos liberos omni honore affecisset) nulla à Gothis affecti injuria, tam haud difficulter ad græculos defecissent, qui nullis rebus, nisi emungendis thesauris studerent, civitatis tributis onorarent, vectigalibus præmerent, & his similia.

7 Probatur 2. irrita ducitur illatio isthæc: Rex spolii comitatus arenarū olim facti causam actori in dotis satisfactionem concederat; igitur satisfacit, ac per consequens solvit:
8 propterea quod à potentia ad actum infirma autumatur illatio, ut Philosophi edocent: quare nil mirum si S. C. pro actore sanxit:
9 quandoquidem dotis satisfactio quid facti est, ac per consequens probatione indiget, *l. in bello, §.facta, ff.de captivis, & postlim.reversi. l.si emancipati 9.Cod.de probationibus, l.quæcumque, §.fin.ff.de publican.l.assecuratio, Cod. de non numerat.pecun.* quæ ritè minùs argentur ex mero Regis rescripto juxta supra scriptam formam, ut rectè speculanti liquet.

Pro decisionis istiusmodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

PEcuniæ solutio Titio debita, alteri facta: numquid per recipientis confessionem verificari poterit, tametsi Iudicis jussu id fiat.

Solutionis verbum: num universam satis-

satisfactionem, per quam creditoris obligatio extinguitur, involvat.

Solutio, pluribus ex capitibus per debitorem gesta, si nulla solutionis causa expressa fuerit: utrum in graviorem gesta fuisse feratur causam.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.
Num. 2. & 3. ejusdem probatio.
Num. 4. Thesis secundę decisio.
Num. 5. & 6. ejusdem probatio.
Num. 7. Thesis tertię finitio.
Num. 8. & 9. ejusdem probatio.

1 PEcuniæ solutionem, Titio debitam, alteri factam, per recipientis confessionem verificari non posse, tametsi id Judicis jussu fiat, reor 1. est Afflicti *decis.* 150. *num.* 34. aliorumque. Author est Thorus *compend. decis. tomo* 1. *vers. solutio pecuniæ Titio debita alteri facta*.

2 Probatur: pecuniæ namque solutio isthæc creditori haud gesta est, sed alteri, qui merè materialiter hoc in casu se habet: siquidem debiti solutio non nisi creditori debetur. Bacovius ad Jeronymum Treutlerum *volum.* 2. *disput.* 29. *de modis tollendar. obligat. thesi* 2. *lit.* F. §. *creditori, pag.* 486. *& thesi* 3. *lit.* A. *pag.* 489. argumento *legis si nuptura* 25. *ff. de jure dot. & legis manifesti* 17. *Cod. de solutionibus*. Hotmanus 3. *instit. tit.* 17. *quibus modis obligatio tollitur, lit.* C. *pag.* 697. *tomo* 2. quandoquidem crediti extinctionem involuit; igitur tametsi Judicis jussu interpolatur; ac alterius recipientis pecuniam fassio: verumtamen isthæc merè materialiter se habent; cum creditum suo in robore restet. nemo enim alienum gestum polliceri nequit. inspicito Ant. Fabrum 8. *Cod. tit.* 27. *de contr. & comm. def.* 14. *num.* 9. *in allegat. pag.* 1063. in dubio autem potius proprio, quàm alieno nomine gestum esse ducitur, *l. & magis, ff. de solut. l. & Papinianus, ff. mandati, l. si ita stipulatus fuero*, §. *Chrysogonus, ff. de verborum obligat. l.*

3 *pro hærede, ff. de acquirend. hæred.* inde est, quòd si quis per errorem quicquid indebitum est persolvit, omni jure repeti fas est, *l.* 1. *l.* 6. *l. commissum* 7. *Cod. de condictione indebiti, l. in summa* 65. §. *ult. ff. de condictione indebiti*. Duarenus *in tit. Cod. de condict. indebiti, cap.* 3. Balduinus *in novella* 1. Hunnius *volum* 1. in Treutlerum, *dispu.* 9. Donellus 14. *commentariorũ c.* 2. 10. *&* 13. consule Albericum Gentilem *de temporibus appellation. cap.* 12. Menchaca *lib.* 5. *illustr. cap.* 93. Cujacium 5. *observ. cap.* 39. Bronchorst *centur.* 2. *assertion.* 36. Bachovium *disput.* 4. *de action. thesi* 17. Vinium *lib. select. cap.* 47. *per tot.* Cujacium 8. *observat. cap.* 9. *&* 39. *& in l.* 4. *Cod. de pactis*. Merillum *lib.* 3. *observat. cap.* 10. *& lib.* 1. *variarum*, ex Cujacio *c.* 20. Antonium Fabrum *lib.* 7. *conjecturarum, cap.* 17. Petrum Gregorium *lib.* 22. *syntagmatum c.* 9. secus verò si haud ignorãter indebitum solvat, tunc donare videtur, ac per consequens repetere nequit, *l.* 1. *ff. de condit. indebit. l. cujus* 54. *ff. de regulis juris, l. campanus. ff. de oper. libert.* si quæ alia exoptes, consule quęso text. *in l.* 30. *in princip. l.* 24. *ff. de action empt. l.* 9. *ff. de constitut. pecunia, l. si ita stipulatus* 59. *ff. de solution. l. si vendidero* 80. §. *penultim. ff. de furtis, l. inter* 26. §. *mandatũ, ff. mandati, l. sed addes* 19. §. *si quis cum annum, ff. locati, l.* 2. §. 1. *ff. de verbor. obligatio. l.* 5. §. *si quis rogatus, l.* 19. *ff. de donat. inter. l.* 18. *Cod. de usuris.* juncto Cujacio ibi: *l.* 69. §. *fratre, ff. de legatis* 2. *l.* 22. §. *si pignus, ff. mandati, l. de qua re*, §. *cum absentem, ff. de judiciis, l. cum in fundo*, §. *ultimo, ff. de jure dotiũ, l.* 41. *ff. soluto matrim. l.* 8. *ff. de aliment. legat. l.* 4. §. *si quis pupillo, de doli except. l.* 3. §. 1. *ff. de in rem verso, l. debitor* 59. *ff. ad Trebellianum, l. ult. vers. sicut è contrario, ff. de negotiis gestis.* hinc Cic. *ad Quirit. post red.* ibi: *in officio persolvendo dissimilis ratio debitæ pecuniæ est, propterea quòd pecuniam qui retinet, non dissolvit: qui reddit, non habet: gratiam & qui reddit, habet: & qui habet, dissolvit; & pro Planc.* ibi: *difficilis est pecuniæ debitio, & gratiæ, nam qui pecuniam dissolvit, statim non habet id, quod reddidit: qui autem debet, is retinet alienum. Gratiam autem, & qui refert, habet: & qui habet, in eo ipso, quod habet, refert.* & 2. *officiorum*; ibi: *commodè dixit, quicumque dixit, pecuniam qui debeat non reddidisse: & qui reddiderit non habere gratiam autem, & qui retulerit, habere: & qui habeat, retulisse*.

4 Solutionis verbum universam satisfactionem, per quam creditoris obligatio extinguitur, involuere, reor 2. ac per consequens obligatio quælibet, quę inter debitorem, creditoremque habetur, per istiusmodi verbum (*solvo*) extincta est. est Reg. de Marinis *tomo* 2. *resol. juris, lib.* 2. *cap.* 66. *num.* 4. *&* 10.

5 Probatur ex textu *in l. solutionis verbo, ff. de verborum significatione, l. si rem alienam*: §. *omnis pecunia, ff. de pignoratitia actione*,

6 propterea quod ubi debitor solutionis verbo uti prædicetur; toties intendit universum extinguere velle debitum, alioqui frustra solutionis verbo uteretur, quod perabsurdum foret, cum solutio sit, per quam cujusvis generis obligatio extinguatur, *l. solutionis* 176. *ff. de verborum significat.* adeòque quilibet quomodolibet obligatus, liberatur, *l. liberatio* 47. *ff. eodem. l. solutionis* 54. *ff. de solutionibus.* consule textum *in l.* 43. *&* 49. *ff. eodem, l.* 9. *ff. de pignoratitia actione, l.* 5. §. *ultimo, l.* 13. *l.* 14. *ff. quibus modis pignus, l.* 3. *ff. de fidejussoribus, l. penultima, ff. de solutionib. l. solutam* 49. *ff. eodem, l.* 7. §. *ultimo, ff. de Curatore furiosi, l.* 47. *de verborum signific. l.* 43. *l.* 54. *ff. de solutionibus*. Hotmanus 3. *instinctionum quibus modis obligatio tollitur, tit.* 7. *à lit.* E. *usque ad* A. *pag.* 696.

7 So-

Solutionem pluribus ex capitibus per debitorem gestam; si nulla solutionis causa expressa fuerit, tunc in graviorem fuisse factam causam, reor 3. est Reg. Revert. *tomo 2. decis.* 475. ubi Reg. de Marinis *n.* 1. aliorumque.

8 Probatur ex textu *in l. & magis, ff. de solut. l. 1. ff. & Cod. de solut. l. cum ex pluribus 97.*

9 *ff. de solut.* propterea quod magis arguitur, illud rationabiliter fore extinguendum, quod magis urget; cum ab arctiori abstrictus vinculo, illius solutionem naturaliter reposcat. etenim unicuiq; animali insitū est à propria natura libertatē exoptare. hinc Cicer. *Parad. penult.* ibi: *Libertas est potestas vivendi, ut velis. Is vivit, ut vult, qui recta sequitur, qui gaudet officio, cui vivendi via considerata, atque provisa est: qui ne legibus quidem propter metum paret, sed eas sequitur, atque colit, quod salutare maximè judicat: qui nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat denique, nisi libenter, ac liberè: cujus omnia consilia, resque omnes, quas gerit, ab ipso proficiscuntur, eodemq; feruntur: nec est ulla res, quæ plus apud eum polleat, quàm ipsius voluntas, atque judicium. Cui etiam fortuna ipsa cedit.* & 4. ad Heren. ibi: *Liber est is æstimandus, qui nulli turpitudini servit.* & 1. Officior. ibi: *Libertatis proprium est, sic vivere, ut velis.* & Parad. penult. ibi: *Ille mihi non videtur liber, cui mulier imperat, cui lex imponit, præscribit, jubet, vetat quod videtur: qui nihil imperanti negare potest, nihil recusare audet. Si poscit, dandum est: si vocat, veniendum: si eijcit, abeundum: si minatur, extimescendum.* & 5. de finibus; ibi: *Bestiæ, quas delectationis causa concludimus, cùm copiosius alantur, quàm si essent liberæ, non facilè tamē patiuntur sese contineri*: ac postmodum Philippic. 10. ibi: *Ita præclara est recuperatio libertatis, ut ne mors quidem sit in repetenda libertate fugienda*; igitur, &c.

DECISIO LXXII.

IN Causa Notarii Bernardini Castaldi cum Nobili Carolo Coppula, & Alphonso ejus filio: egerat dictus Notarius Bernardinus remedio retinendæ possessionis contra præfatos Patrem, & filium, ratione cujusdam Territorii, dicti, le penete, quo judicio moto, & pendenti, præfati D. Carolus, & Alphonsus, seu alter eorum obtulerunt petitionem, asserendo, qualiter lite pendente dictus Notarius Bernardinus attentabat in dicto Territorio illud locando, ac immittendo in eo animalia, &c. petebatque propterea procedi super attentatis. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

REmedio retinendæ possessionis ruris alicujus contra nonnullos, quis agens: numquid pendente judicio rus hujuscemodi à possidente locari, ac per consequens animalia in ipso, idque genus, immittere possit; adeoque potius assiduare, quàm attentare possessionem edisseratur.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad finem, ejusdem Thesis probationes.

1 POtius assiduasse, quàm possessionem attentasse, existimo. ceu defactò per S.R.C. prædefinitum fuisse, memorat Antonius Capicius *hìc, in fine.* ibi: *ideo fuit votatum, & decretum 4. Junii 1512. quod non habeat locum remedium attentatorum in dicta causa.*

2 Probatur 1. Principali judicium est super remedio retinendæ possessionis, de cujus conceptu est, ut is adversarium superet, qui contestatæ litis tempestate possidet, §. *hodie.* Instit. *de interdict.* inspicito Hotmanum, Balduinū *pag.* 730. *&* 731. idque genus, *Instit. de interdict.* Paulus *lib. sententiarum* 5. *cap.* 6. *l.* 1. §. *penultim. ff. uti possidentis, & utrobi, l. sicut* 8. §. *Aristo. ff. si servitus vindicetur, l.* 1. §. *hoc interdictum, vers. inter duos, l. si duo, vers. hoc, il* 1. *ff. uti possidetis, cap. cum venissent, de institutionib. cap. cum personæ, de privilegiis in* 6. cum melior sit possidentis conditio, *l. si debitor, ff. de pignoribus, l. is qui destinavit, ff. de rei vindic. l. fin. Cod. eod. tit. l. qui accusare, C. de edendo,* §. *retinendæ, vers.* commodum, Instit. *de interdictis, cap. pro possessore, de reg. juris, lib.* 6. inde est, quòd in interdicto retinendæ possessionis duobus contendentibus se

3 possidere, ille est præferendus, qui antiquiorē possessionem jugiter assiduatam, & titulo justificatam commonstrat, *cap. licet causam* 9. *de probationibus, cap. cum venissent* 6. *de instit. cap. cum personæ* 7. *vers. quod si tales, de privilegiis in* 6. *l. unic. Cod. uti possidetis,* §. *retinendæ.* Instit. *de interdictis.* Balboa, Fermosinus, Augustin. Barbos, Cujacius, in supralaud.

laud. *cap.licet causam*. Duarenus *lib.1.disput. cap.9.* Fontanella *de pact.nuptial.clauf.2.glos. 3.num.31.* Hotmanus *illustrium quæstion.31.* Goveanus *lib. 1. variarum, cap. 3.* Cujacius *lib.7.observat.cap.38.* Bacovius *lib.3.declarat. cap.44.* Fachineus *lib.8.controversiarum,cap. 6.* Cancerius *3. part.variar.cap.14.* Gratianus *discept.899.per tot.* Hotmanus *4. instit. in §. retinendæ,& in §.uti possidetis,à lit. D. usque ad F. pag.927.* Balboa *in cap.licet 9. num. 7. de probat.* Mindanus *de interdictis,tit.7.cap.2. ex num. 8.* Posthujus *de manutent. observat.*
4 *42. & 71.* enimverò interdictum retinendæ possessionis illi competit, qui rem litis motæ tempestate possidebat; secus verò per actum illum, qui liti occasionem præbuit, *l.1. §. hoc interdictum,ff.uti possidetis,dicto §.retinendæ.* Instit. *de interdictis*: propter eaquod nil interest, an justus, vel injustus sit possessor; cum possessio quælibet manutenibilis sit, *cap.cũ venisset 6.de instit.l.2.ff.uti possidetis.* Valenzuola *conf.58.ex n.23.& cõs.151.ex n.70.* Posthujus *de manuten. observat.15.* Barbosa *voto 42.49. 52.54.& 106.* quandoquidem pendente lite possessionem potius assiduare, quàm innovare perhibetur. Antonius Capicius *hic,num.1.* Author est.

5 Probatur 2. Agens quis adversus nonnullos remedio retinendæ possessionis ruris alicujus, quippe pendente judicio, & in possessionem, & possidere supponitur, alioqui retinendæ possessionis remedio haud uteretur. hinc Cicero pro Murena; ibi: *cũ multi pares dignitate sint; unus tamen primum locum solus potest obtinere*; verum enimverò de possessionis actualis natura est, ut circa rem, quã possidet nil attentari, nec innovari potest; ac per consequens semper jure uti suo, dominiũque exercere, adusque ab adversario in jure dicendo convincatur, *l.Imperatores 21. §.ult. ff.de appellat.l.moveor. 4. Cod. si serv. export. vend.* Antonius Faber *3. Cod. tit. 22. de rei vindicat.def.14. num.2. in allegat. pag. 234.*
6 cum finis interdicti, *uti possidetis*, sit, non nisi ad defensandam, ac retinendam possessionem rerum immobilium solo cohærentium; *utrobi* verò interdicti mobilium, *l. 1.§. hoc interdictum, ff.uti possidetis,l.unica, ff.utrobi, dicto §.retinendæ.* Cujacius, & Donellus *ad tit.Cod. uti possidetis.* Alciatus *lib.2.pareg.cap.ultimo.* Pichardus, Vultejus, Balduinus, Hotmanus
7 in supralaudato *cap.retinendæ*: inde fit, quòd summariè in interdicto *uti possidetis, vel utrobi* adversus iniquas infestationes procedere debet Judex, adusque possessorio modum imponat eum, & quòad possessionem, & quòad proprietatem procul à præjudicio alicujus tutando. quod profectò summarium judiciũ prisci vindiciarum appellarunt. Authores extant Hotmanus *in §. appellamus*. Instit. *de interdictis.* Balduinus *ad leg.12.tabul.cap.45.* Revardus *ad easdem leg.cap.6.* Menochius *de recuperand.in princip.num.35.* ita commentantes textum *in l. 2.§.initium, ff. de origine juris.* ubi Budeus, & Orosius *num. 74.* Cora-
8 sius *num.17.* Et apud Gallos Recredentia vocitatur, apud Italos nova possessio. Menochius *remedio 3. num.9.& remedio ultimo,num.1.* Mascardus *de probat. conclus. 1203.* apud Lusitanos remedium chartę tuitivę. Valascus
9 *consult.79.* idque genus: quod profectò remedium summariissimum fortassis dimanavit *ex l.liberis 7. §. finali, ff.de liberali causa, cap. cum venisset, de instit.cap.cum persona 7.vers. quod si tales, de privilegiis in 6.* Consule Fachineum *lib.8. controvers.cap. 15.* Canceriũ *3. par. var. resol.14.* Covarr. *pract. cap. 17.* Pichard. *in §.summa. instit. de interdictis, num.179.* Salgado *de Reg.protect. 3.par.cap. 12.ex n.10.* quandoquidem iniquis infestationibus, violentiis, ac temeritatibus resisti fas, juraque sinunt. hinc Cicero *1.offic.* ibi: *Omnis actio vacare debet temeritate, & negligentia.* & 1. *de nat. Deorum*; ibi: *nihil temeritate turpius, nequicquam tam indignum sapientis gravitate & constantia: quàm aut falsum sentire: aut quod non satis exploratè perceptũ sit, & cognitum, sine ulla dubitatione defendere.* & 4. Acad. ibi: *Nihil est gravitate sapientiæ errore, levitate, temeritate disiunctius.* & 4. Academ. ibi: *Ut hoc pulcherrimum est vera dicere, sic pro veris probare falsa turpissimum est.* & 1. de natura Deorum; ibi: *Satius est idipsum, de quo ambigitur, concedere, quàm impudenter resistere.* & 1. Acad. *insignis est temeritas, cum aut falsa, aut incognita res approbatur. Nec hoc quicquam est turpius, quàm cognitioni, & perceptioni assertionem, approbationemque præcurrere.* & 2. *de juvẽtut.* ibi: *Ne cui rei temerè, aut arroganter assenserimus.* ac postmodum 1. *officiorum*; ibi: *ipsa consuetudo assentiendi periculosa esse videtur, & lubrica*: igitur, &c.

Pro prædefinitionis istiusmodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Lege pendente: numquid attentata revocari valeant.

Interdictum retinendæ possessionis: utrum per Baronem, qui alteri super ejus Baroniæ Castro usumfructum constituerat, intentari possit.

Interdictum, ut interim lite pendente aliquis mittatur in possessionem rei litigiosæ: an locum obtineat dumtaxat in possessorio retinendæ, secus verò adipiscendæ possessionis.

In interdicto retinendæ possessionis: num quòad possessionem ante definitivam sententiam aliquid decerni valeat.

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. Thesis primæ prædefinitio:

A' num.

1 SI de primo mentionetur themate, & tūc esse distinguendum, duco: vel possidētis actu vitium minùs reluceat, vel nō. si primum, tunc attentata per adversa-
2 rium revocari queunt. sin secundum, & reverà res sequestranda est; ceu sancitum per Collaterale Consilium extitit. Author est Thorus *compend. decis. tomo 3. §. attentata lite pendente regulariter revocari possunt.* laudans Reg. Rovitum *consilio 100. tomo 2.*
3 Probatur: Ubi possidentis actu vitium haud relucet, toties à rei possessione procul à justa minùs despoliandus est causa: cum melior sit possidentis conditio, *l. si debitor, ff. de pignoribus, l. is qui destinavit, ff. de rei vindic. l. final. Cod. eod. tit. l. qui accusare, C. de edendo, §. retinendæ, vers. commodum.* Instit. *de interdict. cap. pro possessore, de reg. juris, lib. 6.*
4 siquidem jure dicitur uti suo, adusq; secus cō probatur, ceu in supralaudatis juribus. ubi Ant. Faber *loco supracitato.* nemo enim absq; justa causa jure privandus sit suo, cum nulli irroget injuriam, *l. injuriarum, §. 1. ff. de injur. l. 3. §. is tamen, ff. de libero homine exhib. l. qui injuriarum, §. is qui, ff. de jure jur. l. jure jurando, l. quod Reipublicæ, l. injuriam, ff. de injuriis, l. fluminum, §. ult. ff. de damno infecto, l. Proculus, ff. eod. tit. l. si donaturus, §. si quis indebitam, C. de condict. ob causam, l. si meo, ff. de aqua pluvia arc. c. cum Eccl. 21. vers. quia, de elect.* hinc Cicero pro Cecinna; ibi: *nihil est in Civitate tam diligenter retinendum, quàm jus civile. Etenim hoc sublato nihil est, quare exploratum cuiquam possit esse quid suum, aut quid alienum sit. Nihil est quod æquabile inter omnes, atque unum omnibus esse posit*; cum defensio cuilibet naturali debeatur jure, *l. 1. §. ita cum edicto, ff. quæ sentent. appellat. l. de uno quoque, ff. de judiciis.* Caramuel *in Theolog. morali, quæst. 8. casu 37. pag. 127.* Cironius *in paratitl. 5. decretal. tit. 28. de appellationibus, pag.*
5 159. quare attentata hoc in themate nullius forent momēti: perinde enim se habent, ac si attentata minimè fuissent; secus verò edisserēdum ubi possidentis actu vitium relucet: propterea quod tunc res sequestranda erit. Corasius *in ff. de offic. Præsidis, ad l. Senatus Consulto 16. litera O, pag. 558.* idque non nisi ut cautum utriusq; partis jus habeatur, quod
6 securum esse debet. inde fit, quòd penes tertium, qui sequester acciri assolet, custodiæ causa, redigenda est, *l. sequester 119. ff. de V. S.* Inde Tull. 2. in Verrem, ait: *Sequestres, aut interpretes corrumpēdi judicium.* Gellius *lib. 2. noctium, cap. 10.* Macrobius *lib. 3. Saturnal. cap. 17.* Plaut. *in Rudent.* ibi: *nisi pax datur, aut ad arbitrum mittitur, aut sequester imponitur.* Tertullianus *lib. de resurrect.* ibi: *Hic sequester Dei, atque hominum appellatur, ex utriusque partis deposito commisso sibi; carnis quoque depositum servat in semetipso arrhabonem summæ totius*; seu res sit mobilis, *l. fideiussor. 7. §. ult. ff. qui satisd.* seu immobilis, *cap. examinata*; ibi: *Ecclesiam sequestratam, de judiciis, cap. 2. de dolo, & contum. l. si cum dotem 22. §. si verò, ff. solut. matrim.*

7 Interdictum retinendæ possessionis, per Baronem, qui alteri super ejus Baroniæ Castro usumfructum constituerat, intentari posse, haud dubiè duco 2. ut defactò prædefinitū fuit. Author est Antonius Capicius *in investit. feud. rub. feudorum Domina, vers. limitantur praenarrata, in fine, folio 169. & 170.* quem laudat Thorus *comp. decis. Neap. to. 1. §. interdictum retinendæ an possit intentari per Baronem, oppositum edocens.*
8 Probatur: Tametsi Baro iste à se usumfructum abdicasse supponitur: attamen etiamnū Castri Dominus vocitatur, cum directum habeat Dominium, ac per consequens extincto usufructuario, ususfructus cum proprietate consolidatur. Cujacius *ad Iul. Pauli, recept. senten. lib. 3. pag. 457. & 458. litera E. to. 1.* siquidem civili, & naturali devastatur obitu, *l. sicut, §. morte, ff. quibus modis ususfruct. l. Sempronius, ff. de usufruct. legat. l. 3. 10. & 16. C. de usufruct. l. 8. ff. de annuis legat. §. finitur.* Instit. *de usufruct.* Cujac. *tract. 5. ad Afric. in l. 9. de usufruct. accrescend.* Donell. *lib. 10. comment. cap. 17.* Giphanius *in l. 10. C. de usufruct.* Pichardus *in §. fin. instit. de locat.* Castillo *de usufructu.* Mancinus *de usufruct. tit. 4. quæst. 1. num. 4.* cum jura personæ cohærentia morte extinguantur, *l. omnia 100. l. privilegia 126. ff. de reg. iur.* igitur si Baro iste identidem Dominus esse supponatur; juremeritò interdictum retinendæ possessionis ei convenit, quæ non nisi vero competit Domino. Hotmanus *inst. de interdictis, vers. retinendæ possessionis causa, pag. 927.* adversus quemcumque rem detinentem suam, *l. 3. §. hoc interdictum, ff. uti possidetis, l. unica, ff. utrobi, §. retinendæ,* Instit. *de interdictis.* Paulus *lib. 5. sententiarum, tit. 6. in principio.* Hotmanus *lib. 7. observat. cap. 6.* Donellus *in l. unic. Cod. uti possid. & lib. 5. comment. c. 32.* Duarenus *lib. 1. disput. c. 21.* Petrus Gregorius *lib. 21. syntag. c. 10.* Cujacius *lib. 5. observat. cap. 22.* Eguinarius *lib. 6. man. tit. 17.* Fachineus *lib. 8. controvers. cap. 14.*
9 Dices: Nulla possessio hoc in casu in Baronis ditione extare differitur; igitur ei remedium retinendæ possessionis haud competere debet.

In-

10 Infirmum ducitur antecedens: tametsi enim usumfructum possidere haud prędicatur Baro; attamen Castri proprietatem actu possidet: quandoquidem extincto usufructuario civiliter, & Castrum quoad usumfructum, & quoad proprietatem possidere debet, ceu supralaudata jura commonstrant.

11 Interdictum, ut interim lite pendente aliquis mittatur in possessionem rei litigiosæ, locum obtinere dumtaxat in possessorio retinendæ, secus verò adipiscendæ possessionis, duco 3. consule Thorum *compend. decis. tom.* 1. §. *interdictum, interim, hoc est, ut interim*.

12 Probatur: Diversum namque est interdictum *retinendæ possessionis*, ac interdictum *adipiscendæ*. Hotmanus *instit. de interdictis*, *à pag.* 918. Balduinus, ibidem, *à pag.* 718. *usq; ad* 721. idque genus, perabundè disputant; ceu ex ipsismet terminis liquet. juxta textum *in l.* 2. §. *hæc autem, ff. de interdictis*, §. *sequens*, Instit. *eodem tit.* Paulus, & Ulpianus *in l.* 1. *&* 2. *ff. de interdictis*. Justinianus *in princip. instit. eodem tit.* Treutler. *volum.* 2. *disput.* 25. *thesi* 1. quatenus interdictum *adipiscendæ possessionis* est respectu earum rerum, quas nunquam possedimus, *l.* 2. §. *adipiscendæ, ff. de interdictis*, §. *adipiscendæ*. Instit. *eodem tit.* veluti interdictum *quorum bonorum, quorum legatorum, & Salvianum*. Cujacius *lib.* 5. *observat. cap.* 24. Donellus *lib.* 15. *commentar. cap.* 46. *& ad tit. Cod. quor. bonor.* Faber *lib.* 2. *conjecturar. cap.* 2. Menochius *de adipiscend. remed.* 1. *&* 2. interdictum verò retinendæ possessionis est respectu rerum, quas possidet.

13 inde est, quòd Pretor jubet, possidentem in possessione esse asservandum sua, adusque adversarius secus commonstrat *l.* 1. *Cod. ad l. Corneliam, de falsis, l.* 1. *Cod. de aliment. pupill. l. si in libertinum* 28. *l. filius* 42. §. *cum filius, de bonis libertor. l.* 2. §. *sed si quis, ff. ad Tertyl. l.* 1. §. *generaliter, l.* 5. *l.* 7. §. 1. *ff. de ventre in possess. l.* 7. *ff. de assignat. libert. l.* 1. §. *finali, ff. de muner. & bonor. l. Divi fratres* 27. *ff. de liber. causa, l.* 2. §. 1. *ff. de collus. deteg. l. cum tabulis* 16. *ff. de his, quæ ut indign. l.* 5. §. *si quis contra, ff. de legat. præstand. l.* 1. §. *sed si ex Carboniano, ff. si tabulæ testam, l.* 3. §. 1. *ff. de collat. bonor. l.* 3. §. *illud, ff. de liber. agnoscendis, l. id quod* 27. *ff. de testam. tutel.* Donellus *lib.* 7. *commentar. cap.* 15. Gentilis *lib.* 1. *de jurisdict. cap.* 23. Merillus *lib.* 1. *observat. cap.* 20. ly porrò in nostra facti specie, *lite pendente immitti in possessionem*, non nisi de interdicto retinendæ, secus adipiscendæ pos-

14 sessionis intelligitur: quandoquidem Tò *immitti in possessionem* hunc gignit sensum; quatenus prius sit in possessionem redigendus, à qua injustè fuit despoliatus; adeoque acquirit possessionem prius deperditam; quod adipisci non est. Adipisci namque possessionē de sui conceptu est illius respectu rei, quam nunquam possedit.

16 In interdicto ritinendæ possessionis, quoad possessionem ante definitivam sententiam nil decerni posse duco 4. est Antonii Fabri *in suo Cod. lib.* 8. *tit.* 4. *uti possidetis, def.* 1. Cancerius Author est 3. *var. resol. parte* 3. *cap.* 14. *num.* 75.

17 Probatur: Possidens à sua haud despoliandus sit possessione, adusque ad definitivam tendatur sententiam, *supralaudata l. Imperatores* 21. ubi Antonius Faber. Quandoquidem per definitivam sententiam decernitur, numquid ritè rem possideat, nec nè? num sit verus Dominus? ac per consequens adusq; facti species prædefiniatur, in prisca asservādus sit possessione; cum possidentis melior sit conditio, *l. si debitor, ff. de pigno. l. is, qui destinavit, ff. de rei vindic. l. finali, Cod. eodem tit. l. qui accusare, Cod. de edendo*, §. *retinendæ, vers. commodum*, Instit. *de interdict. cap. pro possess. de regulis juris, lib.* 6.

DECISIO LXXIII.

IN Causa Domini Petri de Ciazio de Cusentia Curatoris, & Patris ejus filiæ, cum Domino Coletta Malgerio de Regio ejus Socero: filia hujus Colettæ uxor Domini Petri habens ex dicto matrimonio infantem natam fecit quoddam instrumentum donationis causa mortis Mario de Mileto de omnibus suis dotibus, relicta filiæ suę solùm legitima. in quo quidem instrumento non apparet, quòd Marius fuerit præsens, unde donatio etiam causa mortis invalida redderetur. *ut in l. inter mortis, ff. de donat. cau. mor.* extat tamen clausula quædam in fine instrumenti, in qua dicitur: quæ omnia supradicta per me supradictum Notarim vulgariter stipulata fuerunt, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Fa-

Facti Species.

Donatio de universis ejus dotibus à muliere facta (relicta tamen filiæ legitima) alicui absenti;in instrumenti verò calce adiecta clausula isthac: *quæ omnia fuerunt*:numquid hisce inspectis verbis firma ducenda sit.

SUMMÆ.

Num.1.& 2. Thesis prædefinitio .
A' num.3. usque ad finem,ejusdem Thesis probationes .

1 Tametsi per S.C.fore infirmam,prædefinitum fuisse , literis prodit Antonius Capicius *hic,in fine*; *ibi*: *Ego eram relator , & votavi pro donatione per illa verba(quæ omnia,&c.)& mecū tenuit Do. Jo. Loy. de actis, D. Martialis , & D. Marcellus fuerunt in voto contra donationem. D. Viceprotono. noluit votare D.Palmerius ut suspectus non dedit votum , sed postea die 6. Julii 1512. ego , & Do. Jo. Loy. & D. Viceprot. concurrimus contra donationem; & sic communi voto fuit decisum con. D. Coletram*:
2 verumtamen in juris puncto posset quispiam publicis in thesibus secus defensitare. est contra Antonium Gabrielem, *lib.3. tit.de verbor.obligat. conclus.1. num.96*. Masullum *hic,num.4*. Ursillum *decis.134*. aliosque. Author est Thorus *compend. decis. tomo 1*. §.*donatio facta à muliere de omnibus ejus dotibus,relicta legitima filiæ* .

3 Probatur 1. In donatione namque isthac pro absente Notarium stipulasse ducitur : propterea quod sui muneris est , pro absente etiamnum stipulari posse , cum persona publica sit. Cod. Theodosianus *tomo 2. de Primicerio, & Notariis 3.tit.10. verb.Notarior. vers.nos de hac nostra*; tametsi jus absenti acquiritur. Authores extant apud Julium Caponem *de pactis , quæst. 11. num.17*. etenim summa extat in ipso jurisdictio . inspicito quæso Codicem Theodosianum *tom.2.de Primicerio , & Notariis 5. tit. 10. verbo,Notarior.vers.nos de hac nostra*: enimverò pro ejus robore cuncta ejus essentialia habentur re-
4 quisita: in donante enim libera donandi esse supponitur facultas , cum sit Dominii translatio, *l.in ædibus 9.§.donati, ff.de donat*. Caramuel *lib.moral. num.613*. Balduinus *instit. de donat.in principio*.Hotmanus Instit. *de donationibus,tit.7.lit.A.& B. pag.274.l.alienatam 67.ff.de verborum significatione*.Hotmanus *instit.de donat.tit.7.litera A.colum.2.pag. 274*. etenim dono dare , perdere est , *l. filius familias, ff.de donationibus,l.cum de indebito, vers.qui non solvit,ff.de probationibus*, ac per consequens deperditio; quod fieri impossibile est, si id jure inhibeatur:in donatario verò
5 per Notarium acceptatio; cum Notarius ceu persona publica donationem pro quolibet acceptare valeat ; igitur,&c.

6 Probatur 2. ly verba , *quæ omnia* , æquipollentia sunt, perindè ac si Notarius his expressis uteretur verbis . *Ego Notarius donationem hanc accepto facta à tali , &c. in beneficium, utputà, Francisci , &c.* quandoquidem Notarii mens est , his utens verbis, isthæc intendere,secus verò alia;quare oppositū sentire potius portēdere,præscireq; quàm cōmōstrare foret: alioqui Notarii essentia devastaretur, pessundareturve; siquidem Notarius à notis nuncupatur ; cum judiciorum acta, & instrumenta,prisca inspecta tempestate,notis scribebantur , *l. inter eos*, §. 1. *ff. ex quibus causis major* . ibi : *qui notis scribunt acta Præsidum non absunt causa Reipublicæ* . Divus August.*lib.2.de doctrina Christ.cap.26*. Plutarchus *in Catone Uticensi,& ex leg.13.de excus. tut*. probat Cironius *lib. 2. observat.*
7 *cap.6*. inde est,quòd tabellionum primas exceptiones informes, quas postea transcribunt in proprio Codice Juristæ, *notas* appellant , & etiam *minutas* , eò, quòd minutis literis transcribantur, hoc modo; *Talis Petrus,talis loci vendidit,&c.talem rem,&c. Joanni, &c. præsentibus testibus , &c. renuncians , &c.* Consule Svetonium in Cæsare *cap.56*.Gelliū *lib.15. noct. cap.3*. ibi : *Cæsaris inveniuntur literæ singulariæ sine coagmentis syllabarum, ex quibus confici nulla verba possunt*. de hoc scribendi genere ita ait Cic.pro Q. Valerio : *Reliquis epistolis tantùm faciam , ut notam apponam eam,quæ mihi tecum convenit*. Senecam *epistola* 14. ad Lucilium . Manilium Astronomicum ad Augustum *lib.4*.

Ille fœlix erit scriptor,cui litera verbū est ,
Quique notis linguā superet, cujusq;loquētis
Excipiet longas nova per compendia voces .

& Panciloram *lib.1.variar. cap.30*. Lipsium *centuria 1.epistolā ad Belgas* . Fornerium *lib. 3.rer.quotid.cap.2*.Revard.*de auct. prud. cap. 2*. Brissonium *lib.4. select. cap. 21*. & Gregorium *in cap. cū p. tabellio 15.de fide instrum.* ibi: *cum p.tabellio morte præventus quædam non perfecerit instrumenta , quæ in notas redacta fuerint ab eodem:ad petitionem eorum , ad quos pertinent auctoritate ordinarii Iudicis poteris ea fideliter in publicam formam redigere, habitura perpetuam firmitatem* .

8 Probatur 3. Ubi donantis intentio habetur; toties ejus verba haud sunt inspicienda. Petrus Faber ad Paulū *lib.3. ad Sabinum, in l. 12.ff. de diversis regulis juris, in princ. & per totum, pag.69*. Auctor est.Neu donatarii refutatio arguitur, ubi in sui favorem donatio fit ; nec invitus donatarius ducendus sit respectu illius,quod per donatarium ejus nomine acceptatur, ubi in sui utile vertitur : verum enimverò universa isthæc nostro in themate habentur;igitur, &c.

Pro decisionis istiusmodi illustratione.

CA-

CAPUT UNICUM.

Donatio causa mortis, ut firma sit: numquid testium quinquennarius eodem contextu adhibendus sit numerus.

Donatio absenti facta, ac Notario pro eo stipulante: quid prædefiniendum, si ante acceptationem donans novissimū clausit diem: an firma ducenda sit.

Donatio infanti facta, ac Notario pro ea stipulante: utrum firma sit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.
Num. 2. 3. & 4. ejusdem probatio.
Num. 5. Thesis secundæ decisio.
Num. 6. & 7. ejusdem probatio.
Num. 8. & 9. impugnatio, & solutio.
Num. 10. Thesis tertiæ finitio.
Num. 11. & 12. ejusdem probatio.
A' num. 13. usque ad finem, oppugnationes, & solutiones.

1 In donatione causa mortis, ut firma sit, testium quinquennarium eodem contextu adhibendum esse numerum, reor 1. ceu de facto per S. C. fuit prædefinitum. Author est Thorus *compend. decis. tomo 1. §. donatio causa mortis ad hoc, ut valeat requiritur.* est Reg. de Franchis *decis.* 693. Riccii *in collect. decis.* 225.

2 Probatur: Tametsi quinquennarius in donatione causa mortis reposcitur numerus, *l. finali, Cod. de mortis causa donatione*. Author est Hotmanus *in part. juris civilis, cap. 16. de donat. litera C.* verumtamen istiusmodi numerus eodem testium contextu verificari debet, cum novissimarum voluntatum naturā sectetur, *l. fin. Cod. de revocandis donat. l. illud tamen, ff. de donat. causa mortis*: idque ne aliqua testium subornatio suboriatur, cum donatario temporis locus foret; quominus testes pro ejus libito subvertere posset, quod cū
3 perabsurdum sit: jure meritò jura sanxere, ut ultimæ voluntates, scilicet testamentariȩ tabulæ, Codicilli, donatio causa mortis, idque genus, unico testium contextu celebrentur; alioqui haud difficiliter testium corruptio verificari posset, quod fas, juraque minùs sinūt, *cap. 1. cap. sicut, de testibus, cap. placuit, cap. si testes, vers. lege Julia 4. quæst. 3. l. 1. in principio, ff. ad leg. Cornel. de falsis*, cum dolis, fraudibusque aditus fieret, quod perabsurdū foret, *l. in fundo, ff. de rei vindic. l. cum is, §. 1. cum lis, ff. de transact. l. qui sub prætextu, Cod. de sacrosanctis Ecclesiis, cap. porrò, de divort.* Clement. 1. *de usuris.* Clement. 1. *§. finali, de conces. præbend.* cum nemini patrocinari debeant, *l. itaque fullo, ff. de furtis, cap. dictum 30. quæst. 1. cap. intelleximus, de judiciis, cap. tuæ 12. de Cleric. non resident. cap. sedes, cap. ex tenore, de rescriptis, cap. 2. de dolo, cap. 2. de cognat. spirit. cap. 1. de collus.*
4 *deteg. cap. tuus, de usuris*, quod in cunctis novissimis volūtatibus suum vendicat locū, cum utrobique eadem urgeat ratio, inde fit eadem juris prȩdefinitio, *l. is solis, vers. satis etiam cautè, Cod. de revocand. donat. l. item veniunt, §. ait Senatus, ff. de petit hæredit. l. illud, ff. ad leg. Aquil. l. si postulaverit, §. 2. ff. ad leg. Iuliam, de adulter. l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. nauta, §. finali, ff. nautæ caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, Cod. de sacros. Eccles. §. si igitur*, Instit. *quod cum eo*. hinc Cicero 3. *de natura Deor.* ibi: *sunt homines, qui rationem bono consilio à Diis immortalibus datam, in fraudem, malitiamq; convertunt*. & ad Brutum 16. ibi: *nihil per se amplum est; nisi in quo judicii ratio extat*. & 1. Tuscul. ibi: *nihil potest esse æquabile, quod non è certa ratione proficiscatur*.

5 Donationem, absenti factam, ac Notario pro eodem stipulante: si ante acceptationem donans novissimum clausit diem; tunc firmā ducendam esse, reor 2. tametsi in donatarii ditione sit, illam acceptare, vel respuere, utpotè de facto per S.C. prædefinitum fuit. Authores sunt Reg. de Ponte *consilio 120. volum. 2.* Thorus *tomo 1. compend. decis. §. donatio facta absenti, & Notario stipulante*.

6 Probatur 1. Extemplo, ac Notarium donationem & acceptasse, & stipulationem pro donatario efformasse feratur; ex incontinenti (inquam) suo in genere firma ducitur donatio isthȩc, *l. inter 38. ff. de donationibus, l. 1. ff. de donat. l. Senatu 35. ff. de mortis causa donatione.* Hotmanus *instit. de donationibus,*
7 *litera A. colum. 2. pag. 274.* quandoquidem Notarius donatarii personam repræsentat, ac per consequens pro ipso acceptat, adeoque firma est.

8 Dices: Notarius de facto pro donatario donationem hanc reciperare, acceptareque supponitur; igitur in donatarii manu haud est, hanc posse revocare donationem: propterea quod quicquid per Notarium gestum esse supponitur, firmum censetur; publica cum sit persona. Codex Theodosianus *tit. 10. de Primiccrio, & Notariis, in l. Notariorum 2. in comment. pag. 89.* Cujacius *lib. 3. observat. cap. 3.* Ant. Faber *4. Codicis, tit. 16. de fide instrum. def. 18. num. 1. in allegat. pag. 350.* Connanus *juris civilis, lib. 2. cap. 2. num. 2. pag. 81.*

9 Tametsi in Notariì ditione sit, pro aliquo donationem & acceptare, & stipulari posse; verumtamen id haud absolutè, ast conditionatè commentandum erit, utputà si donatario placuerit: quare in recipiēdo donationem, donatarii munere fungi proditur Notarius; secus verò in acceptando, cum facultas isthȩc non nisi à donatarii velle pendere perhibeatur.

10 Donationem infanti factam, ac Notario pro eodem stipulante: tametsi infirmam fore, bis per S.R.C. fuisse prædefinitum. Author est Thorus *compend. decis. tomo 1. §. donatio facta infanti*: verumtamen in juris pū-

cto, publicis in thesibus, quempiam secùs defensitare posse, reor 3.

11 Probatur: Tametsi infans donationem acceptare nequit (propterea quod donatio liberalis est actus, qui rationis usum, & consensum supponit, quibus iste caret, *l. 2. in fin. ff. de procurat. l. furiosi 40. ff. de reg. juris*, §. *sed quod diximus* 10. *lib.* 3. Instit. *de inutilib. stipulationibus, l. Modestinus 23. in fine, ff. de donat. reg.* 150. *de reg. juris, l. 28. ff. de manumiss. vindict. l. final. quando Tutor, vel Curator, l. finali, Cod. de testamentis*. Caramuel *lib.* 2. *Theol. moral. num.* 613.) verumtamen donatio isthæc suo in genere firma ducenda sit. Ant. Faber *in juris prud. de authorit. tutor. tit.* 21. *princ.* 1. *in princ. pag.* 1067. *l.* 3. *C. de acquirẽda possessione, l.* 1. §. *adipiscitur, ff. de acquirenda possessione, l.* 3. *Cod. de donat. quæ sub mod. l. si inter virum* 24. *ff. de pactis dotalibus, l. si quis* 26. *Cod. de donationibus, l. Seja* 42. *ff. de mortis causa donationibus*. Franciscus Hotmanus *disputation. juris civilis, cap.* 7. *à litera E. usq; ad A. pag.* 612. *& consil.* 11. *in fin. num.* 9.

12 *litera C. pag.* 64. inde fit, quòd jura adversa inter se jure novo à Constantino Imperatore emanata ritè conciliãtur (quicquid sit prisca inspecta tempestate, cum id in cõtroversia vertebatur) propterea quod adusque donatarius ad maturam haud pervenisse tradatur ætatem, in qua acceptare posset donationem; sat est Notarii pro infante acceptatio; ac per consequens ex parte donantis firma irrevocabiliter autumatur donatio isthæc: tametsi ex donatarii verò parte revocabilis sit; cum statim ac ad grandævam perveniat ætatem, in ejus ditione est, eam revocare, vel acceptare; quandoquidem meliorem, secus verò deteriorem suam facessere valet conditionem, *l.* 8 *obligari* 9. *in princ. ff. eod.* Iustinianus *instit. de authoritat. tutorum in princ.* Faber *in juris prud. de anthoritat. tutorum, tit.* 21. *princ.* 1. *in princ. pag.* 1066.

13 Dices 1. Implicat in terminis edisfere, scilicet donationẽ ex parte unius esse irrevocabilẽ; ex parte verò alterius revocabilem: in nostra porrò facti specie ex parte donãtis est irrevocabilis; ex parte varò donatarii revocabilis.

14 Infirmum est antecedens: propterea quod priusquam à donatario donationis acceptatio fiat, est revocabilis; irrevocabiles verò, verificata acceptatione. Nec implicat identidem, quòd respectu unius, nempe donantis, sit irrevocabilis; ex parte verò donatarii revocabilis; cum sit respectu diversorum, quod repugnantiam destruit, quæ est juxta Philosophos affirmatio, & negatio respectu ejusdem de eodem.

15 Dices 2. ut firma sit donatio, nec essum est, ut capaci fiat. verum enimverò infans incapax est; igitur inanis est, ac frustratoria dona-

16 tio isthæc: quicquid enim frustratorium, superfluumque habetur, reprobari jura, fasque sinunt, *l.* 1. §. *quibus. Cod. de novo Cod. l. fin. Cod. qui admitti ad bonor. possess. & in procem. decretal.* ibi: *resecatis superfluis.* Clem. *exivi*, §. *quamvis, l. hæc stipulatio*, §. *divi, ff. ut legator. nom. caveatur.* Probatur minor: infans rationis usu carere supponitur, cum infra septennium sit; igitur incapax est.

17 Concessa majori, argumentum nil probat: nam etsi infans rationis usu careat; verumtamen nullum habet defectum, cur dominium rei donatæ adipisci nequeat, nisi dumtaxat ætatis defectus, qui per Notarium suppleri ju-

18 ra sinunt: quicquid enim est ad bonum publicum, ac favorabile, per Notarium acceptari, ac stipulari æquum est; atqui donatio favorabilis est respectu infantis, cum jura pro infantibus, à pupillis, minoribus, Ecclesia propitiora sint, *cap. requisivit* 1. *de in integrum restit. cap. auditis* 3. *eod. tit. c. cum causa* 8. *de re judic. cap. ad nostram de rebus Ecclesiæ, cap.* 1. *de in integrum restit. lib.* 6. *l.* 1. §. *minorem, &* §. *verùm, l. ait prætor*, §. *non solum, l. pactis* 28. § *si pecuniam, l. si minor*, §. *finali, cum lege sequenti, l. si tutor* 48. *l. si res* 50. *ff. de minoribus.* Hotmanus *cons.* 125. Donellus *lib.* 21. *comment. cap.* 19. Barbosa *lib.* 2. *juris Ecclesiast. cap.* 3. *num.* 183. Velasc. *de privilegio pauperum, tit.* 3. *quæst.* 8. Antonius Cainius, & Canisius *in d. cap. requisivit* 1. Fachineus *lib.* 10. *controvers. cap.* 1. Layman. *lib.* 3. *summæ, tract.* 4. *cap.* 11. *nu.* 3. *&* 4. Matienz. *in repetit. ad legem* 1. *ff. de minor. num.* 121. Gibalinus *de negot. tomo* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. *artic.* 3. §. 4.

DECISIO LXXIV.

IN Causa Francisci de Serino carcerati cum Regio Fisco, lite contestata, datoque termino ad faciendas defensiones, repetitisque testibus Fisci, aliisque de novo per Fiscum examinatis. fuit per dictum Franciscum petita copia repertorum, & sic testium examinatorum ante litem contestatam: extitit in S. R. C. dubitatum: an dicta copia dari debet, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti

Facti species.

PRo reo quis in magno Vicariæ foro sistens: quandonam ei repertorum exemplar tribuendum sit, ante litis contestationem ne? an verò post?

SUMMÆ.

Num.1.primæ Thesis partis decisio.
A num.2. usque ad 8. ejusdem Thesis primæ partis probationes.
Num.8.secundæ Thesis partis finitio.
A num.9.usque ad finem, ejusdem secundæ partis probatio.

1 INquisito repertorum exemplar haud tribuendum fore, nisi lite contestata, repetitis testibus, examinatis ad informationem, vel habitis pro repetitis, existimo 1.ceu defactò prædefinitum fuit per S.C. Author est Antonius Capicius *hîc in fine*; ibi: *In Magna Curia Vicariæ est observãtia, quòd inquisito non datur copia repertorum, nisi lite contestata, repetitis testibus, examinatis ad informationem, vel habitis pro repetitis, & de hac observantia Judices, advocatusque, & procurator fisci Sacro Consilio præsentes fidem fecerunt. atque ob id S.R.C. decrevit, copiam esse dandam testium repertorum, aliorum verò post litẽ contestatam examinatorũ noviter non esse concedendam.*

2 Probatur 1. ante litis contestationem occeptum haud differitur judicium, tametsi sub
3 Judice esse juxta meliorem opinionem; cum per litis cõtestationem judicii inchoatio fiat; ac per consequens litis contestatio essentialis
4 judicii pars autumatur, cum (aliis derelictis definitionibus) litis contestatio sit principalis negotii apud competentem Judicem facta narratio, coram adversario litigare volente, *cap. olim 1. de litis contestatione*. Parladorius *lib.1. rerum quotidianarum cap. 14.* consule Petrum Gregorium *lib.38. syntagmatum, cap. 6. num.2.* juxtà textum *in cap. dudum 54. de electione, cap. prout, de dolo, & contum. cap. accedens, cap. ad hæc, ut lite non contest. cap. cum causam de jurament. calum. cap. quoniam contra, de probat. cap. ex parte 30. de vis. cap. final. de litis contestat. in 6. cap. 2. de rescriptis, in 5. collect. l. 1. Cod. de hæredit. tut. l. 12. §. ult. ff. depositi, l. 2. §. fin. de Præt. stipul. l. 55. §. ult. ad Treb. l. 25. §. 8. de ædil. ædict. l. 31. §. 13. ff. eod. l. rem, §. Patroni, Cod. de judiciis, l. 1. in principio, Cod. de litis contestatione, l. 2. Cod. si per vim, vel alio, l. 2. §. 1. & §. fin autem, Cod. de jure jur. propter calum.* Hotmanum *lib. 4. observat. c. 5.* Donellum *lib. 24. comment. cap. 1.* Cironium *in d. cap. 2. de rescriptis, & in cap. olim 1. de litis contestatione.* Vultejum *lib. 3. de judiciis, c. 1.* Cujaci. *ad tit. C. de judic. & lib. 9. obs. c. 21. & lib. 20. c. 21. & lib. 21. c. 3. & lib. 25. & 27. cap. 33. & in l. 3. Cod. de edendo:* Cancerium *tom. 3. var. c. 16.* Treutlerum *volum. 1. tit. de judic. disput. 12. thesi 2.* Valentiã *tomo 2. illustr. tract. 2. lib. 2. c. 2.* Revardum
5 *pro tribun. cap. 11.* inspecta verò prisca tempestate litis cotestatio apud Prætorem fiebat, *l. si reus 73. ff. de procurator.* Authores extant Petrus Faber *lib. 2. semestrum.* Revardus *pro tribun. cap. 11.* Sigonius *lib. 1. cap. 23.* Anton. Faber *in l. post litem, ff. de procuratoribus.* Hinc Seneca: *venisti ad Olympia si nemo præter te coronam habes, victoriam non habes:*
6 quare jure optimo litis contestatio basis, ac fundamentum judicii, ejusce principium, substantia, ac angularis lapis vocitatur, *l. 1. in princip. Cod. de litis contestatione.* authentica *offeratur, Cod. eodem cap. de causis, cap. super §. intentionis, de officio delegati*; & consequenter à partibus remitti nequit, alioqui sententia procul à litis contestatione prolata, ipso jure infirma est. Gaillus *lib. 1. observat. cap. 75.* Valentia *tomo 2. illustrium tract. 2. cap. 2.* cum in judicium esse deductum illud haud videatur, super quo lis cõtestata minimè fuit, *l. non potest, ff. de judiciis, cap. ex parte 30. de verborum significatione, l. amplius 15. ff. rem ratam haberi*; quemadmodum sententia diffinitiva, *l. 1. Cod. de litis contestatione. auth. ad hæc, Cod. de judiciis*: quare juremerito repertorum exemplar ante litis contestationem inquisito minus refundendum sit.

7 Probatur 2. repertorum exemplar verificari impossibile est, nisi lite cõtestata, in qua rei discussio fit. Corvinus *lib. 3. aphorism. juris pontif. tit. 12.* Vinius *lib. 1. select. cap. 17.* Hunnius *in notis ad* Treutler. *volum. 1. tit. de judic. disput. 12. quæst. 5. & 7. & volum. 2. disput. 23. & in encyclop. tit. 10. par. 2.* Augustinus Barbosa, Fermosinus, aliique in supralaudato *cap. olim*, adeoque actoris rogitatio, rei verò denegatio, *l. rem non novam, §. patronis, C. de judiciis, l. sempronia 33. §. ultimo, ff. de usu, & usufructu, l. 3. §. Julianus, ff. de liberis exhibendis, l. argentariis 10. ff. de edendo*: inde est, quòd Imperator *in l. penultima, Cod. ad leg. Corneliam de falsis*, confligentes pro litigatoribus usurpavit. Vivius *lib. 1. select. c. 17.* Tiraquellus *de retract. §. 15. glos. 2. nu. 2.* Antonius Matthæus *in collect. pandect. disput. 9. de judic. pag. 53.* cum tam actor, quàm reus litem contestentur, adeoque unusquisque meliorem facessere condicionem suam studet, *l. non solet. 86. cum sequ. ff. de regulis juris, l. fundum 28. ff. de novat.* inspicito textũ *in l. ubi acceptum 30. ff. de judic. l. si liberum 16. l. ultima, Cod. de fidejus. l. 1. §. 1. Cod. de annali except. l. injuriar. 28. ff. de injur. l. sed etsi 25. §. si ante, ff. de hæredit. petit. l. ante 16. & seq. ff. de procurat. l. apertissimi, Cod. de judiciis*; igitur ante litis contestationem, cum repertorum exemplar verificari impossibile ducatur, juremeritò rogitatio hujuscemodi fieri nequit.

8 Inquisito in magno Vicarię foro testium post litem contestatam noviter examinatorũ exemplar esse tribuendum, quemlibet publicis in thesibus defensitare posse, existimo 2. tametsi secus per S.R.C. fuisse prędefinitum memo-

morat Antonius Capicius *hic, in fine*; ibi: *aliorum verò post litis contestatam examinatorum non esse concedendam*.

9 Probatur: quilibet testis examinandus, sive ante, *cap. cum olim* 34. *cap. significavit* 41. *c. albericus* 43. *de testibus, cap. quoniam, §. porro, ut lite non contestata, cap. cum olim* 7. *de dolo, & contumacia, cap.* 1. *qui matrimonium accusare possunt, cap. veritatis, de dolo, & contumacia, cap. cum dilectus, de purgatione canonica, cap. cum* 1. *&* 4. *de re judicata, cap. sanè* 24. *quæst.* 2. *cap. ab infirmis* 26. *quæst.* 7. *cap. à nobis, de sent. excom. cap. novit, de judiciis, cap. interposita, cap. sæpè, de appellat. cap. cum P. de purgat. canonic.* Gothofredus *in l. lege* 40. *ff. ad leg. aquiliam.* Cujacius *in l. penult. Cod. de testibus, & in novella* 90. *cap.* 2. *&* 9. Misyngerius *lib.* 4. *observat. cap.* 71. *&* 72. Gaillus *lib.* 1. *observat. cap.* 92. *&* 93. Vela *tomo* 1. *dissert. nu.* 43. Excobar *de purit. sanguinis, quæst.* 14. Borellus *tomo* 2. *decis. tit.* 8. cum æquitas suadeat, ne veritas, & probationes propter te-
10 stium deficientiam depereant. inde fit, quòd rerum memoria asservanda est, sive post litis contestationem, *cap. quoniam frequenter* 5. *ut lite non contestata, cap. dudum* 54. *vers. partibus, de elect. l. consentaneum* 8. *§. finali, Cod. quomodo, & quando, auth. sed & si quis, Cod. de testibus, cap. cum causam* 62. *de appellat. cap. exhibita* 19. *de judiciis, cap. in nostra* 4. *vers. sed idem, de procurat. cap. cum Joannes* 22. *de regul. jur. cap.* 4. *de confirm. utili, cap. cum dilecti, de purgat. canonica, l. properandum* 13. *ver. post litem, Cod. de judic.* Cujacius *in cap. accedens, de juram. calum. in l. penult. Cod. de testibus.* Petrus Gregorius *de rescriptis, lib.* 1. *cap.* 37. *& lib.* 48. *syntag. cap.* 5. Altesserra *in supralaudato cap. quoniam.* Corvinus *lib.* 3. *aphoris. juris Pontif. tit.* 13. cum tàm testium examen, quàm sententiæ propalatio litis finiendę causa fiat, adeoque prius necessum est, ut lis sit, ac deinde testes reciperantur, sententiaque proferatur. argum. textus *in l. non videntur* 83. *l. nō potest* 208. *de R. I.* sive noviter examinatus, sive non, de ipso repulsa reo concedenda erit, *cap.* 2. *de testibus in* 6. *cap.* 1. *in fine, de appella. cap.* 1. *cap. sicut de testibus, cap. placuit, cap. si testes, vers. lege julia* 4. *quæst.* 3. *l.* 1. *in princip. ff. ad leg. cornel. de falsis, cap.* 1. *de except. l.* 3. *C. de offic. rector. provinc. l. fluminum* 24. *§. item videamus, ff. de damno infecto, l. injuriar.* 13. *§.* 1. *& §. quod jure, ff. de injuriis, l. nullus* 55. *l. factum* 155. *§. non videtur, ff. de R. I. cap. cum Ecclesia,* 31. *de elect.* alioqui indefensus damnaretur, quod fas, juraque haud sinunt, *l.* 1. *§. ita cum edicto, ff. quæ sentent. appellat. l. de unoquoque, ff. de judiciis.* Caramuel *in theolog. moral. tomo* 3. *quæst.* 8. *casu* 37. *pag.* 124. Cironius *in paratitl.* 5. *de-*
11 *cretal. tit.* 28. *de appellat. pag.* 159. hinc desē-
12 dere insōtes justitię est; sontes verò injustitię. quod vi, armisque, si necessum ducatur, factitandum sit. exemplario esto de Bajazethe Amuratis filio, cum à Sigismundo Rege Hungariæ venissent, injuriam quęrentes, quod à nemine Hungarorum lacessitus aliena invaderet, Bulgaros infestans, Regno Hungariæ subjectos: in parietibus suspendi diversi generis arma, tela, sagittas, acinates, clipeos, sarissas, jussit, ac corā legatoribus sicce locutus: *ista quæ cernitis vobis supersunt; superest quoque non ad Bulgariam modò, sed ad Croatiam, Dalmatiam, & ipsam Hungariam*: secuta paulò post funesta ad Nicopolim pugna.
13 quod etiamnum docet Ulpianus *in l.* 1. *§. vim vi, & §. cum igitur, ff. de vi armata,* edisserens, vim armis illatam, armis propulsari posse. Corasius *de justitia, & jure, in l. ut vim, num.* 8. *pag.* 14. igitur tametsi post litis contestationem examinari perhibetur testis: verūtamen adhuc reo ipsius examinis exemplarium est indulgendum; cum nulla major ratio sit de teste non noviter examinato, ac noviter, uti ritè speculanti liquet.

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Scripturarum exhibitio: numquid ad rei instantiam, actore renuente admittenda sit, & è converso actore instante, reoque nolente.

Reus in criminali inquisitus causa, si in ipsa deposuisse feratur: num depositionis suæ exemplar ante processus promulgationem rogitare valeat.

Reus ad impugnandas scripturas, ab Actore completo processu præsentatas: utrum terminum petere possit.

In rei ditione an sit, plures etiamnum contrarias obsistere posse exceptiones.

Reus num exceptionem probare astringatur, nisi prius actor suam probasse edisseratur intentionem.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.
A'num. 2. usque ad 12. ejusdem probatio.
Num. 12. Thesis secundæ decisio.
Num. 13. & 14. ejusdem probatio.
Num. 15. & 16. Thesis tertiæ finitio.
Num. 17. ejusdem probatio.
Num. 18. Thesis quartæ prædefinitio.
A'num. 19. usque ad 22. ejusdem probatio.
Num. 22. Thesis quintæ decisio.
A'num. 23. usque ad finem, ejusdem probatio.

1 Scripturarum exhibitionem ad rei instantiam actore renuente admittendā fore, & è converso actore instante, reoque nolente, sive actor nolit, sive reus, reor. ceu de facto per S. C. fuisse prædefinitum, memorat Thorus *tomo* 2. *compend. decis. §. exhibitio scripturarum est*. est Galluppi

luppi *in praxi S.C.par.2.cap.7.n.*8.*&* 9.apud eumdem Thorum, dummodo scripturæ publicæ sint.

2 Probatur 1. sive actor, sive reus est, suas fundare debet defensiones, ac per consequens si reus sit, tunc exceptiones suas, non nisi adversus actorem opponere potest; cum exceptio, quæ defensio est, non nisi reo competat, *cap.significaverunt* 11.*de except.l.si quidem* 9. *l.defensionis* 11. *Cod.eodem, l. defensionis* 7. *Cod.de jure fisci,lib.*10.quæ naturali inspecto jure ipsi debetur. Clement.Pastoralis, §.*cæterum,de re judicata,l.*1.§.*cum arietes,ff.si quadrupes pauper. l.4.in principio, l. scientiam* 45.§.*qui cum aliter,ff.ad l.aquil.*consule Corasium *lib.*6. Miscell.*cap.*16. *nu.*10. Fabrum *in jurisprudentia,tit.*2.*princ.*5.*illat.*5.Didac.
3 Perez *in l.*1.*tit.*8.*glos.*1. *lib.*3.*ordin.* inde fit, quòd suo in genere, seu fiat per modos à jure civili inventos, seu à Cæsareo jure nunquam non defensio est, *l.4.ff.ad leg.aquiliam, l. sed etsi* 52.*ff.de judiciis, l.defensiones, Cod. de exceptionibus, l.emptori, Cod.de eviction.l.si debitor* 16.*de doli exceptione, l. ex diverso* 17.§. 1.*ff.soluto matrim.l.finali*, §. *cum mihi, ff. de verbor.oblig.cum sit actionis explosio, cap. pastoralis* 4.*de except.l.*2.*ff.de except.l.si filius la* 2.§.*ultimo, ff.de interrog.* Paulus *in l.verbum* 8.*ff.de verbor. signif. l. minor* 39. §.*finali, ff.*
4 *de jure jurando*: quare in Principis ditione haud est, exceptiones hasce reo tollere pos-
5 se. Neu obstat, quòd actiones Cæsareo inspecto jure invẽtæ fuere, *l.*2.§.*deinde, de orig.juris, l.actionũ* 25.*ff.de O.& A.* §.*sed istæ*, Instit. *de actio.& exceptio.*adeoq; ex Principis rescripto extingui valent, *cap.ex parte el'*2.*de offic. deleg.l.*3.§.*si is,pro quo,ff.quod quisque juris,l.*
6 *exẽplo* 36.*in fine, C.de decurion.*siquidem jura isthæc nõ nisi quòad modum, seu juris formã, secus verò quòad rem commentanda sunt, ceu ritè penetranti liquet, etenim excipiendi modus est de jure civili, secus verò simpliciter excipere; quod est de jure naturali, cum exceptio defensioni ęquipollens sit, quę de jure naturali est. Sin autẽ actor ad melius fũdandam, vel fundatã coadjuvare velit intentionem suam; jure meritò publicas scripturas à reo rogitare fas, juraq; sinũt, *l.extat* 13.*ff.de eo,quod metus causa*, cũ sit jus prosequẽdi in judicio, quod sibi debetur, *l.nihil* 51.*ff.de O.& A.princip.*Instit.*de action.l.minor* 39.§.*final.ff. de jure jurando*(quicquid prisca Romanorum tempestate in praxi erat, consule Vultejum *discept.cap.*6.Pichardum *in* §.*sic itaque,num.* 16.*de actionibus.*Cujacium *in novella* 53.Donellum *lib.*23.*commentar.cap.*3.*&* 4.Hotmanũ *de verbis juris,verbo,edere.*Duarenum *lib.* 1.*disput.c.*13. Vultejum *lib.*2. *de judiciis,tit.* 5.Balduinum *in* §.*non tamen*, Instit.*de perpetuis.*Duarenum *ad tit.de in jus vocando.*Corasium *in lib.*6.§.*ultimo,num.*12.*ff.de rer.divis.*Vaconium *lib.*6.*declarat.cap.*18.aliosque.
7 inde est, quòd in actoris ditione est, quandocumque adversarium convenire, *l.unica,Cod. ut nemo invitus, l. purè* 5. §.*finali, ff. de doli exceptione*, adeoque ad judicium instructus, paratusque accedit, *l.in alterius* 43.*ff.de reg. cap.si testes*, §.*intendit* 4.*quæst.*3. propriasque intentionis suæ probationes afferre debet, secus verò ab adversario privata scripta petere, *l.nimis, Cod.de testibus*, ne quis arma contra semetipsum ministrare cogatur. juxtà illud Ovidii tritum dicterium

Heù patior telis vulnera facta meis.

consule Donell.*lib.*23.*comment.cap.*7.Menochium *de arbit.cap.*499. Mancinum *genial.c.*
8 260.Parex. *resol.*1.*num.*5. propterea quod naturalis ratio dictat, ut reis laborantibus, teste Quintiliano *lib.*4.*instit.cap.*1. subveniamus; cum passivè, invitusque ad forum trahatur, minùs ad lædendum alium, ast ad se defensandum, jure meritò majori est prosequendus
9 favore, *l.favorabiliores, ff. de reg. jur.* favor porrò in eo consistit, ut reus actori propria ac privata scripta edere nequeat, attamen actor est astringendus, ceù edocent Genoa *de script.privata,lib.*4.*tit.*1. *num.*140. Gaitò *de credito, cap.*2.*tit.*5.*artic.*2. Mancinus *disquisit.genial.centur.*2.*cap.*160. Cancerius *lib.* 1.*var.cap.*19.*num.*1.Castillo *de alim.cap.*20. *per totum.* Paulus Melius *in eius additionib.* plures relati à Parexa *resol.*1.*num.*2.
10 Brobatur 2.scripturæ publicæ neque penes actorem, neque reum extare supponuntur; ast in personæ publicæ ditione, utputa vel apud scribam, idque genus, *l. contractus* 17. *Cod.de fide instrumentorum, l.*2. *Cod.de eunuchis, l.ambiguitates* 24.*Cod.de testam.l.*1.*Cod.*
11 *ut nemo ad suum patrocinium,l.*11. inde est, quòd instrumenta ab ipsis confecta publica acciri occæpere, *l.jubemus* 14. §. *his tabellionibus, Cod. de Sacros. Eccles. l. comparationes* 20.*Cod.de fide instrumentorum, novell.*44.*c.*2. ibi: *illud quoque præsenti adiicimus legi, ut tabelliones non in alia charta pura scribant documenta, nisi in illa, quæ in initio (quod vocatur protocollum) per tempora gloriosissimi Comitis sacrarum nostrarum largitionum habeat, & appellationem, & tempus, quo charta facta est.*consule Ant.Augustin. *in onomast.* ad Juliani antecessoris novellas, verbo, *Protocollon.*igitur si de his sive ab actore, sive à reo rogitatio fiat, sanè extemplo illarum traditio subsequi debeat, ne quis indefensus mansitet, quod naturali obversatur juri.Clemen. *pastoralis,*§.*cæterum,de re judicata,l.*1.§.*cum arietes, ff.si quadrupes, pauper. l.4.in princ.l. scientiam* 45.§.*qui cum aliter,ff.ad leg.aquil. l.*1. §.*ita cum edicto,ff.quæ sent.appellat. l.de unoquoque, ff. de judiciis*. Caramuel *in theolog.moral.quæst.*8.*cas.*37.*pag.*124.Cironius *in paratitl.*5.*decret.tit.*28. *de appellat. pag.*159. Wessembecius *in paratitl.tit.de exception.n.* 8. hinc Cic. pro Clu. ibi: *innocentiæ defensio respirat.* & 3.Ver.*defensorem mea persona, non accusatorem laudari volo.Paterni juris defensor, & quasi patrimonii propugnator sui.* & Sallustius; ibi: *alios ab hostibus defensabant.*

12 Re-

12 Reum in criminali inquisitum causa, si in ipsa deposuisse feratur; tunc depositionis suæ exemplar ante processus promulgationem rogitare posse, reor 2. ceu per Collaterale Consilium sancitum fuit. Author est Thorus *in supplemento compend. decis. §. reus inquisitus in causa criminali*, laudans Guazzinum *in tract. ad defensam, defensa 24. cap. 1. per totum*, aliosque.

13 Probatur: Accidere namque quivisset, ut reus hoc in casu in depositione errasset, ac per consequens ut id introspiciat, priusquàm processus divulgatio subsequatur, necessum ducitur, ut dispositionis suæ exemplarium habeat, alioqui aliquod subsequi potest absurdũ; scilicet depositionis falsæ suspicio, quod obnoxium foret juribus, cum jura falsitatis vi-
14 tium, labemq; dãnent. hinc merito jure apud Israelitas eandem pænam falsarius luebat, ac reus, si crimen probabatur, *Deutoronom*. 19. & apud Indos extremis decurtabatur. Strabo *lib.* 15. & Lycii falsarii facultates publicant, divenduntque. Heraclides *in politicis*, quemadmodum seniores illi duo, qui Susannam falsò criminati fuere eandem pænam solvere, idque non nisi Danielis pueri prudentia sceleris convicti. Daniel. 13. & Dario Rege jubẽte falsos viros, Danielem incusantem in Leonum lacu immitti. Daniel. 6. & 14. ac postmodum Socrates philosophiæ pater, ac veræ sapientiæ fons saluberrimus; cum publicè à judicibus falsò incusatus, ac veneno è medio sublatus jam foret: quo agnito ab Atheniensibus, & condignam ab accusatoribus pænam sũpsere, ac statuam Socrati publicè decrevere. Gab. *lib. 1. cap. 5.*

15 Sin de tertio sit sermo themate: & esse distinguendum, reor 3. vel reus aliquo legitimo impedimento detentus fuit, quominùs suam probare poterit intentionem, ac exceptiones contra adversarium obiicere; vel si nova ad impugnanda scripta suboriantur indicia, vel
16 idque genus; & tunc termini petitio admittenda est; vel si ritè suam probasse prædicetur intentionem, terminum petendo non nisi dolosè, vel id genus; & tunc ipsius rogitatio nullius foret momenti. inspicito Reg. Revert. *decis.* 90.

17 Probatur: compilato processu, reus procul à justa causa haud est audiendus, ne judicium elusorium fiat. hinc jure meritò Tullius 1. *de Oratore*, in isthæc describit verba: *Omnia judicia aut distrahendarum controversiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt.* Neve Judici injuria inferatur, cui quælibet præstanda est obedientia. hinc in *append. sentent. ex apopht.* descriptum reperio. *Imperare, & parere imperio, ars omnium pulcherrima: quæ duæ res à civilibus excludunt seditiones, & tuentur concordiam.* & indidem: *non sunt gerendo magistratui idonei, qui legibus, ac magistratibus nesciunt obsequi.* & indidem: *parere dicitur, qui quod didicit optimum esse, factis facit*; ac per consequens nil mirum si terminus ad probandum à jurẽ reo, actorique permissus habeatur, *l. nam ita 19. ff. de addption. l. etiam 29. §. ult. de minorib. 1. de unoquoque 47. ff. re judicata.* Ant. Faber *4. Cod. tit. 3. de prohib. sequestr. secun. def. 1. nu.* 2. secus si justa habeatur causa, ne quis indefensus damnetur, quod perabsurdum foret. Caramuel *in Theologia morali quæst. 8. casu 37. pag. 124.* Cironius *in paratitl. 5. decret. tit. 28. de appellat. pag. 159.* Clement. *pastoralis, §. cæterum, de re judic. l. 1. §. cum arietes, ff. si quadrupes pauper. l. 4. in princ. l. scientiam 45. §. qui cum aliter, ff. ad leg. aquiliam, l. 1. §. ita cum edicto, ff. quæ sent. appellat. l. de unoquoq; ff. de judiciis.* Caramuel *in Theolog. moral. qu. 8. cas. 37. pag. 124.* Cironius *in paratitl. 5. decr. tit. 28. de appellat. pag. 159.* Vvessemb. *in paratitl. tit. de exceptionibus num. 8.* hinc Cic. *lib. 1. offic.* ibi: *si igitur non poterit, sive causas defensitare, sive populum concionibus tenere, sive bella gerere, ille tamen præstare debebit, quæ erunt in ipsis potestate.* & Terentius *in Andria 4. 6. 18.* ibi: *simul arbitror, jam esse aliquem amicum, & defensorem rei*: quemadmodum reo ad se defensitandum adversus scripturas ab actore post conclusum in causa præsentatas in libello; tamen ante judicatum, terminus denegatur, ceu decisum testatur Anna *singulari* 502. apud Reg. de Marinis *observat. ad decis.* Reg. Revert. 165. laudantem Tapiam, Muscatellum, Rovitum, aliosque, idque ne judicium elusorium reddatur, cum reus adversus illam se tutari voluerit.

18 In rei ditione plures etiamnum contrarias obsistere posse exceptiones, reor 4. est Reg. de Marinis *tomo 2. resol. juris, cap. 106. num. 4.* Afflicti *decis.* 134. Marciani *consil. 1. nu. 8. lib.* 2. apud eumdem.

19 Probatur: reo omni possibili medio defensitatio competere prædicatur, siquidem potius reo in ambiguis, quàm actori favendum est, *l. favorabiliores, ff. de reg. juris, §. retinendæ,* Instit. *de interdict. cap. cum sunt partium de reg. juris in 6.* cum sui muneris sit, se defẽdere, *l. 1. in princ. ff. de edendo.* Clement. *pastoralis, §. cæterum de re iudic. l. 1. §. cum arietes, ff. si quadrupes pauper. l. 4. in princ. l. scientiã 45. §. qui cum aliter, ff. ad legem aquiliam, l. 1. §. ita cum edicto, ff. quæ sent. appellat. l. de unoque, ff. de judiciis.* Caramuel *in Theologia moral. quæst. 8. cas. 37. pag. 124.* Cironius *in paratitl. 5. decret. tit. 28. de appellat. pag. 159.* Vvessembecius *in paratitl. tit. de exceptionib. num. 8.* hinc Cic. *epist. fam. 11. lib. 15.* ibi: *monui regem, ut omnem diligentiam ad se conservandum adhiberet, amicosque in patris ejus fide, atque judicio probatos hortatus sum,* Regis *sui vitam, docti casu acerbissimo patris ejus, omni cura, custodiaque defenderent.* & *Plaut. in Rud. 18. 66. ut illas serves, cum defendas, dum ego harum adduco tecum,* igitur jure meritò exceptiones quaslibet etiam sibi ad invicem pugnantes opponere potest, cum exceptio non nisi reo competat, actionem explo-

plodens, *l. si filius, la 2. §. ult. ff. de interrogat. l. 2. ff. de exception.* Paul. *in l. verbum* 8. *ff. de ver-*
20 *bor. significat.* inde est quod exceptiones defētiones vocitantur, *l. sed etsi* 52. *ff. de judic. l. defentiones, Cod. de exception. l. emptori, Cod. de evict. l. si debitor* 16. *de dol. except. l. ex diverso* 17. §. 1. *ff. solut. matrimon. l. fin. §. cum mihi, ff. de V. O.* quinimmò verbum *defensio*, simpliciter sumptum, exceptionem importat, *l. si quidem, l. defensionis, l. cum nondum, Cod. de exceptionibus, l. 1. Cod. de R. V. l. diffamari, Cod. de ingen. manumis. l. 2. ff. de juris, & facti ignor. l. sed etsi* 52. *ff. de judic. l. dolia* 76. §. 1. *de contrah. emption. l. is, qui* 5. *l. nemo* 8. *ff. hoc tit. c. cum inter* 5. *cap. dilecti* 8. *cap. significaverunt* 11. *de exception.* hinc Cic. C. Mario, *lib. epist.* 11. ibi: *equidem si quando audio, tàm defendo, quàm me nescio à te contra iniquos meos solere defendi.* & Plaut. *in Asinaria*, 9. 25. *te obsecro defende*: ex juris regula, quæ favorabi-
21 liores esse reos, quàm actores reposcit, *l. favorabiliores* 125. *de reg. juris, l. Arianus* 41. *ff. de obligat. & actionibus.* Faber 4. *Cod. de probat. & præsumpt. def.* 49. *num.* 8. *in allegat. pag.* 320. & 4. *de testibus, tit.* 25. *def.* 3. *num.* 1. *in allegat. pag.* 328. inspicito Cironium *in paratit.* 5. *decret. de probat. tit.* 19. *pag.* 138. cum in possessione suæ innocentiæ extare supponatur, adusq; secus per adversarium probetur; quare si ipsius mens est, si exceptio isthæc infirma sit, oppono hanc; sin isthæc nullius sit momenti, obiicio illam: quod liquet cum ipsius intentio haud absolutè sit, nimirum cunctas volens insimul absolutè opponere exceptiones, ast conditionatè, disiunctivèque, ut speculanti liquet.

22 Sin postmodum de novissima facti specie verba faciamus, reum exceptionem probare haud esse astringendum, reor 5. nisi prius actor suam probet intentionem, est Joannis Francisci Andreoli *controvers.* 163. *num.* 13. Castrens. *consilio* 76. *nu.* 2. *volum.* 2. Surdi *consilio* 150. *num.* 89. apud eundem.

23 Probatur: de conceptu exceptionis est post actionem subsequi, quandoquidem sui muneris est actionem, sive quòad rem, sive quòad modum perimere, *l. vendicantem, cum l. sequenti, ff. de exceptionibus, l. exceptione doli, ff. de evictionibus,* dummodo sit liquida, *l. nam quod liquidè, §. fin. ff. de penu legata.* hinc jure-merito Cironius *de exception. tit.* 25. *in paratitl. decret. pag.* 150. sic describit: *Exceptio actionis exclusio, & sine actione exceptio esse ne-*
24 *quit*: enim verò actio intendit rem dari, & ille, qui agit, rem jam videtur habuisse, & cæpisse, *l.* 15. *ff. de reg. juris,* ideoque actio quasi capio, vel captio; exceptio verò, quasi excapio, vel excaptio vocitatur, cum exceptio propriè sit exclusio actionis, sive emendatio, defensio, *l.* 28. §. *exceptio, ff. de jure jurando.* Hotmanus *instit. lib.* 4. *de exceptionibus, in princ. lit. D. vers. defendorum eorum gratia, colum.* 1. *pag.* 903. propterea quod correlativa dicuntur, quę de ipsorum natura simul notione extant, *l. fin. ff. de acceptil. l. fin. C. de indicta viduit. tolle. l. si quis servo, Cod. de furtis, l. 1. Cod. de transaction. l. 1. Cod. de cupressis lib.* 11. cum connexorum idem sit judicium, *l.* 3. §. *judicio cōtrario, ff. de contrar. act. tutel. l. proinde, ff. ad leg. aquiliam, l. cum ff. de negot. gest. cap. translat. de constit. cap. præterea, de officio delegati*;
25 quādoquidem exceptio non nisi actionis est, ut filius respectu patris, adeoque simul notione, idem judicium, eademque disciplina, ac de uno dispositum trahitur ad alterum, *l. fin. ff. de acceptil. l. fin. Cod. de vindict. viduit. tollend. l. si quis servo, Cod. de furtis, l. 1. C. de transactionibus, l. 1. Cod. de cupressis, lib.* 11. Cironius supralaudatus: cum correlativorum regula parium sit, *l. julia, §. si procurator, ff. de act. empti*; ac per consequens nisi actor suam probet intentionem, reus ipsi responsum dare nequit, adeoque absolvendus est, *l. extat* 25. *ff. de jure fisci, l. ult. Cod. de rei vindicat. l. qui accusare, Cod. de edendo, l. actor, Cod. de probationibus, l. 1. Cod. de alienat. judic. mut. causa facta, §. retinendæ,* Instit. *de interdictis, cap. ult. §. 6. quæst. 5. cap. cum Ecclesia, de causa possess. & propriet. cap. ult. §. sanè de jure jurand. cap. unic. post principium, ut Ecclesiast. benefic. cap. inter dilectos, de fide instrumentor.* exceptio enim sive quòad modū, sive quòad rem refractio est, ceu speculanti liquet.

DECISIO LXXV.

IN Causa Hieronymi, & Fratrum de Fornariis, ac Nicolai Guani pro eis cum Fracisco de lo Piano: fuit dubitatum, an dicti Fratres (qui sunt hæredes quōdam eorum Patris, cui Franciscus per contractum juratum recipienti per se, & hæred. & succ. certum quid promiserat) possint dictum Franciscum accusare de perjurio, ex quo perjuravit; dum non observavit eorum Patri; & dum non observavit etiam ipsis, pro quibus Pater receperat iuramentum, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Fa-

Facti Species.

SErvare aliquid alicui pro se, hæredibusque suis quis jurans, si perjurium patrasse prædicetur: numquid defuncti hæredes clausulæ robore in instrumento adiectæ (pro se, hæredibusque suis) perjurij pænam incusare valeant.

SUMMÆ.

A num.1.usque ad 5.Thesis prædefinitio.
A num.5. usque ad 8. ejusdem Thesis probatones.
Num.8.ejusdem Thesis oppugnatio.
Num.9.ejusdem oppugnationis solutio.

1 TAmetsi de perjurio patrato, extincto; secus verò superstite testatore, per defuncti hæredem perjurii pænã incusari posse, per S.R.C.fuisse prædefinitũ, litteris mandat Antonius Capicius hìc in fin. ibi: *fuit ergo decretum, quòd magna Curia procedat quoad perjurium commissum post*
2 *mortem defuncti, quò verò ad periurium commissum defuncto casus remansit indecisus, stãte paritate votorum, videlicet quinque; &*
3 *quinque iudicum, hinc, inde. Tandem postea die sexto Julii ejusdem anni 1512. votatum fuit iterum cum interventu Domini Ludovici Montalti, qui votavit; quòd pro perjurio solùm commisso post mortem; possit hæres vigore verborum pro se, & hæredibus accusare; & sic plura vota fuerunt pro hac parte, & ita*
4 *fuit decretum*: verumtamen in juris puncto quispiam publicis in thesibus secus tutari posset.

5 Probatur: ex §.*non omnes, vers. sed hæredibus instituendis, de perpetuis, & temporaneis actionibus*: propterea quod tametsi perjurii incusatio jus personale sit, ac per consequens de persona ad personam haud transit, adeoq; ex defuncto ad hæredem extẽsio impossibilis ducatur, cum jura merè personalia extinguãtur, extinto subjecto, *l.privilegia, ff.de regulis iuris, l.maritum, ff.solut.matrim.l.ætatem, ff. de censibus, l.1.l.5.§.immunitati, ff. de iure immun.* Balduinus *inst.de iure natural.gentiũ, & civili, verb.personam, pag.* 31. siquidem ceu accidentia se habent de quorum concep-
6 tu est, ut perempta substantia, extinguantur, *l.4.in fine, ff.de actionibus empti*; verumtamen hoc in casu res aliter se habere perhibetur:
7 quandoquidem ex pactione obstrictus cum testatore, & hæredibus suis quis supponitur, ac per consequens privato cessit iuri suo, cui quilibet resignare potest, *l.si quis in conscribendo, Cod.de Episcopis, & Clericis, l. penult. Cod.de pactis, cap.tuis 39.vers.nisi, de testibus, cap.ad apostolicam, de regularibus, cap. si de tertia, de privil.* cum nulli iniuriam irroget, *l. iniuriarum, §.1.ff.de iniuriis, l.3. §.is tamen, ff.de liber.homine exhib.l.qui iniuriarum, §.is qui, ff.de iure iurando. l.iure iurando, l. quod reipubl.l.iniuriam, ff.de iniur. l.fluminum, §. ult.ff.de damn.infecto, l.Proculus, ff. eod. tit.l. donaturus, §.si quis indebitam, Cod.de condit. ob causam, l.si meo, ff.de aqua pluvia arc.cap. cum Eccl. 21. vers. quia de elect.* quare hæres hoc in themate haud ut testatoris personam repræsentans venire edisseritur; sed alio sub cõceptu: scilicet ex iure sibi ex pactione cum testatore inita quæsito; cum per pactionem hanc suum se defensare ius privavit, cum pacta regulariter loquendo, si iuribus obnoxia haud sunt, servanda sint, *l.1.§.si conveniat, ff. depositi, l.1.ff.de pactis, l.iurisgentium, §.prætor ait, ff.eod.tit.l.1.ff.de cõstit.pecunia, l.cum amplius, in fin.ff.de reg.iuris, l.lege, ff.de pactis convent.l.contractus, ff.de reg.iur. l. 1. Cod.de operib.liber.l.1.C.commodati, c.contractus 85. de regulis iuris, lib.6.c.1.de pactis*: enimverò tametsi ab exordio voluntatis sint, ex post facto sunt necessitatis, *l.non idcirco, in fin.ff.de contrahend.emption.l.si mandavero, §.sicut, ff. mandati, l.cuius bonis, in princip.ff.de curator.furiosi, l.sicut ab initio, Cod. de action. & obligat.l.de contractu, Cod.de rescindẽda vendition.l.quamvis, Cod.de transaction.l.eo quod, Cod.si certum petatur, l. si quis argentum, §. fin.Cod.de donation.* hinc Cic. *lib.2. de invent.* ibi: *pactum est, quòd inter aliquos convenit, quod iam ita iustum putatur, ut iuri prestare dicatur, & 3.offic.* ibi: *Regulus non debuit pactiones bellicas, & hostiles perturbare periurio.* & Ter.*in And.*ibi: *eo pacto, & gnati vitam, & consilium meum cognosces.* ac postmodum Sallust.*in Catil.* ibi: *collegam suum pactione provinciæ perpulerat, ne contra rem dissentiret.*

8 Dices: diversa est ratio de periurio, superstite testatore patrato, ac eodem extincto: propterea quod, superstite, sibi potius, quàm hæredi, qui in rerum natura minùs extat, non nisi post testatoris obitum iniuria illata esse feratur, secus eodem extincto: siquidem tunc hæredi illata ducitur; nil igitur mirum si S. R. C. cum distinctione processit, nempe pro periurio, superstite testatore illato hæredi, periurii pænam haud incusare posse, secus si post testatoris extinctionem.

9 Verum ducitur argumentum, si inter testatorem, ac peierantem nullum initum fuisset pactum: siquidem tunc recto procederet tramite argumentum; secus nostro in casu: quandoquidem pactum *pro se, & hæredibus suis*, initum esse supponitur; ac in consequentiam hæredi ex pactione inita, jus acquisitum esse plusquàm manifestũ fore, alioqui ly *pro hæredibus* inaniter adiectum foret, ac per cõsequens superfluum, quod idem est ac reprobatum, *l.1.§.quibus, Cod.de novo Cod.l.fin.Cod. qui admissi ad bonor.possess.& in prœm.decr.* ibi: *resecatis superfluis.* Clem.*exivi, §.quamvis, de verborum signif.*

Pro

Pro decisionis hujuscemodi illustratione,

CAPUT UNICUM.

IN Nurus ditione: numquid sit criminaliter perjurii pæna incusare.

Vindicta Testatoris defuncti obtruncati: cujusnam interest hæredis ab intestato nè? an verò extranei in testamento hęredis instituti eam accusare?

Hęres defuncti necem haud incusans: utrū hæreditatis successione privandus sit.

Obtruncati remissio ad quem pertinebit; ad Patrem occisi nè? an verò ad interfecti uxorem?

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ pręde finitio.
Num. 2. ejusdem probatio.
Num. 3. Thesis secundæ decisio.
A' num. 4. usque ad 8. ejusdem probationes.
Num. 8. & 9. Thesis tertiæ finitio.
A' num. 10. usque ad 14. ejusdem probatio.
Num. 14. Thesis quartæ prædefinitio.
Num. 15. ejusdem probatio.

1 IN Nurus facultate haud fore criminaliter perjurii pæna incusare posse, censeo 1. est Minadoi *decis.* 2. Thori *compend. decis. tomo* 1. §. *accusatio criminalis perjurii an sit*.

2 Probatur: Accusatio criminalis inter sanguine conjunctos defactò ex jure inhibita habetur, *cap. inprimis 2. quæst. 1. l. si quæramus, ff. de testam.* argum. text. *in cap. qualis, §. fin. cap. sequenti, cap. majorem, cap. quærendum, cap. in sancta 2. quæst. 7. l. si magnum 13. l. si sororem 18. Cod. qui accusare*. Arg. text. *in l. tutor 9. ff. de suspect. tutor.* Consule Lācellottum, & Conradum *in praxi criminali, tit. de accusat. nu.* 9. Iulium Clarū *dicto §. fin. quæst. 14. per totam*, ut latè Bajard. Carleval. *tom. 2. de judiciis, tit. 1. disp.* 4. quare universaliter loquendo omnes illi, quis ex Prætoris jussu obedientia præstanda est, in jus vocari nequeunt, *l. generaliter 13. ff. de in jus vocando*, ut extant vassalli respectu Domini, filii respectu parentum, *l. quisque 4. ff. de in jus vocando*, idque genus, vel è contra; igitur cum socer respectu Nurus loco patris se habeat, juremeritò respectu istiusmodi reverentiæ nec Nurū socerum, nec è converso criminaliter perjurii pæna criminari posse, haud par est. hinc Cic. *in Lal.* ibi: *si quam præstantiam virtutis, ingenii, fortunæ consecuti sunt nonnulli, impartiant eam suis, communicentque cum proximis: ut si parentibus nati sunt humilibus, si propinquos habeant imbecilliores, vel animo, vel scriptura, eorum augeant opes, eisque honori sint, & dignitati: ut in fabulis, qui aliquandiu propter ignorantiam stirpis, & generis infamulatu fuerint, cum cogniti sunt, & aut Deorum, aut Regum filii inventi, retinent tamen caritatem in pastores, quos patres per multos annos esse duxerunt.* & post red. ad Senat. ibi: *Parentes carissimos habere debemus, quòd ab his vita, patrimonium, libertas, Civitas tradita est.* & pro Cluent. ibi: *Cujusmodicunq; mater sit, tamen in judicio filii, de turpitudine parentis diù vix oportet.* ac postmodum pro eodem; ibi: *Non modò reticere homines parentum injurias, sed etiam æquo animo ferre oportet*: alioquin unusquisque utpotè ingratus se gereret. hinc Cic. post reditum ad Senatum; ibi: *Nemo gratiarum immemor, est gratus inventus.* & *ad Attic.* 8. ibi: *in ingratitudine nihil mali non inest.* & *Philipp.* 3. ibi: *cum gratia referri non potest quanta debetur, habenda tamen est quantam maximam animi nostri capere possunt.* & de *Provinc. Consul.* ibi: *Non solùm gratus debet esse, qui accepit beneficium, verùmetiam is, cui potestas accipiendi fuit.* & 2. *offic.* ibi: *Omnes, immemores beneficii oderunt.* ac postmodum *pro Planc.* ita literis prodidit: *Nihil est tàm inhumanum, tàm immane, tàm ferum, quàm committere ut beneficio, non dicam indignus, sed victus esse videare.*

3 Vindictam testatoris defuncti obtruncati, potius ad succedentem ab intestato, quàm ad hæredem extraneum institutum pertinere, censeo 2. est Reg. de Marinis *resol. juris, lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 8. aliorumque.

4 Probatur 1. *ex Pragmatica* 8. *sub tit. de composit. edita, anno* 1567. ubi est prædefinitum, quòd illis defuncti obtruncati vindicta competere pręd icatur, quibus successo ab in-
5 testato debetur: quandoquidem vindictæ jus non nisi sanguinis jure competit, ut memorant, prædefinitum fuisse, Reg. de Franchis *decis.* 611. Regens Sanfelice *decis.* 27. cum illa legitima nominetur successio, quæ ab intestato defertur, *l. 3. §. de illo, ff. pro socio*: cum hęreditas, quæ ex testamento alicui acquiritur, non nisi impropria vocitetur. inspicito Theodorum *allegatione* 9. Rovitum, Folleriū, aliosque, apud supralaudatum de Marinis, *à num. 8. usque ad* 12. igitur, &c.

6 Probatur 2. Defuncti injuria non nisi sanguine conjuncto illata esse ducitur; atqui ab intestato succedentes sanguine conjuncti sunt; secus verò extraneus hæres institutus, cum extrinseca sit respectu testatoris perso-
7 na; nec ipsi ulla irrogata sit injuria, dummodò superstite testatore illata sit; secus verò extincto. Antonius Faber 9. *Cod. tit.* 20. *de injur. def.* 2. *pag.* 1184. siquidem tunc aliquo pacto minùs principaliter ipsi illata esse ducitur: quare juremeritò in accusatione proximior quolibet hærede extraneo præferendus sit. Iacobus Cujacius ad Iulium Paulum *recept. sentent. lib.* 5. *pag.* 491. *colum.* 2.

 lit.

lit.B. ibi: *sic describit Paulus si liberis in potestate sunt, aut uxori fiat injuria, nostra interest vindicare, ideoque per nos actio inferri potest, si modò is, qui fecit injuriam nostram id fecisse doceatur*, juxta textum illum *in l. eum qui*, §. *ult. ff. de injuriis*; igitur, &c.

8 Hæredem defuncti necem haud incusantē, hæreditatis successione despoliandum fore, adeoque Fisco acquiri, censeo 3. est Reg. de Marinis *resol. juris, lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 13.

9 quare si ab intestato succedens defuncti obtruncati necem minùs vulcisceretur; dumtaxat verò hæres testamentariis ex tabulis, sanè remissio à consanguineis obtenta nullius foret momenti, ac per consequēs remissio ab hærede ex testamento obtinenda foret: siquidem iste consanguineorum munere fungeretur.

10 Probatur ex textu *in l. hæreditatem, l. portiones, ff. de his, quibus, ut indign. l.* 1. *l. minoribus, l. quoniam sororem, Cod. eodem titulo*: propterea quod hæres cum defuncto una, eademque ducitur persona, *l. hæreditas* 28. *ff. de reg. jur.* cum universa jura activa, passivaque in hæredem transiliant, *l. in omne, ff. de acquirend. hæred. l. hæreditas* 28. *ff. de reg. jur. l. Aristo. ff. de jure deliberandi, l. cum hæredes, ff. de acquirenda hæreditate*; ac per consequēs si testatoris bona lucretur hæres, etiamnum ad ipsum istiusmodi incommodum spectare par est, juxta illud: *commodum qui sentit utile locrari debet, l, fin.* §. *sed cum, C. de furtis, l. supervacuam, C. de tempor. in integr. restit. l. Iulianus*, §. *ex vendito, ff. de actionib. empti, l. secundùm naturam, ff. de reg. jur.* §. *item pretium*, Instit. *de empt. & vendit.* Terent. *comed.* 4. *att.* 5. *scen.* 3. *in fine*, *vers. multa ex*

11 *quo*: quare sui muneris est, curare, ut crimen à Judice plectatur; alioqui contra jus naturale ageret, cum testator ob dilectionem, quam habebat cum hærede ipsi hæredi-

12 tatem reliquit; igitur ut compensatio inter defunctum, & hæredem detur; consequens fit,

13 ut defuncti obtruncatio puniatur. expedit nanque delicta puniri, *l. ita vulneratus*, §. *quod si quis, vers. cum neque impunita, ff. ad leg. Aquiliam, l. licitatio*, §. *quod illicitè, ff. de publican. l. congruit* 13. *ff. de Offic. Præsidis, l. stichum*, §. *tametsi, ff. de solution. extrav. ad reprimen. in princip. verbo, impunita, cap. est injusta* 23. *quæst.* 4. *cap. ut famæ* 35. §. 1. *de sentent. excomm.*

14 Obtruncati remissionem potius ad patrē interfecti, quàm ad ejus uxorem pertinere, censeo 4. est Fabii de Anna *in suis collectaneis, observatione* 6. Bajardi ad Clarum, aliorumque. Author est Reg. de Marinis *resol. lib.* 1. *cap.* 11.

15 Probatur: Remissio isthæc ne infantibus quidem obtruncati filiis, utpotè carentibus usu rationis, neu uxori ceu marito extranea competere potest; igitur patri cum una vox, unaque cum filio ducatur persona, *l. ultima, Cod. de impuberibus, & aliis*.

DECISIO LXXVI.

IN Causa D. Comitis Altavillæ cum filia Domini Fabricii de Capua uxore Don Joannis de Guevara, quæ agitatur coram Domino de Colle: fuit dubitatum per viam consultæ in S. C. an dicta uxor, quæ habet virum suum in Castris, possit in causa, in qua ipsa convenitur, & non vir opponere exceptionem hosticam, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

EXceptio hostica: numquid uxori illius, qui actu in Castris militat convenire prædicetur.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad finem, ejusdem probationes.

1 PRivilegium hujuscemodi à jure viro actu bellanti permissum haud suę competere, uxori si extra militiam extat, reor, ceu defactò per S. C. fuisse prædefinitum, memorat Anton. Capicius *hîc, n.* 2. *in fine*, ibi: *ex quibus legibus infertur, quod in casu nostro cum uxor non sequatur virum, non debeat gaudere hac exceptione hostica, & beneficio mariti, & in hoc voto fuimus omnes, excepto D. Antonio de Palmerio, qui dicebat contrarium, &c.* est Muscatelli *in praxi S. C. parte* 6. *glossa privilegiata, num.* 6. Tapiæ *in constit. hostici. num.* 14. Riccii *in collect. decis.* 157. aliorumque: quare non obstante dicta exceptione opposita, ad expeditionem causæ esse procedendum. idem Antonius Capicius refert, fuisse decisū per S. C. *decis.* 172. Author est Thorus *compend. decis. Neap. tomo* 1. §. *exceptio hostica an competat uxori illius, qui militat*.

2 Probatur 1. ex textu *in l.* 1. *&* 11. *Cod. de uxoribus militum*, in quibus sancitum habetur, quod uxor maritum in militia extantem sectans, mariti privilegio frui debet: quando-

qui-

quidem sicut miles militiæ desertor, cingulũ militiæ, & honoris propter desertionem deperdit, *cap. placuit 22. quæst. 2.* & non residens, rectè beneficio privatur, *cap. 2. cap. quia nonnulli 3. cap. relatum 4. cap. conquærente 6. cap. qualiter 9. cap. inter quatuor 20. cap. ex tua 11. de Clericis non resid. cap. sanctorũ 70. dist. cap. Pontifices, cap. pervenit, cap. si quis cum aliis 7. quæst. 1. cap. placuit, cap. ultimo 2. quæst. 2. cap. ex parte, de Officio Vicarii, cap. pervenit 28. de appellat. cap. quia in tantum 5. cap. cum ignores is, cap. extirpandæ 30. §. quia vero, de præbendis Apostolorum. Canone 14. & 15.* Concilium Chalcedonense *cap. 13. & 23.* Concilium Nicenum *cap. 10.* Trid. *sess. 6. de reform. cap. 1. & 2. & sess. 23. cap. 1. & 2. & sess. 24. de refor. cap. 12. vers. præterea, l. generaliter 51. §. 1. Cod. de Episcop. & Clericis.* Novella 6. 58. & 123. Petrus Gregorius, *lib. 7. syntagmatum, cap. 2. num. 12.* Anastasius Germonius *lib. 1. animadvers. cap. 27.* Duarenus *de sacris Ecclesiæ ministeriis, lib. 8. cap. 5.* quorum agmen Doctorum claudit D. Antonius Grannanieto *3. decretal. de Cleric. non resid. tit. 14. parte 4. num. 1. pag. 311.* cum quilibet in eo plectendus sit, in quo deliquit, *l. quoniam, Cod. qui accusare non possunt, cap. postulasti, de Clerico excommunicato.* Auth. *omnes peregrini, Cod. communia, de success.* cum in non residendo plurima mala, damnaq; sortiantur, *cap. quã sit, de elect. in 6.* ita fęmina in bello virũ milité cõsectãs suũ. in nostro porrò themate uxor virũ actu militantem minùs sectari; ast propria in domo remansisse supponitur; igitur, &c.

3 Probatur 2. Privilegium namque hujuscemodi non nisi ratione actu bellantis permissum per jura supponitur, ceu in supralaudatis commonstratum fuit juribus, ac per consequens minùs iis, qui extra militiam extant: siquidem Rex ex hisce nullum prensat servitium, ac per consequens, neu propriam pro Rege vitam periculo se exponunt, ad quod unusquisque vassallus tenetur. hinc Cicero *Philipp. 8.* ibi: *magnum est, personam in Republica tueri Principis, qui non animis*
4 *solùm debet, sed oculis servire Civium*: proptereaquod Principem, Regemque tutari, quippe Rempublicam, Patriamque defendere foret, ad quod cuncti astringuntur Cives. Cicer. *2. de legibus*: *Respublica nomen universæ Civitatis est, pro qua mori, & cui nos totos dare, & in qua omnia nostra ponere, & quasi consecrare debemus.* & in Vatinium; ibi: *Eo omnis vitæ nostræ ratio transmittenda est, ut magnam nominis nostri famam, ex maximis in Republicam meritis collatis posteris relinquamus.* & *Philipp. 13.* ibi: *Omnibus bonis expedit, salvam esse Rempublicam.* & ad Plãc. *Famil. 10.* ibi: *Nihil est ex omnibus rebus humanis præclarius, aut præstantius, quàm de Republica benemereri.* & Bru. ad Cic. *Fam. 11.* ibi: *Omni timore deposito, debemus liberè Reipublicæ consulere.* & *Philippic. 9.* ibi: *His majores nostri, qui ob Rempublicam mortem obierant, pro brevi vita diuturnam memoriam reddiderunt.* & de Rep. Arusp. ibi: *Non potest cuiquam malè de Republica merenti, justa esse causa.* & *Philip. 14.* ibi: *Magnus est in Republica campus, multis apertus cursus ad laudẽ.* & ad Quir. post red. ibi: *Patria nihil dulcius, nihil carius in vita esse debet.* & Cajo Cassio, *Fam. 12.* ibi: *Commune patriæ solum, & clarũ est, & jucundum, & delectabile.* & ad Marc. *famil. 4.* ibi: *Nullus locus nobis dulcior esse debet Patria.* & *1. officior.* ibi: *Cari sunt liberi, propinqui, familiares: sed omnes omnium charitates Patria una complexa est, pro qua quis bonus dubitet mortem appetere, si ei sit profuturus?* & de Rep. Arusp. ibi: *Patriæ nos primùm natura conciliat.* & *1. officior.* ibi: *Si contentio quædam, & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit officii, Principes sũt Patria, & parentes, quorum beneficiis maximè obligati sumus.* & ad *Attic. 8.* ibi: *Pro Patria, & in Patria mori, præclarum.* & in *Vat.* ibi: *Nemo est tàm ingratus, tàm impius, tamque nullius humanitatis, qui si Patriæ merita resumere velit non eam magis, quàm seipsum diligat.* & *Philipp. 13.* ibi: *Nullus est casus pro dignitate, & libertate Patriæ non ferendus.* & pro Milone; ibi: *Nihil est præstabilius viro, quàm periculis Patriam liberare: beatique sunt hi, quibus ea res honori fuerint.* & *1. de finibus*; ibi: *Pericula, labores, dolorem etiam, optimus quisque pro Patria, & pro suis suscipit: dolores denique suscipere mavult, quàm deserere ullam officii partem.* & *Philipp. 14.* ibi: *O fortunata mors, quæ naturæ debita pro Patria potissimum est reddita.* & pro Sest. ibi: *Cùm omnibus definita sit mors, optandum est magis, ut vita, quæ necessitati debetur, Patriæ potius donata, quàm reservata naturæ videatur.* & in Som. Scipion. ibi: *Omnibus, qui Patriam conservarint, adjuverint, auxerint, certus est in Cælo, & definitus locus, ubi Beati ævo sempiterno fruantur.* & in *appẽ. sentent. ex apopht.* hęc scripta reperio: *Nemo Patriæ parem refert gratiam, etiam si vitam impendat.* & indidem: *Patriæ potius nascimur, quàm gloriæ.* & itidem: *Urbis libertas est vita carior: nec turpiter occumbit, qui pro Patria pugnans moritur.* & denuò: *Patriæ periclitantis potius habenda est ratio, quàm privatæ incolumitatis.* & indidem: *Reip. sublevandę curis immori pulchrum est; at Patriam in extremo discriminum nostra cessatione deseri, turpissimum est.* & denuò: *in bello aut vincendum, aut fortiter occumbendum.* & indidem: *Nullum negocium periculosius, quàm bellum.* ac postmodum: *Pro Patria pugnantem occumbere, pulcherrimum est*; igitur cum isthæc de militis uxore extra militiam extãte verificentur; juremeritò ab hujuscemodi privilegio explodenda est.

5 Probatur 3. Infirma ducitur illatio isthæc (uti somniarunt nonnulli) in militis ditione est, propriam deserere militiam, ut suam

defensitet uxorem; igitur uxori militis extra militiam extanti hujuscemodi concedendum sit privilegium; alioqui summa militiæ perturbatio suboriretur; quod perabsurdum foret: haud (inquam) firma ducitur illatio isthęc:
6 siquidem minùs necessum ducitur, ut maritus pro uxoris defensitatione propriam deserat militiam: cum per Procuratorem tutari possit suum; quod ritè fit, procul à militiæ detrimento; alioqui si absque Principis permissu militiam desereret, profectò, & ipse identidem militis privilegium deperderet; quod non nisi actu bellanti datum esse supponitur, ut supra commonstratum fuit. hinc Cic. *pro Muræna*; ibi: *Rei militaris virtus præstat cæteris virtutibus: omnia nostra studia, & hæc forensis laus, & industria latent in tutela, ac præsidio bellicæ virtutis: & simultaque increbuit suspitio tumultus artes illico nostræ conticescunt. Omnia denique, quæ sunt in Imperio, in statu Civitatis, ab iis defendi, & firmari putantur, qui militari virtute antecellunt*; tametsi consilium, prudentiaque armis, bellicisque rebus præferantur. Cic. 1. *officiorum*; ibi: *Minuenda est horum opinio, qui arbitrantur, res bellicas majores esse, quàm urbanas: quamvis enim Temistocles jure laudetur, & sit ejus nomen, quàm Solonis illustrius: citeturque Salamis clarissimæ testis victoriæ, quæ anteponatur consilio Solonis, ei quo primùm constituit Areopagitas: non minus præclarum hoc, quàm illud judicandum est: illud enim semel profuit, hoc autem proderit Civitati.* & *pro Cecin.* ibi; *Considerati hominis est, jure decertare, armis non contendere.* & 1. *offic.* ibi: *Cedunt arma togæ, concedãt laurea linguæ.* & iterum 1. *officior.* ibi; *Parva sunt foris arma, nisi est consilium domi.* & ad *Cato. Major.* ibi: *Non viribus, aut velocitatibus, aut celebritate corporũ res magnæ gerũtur, sed cõsilio, & authoritate, & sẽtentia.* & denuò ad eũdem; ibi: *Maximæ Respublicę per adolescẽtulos labefactatæ à senibus sustentatæ, & restitutæ sunt. Cùm enim ad gubernacula Reipublicæ temerarii, atque audaces homines accedunt, maxima, ac miserrima naufragia fiunt.* ac postmodum pro eodem; ibi; *Dux illæ Græciæ nunquam optat, ut Ajacis similes decem habeat, sed ut Nestoris, quod si acciderit, non dubitat quin Troja brevi sit peritura.*

Pro prædefinitionis istiusmodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Exceptio hostica; numquid contra dotem in sententia expressa, de cujus executione peragitur militare prædicetur.

Exceptio hostica: num adversus mulierem dotem rogitantem competere perhibeatur; si in foro principaliter de privata utilitate agatur, tametsi secundario de publica.

Officiales, Barones, idque genus, actu militantes: an conveniri nequeant, ac per consequens ipsis hostica exceptio competit.

Exceptio hostica: utrum opponi possit, si in instrumento ei resignatum esse feratur.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.
Num. 2. & 3. ejusdem probatio.
Num. 4. Thesis secundæ decisio.
A num. 5. usq; ad 8. ejusdem probatio.
Num. 8. Thesis tertiæ finitio.
Num. 9. ejusdem probatio.
Num. 10. Thesis quartæ prædefinitio.
Num. 11. & 12. ejusdem probatio.

1 Exceptionem hosticam, contra dotem in sententia expressa, de cujus executione peragitur, haud militare, reor 1, est de Franchis *decis.* 286. Masulli ad Capicium *decis. 76. in princ.* Giurbæ *decis. Siciliæ* 118. *num.* 19. Mastrilli *de magistrat. lib. 3. cap. 6. num.* 451. Antonii Capicii *in investitura feudal. vers. hostici exceptionem, fol.* 188. memorantis, bis fuisse in S.C. decisum. aliorumque. Author est Thorus *compend. decis. Neapol. tomo* 1. §. *exceptio hostica an militat adversus dotem in sententia expressa.*
2 Probatur illo ex dicterio: *privilegia privilegiis perimuntur. l. sed & milites, in princ. ff. de excus. tutor. l. assiduis, vers. in duabus, Cod. qui potiores in pignore habentur, l. scire, Cod. de sacros. Eccl. l. verum* 11. §. *penul. ff. de min.* Antonius Faber 1. *Cod. tit.* 2. *de sacros. Eccles. def.* 86. *num.* 17. *pag.* 25. etenim privatæ sunt leges ad privatos homines, singulosque pertinentes. Gellius *lib.* 10. *noctium, cap.* 2. Balduinus *instit. de jure natural. gentium, & civil. pag.* 31. ac per consequens tametsi exceptio hostica privilegio frui supponitur, ut-
3 potè dos; verumtamen insimul concurrentes perimuntur, adeoque prius possidenti locus est. juxta brocardicum illud: *Melior est possidentis conditio, l. si debitor, ff. de pignorib. l. is, qui destinavit, ff. de rei vindic. l. fin. C. eod. tit. l. qui accusare, C. de edendo, §. retinendæ, vers. commodum,* Instit. *de interdictis, cap. pro possessore, de reg. juris, lib.* 6. cum igitur nostro in casu dos prius in possessione extare supponatur: quandoquidem sententia in ejus favorem lata esse supponitur; ac per consequens de ejus executione peragitur: juremeritò exceptioni hosticæ nullus foret locus.
4 Exceptionem hosticam adversus mulierem dotem rogitantem competere; si in foro principaliter de privata agatur utilitate: tametsi secundario de publica, reor 2. utpotè defactò per S. R. C. prædefinitum extitit. Thorus Author est *compend. decis. tomo* 1. §. *exceptio hostica an competat contra mulierem petentem dotem.* laudans Afflictum *in constit. hostic. num.* 28. aliosque.

5 Pro-

5 Probatur: hostica exceptio non nisi favore publico principaliter esse suborta supponitur: quandoquidem militibus privilegia
6 permittuntur, cum Rempublicam ab hostibus tutentur. hinc juremeritò Tullius *pro Murena*, sic describit; ibi: *Multò plus adfert dignitatis res militaris, quàm juris civilis Gloria. Vigilas tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas: ille verò, quò intendit, maturè cum exercitu perveniat. te Gallorum, illum guccinarum cantus exuscitat. Tu actionē instituis, ille aciem instruit. Tu caves ne tui consultores, ille ne Urbes, aut Castra capiantur. Ille tenet, & scit, ut hostium copiæ, tu ut aquæ pluviæ arciatur. Ille exercitatus est in propagādis finibus, & in regēdis.* & pro eodem Murena, ibi: *duæ sunt artes, quæ possūt locare homines in amplissimo gradu dignitatis, una Imperatoris, altera Oratoris boni: ab hoc enim pacis ornamenta retinentur ab illo belli pericula repelluntur*; ast publicus favor privato defa-
7 ctò prævalet. inde est, quòd amor publicus privato præfertur. Hinc Cic. *pro Silla*; ibi: *Tantum fraterno amori dandum nō arbitror, ut quisque de salute suorum consulat, communem relinquat.* & pro leg. Manil. ibi: *Non possunt una in civitate multi rem, atque fortunas amittere, ut non plures, secus in eandem calamitatem trahant.* & 3. *de finibus*; ibi; *Non est magis vituperandus proditor Patriæ, quàm communis utilitatis, aut salutis, desertor propter suam utilitatem, aut salutem*: quandoquidem privata principaliter perhibetur uxoris utilitas, cum de sui conceptu exceptioni hosticæ cedere debeat, quæ non nisi principaliter ad publicum introducta sit bonum, quod de sui conceptu sit, universos attingere; secus verò aliquem dumtaxat.

8 Officiales Baronis, idque genus, actu militantes conveniri nequire, ac per consequens exceptionem hosticam ipsis competere indubitati juris esse, reor, 3. ceu defactò per S.R.C. prædefinitum fuit in favorem Principis Abellini contra Octavium Pisanum, memoriæ tradit Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *exceptio hostica opposita pro parte Principis Abellini.* inspicito quæso Annam *allegat.* 75. *num.* 4.

9 Probatur: Barones, Magistratus, idque genus, actu bellantes, non nisi Regi mancipare perhibentur suo; ac per consequens Regnum ab hostibus defensitant; alioquin suo deficerent in munere. inde Tullius *Philippica* 13. sic literis prodit: *Omnibus bonis expedit, salvam esse Rempublicam.* & 3. *de finibus*; ibi: *Laudandus est is, qui mortem appetit pro Republica, qui docet, cariorem esse Patriam nobis, quàm nosmetipsos. Estque illa vox inhumana, & scelerata eorum, qui negant, se recusare, quò minùs ipsis mortuis terrarum omniū deflagratio consequatur.* ac pro Planc. *Qui pro Republica vitam reddiderunt, nusquam meherculè eos mortem potius, quàm immortalitatem assecutos putavi.* & demum *Philipp.* 9. ibi: *His majores nostri, qui ob Rempublicam mortem obierant pro brevi vita diuturnam memoriam reddiderunt*: quare juremeritò causa isthęc ceu publica cuilibet privatę prævalere debet causæ. Cod. Theodosian. 12. *tit.* 19. *in l. manente* 3. *in comment. colum.* 2. *pag.* 619. adeoque haud permittendū, quòd hujusmodi Officiales proprium deserant Regem, ut suis privatis consulant rebus; quod perabsurdum foret, cum suo deessent in munere.

10 Exceptionem hosticam opponi posse, si in instrumento ei resignatum esse prædicetur, reor 4. est Reg. Tap. *in annot. ad constit. hostici.* Riccii *collect. decis.* 1373. Giurbæ *decis. Siciliæ* 118. *num.* 15. Author est Thorus *compend. decis. Neapol. tomo* 1. §. *exceptio hostica an possit opponi si in instrumento ei fuerit renunciatum*, referens, & in S.C. & in R. Cam. Summ. sic prædefinitum fuisse.

11 Probatur: Privato, secus verò publico favori in cujuslibet ditione est, resignare posse, *l. si quis in conscribendo, C. de Episcop. & Cleric. l. pen. C. de pactis, cap. tuis* 39. *vers. nisi, de testib. cap. ad Apostolicam, de Regularibus, cap. si de tertia, de privil.* in nostro porrò themate exceptio hostica in publicum favorem principaliter; tametsi secundario in
12 privatum introducta est. quandoquidem boni publici est, ut Officialis cujuscumque generis sit in bello mansitet, ceu supra feracius commonstratum fuit; ac per consequens ne deserat Principem; ne summa Regni perturbatio suboriatur, quod perabsurdum foret: quare juremeritò Officiales istiusmodi conveniri nequeunt, tametsi suo resignaverint privilegio.

DECISIO LXXVII.

IN Causa Domini Petri Foces Aragonensis cum Nobili Angelo Reda super recuperatione quasi possessionis Officii Portulanoti, & quatuor sigillorum Civitatis Manphridoniæ; habetur pro vero in facto, quòd dictus Petrus pluribus annis possiderit, seu quasi dictum Officium, & quod spoliatus fuerit per Angelum, seu ejus opera, & quod in presenti Angelus possideat, & quod Angelus in hoc Officio habeat titulum à Domino Rege Cath. cujus vigore pos-

possessionem adeptus fuit: dubitatur autem: an debeat Actor restitui ex quo nullum ostendit titulum, & reus demonstravit, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

DEspoliato: numquid ante omnia restitutio facienda sit, si ipse possessionis titulum haud commonstraverit; reusque verò illum ostenderit; tametsi deinde alia obtenta privilegia post privilegium conventi, præsentaverit despoliatus.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' Num. 2. usque ad finem, ejusdem Thesis probationes.

1 DEspoliatum ante omnia fore restituendum, reor. est Antonii Capicii *hìc, in fine*, memorantis, sic per S. C. fuisse prædefinitum; ibi: *Et sic fuit votatum, & judicatum pro actore etiã quoad fructus.* Ursilli ad Afflictum *decis.* 324. Peregrini *de fideicommissis, ar.* 52. *num.* 143. Martæ *de jurisd. parte* 2. *cap.* 5. *num.* 30. Author est Thorus *compend. decis. tom.* 1. §. *spoliatus an sit restituendus ante omnia*.

2 Probatur ex textu *in cap.* 1. *de rest. spoliator. cap. cum dilectus, de ord. cogn. cap. re integranda* 3. *quæst.* 1. *cap. conquærente* 7. *de restitution. spoliator. c.* 2. *& final. de ordin. cognit. l.* 1. §. *si prædo: ff. depositi, l.* 1. §. *cum qui, vers. qui à me possidebat, l. colonus, l. cum fundum, ff. de vi, & vi, l. Iudice* 64. *ff. de iudic. l. si pignore* 22. §. *si prædo, ff. de pignorat. actione, l. si quis ad se fundum, C. ad leg. Juliam, de vi, l. meminerint, C. unde vi, l. si maritus* 10. *C. de donat. inter, l. ordinarii, Cod. de R. V. l. si quis* 8. *l. sed hæc* 2. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *l. si coloni* 14. *C. de agricolis, l. ultima, C. de compensationibus, & per totam* 2. *qu.* 2. *cap.* 1. *& per totam* 3. *qu.* 1. *l. non est singulis* 176. *ff. de de R. I. l. extat* 13. *ff. de eo quod metus, l. si quis in tantam, C. unde vi, l. si quis ad fundũ, C. ad leg. Iul. l. si unus* 27. §. *pacta, vers. item,*

3 *ff. de pactis*; quandoquidem enim celeri remedio spoliato subveniendum est, *l. momentaneæ* 8. *C. unde vi, l. unica, C. si de moment. l.* 1. *C. si per vim*, cum restitutionis privilegiũ spoliato concessum, non tantùm ipsius favorem, verùm & odium spoliantis respiciat, publicèque intersit illi rem restitui, *d. l. si unus* 27. §. *pacta, vers. item, ff. de pactis, cap. in literis* 5. *cap. olim* 12. *cap. literas* 14. *cap. sæpè* 18. *de restit. spoliat. cap. ult.* §. *patet* 3. *q.* 1. *cap. cum Ecclesia* 3. *q.* 2. *l. æquissimum* 17. *ff. de usufruct. l.* 1. *ff. quod quisq; juris, l. si ante, cum sequ. ff. de exceptionib.* in quibus est prædefinitũ quod despoliatum ante cuncta in priscam redigẽdum esse possessionẽ. Author est Capicius *hìc num.* 1. Donellus *lib.* 15. *comment. cap.* 31. Vultejus *ad tit. C. ubi de possessione, num.* 35. Corasius *lib.* 2. *miscel. cap.* 2. Solorzanus *lib.* 3. *polit. cap.* 30. *& tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 28. *&* 90. Velascus *de privil. pauper.* 1. *p. qu.* 46. *per totam*. Barbosa *in cap. ad decimas, de restit. spoliat. in* 6. *num.* 4. Menochius *de recuper. remed.* 1. *num.* 131. Cassiodorus *lib.* 3. *variar. cap.* 20. Hinc Cic. 3. *offic.* ibi: *Illud natura non patitur, quod aliorum spoliis nostras fa-*

4 *cultates, opesque augeamus*; tametsi despoliatus possessionis titulum haud demonstraverit, reusque verò illum patefecerit: verumtamen id merè materialiter se habet, ac per

5 consequens per accidens: quandoquidem jura reposcunt, ut haud juridicè spoliatus ante universa restituendus sit *cap.* 1. *cap. sæpè, cap. in literis, & poss. extravag. de restit. spoliat. cap. super spoliatione extravaganti, de ordine cognit. l. si de vi* 37. *ff. de judiciis, l. si maritus* 10. *ff. de donat. inter virum, & uxorem*. Anton. Faber 3. *Cod. tit.* 7. *de ordine judiciorũ, def.* 7. *num.* 1. *in allegat. & def.* 8. ibidem *num.* 1. *in allegationib. pag.* 182. idque non nisi, ut

6 injustè despoliantes plectendi sint; quinimò si violenter despoliaverint, criminaliter crimãdi sunt; ac pœnam luere debent: quandoquidem suo in genere delictum est. Anton. Faber 1. *Cod. tit.* 12. *de diversis rescript. def.* 11. *pag* 63. igitur cum hic liqueat Petrum Foces despoliatum fuisse injustè ab Angelo; juremeritò ne crimina impunita restarent S. C. sanxit præfatum Petrum in pristinam redigendum fore possessionem; publico namque expedit bono, ut delicta pœnarum pensum dent, *l. ita vulneratus, §. quod si quis, vers. cum neque impunita, ff. ad legem Aquiliam, l. licitatio, §. quod illicitè, ff. de publican. l. congruit* 13. *ff. de officio Præsidis, l. sichum, §. tametsi, ff. de solut. extrav. ad reprimen. in princ. cap. est injusta* 23. *q.* 4. *cap. ut famæ* 35. §. 1. *de sentent. excom.* cum culpa suum sectetur Authorem, *l. sancimus, C. de pœnis, cap. quæsivit, de iis, quæ fiũt à majori parte Capituli, cap. Romana in fine, de sentent. excomun. lib.* 6. inde fit culpam, & pœnam ad invicem commensurari, *cap. non afferamus, in fin.* 24. *q.* 1. *cap. quæsivit, de iis, quæ fiunt à major. part. Capit. cap. fœlicis, §. illud autem; de pœnis, lib.* 6. Hinc Plaut. *in Epid.* 9. 9. ibi: *Quasi quid filius meus deliquisset mederga: aut quasi non plurimum malefacta mea essent solida in adolescentia.* & idem *in Bacchid.* 25. 50. ibi: *Sine hæc exorare me obsecro abs te, ut isthuc delictum* [illegible]

topere ire oppugnatum. ac denuò *in Epid.* 14. 64. ibi: *Oro te Epidice, mihi ut ignoscas, si quid impudens culpa peccavi mea.* & Cic. *de amicitia* 67. ibi: *Et hic bonos veteri amicitiæ tribuendus est, ut is in culpa sit, qui faciat, nō qui patiatur injuriam.* & *ibidem* 75. ibi: *Maxima autem culpa in eo est, qui & veritatem aspernatur, & in fraudem obsequio impellitur.*

7 Probatur 2. Privilegia obtenta à præfato Petro Foces sive à Rege, sive à Prorege obtenta hoc in casu merè materialiter se habēt: quandoquidem hìc inspicienda est prisca possessio; quæ suo in robore sistere debeat, adusque juridicè tollatur, alioqui violentiis criminibusque aditus fieret, quod juribus obnoxiū foret, *l. in fundo, ff. de rei vendic. l. cum ij, §. si cum lis, ff. de transactionib. l. qui sub prætextu, C. de sacros. Eccles. cap. porrò, de divort.* Clem. 1. *de usuris*. Clem. 1. *§. fin. de concess. præb.*

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Despoliatus defactò super exigendi jure: numquid ante universa in priscum redigendus sit statum.

De aliquo defactò despoliatus munere: utrum per Dominum restituendus sit.

Spoliatus defactò feudatarius à feudo, quod à Rege ei concessum supponitur: an per eundem Regem ante omnia in possessionem redigendus sit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.
Num. 2. ejusdem probatio.
Num. 3. Thesis secundæ decisio.
A' num. 4. usque ad 9. ejusdem probatio.
Num. 9. Thesis 3. finitio.
Num. 10. ejusdem probatio.

1 Despoliatum defactò super exigēdi jure: ante universa in priscum redigendum esse statum, duco 1. est Afflicti *decis.* 395. *n.* 7. & *per totam.* Peregrin. *de fideicommissis, ar.* 46. *num.* 18. Reg. de Ponte *consil.* 144. *num.* 5. *volum.* 2. Putei *decis. Rom.* 180. *parte* 2. & *decis.* 419. Follerii, Covarr. Maranta. aliorumque. Author est Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *spoliatus defactò super jure exigendi.*

2 Eodem prorsus medio commonstranda est facti species isthæc, quo supra comprobata fuit decisio 77. siquidem utrobique eadem urget ratio, ac per consequens eadem juris prædefinitio, *l. illud, ff. ad leg. Aquil. l. si postulaverit, §.* 2. *ff. ad leg. Juliā. de adulter. l. quidū nummularios, ff. de edendo, &c.* Hinc Cicero 1. *de leg.* ibi: *Nihil est, non dicam in homine, sed in omni Cælo, atq; terra, ratione divinitus, quæ cum adolevit, atque perfecta est nominatur ritè sapientia.* & 3. *Tusculanar.* & 1. *de legibus*; ibi: *Ratione præstamus belluis.* & 3. *de natura Deorum*; ibi: *Ut patrimonium homini ab homine relinquitur, sic ratio homini à Deo.* & 2. *Tuscul.* ibi: *Domina omnium, & Regina ratio: connexa per se, & progressa longius, fit perfecta virtus: hæc ut imperet illi parti animi, quæ obedire debet, id videndum est viro, velut servo Dominus, velut Imperator militi, velut parens filio*; & *Parad.* 1. ibi: *Plus apud nos vera ratio valeat, quàm vulgi opinio.* & 3. *de natura Deor.* ibi: *Sunt homines qui rationem bono consilio à Diis immortalibus datā, in fraudem, malitiamque convertunt.* & *ad Brutum* 16. ibi: *Nihil per se amplum est, nisi in quo judicii ratio extat.* & *pro Planc.* ibi: *Gravior, & validior est decem virorum bonorum sententia, quàm totius multitudinis imperitæ.* ac postmodum 4. *Tusculanarum*; ibi: *Benè adhibita ratio cernit quid optimum sit: neglecta, multis implicatur erroribus.*

3 De aliquo defactò despoliatū munere: per Dominum, salvo tamen jure in petitorio, esse restituēdum, duco 2. est Annæ *in allegat.* 103. Reg. de Franchis *decis.* 165. Author est Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *spoliatus defactò de aliquo officio per Dominum.*

4 Eodem prorsus medio quo præcipua isthæc Capiciana decisio comprobata fuit, probatur:

5 siquidem Domini directi interest, utilem defensare Dominum, vel vassallum suum, præsertim ubi violenter à sua despoliatus fuerit possessione, cum inobedientia, injuriaque etiamnum ipsi illata sint. Expedit nāque publico bono, ut violentiæ, inobedientiæ, injuriæ, idque genus, condignam solvant pœnam, *l. ita vulneratus, §. quod si quis, vers. cum neque impunita, ff. ad leg. Aquil. l. licitatio, §. quod illicitè, ff. de publican. l. congruit* 13. *ff. de officio Præsidis, l. stichum, §. tametsi, ff. de solut. extravag. ad reprimen.* cum pæna suum sectetur Authorem, *l. sancimus, Cod. de pænis,*

6 *l. absentem, ff. eodem*: inde fit, quòd in Domino directo in utilem defensando Dominum summopere commendanda sunt fortitudo, & magnanimitas. Cicero 2. *Tuscul.* ibi: *Viri propria maximè est fortitudo, cujus munera duo maxima sunt, mortis, dolorisque contemptio.* & 3. *Offic. est fortitudinis proprium, & magnitudinis animi, nihil extimescere, omnia humana despicere, nihil quod homini accidere possit intolerandum putare.* & 4. *Tusculan. fortitudo est scientia preferendarum rerum, vel affectio animi in patiendo, & perferendo, summos legi parens sine timore.* & 1. *offic. fortitudo est virtus pugnans pro æquitate.* &. 1. *offic. fortes, & magnanimi sunt habendi, non qui faciunt, sed qui propulsant injuriam.* & 2. *de Orat.* ibi: *Magna laus, & admirabilis videri solet, tulisse casus sapienter adversos: nō fractū esse fortuna, retinuisse in rebus asperis dignitatem, & gloriam.* Cicero *partit. Orat.* ibi: *Piis bono-*

honorem, quis gloriam, quis ullum decus tam unquam expetit, quàm ut ignominiam, infamiam, contumeliam dedecus fugiat? & indidem: *Nemo est tam agrestis, quem si non ipsa honestas, contumelia tamen, & dedecus magnopere moveat*: cum innocentiam subditi sui defensare debeat. hinc *in appen. sentent. ex apopht.* descriptum reperio; ibi: *Non miseri sunt, quibus præter meritum, incolumique innocentia accidit aliqua calamitas: sed ij verè deplorandi, qui sua sponte discesserunt ab honesto, etiamsi nulla sequatur calamitas.* & indidem: *certius innocentiæ signum est, ita rem gerere, ut nemo velit accusare, quam si postulabaris, elabaris è judicio: elabuntur enim interdum & innocentes.* & itidem. *atqui absolvitur, licet pænam effugiat, cicatricem tamē criminis circumfert.* & identidem: *innocentē punire, scelus est: culpam interdum condonare in gratiam honesti deprecatoris, humanitas est.* ac postmodum, ibidem: *expedit ad bonos mores, ut in judiciis succumbat pravitas, vincat innocentia, ac quietem eum reddere; cum pax summopere exoptanda sit.* Hinc Cicero *Philip. 2. Pax est tranquilla libertas.* & *Philipp.* 13. ibi: *Dulce est nomen pacis: res verò ipsa cum jucanda, tum salutaris.* & pro lege agr. contra Popul. ibi: *Nihil est tam populare, quàm pax, qua non modò iis, quibus sensum natura dedit, sed etiam tecta, atque agri mihi lætari videntur.* & *Phil. 2. nomen pacis dulce est, & ipsa res salutaris.* & 1. *Offic. Paci, quæ nihil habet insidiarum, semper est consulendum.* & *Philip. 8. leges, aut judicia esse non possunt, pace sublata*: idque non nisi ad aliorum exemplar, ne despoliationes istiusmodi arroganter fiāt, cum arrogantia summum sit vitium, ac quāmaximè plectendum. Hinc Cicero, *de legē agraria*, ad populum contra Rullum; ibi: *ex copia, atque rerum omnium affluentia, primò arrogantia nata est.* & in Verrem: *cum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenii, atque eloquentiæ multò molestissima.* & de Clar. *Orat. est minimè inepti hominis, & ejusdem etiam faceti, cum de sapientia disceptetur hic sibi ipsam detrahere, eis tribuere illudentem, qui eam sibi arrogant, ut apud Platonem, Socrates in Cælum affert laudibus Pitagoram, hippiam, prodigum, Gorgiam, cæteros: se autem omnium rerum inscium fingit, & rudem.* & 1. *Offic. Deforme est de se ipso prædicare, falsa præsertim & cum irrisione audientium imita-*
8 *ri militem gloriosum*: quare merito jure in subdito, vassalloque respectu directi Domini summa reposcitur obedientia. hinc *in appendic. sentent. ex Apoph.* literis proditum est; ibi: *Imperare, & parere Imperio, ars omnium pulcherrima: quæ duæ res à Civibus excludunt seditiones, & tuentur concordiam.* & indidem: *Non sunt gerendo Magistratui idonei, qui legibus, ac Magistratibus nesciunt obsequi.* & itidem: *parere dicitur, qui quod didicit optimum esse, factis facit; alioqui ceu ingrati habendi sunt. quod profectò vitium summopere damnatur à cunctis.* hinc Cicero post reditum ad Senatum: *Nemo gratiarum immemor, est gratus inventus.* & 2. *Offic. Omnes immemores beneficii oderunt.* & ad Attic. 8. *In ingratitudine nihil mali non inest.* & pro Planco: *Nihil est tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quàm committere, ut beneficio, non dicam indignus, sed victus esse videare.* & *de Provinc. Consul. Non solùm gratus debet esse, qui accepit beneficium; verùm etiam is, cui potestas accipiendi fuit.* & *Philipp.* 3. ibi: *Cum gratia referri non potest quanta debetur, habenda tamen est quantam maximam animi nostri capere possunt.*

9 Spoliatus defactò feudatarius à feudo, quod à Rege ei concessum supponitur; per eundem Regem ante omnia eum in possessionem esse redigendum, duco 3. ceu sancitum habetur per S. R.C. Author est Afflictus *in cap. 1. §. rei autem, sub num. 2. de investit. de re alien. fact.* apud Thorum *tomo 1. compend. decis. §. spoliatus defactò feudatarius feudo.*

10 Eodem prorsus medio probatur, quo aliæ facti species probatæ fuere,

DECISIO LXXVIII.

IN Causa Juliani Ritii ut filii, & heredis quondam Dominæ Matotiæ Galeotæ cum Paulo Tolosa: fuit dubitatum, an dictus Julianus tanquam filius, & hæres præfatæ D. Matotiæ habentis obligata bona, & nomina debitorum quondam Francisci Ritii patris ejusdem Iuliani, ipsiusque Matotiæ viri possit exigere, & petere à dicto Paulo ducatos mille, & ducentos, olim per Regiam Curiam debitos præfato Francisco, per ipsumque Franciscum cessos D. Paulo, ac per Paulum habitos à Regia Curia, tempore Regis Ferdinandi Secundi, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Prima facti species.

CReditoris hæres: numquid ex defuncti persona, qui debitoris bona obstricta habet, à Regio foro per Cessionarium debitoris exactam rogitare queat pecuniam.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primę prædefinitio.
Num. 2. & 3. ejusdem Thesis probatio.
Num 4. Thesis secundæ decisio.
Num. 5. & 6. ejusdem Thesis secundæ probationes.

1 PEtere posse hoc in themate pecuniam censeo: tametsi Capicius hic per S. C. haud fuisse prædefinitum, literis prodit: propterea quod partes inter se, priusquàm divisio subsequatur, convenere: inspicito Authores penes Thorum *compend. decis. tomo* 1. §. *hæres creditoris an possit ex persona defuncti*.

2 Probatur: in defuncti hæredem universa testatoris jura, & activa, & passiva transeunt, *l. hæres in omne, ff. de acquirenda hæreditate, l. hæreditas* 28. *ff. de reg. juris, l. cum heredes*; ibi: *omnia quidem jura ad nos transeunt, ff. de acquir. hæreditate, l. Aristo. ff. de jure deliberandi.* Donellus *de jure civili, lib.* 7. *cap.* 10. *num.* 50. *pag.* 148. *&* *lib.* 14. *cap.* 6. *num.* 50. *pag.* 231. ac per consequens hæres efficere potest, quicquid quiverat defunctus: defunctus porrò si superstes fuisset; rogitationem hujuscemodi
3 efficere quivisset: propterea quod cessionarius debitoris idem obtinere supponitur jus, quod debitor habebat: verùm enimverò debitor per defuncti hæredem conventus esse potest, ceu supralaudatis in juribus commonstratum fuit; igitur identidem cessionarius; cum utrobique par urgeat ratio, ac per consequens eadem juris prædefinitio, *l. illud, ff. ad l. aquiliā, l. si postulaverit,* §. 2. *ff. ad l. juliam, de adulter. l. quidam nummularios,* §. *de edendo, l. nauta,* §. *fin. ff. nautæ caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, Cod. de Sacros. Eccles.* §. *si igitur,* Inst. *quod cum eo.* Hinc Cic. 2. Tusculan. ibi: *Domina omnium, & Regina, ratio connexa per se, & progressa longius, fit perfecta virtus: hæc ut imperet illi parti animi, quæ obedire debet, id videndum est viro, velut servo Dominus, velut Imperator militi, velut parens filio.* & 4. *Tuscu.* ibi: *Benè adhibita ratio, cernit quid optimum sit: neglecta, multis implicatur erroribus,* & 1. *de legibus*; ibi: *ratione præstamus belluis.* Neu in debitoris manu est, cedere posse, quod suum haud est, cum æs alienum alicujus sit, ac per consequens non nisi creditoris: refundit profectò hoc in casu cessionario debitor, quod suum minùs foret, alioqui justitiæ præceptis obversaretur, §. *juris præcepta,* Instit. *de just. & jure, l. bona fides, vers. & hanc probo esse justitiam, ff. mandati, l.* 10. *ff. de justit. & jur.* hinc Cic. *officior.* 1. scribit, *justitiæ fundamentum esse pro dignitate cuique tribuere.* & *lib. de juvent.* 1. *justitiam esse habitum animi, cōmuni utilitate conservatum suā cuique tribuentem dignitatem.* ac postmodum *lib. ad Herenn.* 2. *justitiam esse æquitatem, jus cuique tribuentem pro dignitate cujusque.*

Secunda Facti Species.

CReditor prior hypothecarius: numquid à secundo hypothecario creditore pecuniam sibi persolutam per utriusque creditoris debitorem etiamnum consumptam rogitari possit.

4 Tametsi petere haud posse per S. C. fuisse prædefinitum, literis prodit Antonius Capicius *hic, num.* 2. ibi: *tamen S. C. aliàs, ut retulit mihi D. Viceprothonot. pronunciavit contra dictas authoritates, & etiam me existente cōmissario, idem sententiavit in causa Salvatoris Billi cum Francisco Vivaldo*: quam prædefinitionem sectati fuere Ioseph Ludovicus. *dec. perusi.* 45. *n.* 4. Reg. de Ponte *in tract. de potestate Proregis, tit.* 7. §. 9. *num.* 18. Vivius *dec.* 45. *num.* 26. Molfesius *in comment. ad consuetud. Neapol. parte* 4. *quæst.* 26. *num.* 16. Marta *voto* 48. Riccius, aliique. Author est Thorus *compēd. dec. tom.* 1. §. *creditor primus hypothecarius an possit avocare*: verumtamen in juris puncto publicis in thesibus quispiam secus defensitare potest.

5 Probatur 1. secundus hypothecarius creditor (quiritandum ab adversariis) vel rogitat hoc in casu quod suum est; vel alienum. Si alienum, habeo intentum: propterea quod petit quod sibi haud debetur. Sin suum? quomodo suum, si priùs creditori priori debitum sit? igitnr cum creditor posterior jus creditori priori adeptum dirimere nequeat, jure meritò pecuniam sibi solutam, ac cousumptam restituere astringendus sit, alioquin quis aliena cum jactura locupletaretur, quod juribus obnoxium foret, *l. nam hoc naturæ, Cod. de condit. indeb. l. naturaliter,* §. *fin. l. hæc conditio* 66. *ff. eod. tit. l. bona fides* 50. *ff. de condict. empti. l. jure naturæ* 206. *ff. de regul. jur. l. ult. Cod. de usucap. pro emptore, cap. suam, de pænis, cap. locupletari* 47. *de regul. jur. lib.* 6. enimverò nemo lædendus est, ut tibi prosit; hinc Tullius 3. *officior.* ibi: *rei familiaris ampliatio nemini nocens, non est vituperanda, sed fugienda semper injuria; sed detrahere aliquid alteri, & hominem hominis incommodo, suum augere commodum, magis est contra naturā, quàm mors, quàm paupertas, quàm dolor, quàm cætera, quæ possunt aut corpori accidere, aut rebus externis. Illud enim natura non patitur, ut aliorum spoliis nostras facultates, copias, opes augeamus. Neque verò hoc solùm natura, idest jure gentium, sed etiam legibus Populorum, quibus in singulis civitatibus Reipublicæ continentur, eodem modo constitutum est, ut non liceat sui commodi causa nocere alteri. hoc enim spectant leges, hoc volunt, inco-*

lumem esse civium conductionem. & 2. *Tuscul.* ibi: *qui alteri exitium parat, eum scire oportet sibi paratam pestem, ut participet parem*; & 1. *officior.* ibi: *quod cuique obtingerit, id quisque teneat: eo si quis plus appetet, violabit jus humanæ societatis*; & 2. *officior.* ibi: *animadvertamus, cum alios jurare velimus, ne quos offendamus. Sæpæ enim aut eos lædimus, quos non debemus, aut eos, quos non expedit. Si imprudenter, negligentiæ est. Si scienter, temeritatis.* ac ibidem: *Res familiaris quæri debet iis rebus, à quibus abest turpitudo: conservari autem diligentia, & parsimonia iisdem etiam rebus augeri.*

6 Probatur 2. secundus creditor pecuniam à creditore anteriore petens: vel ritè rogitare edisseritur, vel non. Si primum; igitur merè materialiter se habet hoc in themate, sive pecunia consumpta sit, sive non; cum recipiat quod sibi debetur. Sin secundum; igitur restitutio efficienda sit, sive sit consumpta, sive non, ut speculanti liquet; cum nuper non ad suum clamitet dominum, eidemque fructificet. Oroz *in Apicib. juris civilis, lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 2. enimverò res cum suo ad quemcunq; transeat onere, *l. is, cui opus, ff. de novi operis nunciat. l. si convenerit, §. si fundus, ff. de pignoratitia actione, l.* 1 *Cod. de distr. pignor. l. Julianus, l. Cajus, ff. de manumiss. testam. l. Pomponius, §.* 1. *de acquirenda possessione, l. fin. §.* 1 *ff. de contrahen. emption. l. via constituti, §. si fundus, ff. de servitut. rusticor. prædiorum, cap. si quis laicus* 16. *quæst.* 1. *cap. ex litteris, de pignoribus, cap. pastoralis, de decimis.*

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Creditor secundus hypothecarius: numquid rem, & sibi, & alteri creditori anteriori hypothecatam, à Creditore priori poscere valeat, si debitor eandem insolutum priori dederit creditori.

Creditor posterior in majori extans quantitate: num creditorem anteriorem in minori summa, ut pro justo debitoris pretio bona recipiat, astringere possit, dum justus bonorum debitoris emptor haud reperiatur.

Creditor posterior: utrum anteriori creditori in re hypothecata præferendus sit, si ex propria ejus pecunia, res hypothecata refecta fuisse feratur: atque adeo pro refectione hujuscemodi res ipsi à debitore obligata fuit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primę prædefinitio.
Num. 2. ejusdem probatio.
Num. 3. ejusdem oppugnatio.
Num. 4. & 5. ejusdem solutio.
Num. 6. Thesis secundæ decisio.
Num. 7. ejusdem probatio.
Num. 8. Thesis 3. finitio.
Num. 9. ejusdem probatio.

1 Creditorem secundum hypothecarium, rem, & sibi, & alteri creditori anteriori hypothecatam, à creditore priori poscere posse, si debitor eandem in solutum priori dederit creditori, arbitror 1. ceu per S. C. defactò fuisse prædefinitum, memorat Reg. de Franchis *decis.* 453. *num.* 3. est Mastrilli *decis. Siciliæ* 78. *num.* 10. & *decis.* 120. Thori *compend. decis. tomo* 1. §. *creditor secundus cum hypotheca an possit rem, &c.* dummodo quantitatem priori debitam persolverit creditori.

2 Probatur: tametsi hypothecæ finis, securum reddere sit creditorem. Donellus *ad tit.* 14. *lib.* 8. *Cod. de pignor. & hypotec. nu.* 2. *pag.* 768. Franc. Hotmanus *verb. jur. verbo hypoteca, pag.* 699. *tomo* 1. argumento *legis testamento* 17. *ff. de testam. tutel. leg.* 2. *Cod. de fidejuss. dotium, l. hæc lex, Cod. de pactis conventis, cap. per vestras, de donat. l. in rebus* 30. *Cod. de jure dotiū, l. quod autem* 7. *§. si uxor, ff. de donat. inter, l.* 1. *ff. qui potiores, l. plebs* 338. *§. pignus, ff. de verbor. signific. §. pignus,* Instit. *de action. l.* 9. *§. proprio, l. cum & sortis, §. final. ff. de pignorat. l. in rem* 41. *ff. de pignorat. l.* 3. *§.* 3. *ff. ad exhibend. l. duobus* 19. *l. penult. §.* 1. *ff. de except. rei judic. l. Titius* 9. *ff. quibus modis pignus, l. mævio* 66. *§. fundo, ff. de legatis* 2. *l.* 5. *Cod. si aliena res pignori.* consule Cujacium *tract.* 4. *ad Affrican. in lege vir uxori* 17. *ff. ad Vellejan. & ad tit. Cod. ne fidejussores.* ubi Gifanius, & Pacius. Larreatigui *lib.* 8. *select. cap.* 13. Connanus *lib.* 4. *commentar. cap.* 14. Corasius *in l.* 1. *ff. de acquirenda possess. num.* 3. *& in l. ei qui, num.* 12. *de servit.* Valla *de rebus dubiis, tract.* 11. Cujacius *lib.* 70. *qq. Papin. in l.* 64. *ff. de rei vindic. in l.* 3. *§. ultimo, ff. de usur.* Fabrum *lib.* 8. *conject. cap.* 17. *& lib.* 19. *cap.* 6. *&* 7. Bachoviū *lib.* 2. *de pignor. cap.* 6. 7. *&* 8. Merillum *lib.* 1. *observat. cap.* 36. Marcianum *in l.* 5. *§.* 1. *ff. de pignor.* Olea *de cess. juris, tit.* 4. *quæst.* 2. aliosq; cum pacto contrahatur, *l.* 1. *&* 4. *ff. de pignor. l.* 17. *§. de pignore, ff. de pactis, l. qui balneum* 9. *ff. qui potiores, l. solutam* 49. *ff. de solut. l. non solum* 33. *§. qui pignori, ff. de usucap. l.* 4. *de fide instrum.* atque adeo priori creditori prius hypothecata supponitur res, & solutione per debitorem creditori facta hypotheca extincta est, cum solutio quodlibet æs extinguat alienum, *l. solutionis* 54. *ff. de solution. l. liberatio* 47. *ff. de verb. signif. l. solution.* 176. *ff. eod. l.* 43. *l.* 49. *ff. de solut. l.* 9. *ff. de pign. action. l.* 5. *§. ult. l.* 13. *l.* 14. *ff. quib. mod. pign. l.* 3. *ff. de fidejussoribus, l.* 54. *ff. de solut. l. prout* 8. *ff. eod. l. ult. ff. eod. l. cum is* 36. *ff. de fidejussor. l.* 4. *§. si ex conventione, §. penult. & ult. & leg.* 6. *§.* 1. *ff. de re iudic. l.* 17. *ff. de donat. l.* 4. *§. ait Prætor, Cod. de re judic. l.* 5. *ff. quibus modis pign. l.* 6. *ff. quibus modis pignus, vel hypothec. solvit. l. si rem. ff. de pignorat. action.* Hotman. 3. *instit. quibus modis obligat. toll.*

coll. tit. 17. lit. E. pag. 696. Cujacius *in lib. 57. Pauli ad edictum, ad d. l. 54. de solut. & l. 47. de verb. signif. lit. A. B. C. pag. 1503. tom. 1.* Petrus Faber *ad l. nemo dubitat. 95. de diversis reg. jur. lit. B. pag.* 304. Connanus *lib. 4. juris civil. cap. 19. quibus modis pignus, vel hypotheca solvitur, lit. C. cum seqq. pag.* 327. verumtamen universa isthæc hìc merè materialiter se habent: propterea quod hypotheca suo in genere etiamnum edisseritur hypothecata, ac per consequẽs secundus creditor pecuniam priori persolvens creditori, priorem extinctam reddit hypothecam: quandoquidem debitoris nomine persolvit: atque adeo quemadmodũ si debitor persolvisset, sanè hypothecam reddidisset extinctam; igitur secundi creditoris identidem persolutio debitoris nomine gesta, primęvam extinctam reddit hypothecam; ergo si extincta prior perhibeatur hypotheca, jure optimo secunda perinde se habet, ac si primęva foret hypotheca.

3 Dices: creditor prior rem potius hypothecatam hoc in casu exoptat, quàm pecuniam per secundum persolutam creditorem; igitur probatio isthæc infirma ducenda sit.

4 Infirmum est antecedens: cum melius sit suo ex genere, pecuniam habere, ac rem hypothecatam, siquidem melius usui est pecunia, ac quælibet hypothecata res, ceu ex experientia liquet. neu secundi creditoris jus, per primum procul à recta ratione extinguẽdum sit, siquidem jus alteri quæsitum ab altero detrahi, jura, fasque haud sinunt, *l. 2. ff. de his, qui sunt sui, vel al. l. non debet, ff. de reg. jur. l. solvendo, ff. de neg. gestis, l. hoc natura 14. ff. de conditionibus indeb. l. sancimus 22. Cod. de pœnis, l. si quis suo 33. §. 1. Cod. de inoffic. testam. l. pater 23. ff. de adim. legat. l. si rem 22. ff. de petit. hæred. l. neque emere 16. Codice de jure deliberand., l. sicut 4. Cod. de obligat. & actionibus, l. non usque 2. ff. si à parent. quis manumfit. l. qua ratione 9. §. nihil autem 4. ff. de acquirend. rer. dominio, l. si pignori 54. §. 1. ff. de fur.* Cujacius *lib. 7. respons. Papin. in dicta l. pater 23. & lib. 20. quæst. Papin. in l. idem servãdum 72. ff. de legat. 2. & lib. 8. respons. in l. sed quod 71. ff. eod. titulo, & lib. 12. respons. Papin. in l. donationes 31. §. pater 3. ff. de donationib.* Hugo Donellus *comment. ad tit. 53. rem alienam gerentibus non interdici rerum suarum alienationem, lib. 6. num. 4. 5. & 6. pag.* 546. Antonius Faber *in juris prudentia Papinianea, tit. 1. de justit. & jur. princ. 4. confut. 2. pag. 28. & princ. 2. illat. 1. circa finem, eod. tit.* Oroz. *de apicib. jur. civil. lib. 2. 16. num. 5. pag. 181. & 182.* quare juremeritò pecunia per secundum persoluta creditorem prima extinguitur hypotheca; idque non nisi ut jus per secun-

5 dum adeptum asservetur creditorem. Reipublicæ namque expedit, ut bona penes suos asserventur dominos. argum. *l. Gabeo, & Gabinus, ff. de verbor. signific.* Donellus *comment. jur. civilis, lib. 19. cap. 14. num. 44. pag.* 352. siquidem res rectè defendi debent, *l. 5. §. ult. judic. sol.* quę defensatio non nisi à domino fieri quit, cum ejus dumtaxat intersit. idem *lib. 18. comment. juris civilis, cap. 14. vers. 36. pag.* 218. hinc Cic. 1. *offic. expetuntur divitiæ, tum ad vitæ usus necessarios, tum ad perfruendas voluptates*, & 2. *offic. pecuniæ quærendæ non solùm ratio est, sed etiam collocandæ, quæ perpetuos sumptus suppeditent, nec solùm necessarios, sed etiam liberales.* & 2. *de finibus*; ibi: *pecunia effectrix multarum, & magnarum voluptatum: pecunia voluptates patiuntur maximæ.* & 5. *actio. in Verrem*; ibi: *omnia pecunia effici possunt.*

6 Creditorem anteriorem in minori summa, ut pro justo debitoris pretio bona recipiat, astringi haud posse per creditorem posteriorẽ, in majori extantem quantitate, dum justus bonorum debitoris emptor minimè reperiatur, arbitror 2. est Reg. de Franchis *decis.* 82. memorantis, sic prædefinitum fuisse per S.C. Muscatelli *in praxi S.C. par. 4. glossa petendo, num. 16.* Vivii *decis. 34. num. 1. & 7.* Riccii *in collect. decis. 76.* Author est Thorus *compend. decis. tomo 1. §. creditor in maiori quantitate an cogere possit.*

7 Probatur: creditor posterior creditoris prioris juribus haud derogare potest: siquidem suo ex genere melius est, rei pecuniam, valoremque habere, quàm ipsammet rem, igitur ne creditoris anterioris conditioni per posteriorem derogetur, juremeritò secus S.C. prædefinivit, quandoquidem id nullo cavetur jure: est enim juribus obnoxium, ut quis irrationabiliter alterius juri deroget, alioqui justitiæ obversaretur, quæ juxtà Ciceronem 3. *offic. virtus omnium est domina, & regina virtutum.* & 1. *de legibus: omnium virtutum causa, atque sentina est.* ac 1. *offic. fundamentum perpetuæ commentationis, ac famæ est, sine qua nihil esse potest laudabile.* & 2. *offic. justitia, ex qua una virtute viri boni appellantur, mirifica quædam res multitudini videtur, nec injuria. Quis est enim, qui non admiretur splendorem, pulchritudinemque virtutis?*

8 Creditorem posteriorem anteriori creditori in re hypothecata præferendum esse, si ex propria ejus pecunia res hypothecata refecta fuisse feratur; atque adeo pro refectione hujuscemodi res ipsi à debitore obligata fuit, arbitror 3. ceu per S. C. prædefinitum fuit. Author est Thorus *compend. decis. tomo 1. §. creditor posterior an præferatur creditori anteriori in re hypothecata:* dummodò haud obscurè pateat, pecuniam pro refectione persolutam fuisse, quod per Iudicis decretum (quem facti veritatem haud fugere debet) factitandum sit, utpotè defactò in S.C. in praxi est.

9 Probatur: domus refectio inter necessarias annumerari assolet impẽsas; ac per consequẽs ipsius utilitas universis acquiritur creditoribus: propterea quod si res hypothecata non reficeretur, sanè credita super istiusmodi re ex-

extinguerentur,pessundaretur q; igitur secundus præferendus sit priori creditori,dummodò refectio juridicè liqueat, ne aliqua fieret fraus, quod juribus obnoxiū esset,*l.in fundo, ff.de rei vindicat. l.cum is,* §. *si cum lis, ff.de transactionibus, l.qui sub prætextu, Cod.de Sacrosf.Eccles.cap.porrò,de diversis.*Clem.1.*de usuris.* Clem.1. §.*fin.de concess. præbend.* cui neve aditus est aperiendus, *l. itaque fullo, ff. de furtis, cap.dictum* 30.*quæst.*1. *cap.intelleximus, de judic.cap.tuæ* 12.*de cleric.non residentibus,cap.sedes,cap.ex tenore,de rescriptis, cap.*2.*de dolo, cap.*2. *de cognition. spirituali, cap.*1.*de collus.deteg.cap.tuus,de usuris.* hinc Cic.1. *de offic.* ibi: *vi, aut fraude fit injuria, fraus quasi vulpeculæ vis leonis videtur.* & pro Rosf.Com.ibi:*æque nefarium est,pupillum fraudare, & socium fallere.* & pro Plaut.*in Mil.*ibi: *ut ne legi fraudem faciat talariæ.* ac Cæs.3.*Bell.civil.*ibi: *fraudare stipendium militis.* & Livius *lib.* 1. ibi: *respondit, quod sine fraude mea,populique Romani quiritium fiat, facio.* ac postmodum Virgilius *lib.*11.

Jam nosces ventosa ferat,cui gloria fraudem.

DECISIO LXXIX.

IN Causa Magnifici Galeocti Carrafæ cum Magnifico Ioanne Carrafa:fuit dubitatum, an dictus Dominus Galeoctus, qui obtulit supplicationem,petendo, quòd instrumentum testamenti conditi per dictam Ioannam suam Uxorem non reassumeretur: ex quo erat falsum nullum, & suppositum teneatur, instante ipso D.Ioanne declarare,in qua specie,& parte esset falsum, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

REassumptio instrumenti testamenti:numquid impediri possit, si de ipso suspecti suspicio habeatur.

SUMMÆ.

Num.1.& 2.Thesis prædefinitio.
Num.3.ejusdem probatio.
Num.4.ejusdem impugnatio.
Num.5.ejusdem solutio.

1 JUdex, verificata partis supplicatione, quominùs fiat instrumenti testamenti reassumptio, prædefinire debeat, quòd capiatur informatio super concernentibus reassumptionem: numquid fieri debeat, nec ne, ubi supplicans finem, nec criminaliter accusandi, nec civiliter agendi habet;dūtaxat verò reassumptionem impediendi. Ceu
2 defactò per S. C. fuisse prædefinitum, litteris prodit Antonius Capicius hìc in fine;ibi:*S.C. fuit visum,quòd ex quo hic non dicebat testamentum falsum ad finem accusandi;nec ad finem agendi,etiam civiliter;sed solùm ad finem impediendæ reassumptionis, quod procederet ad capiendam informationem super concernētibus reassumptionem,si debeat fieri ita,vel ne; & quod ad istum actum nō teneatur declarare* D.Galeoctus *aliter.* est Riccii *in collect. decis.* 1418. Thori *compend. decis. tomo* 1. §. *reassumptio instrumenti testamenti an possit impediri, &* §. *accusator falsi an teneatur exprimere falsi qualitatem.*
3 Probatur: ubi pars neu ut accusator, neu ut actor in foro sistit,dumtaxat verò ut civilem impediens actionem; toties Judicis muneris est, terminum indulgere, ut de impedimento edoceatur, ac per consequens supplicantis partes sunt, instrumenti falsitatem cōprobare, ut ejusdem reassumptioni impedimento sit: quare supplicantis finis hoc in casu,ne instrumentum testamenti reassumatur, ad quod impediendum ejusdem probatio reposcatur, cur haud efficienda sit; igitur juremeritò Judex terminum ad probationem faciendam permittere astringitur. inspicito Reg.de Marinis *tomo* 3. *alleg. verbo,terminus ad impugnandum,pagina* 449.hinc Cicer.pro Roscio Am. ibi:*Judex estis, quem non minus benè de nobis existimare, quàm secundum nos judicare velimus.* & pro Planco .*semper iniquus est Judex, qui aut invidet, aut favet,debetque in judicio impecillis esse invidia.* & 6. *act.in Verr.Adducuntur nonnunquam Judices ab institutis suis magnitudine pecuniæ.* & 2. *Act.in Verr.*ibi: *ingentes divitiæ, judiciorum religionem, veritatemque solent perfringere.* & 2. *de Orat.*ibi: *plura judicant homines, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia,aut dolore, aut lætitia, aut spe, aut timore, aut errore, aut aliqua permotione mentis,quàm veritate,aut præscripto,aut juris norma aliqua, aut judicii formula,aut legibus.*& pro Cluēt. ibi: *est sapientis Judicis, meminisse,te hominē cogitare,sibi tantum esse permissum, quantum commissum sit, & creditum.& non solùm sibi soli potestatem esse datam, verùm etiam fidem habitam esse, meminisse posse,quem oderit, absolvere: quem non oderit, condemdare:& semper non quæ velit ipse, sed quid lex, & religio*

cogat

cogat, cogitare . Animadvertere, qua lege reus citetur, de quo reo cognoscat, quæ res in quæstione versetur . Cum hec sunt videnda: tum illud est homini magni Judicis , atque sapientis, habere in consilio legem, fidem, Religionem, æquitatem: libidinem autem , & invidiam, metum, cupiditates omnes amovere: maximi æstimare conscientiam mentis suæ , quàm à Diis immortalibus accepimus, quæ à nobis divelli non potest. & 3. *offic.* ibi: *cum Judici dicenda sententia est, meminerit, se Deum habere testem, idest, mentem suam, qua nihil domini dedit ipse Deus Divinus.* & pro Rabir. Posth. ibi: *est sapientia Judicis in hoc , ut non solùm quid possit , sed etiam quid debeat , ponderet: nec quantum sibi permissum , meminerit , sed etiam, quatenus commissum sit .* & pro Font. ibi: *laborare debent Judices , non modò quid dicant pro testimonio, sed etiam quibus verbis utātur, ne quid minus moderatè positū, ne quid ab aliqua cupiditate prolapsum verbū esse videatur . Vultu autem laborare, ne qua significari possit suspicio cupiditatis , ut & cum prodeunt, existimatio sit quædam tacita de illis pudoris, ac Religionis: & cum discedunt ea diligenter conservata, ac retenta videantur.* & 3. *offic.* ibi: *neque contra Rempublicam, neque contra iusjurandum, ac fidem, amici causa vir bonus faciet , ne si Judex quidem erit de ipso amico; ponit enim personam amici , cum induit Judicis: nam si omnia facienda sint, quæ amici velint, non amicitiæ tales, sed conjurationes putandæ sunt.* & pro Gecin. ibi: *scriptum sequi, calūniatoris est: boni verò Judicis, voluntatem scriptoris, authoritatemque defendere . Quæ lex enim, quod Senatus consultum, quod Magistratus edictum, non infirmari, aut divelli potest, si ad verba reflectere voluerimus? consilium autem eorum, qui scripserunt, & rationem, & authoritatem relinquamus . Non enim ex verbis pendet jus, sed verba serviunt hominum consiliis, & authoritatibus: nec verba veniunt in judicium, sed ea res, cujus causa verba in leges conjecta sunt.* & 4. *Act. in Verrem.* ibi: *dubium non est, quin omnes omnium pecuniæ positæ sint in eorum, potestate, qui judicia dant, & eorum, qui judicant, cum nemo nostrum possit ædes suas, nemo fundum , nemo bona patria obtinere, cum ad judicandum detur Judex nequam, & levis , qui de iis judicet .*

4 Dices: obstat text. *in l. edita, Cod. de edendo, l. libellorum, ff. de accusationibus,* in queis secus est prædefinitum; igitur, &c.

5 Textus hujuscemodi alio in casu extant, si ritè textus verba commententur .

Pro decisionis istiusmodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Instrumenti reassumptio: numquid Notario, unoque teste superstitibus fieri queat.

Reassumptio testamenti domini sollemnitate vallati , verificato Judicis , Notarii, testiumque obitu: utrum efficienda sit, si in ipso aliqua deletionis macula habeatur .

Accusator: num diem pro rei defensione exprimere astringatur .

Instrumenti quietationis reassumptio: an permittenda sit, si ipsa rogitata fuisset, unusque foret testis superstes, capta informatione testium fide dignorum intervenietiū contractui; tametsi non fuissent descripti in protocollo .

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio .
Num. 2. ejusdem probatio.
Num. 3. Thesis secundæ decisio .
Num. 4. ejusdem probatio .
Num. 5. Thesis tertiæ finitio .
Num. 6. ejusdem probatio .
Num. 7. Thesis quartæ prædefinitio .
Num. 8. ejusdem probatio.

1 Instrumenti reassumptionem Notario, unoque teste superstitibus fieri posse haud dubie reor 1. est Ursilli *dec.* 48. *num.* 23. referentis, sic per S.C. prædefinitum fuisse. Author est Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *reassumptio instrumenti an fieri possit vivo Notario .*

2 Probatur: Notarii confessio pluribus æquipollens esse perhibetur testibus. Antonius Faber 9. *Cod. tit.* 13. *de leg. Cornel. def.* 3. *pag.* 1173. Gonzalez 2. *decretal. in cap. cum Joannes* 10. *tit.* 22. *de fide instrumentorum, nu.* 15. *pag.* 478. inde fit, ad ejus testimonium refellēdum haud duo sufficere testes, siquidem pari in causa instrumentum prævalere , ac principalius esse debet, *l. cum præcibus, Cod. de fide instrumentorum*: ac per consequens hoc in casu firma instrumenti fides per hasce personas habetur, quæ in instrumenti , vel testamenti reassumptione reposcitur; siquidem scripturis publicis plena est adhibenda fides, *l. cum præcibus, Cod. de probationibus, l. optimam, Cod. de contrah. stipulat. authentica de instrum. caut.* §. *si verò, vers. si quid publicè sit confectum, cap. ad audientiam, de probationibus. arg. leg. sempronius* 47. *ff. de leg.* 2. *l.* 1. & 2. *Cod. de fid. instrum. cap.* 2. *de probat. l. in exercendis, Cod. de fid. instrum.* consule Duarenum *ad tit. de fid. instru. in princ.* Mascard. *de probation. conclus.* 1098. Parexam *de instrum. edit. tit.* 1. *resol.* 3. §. 3. *nu.* 13. Cald. Peryer. *de empt. & vendit. cap.* 35. *num.* 18.

3 Testamenti reassumptionem omni sollemnitate vallati, verificato Judicis, Notarii, testiumque obitu, efficiendam esse, si in ipso aliqua deletionis macula habeatur, reor 2. est Reg. de Franchis *dec.* 485. memorantis, sic per S.C. prædefinitum fuisse. Reg. Tap. *in constit. privilegia, num.* 6. Amendolæ ad Francum *in laudata decis.* referentis, anno 1607. sic etiamnum per

per S. C. fuisse sancitum Thorus Author est *compend. decis. tomo* 1. §. *reassumptio testamenti omni sollemnitate vallati*,& si cum eadem transcribendum sit delatione.

4 Probatur ubi testamentum omni sollemnitate vallatum esse celebratum supponitur, toties suum producere debet effectum,ac per consequens reassumendum, cum in ipso nihil deficiat, adeoque in publicam redigendum sit formam, cum ad bonum commune sit, ut novissimæ voluntates transcribatur. Neu obstat quod in ipso aliqua habeatur delatio: siquidem id merè materialiter se habet, cum alia ex causa, utputa casu fortuito idque genus id accidere quivisset:quare in reassumptione isthac prudens reposcitur Judicis judicium; inspiciendo ex quanam delatio isthæc suborta fuisset causa, hinc Cicero 6.in Verr.*est boni Judicis, parvis ex rebus cõjecturam facere uniuscujusque,& cupiditatis, & incontinentiæ*. & 7.Act.in Verrem.ibi:*Judex bonus nemo esse potest,qui suspicione certa non movetur*.

5 Accusatorem diem pro rei defensione exprimere haud fore astringendum reor 3. est Follerii *in prag. finali, de compositione nu.*15. Author est Thorus *compend.dec.to.*1.§.*accusator an teneatur exprimere diem*.

6 Probatur sat est enim ut annus,mensisque exprimatur: propterea quod circa diem haud difficulter verificari possit error, ac per consequens de hoc nil curandum.

7 Instrumenti quietationis reassumptionem permittendam fore si ipsa rogitata fuisset; unusque foret testis superstes, capta informatione testium fide dignorum intervenientium contractui;tametsi non fuissent descripti in protocollo reor 4. est Minadoi *decis.* 12. Riccii *collect.dec.*ibi Author est Thorus *compend. decis. vers. reassumptio instrum. quietationis*.

8 Probatur: ex continenti, ac firmum testium fide dignorum examen habeatur, reassumptioni fides per Judicem præstãda sit.Neu officit, quòd istiusmodi testes in protocollo haud conscripti fuerint: propterea quod id merè materialiter se habet; cum sat sit, si de scripto firma habeatur fides, *dicta l.optimam, Cod.de contrah empt.l.in exercendis, Cod.de fide instrum.cap.*2. *de prob. authentica, de instrum.caut.*§.*si verò,vers.si quid publicè fit ad fectum, cap.ad audientiam de probat.* arg.*leg.* 1.& 2.*Cod.de fid.instrum.* inspicito supralaudatos Authores.

DECISIO LXXX.

IN Causa Magnifici Bartolomei Caraccioli cum D.Elionara ejus Nepte,& D. Io: Tho. Carrafa illius viro: fuit inter cætera dubitatum, si actio hypothecaria possit cumulari cum personali in libello separato, & diverso tempore: & dato quod possit; an valeat ista cumulatio, seu hypothecariæ motio fieri contra tertium possessorem,&c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti Species.

ACtio hypothecaria:numquid in libello diviso,diversoque ex post facto cum personali actione cumulari valeat.

SUMMÆ.

Num.1.Thæsis primæ prædefinitio.
A'num.2.usque ad 8.ejusdem probatio,
Num.8.Thesis secundæ decisio.
Num.9.ejusdem probatio.

1 CUmulari posse existimo. est Antonii Capicii *hic num.*1.ibi:*& cum Baldo S. C. pertransit*.Thori *compend. decis. tomo* 1. §. *actio hypothecaria an possit in libello separato*.

2 Probatur:actio hypothecaria haud incompossibilis cum actione personali ducitur;cum quis, & realiter, & personaliter astringi possit, ac per consequens in cujuslibet ditione sit, & hypothecaria, & personali actione agere per libellum unum; siquidem hoc in casu nulla relucet repugnantia: cum una alteram

3 explodere minus prædicetur. Exemplo esto: nonne actor in jure dicendo & possessorium, & petitorium cumulare, quinimo tametsi in uno agere judicio occæpit, ante conclusionem in causa aliud intentare valeat, & tunc una sententia utrumque est terminandum; & potest in uno succumbere, & obtinere in alio *cap.cum dil. filius* 6.*de causa possessionis, &c, cap.*2.*de cappell.monach.* Clement.*unica de causa poss.l.naturaliter* 12.§.*nihil commune, ff. de acquirenda possessione, l. cum fundum* 18. §.*finali, ff. de vi, & vi, novella* 4. *cap.* 2. *cap. cum venissent de constit. cap. significaverunt* 36. *de testibus, cap. suborta* 21. *de re judic. cap. ex conquestione* 10. *de restit. spol.*Vultejus *de judic.lib.*1.*cap.*2.Donellus *in l.*3.*Cod.de interdictis* Goveanus *lib.*1.*var.cap.* 3.Altesserra *in dicto cap.cum dilectus filius*.Fachineus *lib.*8.*controvers.cap.*16. Anton. Matthæus *in collect.pandect.collect.*10.*ad leg.ordinarii* 13. *Cod.de R. V.* Cujacius *in cap.*2.5.& 6.*de*

6.*de causa possess.&c.* Merillus *lib.2.observat. cap.*18. Vinius *lib.2.select.cap.*39. Bronchorst. *centuria* 3.*assert.*85. Giphanius *in l.*1.*Cod.de ordin.judic.* Cujacius *lib.*20.*observat.cap.*35. *& lib.*25.*cap.*34. *& in dicta l.cum fundum* 18.§.1. Hotmanus *illustr.quæst.*31. Giphanius *in l.*3.*Cod.de interdictis.* Noguerol *alleg.*25.*n.*
4 234. siquidem nil sancitum reperitur, quod concursum hujuscemodi impediat, cum nihil commune habeat proprietas cum possessione, *l.naturaliter*, §.*nihil commune*, *ff. uti possidetis*, *l.cum fundum,in fine, vers.eum, ff.de vi, & vi, cap. significaverunt,de testibus, c. cum venissent, de instit.* Clementin. *unic. de causa possession.& cap.quærelam, de elect. cap.suborta, de re judicata, & passim in tit.de restitut. spoliat.* cum diversa sint judicia, neu ad idem protendunt, ideoque cumulari queunt, *l.nemo*
5 44.§.*quoties, ff.de re judicata.* enimverò concursus impeditur, ubi absolutoria lata sententia in una rei judicatæ, exceptionem in alio gignit, *l.fundus* 16. *l.fundum* 18. *ff.de exceptionib.* cum absolutoria sententia in possessorio lata, haud exceptionem in petitorio parturiat, *l.an eadem* 23.§.*fin. ff.de exception. rei judicatæ:* quod præsertim sibi vẽdicat locum, si adhuc in causa non sit conclusum, *l. cum fundum* 18.§.*fin.ff.de vi, & vi, cap.pastoralis de caus.possession.*& Clement.*unic.eod.tit.* Cujacius *lib.*26.*qq. Papin.in d.* §.*fin.* Menochius *de recuper.remed.*1.*num.*113. Garcia *de nobilit.gloss.*11.*nu.*18. inde est, quòd actor ab ini-
6 tio utrumque comulare potest, *cap. cum Ec-*
7 *clesf.de caus.possess.* quæ enim juribus haud obnoxia sunt in Senatu fieri fas est, *l.venales sententias* 7.*Cod.quando provoc.non est nec.l.addictos* 29. *C.de appellation. l.observandum* 19. §.1.*de offic.præsid.* argum. *leg. si quis suo* 33.§. 1.*Cod.de inoff.testam. l.Julianus* 42. *l.si pupillus, l.ventre* 84.*ff.de acquirenda hæreditate,l. si quis suo* 33.§.1. *Cod.de inoff.testamen.l.cum quis* 10.*Cod.de naturalibus liberis,l.maximũ vitium* 4.*in princ.& §.quod si fuisset, vers.& ita vitium permãsit, Cod.de liberis præteritis*, Antonius Faber *in juris prudentia papinianea,tit.*1.*de justit.& jur. princ.*3. *illat.*1.*pag.* 21. cum justa sint; adeoque leges servare perhibetur: hinc Cic.*Philipp.*11.ibi: *lex nihil aliud est, nisi recta, & à numine Deorum tracta ratio, imperans honesta, prohibensque contraria.* & 1.*de legibus*; ibi: *vitiorum emendatricem legem esse oportet,commendatricemque virtutum: ab ea enim vivendi doctrina ducitur.* & 1.*de Oratore*; ibi: *docemur autoritate, nutuque legum, domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates, nostra tueri: ab alienis mẽtes, oculos, manus abstinere.* & *in Vatin.* ibi: *à majoribus nostris nulla alia de causa leges sunt inventæ,nisi ut suos cives incolumes conservarent.* & 1.*de juventute*; ibi: *ea virtute,& sapientia majores nostri fuerunt, ut in legibus scribendis, nihil sibi nisi salutem, atque utilitatem Reipublicæ proponerent. Neque enim ipsi quod obesset, scribere volebant: & si scripsisset, cum esset intellectum, repudiatum iri legem intelligebant.* & 3.*de legibus*, ibi: *Nihil est tam aptum ad jus, conditionemque naturæ, quàm lex, sine qua nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum universum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest.*

Secunda Facti Species.

Cumulatio hypothecariæ, & personalis insimul actionum, sed in diverso libello diviso ex post facto cumulatarum: numquid adversus tertium possessorem urgere prædicetur.

8 Minùs urgere, reor, est Antonii Capicii *hîc, nu.*2. memorantis, sic per S.C. prædefinitum fuisse; ibi: *quod convento reo principali actione personali potest tertius possessor conveniri hypothecaria*, per textum *in l.finali, Cod. de act.& ob.& sic S.C.decrevit.* Antonii Gabrielis *lib.*2.*de actionibus,concl.* 1. *num.*32. Vivii *in sylva comm.opinion.in opinione* 13.*actio hypothecaria,num.*2. Author est Thorus *compen. decis.tomo* 1. §. *cumulatio actionum hypothecariæ, & personalis simul.*

9 Probatur ex textu *in l.finali, Cod. de actionibus,& obligat.* propterea quod de conceptu personalis actionis est, personã amplecti, eamque obstringere: atqui persona obstricta nostro in themate est principalis, secus verò tertius possessor; igitur tertius possessor personali actione conveniri nequit, ac per consequens personalis, & hypothecaria actio unà cumulari nequeunt; tametsi tertius possessor hypothecaria conveniri possit actione: quandoquidem res, quam possidet, hypothecæ esse subjecta supponitur, adeoq; ad quem hujuscemodi transit res, cum onere hoc transire perhibetur; cum se habeat ad instar accidentis, respectu subjecti sui, *l.*4.*in fine, ff.de actionibus empti.*

Pro decisionis istiusmodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Actionum cumulatio: numquid ab actore ob Judiciorum diversitatem, tametsi ad eundem tendentium finem, contra diversas personas fieri valeat.

Actionum ex diverso suboriente fonte: quandonam cumalatio permittenda sit.

Actionum cumulatio: utrum in Regno permissa esse ducatur.

SUMMÆ.

Num.1. primæ Thesis prædefinitio.
A'num.2. usque ad 4. ejusdem probationes.
Num.4. Thesis secundæ decisio.
Num.5. ejusdem Thesis probatio.

Num.

Num.6.Thesis tertiæ finitio.
Num.7.ejusdem probatio.

1 ACtionum cumulationem ab actore, ob judiciorum diversitatem; tametsi ad eumdem tendentium finem, contra diversas personas fieri posse, reor 1.est Angeli, Decii, aliorumque. Author est Reg.Sanfelice *decis.32.num.6.* literis prodens, sic per S. C. fuisse prædefinitum.inspicito Thorum *in supplem. compend. decis.* §. *cumulatio actionum*, & §. *actiones cumulare an liceat actori*.

2 Probatur 1. Actionum cumulatio, ut fieri possit, necessum ducitur, ut ipsi Actori omnes competere supponantur actiones, ac contra eundem proponantur, uti ritè edocet Reg. Sanfelice *in decis.* 72. *num.* 2. verùm enimverò nostro in casu cuncta isthæc supponuntur; igitur,&c.

3 Probatur 2. Tunc actionum cumulatio implicare edisseritur, ubi una alteram perimit, ac per consequens inter se incompossibiles sunt. *l.mutuis,ff.pro socio,l.1.C.de furtis*, inde contraria, allegans haud est audiendus *l. Titiæ, ff.de condit. & demonstrat. l.1. C.de furtis,l.transactione,C.de transact.c.imputari, de fide instr. cap. sollicitudinem, de appellat.* Bart.*tract.var.axioma contrarietas,contrariū* 58.in nostra porrò facti specie id minime extare supponitur, cum ad eundem tenderent finem.Neu judiciorum diversitas obesse prædicatur, ubi ad eundem tenderetur finem, *l. nemo* 44. §. *quoties,ff.de re judicat.*Argum. *l.fundum* 8.*ff. de exception. l. cum fundum* 18.§. *fin. ff.de vi,& vi,cap. pastoralis,de causa possessionis,&c.* Clement.*unica,eod.tit.c.argum.c.significaverunt,de testibus,cap.cùm venissent,de instit.cap.quærelam,de elect.cap.suborta,de re judicat.* Consule Cujacium *lib.* 2. *observ.cap.*35.& *lib.7.cap.*38. & *lib.* 26. *qq. Papin. in d.§.fin. & lib.* 5. *observat. cap.* 15. Borcholten *de acquirend. possess. cap.*8. *num.* 57. Giphanium *in l.1. C.de appell.* Hunnium ad Treutl. *volum.1.disput.*12. *quæst.*47. Donellum *lib.7. comm. cap.* 18. Menochium *recuper.remed.*4. *num.*510. Garciam *in tract. de nobilit.gl.*11.*num.*11. igitur,&c.

4 Actionum ex diverso suborientium fonte congeries, si ad idem, ac contra etiamnum diversas personas tendere edisseratur; tunc hāc fieri posse haud dubiè, reor 2. est Bartoli, Romani, Gravettæ, aliorumque. Author est Reg. Sanfelice *decis.72.num.*17.

5 Probatur *ex l.non est novum,ff.de actionibus empti*: siquidem Tò: *ex diverso gigni fonte*, hoc in casu id merè materialiter se habet; cū ad eundem pergatur finem; siquidem Actor in jure dicendo intentare possit actiones, quas possidere supponitur; igitur ly *ex diverso suboriri fonte* merè materialiter se habet.

6 Si summariè, ac de plano peragi prædicetur, tunc actionum cumulationem fieri posse, reor 3. est Reg. Sanfelice *in supralaud. decis.* 72.*num.*20.

7 Probatur *ex cap. detestantes, & ex pragm. dispendia litium.*Author est idem Reg.Sanfelice *n.*20. propterea quod ubi summariè; ac de plano peragi prædicetur, toties sat ducitur, si dumtaxat facti veritas elucescat, ac per consequens judiciarius ordinarius ordo haud sit inspiciendus; propterea quod superfluus foret, *l.1.§.quibus,C.de novo Cod.l.fin.C. qui admitti ad bonor. possess. & in proœm. decretal.* ibi: *resecatis superfluis.*Clem.*exivi,* §. *quamvis.*Neu id juribus obstaret, cum legibus haud dissentaneum foret. Hinc Cic. pro Cluent.ibi:*Fundamentum libertatis, fons æquitatis, mens, & animus, & consilium, sententia Civitatis posita est in legibus.*& pro Cecin. ibi: *Jus amitti non potest sine magno incommodo Civitatis*. & ad Pap. Pætum, *lib. fam.* 9. ibi: *Omnia sunt incerta, cum à jure discessum est*. & 3. *Offic.* ibi: *Hoc spectant leges, hoc volunt, incolumem esse Civium conjunctionem: quam qui dirimunt, eos morte, exilio, vinculis, damno coercent*. & 2. *de legibus*; ibi: *legis est persuadere, non omnia vi hominis cogere.* & pro Cecin. ibi: *Major hæreditas venit unicuique nostrum à jure, & legibus, quàm ab ijs, à quibus illa bona relicta sunt. Nam ut perveniat ad nos fundus, testamento alicujus fieri potest: ut retineamus quod nostrum factum est, sine jure civili non potest*. & 1. *de Orat.* ibi: *Si esset ista cognitio juris magna, ac difficilis, tamen utilitatis magnitudo deberet homines ad suscipiendum discendi laborem impellere.*ac indidem; ibi: *Omnia judicia, aut distrahendarum controversiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt*; igitur, &c. inspicito supralaudatum Authorem.

DECISIO LXXXI.

IN Causa hominum Albaroni cum Illustrissimo Duce Ariani; & quamvis de jure etiam communi omnis dilatio ad probandum data censeatur, & sit peremptoria, etiam si non dicatur, *l.1.* ubi Bartolus, *Cod. de dilat. &c.* adeoque si concedatur secunda dilatio sine causæ cognitione, omnia, quæ intra illam fierent essent nulla, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

Sive novus terminus, sive nova dilatio, sive novi articuli instante Reo ad pinguius se defensitandum inspecta Regni hujusce cõsuetudine, quæ incipit *lite legitimè contestata*: numquid à Judice concedendi sint.

SUMMÆ.

1 Distinguas: vel nulla justa rogitãdi habetur causa, utputà si reus id reposcat nõ nisi dilationis causa: vel fuit in mora; ac per cõsequens in culpa, quominus novi haud in termino à Iudice dato producti forSt testes tũc rigorosè loquẽdo rei petitioni, seu in civilibus, seu in criminalibus, & cõmuni, & Regni inspectis juribus nullũ fore dãdũ terminũ, cẽseo: quare Capiciana isthæc prædefinitio, utputà; ibi: *& propter dictam Constitutionem nos in S. C. non admittimus novos articulos post terminum; nec novos testes, nec damus secundam dilationem*, hoc in themate commentanda erit. est Follerii *in praxi criminali, rub. & si confitebuntur, nu. 56. & rubric. detur copia articulorum, num. 9.* Bajardi ad Clarum §. *finali, quæst. 48. num. 5.* Muscatelli *in praxi S.C. parte 5. glossa defendendum, num. 24. & lib. 2. parte 3. glossa instantia, num. 28.* aliorumque, Author est Thorus *compend. decis. tomo 1. §. terminus novus, sive nova dilatio, vel novi testes, & §. terminus Reo instante ad pinguius se defendendum.*

2 Probatur *ex l. 1. ff. de dilation.* siquidem fraudibus defactò aditus haud est aperiendus, *l. in fundo, ff. de rei vindic. l. cum is, §. si cum lis, ff. de transactionibus, l. qui sub prætextu, Cod. de sacros. Eccles. cap. porrò, de divort.* Clement. 1. *de usuris.* Clem. 1. §. *final. de concess. præb.* cum fraus, dolusve nemini patrocinari fas, juraque sinant, *l. itaque fullo, ff. de furtis, cap. dictum 30. q. 1. cap. intelleximus, de judiciis, cap. tuæ 12. de Cleric. non resid. cap. sedes, cap. ex tenore, de rescript. cap. 2. de dolo, cap. 2. de cognat. spiritual. cap. 1. de collus. deteg. cap. tuus, de usuris.* hinc Cic. pro L. Murena; ibi: *id erit ejus vitrico fraudi, ac crimini.* & ad Atticum; ibi: *Fit gratia Bruti, Senatus Consultum, ut neve Salaminis, neve qui eis dedisset, fraudi esset.* & in Verrem; ibi: *Statuunt illi, atque decernunt, ut hæ literæ, quibus existimatio C. Verris læderetur, removerentur: operaque daretur, ne ea res C. Verri fraudi esse posset.* & pro Sex. Roscio Amerino; ibi: *id erit ei maximæ fraudi.* & in Philipp. ibi: *Censeo, ut iis, qui in exercitu Antonii sunt, ne sit ea res fraudi, si ante Calennas Februarii ab eo discesserint.* & ibidem: *duos Cn. Pompeii summi, ac singularis viri fratres, incolumes haberemus, quibus certè pietas fraudi esse non debet*; ac denuò: *eis fraudi ne sit, quòd cum M. Antonio fuerunt.* & pro Cluentio; ibi: *Quæ res nemini unquam fraudi fuit.* & Lentulo; ibi: *Si quid ex his rebus, quas tibi fortuna largita est, nonnullorum hominum perfidia detraxerit, id majori illis fraudi, quàm tibi futurum.* Livius *ab Urbe cond.* ibi: *Alii metu, ne nõ venisse fraudi esset.* ibidẽ: *Ne cui fraudi esset, secessio militũ, plebisq;* ibidẽ: *ut transitio sibi, nec fraudi, nec honori sit.* ibidem: *Latum ad populum est, ne Servilio fraudi esset, quòd patre vivo ædilis plæbis fuisset.* ibidem: *Ut qui Civis Campanus ante certum diem transisset, sine fraude esset.* ibidem: *Sua omnia sine fraude Pecii deportant.* idem *de bello Punico; ut sine fraude Punicum emitteretur præsidium.* idem *ab Urbe condit.* ibi: *Militibus cavendum, ne fraudi secessio sit.* & indidem: *Judicibus ne fraudi ea res sit, curaret.* ac postmodum Cic. *de Amicitia 75.* ibi: *Maxima autem culpa in eo est, qui & veritatem aspernatur, & in fraudem obsequio impellitur*: ne in infinitum lites protrahantur, cum minuendarum studium litium utroque commendetur jure, *l. 3. §. 1. ff. de receptis, l. 1. ff. de jur. jurand. l. ult. ff. pro suo, l. 1. §. unde quæritur, ff. de novi operis nunciat. l. quidam 21. in fin. ff. de reb. credit. l. properandum 13. in princ. C. de judiciis, cap. finem 5. de dolo, & contumacia, cap. 2. de re judic. l. quidam 13. ff. de servit. rustic.* Consule Cujacium *lib. 18. observ. cap. 38.* Merill. *lib. 3. observat. cap. 8. & in l. debitores 10. C. de pignoribus.* Cajum Siliũ apud Tacitum *lib. 11. annal. circa principium.* Plinium *lib. 2. epist. 3.* D. Ambrosium *lib. 3. de virgin.* Senec. 2. *de ira, cap. 7.* Vultejum *de judic. cap. 1.* Bermult. *dissertat. polit. dissert. 6.* Osuald. *lib. 17. Donel. cap. 1. litera C.* Ro-
3 bertum *lib. 2. rer. judicat. cap. 16.* etenim optimi Principis studium esse debet, lites finire, ac minuere, *c. jurgantiũ, de re judicat. l. 4. §. 1. ff. de alien. judic. l. quidam 21. de judiciis, l. 21. C. de fid. instrum. l. litibus 20. C. de agricolis, lib. 11.* cùm per lites foveantur inimicitiæ, odio, & injuriæ, ut prudenter censuit Cajus Silius *loc. supralaud.* inspicito Lipsium *lib. 2. de civil. disciplin. cap. 11.* Solorzanum 1. *tom. de jure Indiar. lib. 3. cap. 3. num. 7. & lib. 3. polit. cap. 31. in fin. & lib. 5. cap. 8.* Larream *tom. 1. decis. cap. 4. num. 8. & cap. 38. num. 14. & cap. 39.* Ioannem Barclajum *in Argenide, lib. 3. pag. 375.* Vermulejum *dissert. polit. dissertat. 6.* Forsterum ad Tacitum *pag. 222.* Fornerium *lib. 3. rer. quotid. cap. 1.* Balduinum *in prolog. ad tit. de act.* Solorzanum *de jure Ind. lib. 3. cap. 3. num. 8.* Hinc Cic. *pro lege Agraria;* ibi: *Etenim ut circumspiciamus omnia,*

Mm *quæ*

quæ populo grata,atque judicanda sunt, nihil tam populare,quàm pacem,quā concordiam; & Virgilius

Pars mihi pacis erit,dextrā tetigisse Tyrāni. nec thesis isthęc alia indiget probatione;cum se ipsa liqueat; igitur,&c.

4 Neu obstare prædicentur Capiciana illa verba in fine adjecta; ibi: *& fuit ex æquitate votatum, & conclusum, & sic decretum, quòd non daretur nova dilatio, quę petebatur, sed quòd admitteretur Reus sine aliqua dilatione ad pinguius seu ulterius se defendendum*:

5 propter eaquod ex suppositione quod Judex ex æquitate (secus verò ex justitiæ rigore) reum iterum audire velit,id nonnisi summariè, non autem juxta ordinarium audiendi modum efficere debet, quod ex ipsismet Capicianis verbis liquet; ibi: *sine aliqua dilatione*.

6 Vel aliqua justa petendi causa habeatur (quæ Judicem haud fugere debet) utputà si intra terminum à Judice designatum; vel testis notio minimè habita esse potuit; vel si testis de novo producendus in longinqua se transtulisset loca, vel si de articulo notio,per tempus à Judice stabilitum,haud esse potuit, vel id genus, tunc secunda termini dilatio haud dubiè indulgenda sit; nec Capiciana isthæc decisio hoc in casu commentanda est. Authores sunt Bartolus, Baldus, Iason apud Capicium *hic,à num.1.usque ad* 8.

7 Probatur: Nemo indefensus est damnandus: alioqui naturali obversaretur juri; quod perabsurdum foret: propterea quod defensitatio non nisi naturali inspecto jure cuilibet debetur, *l.1.§.ita cum edicto, ff. quæ sent. appellat. l. de unoquoque, ff.de judiciis*. Caramuel *in Theolog.morali,quæst.8.casu* 37. *pag.* 124. Cironius *in Paratitl.5.decretal. tit.* 28. *de appellat.pag.*159. Hinc Plaut. *in Rud.* 17. 26. ibi: *Sedete hic modo, ego hinc tamen vos tutabor,aram habete hanc vobis pro Castris, mœnia hinc ego defensabo præsidio Veneris, & malitiæ Lenonis contrà incedam.*& Cic.*lib.*1. *offic.* ibi: *Si igitur non poterit sive causas defensitare,sive populum concionibu tenere,sive bella gerere, ille tamen præstare debebit, quæ erunt in ipsius potestate*. & pro Cluent. ibi: *Innocentiæ defensio respirat*. in nostro porrò casu reus in culpa minùs esse supponitur; cum impossibile ducatur, ut hujusmodi & cognitiones, & probationes habere potuerit; igitur ne indefensus damnetur: juremeritò secundus probationis terminus ipsi à Iudice permittendus est.

8 Haud est denegandum tamen, quòd in hisce, idque genus facti speciebus nulla determinata regula designari potest, ac per consequens meo judicio id prudentis Judicis arbitrio esse redigendum;cujus muneris est inspicere, num reus sit in culpa; nec nè; quo ritè inspecto, ac pensitato juxta ejus conscientiam,quid sit decernendum,prædefinire; adeoque vel dilationem denegare, vel eam summariè, vel ordinariè permittere. Hinc Cic.in Verrem; ibi: *Est boni Judicis, parvis ex rebus conjecturam facere,uniuscujusque, & cupiditatis,& incontinētiæ.*& pro Cluent.ibi: *Est sapientis Judicis,meminisse,se hominem,cogitare sibi tantum esse permissum, quantum commissum sit, & creditum.Et non solùm sibi soli potestatem esse datam, verùm etiam fidem habitam esse,meminisse posse quem oderit, absolvere: quem non oderit,condemnare:& semper non quæ velit ipse, sed quid lex, & religio cogat, cogitare. Animadvertere,qua lege reus citetur, de reo cognoscat, quæ res in quæstione versetur. Cùm hæc sint videnda: tum illud est homini magni Judicis,atque sapientis,habere in consilio legem, fidem, religionem,æquitatem:libidinem autem, & invidiam, metum, cupiditates omnes amovere: maximi æstimare conscientiam mentis suæ, quam à Diis immortalibus accepimus,quæ à nobis divelli non potest.*& Pro Cluent. & 3.*Offic.*ibi:*Cùm Judici dicenda sententia est meminerit, se Deum habere testem, idest, mentem suam, qua nihil homini dedit ipse Deus Divinius*.

Pro prædefinitionis istiusmodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Terminus pro scripturarum privatarum verificatione ad testes examinandos:numquid post conclusionem in causa concedendus sit, si in conclusione scripturarum productio reservata fuisse prædicetur.

Terminus ad testes examinandos super scripturarum verificatione: num post conclusum in causa concedendus sit, si in conclusione scripturarum productio reservata fuerit.

Ad scripturas præsentatas ante conclusionem comprobandas: utrum rescissa conclusione permittendus sit terminus, si per partem adversam improbatæ fuerint.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prędefinitio.
Num. 2. & 3. ejusdem probationes.
A' num. 4. usque ad 8. ejusdem oppositiones,solutionesque.
Num. 8. Thesis secundæ decisio.
Num. 9. ejusdem probatio.
Num 10. Thesis tertiæ finitio.
Num. 11. ejusdem probatio.

1 Terminum pro scripturarum privatarum verificatione ad testes examinandos, post conclusum in causa haud concedendum fore, si in scripturarum conclusione productio reserva-

ta

ta fuisse prædicetur, existimo 1. est Afflicti *decis.* 272. Reg. de Franchis *decis.* 631. Tapiæ *in prag.* 14. *incip. post conclusionem, de ord. judic.* Muscatelli *in praxi S.C. lib.* 1. *p.* 7. *gloss. præsentatas, num.* 8. Riccii *in collect. decis.* 85. literis mandantium, sic per S. C. prædefinitum fuisse. Author est Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *terminus ad examinandum testes pro verificatione scripturarum.* inspicito Reg. de Marinis *observat. ad decis.* Revert. 340. *nu.* 1. 2. & 3.

2 Probatur 1. Si pro scripturarum privatarum verificatione ad testes examinandos hujuscemodi daretur terminus, sanè novus fabricaretur processus adversus concludentiū intentionem, quod plusquam absurdum foret, cum id juribus obnoxium esset: etenim fraudibus, dolisve aditus fieret, *l. itaque fullo, ff. de furtis, cap. dictum* 30. *quæst.* 1. *cap. intelleximus, de judic. cap. tuæ* 12. *de Clericis non residentibus, cap. sedes, cap. ex tenore, de rescriptis, cap.* 2. *de dolo, cap.* 2. *de cognat. spirit. cap.* 1. *de collus. deteg. cap. tuus. de usuris*: siquidem nemini patrocinari debent, *l. in fundo, ff. de rei vendic. l. cùm ii, §. si cum lis, ff. de transact. l. qui sub prætoxtu, C. de sacrosanct. Eccles. cap. porrò, de divort.* Clem. 1. *de usur.* Clem. 1. §. *fin. de concess. præb.* Hinc Terent. *in And.* ibi: *Si quid consilii habet, ut consumat nunc, cum nihil obsint doli.* & Cic. *pro domo*; ibi: *Ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur*; igitur, &c. Afflictus Author est *hìc, num.* 2.

3 Eodem prorsus pacto, quo prima facti speciei pars comprobata fuit probatur 2. alioqui lites in infinitum protenderentur. Cironius *in paratitl. tit. de appellat. pag.* 160. Cujacius *lib.* 12. *observ. cap.* 4. ubi plures Osualdus, Cironius *ad tit. de prescriptionibus*; idque genus, quod perabsurdum foret; igitur, &c.

4 Dices 1. In cōclusione scripturarum productio, earumdemque oppugnatio, ac approbatio jam reservatæ supponuntur; igitur scripturæ privatæ post conclusionem præsentatæ approbari, impugnarique per testes possunt; igitur, &c.

5 Distinguendum est antecedens: si de scripturis publicis sermo habeatur, concedo antecedens; sin de privatis, erroneum, unà cum ejus illatione, ducitur; alioqui judicia in infinitum protenderentur, quod perabsurdum foret. supralaudati Authores.

6 Dices 2. Scripturarum appellatio, & privatas, & publicas amplectitur. Innocentius apud Afflictum supralaudatum Author est; igitur non est major ratio, cur de publicis; secus verò de privatis id commentandum erit.

7 Quicquid sit de Afflicti responso: numquid argumentum diluit: tu mi Lector Judex esto; mea sententia sic esse solvendum censeo: tametsi regulariter loquendo sub scripturarum nomine & publica, & privata compræhenduntur, siquidem genus est, suas amplectens species, *l. si chorus, ff. de legatis* 3. *l. cum quærebatur, ff. de verborum signif.* argum. *l. in obligatione generali, ff. de pignoribus, l.* 3. *ff. de evictionibus, l. qui peculii, ff. de peculio, cap. veniens, cap. Quintavallis, de jure jurando, cap. ultimo, de Officio Vicarii, lib.* 6. inde est, quòd per speciem generi derogatur, *l. in toto jure* 91. *ff. de reg. jur. l. sanctio* 41. *ff. de pænis, cap.* 1. *cap. pastoralis*, §. *quoniam, de rescriptis, cap.* 1. *de reg. juris, lib.* 6. verumtamen nostro in themate dumtaxat illæ venire edisseruntur scripturę, quæ fidem probationis aliquam parturiunt; quod & de publicis, & de privatis à testibus obsignatis, quæ suo in genere etiamnum publicæ feruntur, commentandum est; secus verò rigorosè de privatis, haud à testibus obsignatis: quādoquidem scriptura privata caret præsumptione illa, quę est pro scriptura publica, *l. cum precibus, Cod. de probat.*

8 Terminum ad testes examinandos super scripturarum verificatione, post conclusum in causa concedendum esse, si in scripturarū conclusione productio reservata fuerit, eximo 2. est Afflicti *decis.* 271. de Franchis *decis.* 631. Tapiæ *in prag.* 14. *incip. post. conclus. de ord. jud.* Muscatelli *in prax. S.C. lib.* 1. *parte* 7. *glossa præsentatus, num.* 8. Riccii *in collect. decis.* 85. Peregrini *decis. Patav.* 46. *num.* 12. Parlad. *rerum quotid. lib.* 2. *cap.* 17. Thorus Author est *compend. decis. tomo* 1. §. *terminus ad examinandum testes pro verificatione scripturarum privatarū*, & §. *terminus ad examinandum testes super invaliditatæ scripturæ*, quod non nisi de publicis, vel tribus obsignatis testibus commentandum erit.

9 Eodem prorsus medio, quo facti species articuli primi commōstrata fuit, probatur, cū utrobique par urgeat ratio, ut speculanti liquet; inde fit eadē juris statuitio, *l. illud, ff. ad leg. Aquiliā, l. si postulaverit*, §. 2. *ff. ad leg. Jul. de adult. l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. nauta*, §. *final. ff. nautæ caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, C. de sacros. Eccles.* §. *si igitur.* Instit. *quod cum eo, l. his solis, vers. satis etiam cautè putamus, C. de revocandis donat. l. item veniunt*, §. *ait Senatus, ff. de petit. hæredit.* secùs è diverso, *l. si ita, ff. de manumiss. testam. l. servus, ff. de statu liber. l. inter stipulantem*, §. *sacram, ff. de verbor. obligat. l. fin. ff. de ritu nuptiarum.* Hinc Cicero 2. *Tusculanar.* ibi: *Domina omnium, & Regina, ratio: connexa per se, & progressa longius, fit perfecta virtus: hæc ut imperet illi parti animi, quæ obedire debet, id videndum est viro, velut servo Dominus, velut Imperator militi, velut parens filio.* & 4. *Tusculanar.* ibi: *Benè adhibita ratio cernit quid optimum sit: neglecta, multis implicatur erroribus.*

10 Ad scripturas præsentatas ante conclusionem comprobandas rescissa cōclusione permittendum esse terminum si per partem ad-

versam improbatæ fuerint, existimo 3. dummodo de publicis sermo habeatur scriptis. est Afflicti *decis.* 115. Muscatelli *in praxi S. C. par.* 7. *glossa facta publicatione, num.* 1. Caravitæ *in ritu* 238. *num.* 3. Tapiæ *in ritu* 75. *item facta publicatione, num.* 1. Vivii, aliorumque. Thorus Author est. *compend. decis. tom.* 1. §. *terminus ad comprobandum scripturas præsentatas*.

12 Probatur: Si scripturæ publicæ post conclusionem in causa, ex supra commonstratis, per adversarium præsentari possunt, à fortiori rescissa conclusione. Difficultas verò foret de privatis scripturis, & reverà sive scriptura privata tribus obsignata testibus; sive non, rescissa conclusione tunc ipsarum præsentatio fieri potest: siquidem rescissa conclusione res ad priscum redigitur statum, cum per easdem causas, per quas res fit, per easdem dissolvatur, pessundeturve, *cap. omnis* 27. *quæst.* 2. *cap. omnis res, de regul. jur. in decretalibus, l. omnia, ff. de reg. jur. l. ferè quibuscumque, ff. eod. l. prout, ff. de solutionibus, l. si possessor.* §. *penultimo, ff. de petione hæred. l.* 22. *Cod. ad Vellejan. l. sancimus in fin. Cod. de fidejussor.* Consule Petrum Fabrum *ad legẽ nihil tã naturale* 35. *ff. de reg. jur. pag.* 167. ac per consequens scriptum quodlibet seu privatum cujuscumque generis sit, seu publicum præsentari jura sinunt, ne quis indefensus mansitaret, quod juribus proculdubio obversaretur, *l.* 1. §. *ita cum edicto, ff. quæ sent. appellat. l. de unoquoque, ff. de judiciis.* Caramuel *in Theologia morali, quæst.* 8. *casu* 37. *pag.* 124. Cironius *in paratitl.* 5. *decretal. tit.* 28. *de appellationibus, pag.* 159. Hinc Terentius *in Andria* 4. 6. 18. ibi: *Simul arbitror jam esse aliquem amicum, & defensorem ei.* & Plaut. *in Bacch.* 8. 39. ibi: *Nunc priusquam est septennis si eum attingas manu, extemplò puer pædagogo tabula dirumpit caput, cum patrem adeas postulatum, puero sic dicit pater, Noster esto dum te poteris defensare injuria.*

DECISIO LXXXII.

IN Causa Thomæ de Piacente, seu Ioannis Andreæ, & Marci ejus filiorum cum Perico de Milia fuit repetitis de dictis supra proximè dubitatum, an dato termino ad probandum, eoque elapso, si in illo neutra partium aliquid facit, possit Actor hoc petens reintegrari ad terminum probandum, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

TErminus ad probandum extinctus, in quo neutra partium aliquid probasse feratur: numquid ad Actoris instantiam etiamnum redintegrandus sit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prędefinitio.
Num. 2. ejusdem Thesis probatio.

1 SI nulla Judici justa videatur redintegrandi causa, quippè ad actoris instãtiam haud fore redintegrandum reor. est Capicii hìc literis mandantis sic per S. C. prædefinitum fuisse; ibi: *dum referrem casum hunc, seu istud incidens Sacr. Cons. omnes mihi dixerunt dictum terminum non esse redintegrandum.* Muscatelli *in praxi S. C. parte* 5. *glossa defendendum, num.* 17. & 27. aliorumque. Author est Thorus *compend. decis. tom.* 1. §. *terminus ad probandum elapsus, in quo neutra parte.*

2 Thesis isthæc eodem prorsus medio quo 81. decisio comprobata fuit, commonstratur; siquidem utrobique par urget ratio ceu speculanti liquet, adeoque eadem juris prædefinitio, *l. illud, ff. ad legem Aquiliam, l. si postulaverit,* §. 2. *ff. ad legem Juliam, de adult. l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. nauta,* §. *fin. ff. nautæ caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, C. de Sacros. Eccl.* §. *si igitur,* instit. *quod cum eo.* Hinc Cicero *Paradox.* 1. ibi: *Plus apud nos vera ratio valeat, quàm vulgi opinio.* & 3. *de natur. Deorum*; ibi: *Ut patrimonium homini ab homine relinquitur, sic ratio homini à Deo:* quandoquidem in Actoris ditione haud est judiciariũ posse pervertere ordinem: siquidẽ forma in aliquo servanda actu, si in illo deficiat, actus infirmatur, *l. Mævius, l. qui hæredi, ff. de conditionibus, & demonstrat. l.* 1. & 2. *C. quando provocare non est necesse*: cum substantialis forma rei esse refundat, *l. Divus, ff. de in integrum restit. l. Julianus* 9. §. *quis rem, ff. ad exhibendum, l. qui hæredi, l. Mævius, ff. de condition. & demonstrat, l. cùm hi,* §. *Prætor aditus, ff. de transactionibus, l. qui per salutem, ff. de jure jurand. l. in conventionibus, ff. ad municip. l. is qui quadraginta,* §. *quædam, ff. ad l. falcidiam, l. cùm antiquitas,* §. *cùm autem, C. de testam.* Clem. 1. *de reb. Eccles. non alienand. l. si quando* 35. *C. de inoffic. testam.* Antonius Faber 3. *Cod. tit.* 3. *qui pro suo jurisdict. judic. dare darique possess. definit.* 3. *in allegat. num.* 9. Aristoteles Physic.

fic. lib. 1. cap. 9. quæst. 10. art. 1. nec pro libito lites prorogare, cum id juribus observetur, *l. si servus, ff. de obligat. & action. l. æquissimum 17. ff. de usufructu, l. 4. ff. de alienat. judic. l. properandum; C. de judiciis, l. final. ff. pro suo, cap. finem de dolo, & contumacia, l. quidam 13. ff. de servit. rustic. l. 3. §. 1 ff. de receptis, l. 1. ff. de jure jurand. l. 1. §. unde quæritur, ff. de novi operis nunciat. l. quidam 21. in fin. ff. de rebus credit. cap. 2. de re judic.* Consule Cujacium *lib. 18. observ. cap. 38.* Merill. *lib. 3. observat. cap. 8. & in l. debitores 10. C. de pignoribus.* Osualdum *lib. 17. Donelli, cap. 1. litera B.* Vultejum *de judic. cap. 1.* Robertum *lib. 2. rer. judicat. cap. 16.* Solorzanum *de jure Indiar. tom. 1. lib. 3. n. 7. & in polit. lib. 3. cap. 31. & emblemat. 68.* Inde est quòd lites ocyus terminandæ sint, *cap. nulli 28. §. cum autem, de rescriptis, cap. venerabilis, de judiciis, cap. 1. de sentent. & re judicat. lib. 6. cap. finem litibus, de dolo, & contumacia, cap. ut litigantes, de officio ordinarii, lib. 6. cap. judicantem 3. quæst. 5. cap. cùm apud 11. quæst. 3.* Clem. *sæpè, de verborum signif.* Concilium Tridentinum *sess. 24. de reform. c. 20. & sess. 25. cap. 10. l. 2. ff. de confessis, l. proinde, ff. ad l. Aquiliam, l. quidam existimaverunt, in fine, ff. de rebus creditis, l. minoribus, ff. de minoribus, l. item si res, §. fin. ff. de alienat. judicii, l. 3. C. ut intra certum tempus criminalis actio terminetur, l. litibus, C. de agricolis, lib. 11. l. fratris, C. de transactionib. l. terminato, C. de fructibus, cap. final. de probationibus, cap. cum olim il 2. versic. Judices autem, de privilegiis, cap. cum ex literis 5. de in integrum restit. minor. cap. venerabilis 20. de judiciis.* Revardus *pro Tribunali, cap. 11.* Tiraquel. *in l. si unquam, verbo revertatur, nu. 110. C. de revocandis donationibus,* Valascus *de privileg. pauper. & miserabilium personarum, part. 1. quæst. 51. num. 6. & 8.* supralaudatus Osuald. ad Donellum *lib. 23. comment. cap. 9. litera Z. & lib. 26. cap. 1. litera K.* Alciatus *reg. 3. præsumpt. 9. num. 8.* Cujacius *tit. de diversis temp. præsc. & terminis, cap. 22. lit. E. pag. 302. tom. 1. & lib. 1. observat. cap. 8. & lib. 17. cap. 23.* cum Reipublicæ intersit ne lites fiant immortales, *d. cap. finem litibus, de dolo, & contumacia*: enimverò ex dilatione magna partibus incommoda resultant: quare juremeritò & optimi Principis studium esse debet lites minuere, ac finire, *dicto cap. jurgantium, de re judicat.* inspicito Cajum Silium ad Tacitum *lib. 11. annalium in principio.* Lipsium *lib. 2. de civil. discipl. cap. 11.* Vermulejum *dissert. polit. dissert. 6.* Balduinum *in prolog. ad tit. de action.* Solorzanum *tom. 1. de jur. Ind. lib. 3. cap. 3. num. 7. & 8. & lib. 3. polit. cap. 31. in fin. & lib. 5. cap. 8. & Judicis, d. l. quidam existimaverunt, in fin. ff. de reb. creditis.* Hinc Cic. 2. Offic. ibi: *Judicis semper est verum sequi.* & pro Planc. ibi: *Semper iniquus est Judex, qui aut invidet, aut favet, habetque judicio imbecillis esse invidia.* quod prudentis Judicis judicio redigendum est. Hinc Cicero 2. *de Orat.* ibi: *Plura judicant homines aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut lætitia, aut spe, aut timore, aut errore, aut aliqua permotione mentis, quā veritate, aut præscripto, aut juris norma aliqua, aut Judicis formula, aut legibus.*

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Terminus, numquid à reo rogitandus sit, ut contra scripturas ab Actore post conclusum in causa præsentatas, defensitare possit.

Lis contestanda si post instantiā peremptā rursus peragatur: utrum terminus ad probandum iterum permittendus sit.

Testis inimicia ante ipsius receptionem allegata an termino indigere prędicetur, ut in ipsius receptione supersedeatur.

An ad tertii instantiam in judicio comparentis terminus in causa concedendus sit, si ex Actoris, ac conventi assensu, haud dato termino, Processus compilatus esse perhibeatur.

Reo super instrumenti tenore citato, novissima inspecta Pragmatica 8. §. 8. *de instrum. liquid.* num terminus à Judice permittendus sit.

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. Thesis primæ prædefinitio.
Num. 3. & 4. ejusdem probatio.
Num. 5. Thesis secundæ decisio.
Num. 6. & 7. ejusdem probatio.
Num. 8. Thesis tertiæ finitio.
Num. 9. & 10. ejusdem probatio.
Num. 11. Thesis quartæ prædefinitio.
Num. 12. ejusdem probatio.
Num. 13. Thesis quintæ decisio.
A num. 14. usque ad 17. ejusdem probatio.
Num. 17. exploditur Regens Sanfelic. *decis.* 90.
Num. 18. Thesis sextæ finitio.
Num. 19. ejusdem probatio.

1 SI de primævo sit sermo themate, & tunc distinguas, vel de scripturis istiusmodi notionem habuisse feratur reus, atqueadeò ad oppugnandum, terminus ipsi à Judice permissus esse supponitur, & tunc lapso oppugnationis termino, si hujusmodi scripturæ ab actore post conclusum in causa præsententur, quippè per reum ad illas oppugnandas de termino amplius rogitari
2 nequit; secus verò si de ipsis nova habeatur notio

notio: siquidem tunc novus ad oppugnandũ permittendus sit à Judice Reo terminus. est Reg. de Marinis *observat. ad decis.* 90. Reg. Revert. *num.* 6. referentis sic per S. C. prædefinitum fuisse. Reg. de Franchis *decis.* 631. Reg. Tapia *in prag.2. de ord. judicior.* situata *in tit. de præsent. scriptur. num.* 5. Castill. *decis.* 57. *num.* 10. aliique, & idem *ad observat. decis.* 95. *num.* 3. laudans Tapiam, Muscatellum, Rovitum, aliosque.

3 Probatur: ubi reo haud ignoratum prædicetur scriptum; ipsique à Judice datus ad se tutandum supponitur terminus, cum defentio cuilibet debeatur reo, *l.*1.*§.ita cum edicto, ff. quæ sentent. appellat. l. de unoquoque, ff. de judiciis, l.*1.*ff. de edendo.* Antonius Faber 4.*Codicis, tit. de testibus* 15.*defin.*3.*num.*8. *in allegat. pag.*328. Cironius *in paratitl.* 5.*decr. tit.* 28.*de appellat. pag.*159. Caramuel *in Theologia morali, quæst.*8.*casu* 37.*pag.*124. toties in culpa proditur reus, quominus scriptum, haud reprobaverit; inde est, quod in culpa fuit, quæ suum sectatur authorem, *l. sancimus, Cod. de pœnis, cap. quæsivit de iis, quæ fiunt à majori parte capituli. cap. Romam in fine, de sent. excomm. lib.*6. hinc Cic. *de amicitia* 67. ibi: *& hic honos veteri amicitiæ tribuendus est, ut is in culpa sit, qui faciat, non qui patiatur injuriam*, & indidem 75. ibi: *maxima autem culpa in eo est, qui & veritatem aspernatur, & in fraudem obsequio impellitur*, ac per consequens ne lites frustra prorogentur, ut litteris mandant. Cujacius *lib.* 12. *observat. cap.* 4. & Plato *lib.* 5. *de legibus*, neve aditus illas prorogandi detur, quod juribus obnoxium foret, *l. in fundo, ff. de rei vendicat. l. cum ii, §. si cum lis, ff. de transact.* hinc Cic 1. *Offic.* ibi: *vi, aut fraude fit injuria fraus quasi vulpeculæ vis Leonis videtur.* & Plat. *in Mil.* ibi: *ut ne legi fraudẽ faciã talariæ*; juremerito S.C. prædefinit terminum

4 ipsi fore denegandum, idq; non nisi ne unusquisque probationis termino sibi à Iudice dato abutatur, neve Judex illudatur. hinc Cic. 3. *de legibus*, ibi: *Magistratus lex est loquens*; & indidem, ibi: *Magistratibus opus est, sine quorum prudentia civitas esse non potest, quorum descriptione, omnis Reipublicæ moderatio continetur, neque iis solùm præscribendus est imperandi, sed etiam civibus obtemperandi modus. Nam & qui benè imperat, parverit aliquando necesse est: & qui modestè paret, videtur qui aliquando imperet, dignus esse*; secus vero edisserendum si de ipsis nulla per reum notio habita fuerit: quandoquidem tunc in culpa, doloque minus est, cum invincibiliter ignorans ab omni excusetur culpa, pænaque, *l. inter causas* 26. *ff. mandati, cap. ignorantia, de reg. juris, l. nec ignorans, Cod. de donationib. arg. l. quandiu, Cod. qui admitti*, Hotmanus 3.*instit. tit.*14.*de mandato, §. rectè quoque, lit. C. pag.*684.*tom.*2. Petrus Faber *ad leg. qui in alterius* 42. *de regul. juris, lit. A. pag.* 187. hinc Cic. *lib.*3.*officior.* ibi: *quotus quisq; reperitur, qui impunitate, & ignoratione omnium proposita, abstinere possit injuria?* & de *Amic.* ibi: *qui aliquandiu propter ignoratione stirpis, & generis in famulatu fuerint*; & Ovid. 1.*Trist. eleg.*4. ibi: *ignoraretur forsitan illa fides*; tametsi reus scripta hujuscemodi, ut repræsententur instare possit, non nisi ad illas oppugnandas, si necessum ducatur, alioquin indefensus restaret, contra textum *in l.*1.*§. ita cum edicto, ff. quæ sent. appellat. l. de unoquoque, ff. de judiciis, l.*1.*ff. de edendo.*

5 Lis contestanda si post instantiam peremptam rursus peragatur: tũc terminus ad probandum iterum concedendum esse reor. est Galluppi *in praxi S.C. parte* 2. *cap.*16. *num.* 30. Thori *compend. decis. tomo* 2. *§. terminus, an iterum concedendus sit, sive lis contestanda*, memorantis sic per S. C. fuisse sancitum.

6 Probatur ubi primæva instantia perempta esse prædicatur; toties deinde novum efformandum, occipiendumq; est judicium, ac per consequens novus permittendus erit terminus, adeoque ita se habet, perinde ac si num-

7 quam incæptum fuisset; quicquid enim extinctum est, pro nihilo ducitur, cum non entis nulla sint attributa, *l. ejus qui in provincia, vers. quoniam, ff. si certum petatur, l.*4.*§. condẽnatum, ff. de re judicat. l.*2.*ff. de usufruct. l. Pomponius, §. fin. de acquirẽda possess. l. si servum, §. fin. ff. de action. empti, l. nec ullam, §. si quis absentis, ff. de petition. hæredit. l.*1.*ff. de hæred. vend. cap. bonæ de elect. cap. ad dissolvendum de disponsation. impuberum, l. duo sunt Titii, ff. de testamen. tutel. l. in lege* 77.*ff. de contrah. emption. l. cum res, §. itaque, ff. de legat.* 1.*l. non putavit, §. non quævis, ff. de bonor. possess. cont. tabul.*

8 Inimicitiam testis ante ipsius receptionem allegatam: termino indigere, ut in ipsius receptione supersedeatur reor 3. est Grammatici *decis.* 86. Bajardi ad Clarum *ad quæst.* 24. *num.*25. *vers. item adde, quod quando Judex.* Mastrilli *in tract. de magistratibus, cap.*11 *lib.* 6.*num.*13.*vers. non potest recipere aliorum.* Author est Reg. Sanfelice *decis.* 174. litteris mandans, & in magno Vicariæ foro, & in S. C. sic prædefinitum fuisse; inspicito Thorum *in supplemento decis. §. inimicitia testis allegata ante receptionem*: quare adversario terminus, ut infra dies 4. præcisè, ac peremptoriè alios producat testes, si quos obtineat est concedendus.

9 Probatur ex textu *in §. si verò quis dicat odiosum, in auth. de testibus, si de capitali in promptu liqueat inimicitia*: propterea quod ideo testis à Iudice est examinandus; non nisi ut ex ipso veritas eruatur, *l. ad fidẽ, ff. de testibus*, Ant. Faber 4.*Cod. tit.*15. *de testibus, pag.* 335. & ut lux veritatis elucescat, *l. ob carmen, ff. eod. cap. præterea, cap. tam literis eod. tit.* Cironius *in paratitl.*5.*decret. tit.*20.*de testibus, & attestat. pag.*138.*l. ult. Cod. de probat. l.*1. *Cod. de testibus, l. in exercendis, Cod. de fide*

fide instrumentorum. Donellus *commentar. de jure civili lib.18.cap.13.sub n.50.pag.*208. cum sui muneris sit, secundum veritatem prædefinire. Hinc Cic. pro M. Cælio; ibi: *O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contraque fictas omnium insidias, facilè se per se ipsa defendat*; & pro Cluentio; ibi: *Multorum improbitate depressa veritas emergit, & innocentiæ defensio interclusa, respirat*; & pro Quintio; ibi: *Est interdum ita perspicua veritas, ut eam infirmare nulla res possit, tamen est adhibenda interdum vis veritati, ut eruatur*, & 1. *offic.* ibi: *Homini est propria veri inquisitio, atque investigatio.* & indidem: *Quod verum simplex, sincerumque est, id est naturæ hominis accomoda-*
10 *tissimum.* Ex infestoq; porrò veritatem eruere impossibile ducitur, cum ab inimico omne arguendum, præsumendumque sit malum; hinc Cicero *act.7.in Verr.* ibi: *tacitæ magis, & occultæ inimicitiæ timēdæ sunt, quàm indictæ, & apertæ.* & *act. 3. in Verr.* ibi: *nullæ sunt occultiores insidiæ, quàm quæ latent in simulatione officii, aut in aliquo necessitudinis nomine. Nam eum, qui palam est adversarius facilè cavendo vitare possis: hoc verò occultum, intestinum, ac domesticum malum non modò existit, verùm etiam opprimit, antequam prospicere, atque explorare potueris*; igitur nil mirum si S.C. sanxit, ad alios deducendos testes, infecto exploso teste, dandus erit terminus.

11 Ad tertii instantiam, in judicio comparentis, terminum in causa concedendum esse, reor 4. si ex actoris, ac conventi assensu, minùs dato termino, processus compilatus esse prædicetur, tametsi haud ad actoris, conventique causam immorandam.

12 Probatur: cuilibet, in foro rationabiliter comparenti, terminus ad probandum minimè est denegandus, alioqui perabsurdum foret, ut jura quis in judicio defensitare nequiret sua, siquidē juribus obversaretur, cū cuilibet naturali ex jure defensatio permissa sit, *l.1.§.ita cum edicto, ff. quæ sent. appellat. l. de unoquoque, ff. de judic.* Caramuel *in Theologia morali tomo 3. quæst.8. casu 37. pag.124.* Cironius *in paratitl.5. decr. tit.28. de appellat. pag. 159.* Plaut. *in Asinario 9.25. te obsecro defende.* Cic. C. Matio, *lib. epist.11. equidem si quando audio, tàm defendo, quàm me nescio à te contra iniquos meos solere defendi*. Gellius: *Q. Claudius hostes defendebat à pinnis facillimè*; igitur suo in genere Judex hujuscemodi, comparenti terminum ad probandum concedere debet suum: neu Reg. Sanfelicis decisio infra laudanda in isthac facti specie commentanda erit: quare Judici tertii instantis rationes examinandæ sunt, ac per consequens suo in genere terminum concedere debet.

13 Hoc in themate haud fore permittendum tertio terminum, non nisi ad actoris, conventique causam immorandam, si ex actoris, reique assensu, termino minùs permisso, processus compilatus sit, reor 5. est Covarr. Reg. Sanfelicis *decis.90. num.27.* referentis, junctis Aulis, sic per S.C. fuisse prædefinitum: quare tertio cōparenti terminum suo in genere ad suas probandas rationes Judex permittere debet; ast interea in causa procedendum est, non nisi ad expediendum, quæ in actorem, reumque versentur.

14 Probatur: tametsi tertio comparenti, ac per consequens instanti terminus suo in genere ad suas probādas rationes à Judice permittendus erit, ne quis indefensus mansitet. Hinc Cic. 3. *in Verr.* ibi: *Defensorem in mea persona, non accusatorem laudari volo.* & 1. *de Or. Paterni juris defensor, & quasi patrimonii propugnator sui*; verumtamen haud hinc sectatur, quòd causa inter actorem, reumque conventum per terminum immoranda sit; si-
15 quidem longè discriminari reputantur bina isthæc: tertio ad suas probandas rationes permittere terminum, ac terminum dare tertio, nonnisi ad causam in actorem, reumque conventum immorandam: siquidem primum verum ducitur, ut in prima thesi commonstratum fuit; alioqui quis indefensus desereretur. Caramuel *in Theologia morali, quæst. 8. casu 37. pag.124.* Cironius *in paratitl.5. decret. tit. 23. de appellat. pag. 159.* locis supra laudatis. ac pro Rab. ibi: *Custos defensorque juris, & libertatis*, & 3. *Aca.* ibi: *Ut ea pars defensionis relinquatur*. idem pro Clu. *innocentiæ defensio respirat.* secus verò secundum, in quo sensu Reg. Sanfelicis decisio commentanda erit: siquidem termini denegatio tertio denegata, in isthac facti specie, per S.C. junctis Aulis minimè concessa fuit: quandoquidem & actori, & reo convento, hac in causa jus adeptum esse supponitur, ac per consequens procul à justa causa haud est impediēdum, cum melior sit possidentis conditio, *l. si debito, ff. de pignorib. l. is qui destinavit, ff. de rei vindic. l. fin. Cod. eodem tit. l. qui accusare, Cod. edendo, §. retinendæ, vers. commodum,* Instit. *de interdict. cap. pro possess. de regul. jur. lib.* 6. quare tertius minùs impedimento esse debet, quominùs causæ retardatio isthæc fiat; tametsi suum tutari valeat jus, instando, sed minimè impediendo, cum jure careat; alioqui fraudibus aditus fieret, quod juribus obnoxium foret, *l. in fundo, ff. de rei vindic. l. cum ii, §. si cum lis, ff. de transact. l. qui sub prætextu, Cod. de Sacros. Eccles. cap. porrò, de divort.* Clem. 1. *de usuris.* Cle. 1. *§. fin. de concess. præb.*

16 etenim fraus, dolusve nemini patrocinari fas, juraque sinunt, *l. itaque fullo, ff. de furtis, cap. dictum 30. qu.1. cap. intelleximus, de judic. c. tuæ 12. de Cleric. non resid. cap. sedes, cap. ex tenore, de rescript. cap.2. de dolo, cap.2. de cognat. spirit. cap.1. de collus. deteg. cap. tuus, de usuris.* Hinc Cic. 1. *offic. vi, aut fraude fit injuria: fraus quasi vulpeculæ vis Leonis videtur.* Plaut. *in mil. ut ne legi fraudem faciā talariæ.* & idem Tullius 2. *offic. improbos, maledicos, fraudulentos.*

17 Hinc

17 Hinc explodendus est Regens Sanfelice *loco supralaudato, num.27.* edocens, quòd hic tertius comparens eodem prorsus pacto arctandus sit, quo principales processere; ceu per S.C.decisum refert. Propterea quod longè ratio est (uti ex supra commonstratis liquet) de tertio comparente ad suum tutãdum jus, ac ad impediendam actoris,reique causam: quandoquidem actor, conventusque suo resignaverint juri terminum petendi; quod de tertio id haud edisserendum est, cum ad suas commonstrandas rationes terminum reposcat, quinimo ad actoris rei causam immorandam;en quomodo longè dissident inter se istiusmodi personæ, ac per consequens ab actore, conventoque ad tertium, infirmum ducitur argumentum, ut speculanti liquet.

18 Reum super instrumenti tenore citatum, novissima inspecta *Pragm.* 8. §.8. *de instrum. liquid.*terminum à Judice permittẽdum esse, reor 6. est Thori *in supplem. decis.* §. *terminus an erit dandus reo citato super tenore instrumenti*, referens,sic per Collaterale Consilium fuisse sancitum.

19 Probatur: Tametsi per supralaudatam Prag.ad infirmitatis fidem præsentandam cũ speciali mandato dato nullus habetur sermo: verumtamen id implicitè subintelligitur: siquidem citatus, ut se ritè tutatur, necessum ducitur, ut tempus ad se defensitandum habeat,quod per termini concessionem suppleri supponitur;alioqui indefensus restaret,quod perabsurdũ foret:siquidẽ naturali oppugnatur juri,ceu supra cõmõstratũ fuit, cũ cuilibet se, suaq;jura defensare permissũ sit,*c.2.*ibi:*Se,aut sua de homicidio,cap.dilecto, vers.& quidem, de sent. excom.* quod per Principem irrationabiliter tolli nequit. Argũm. legis *nil tam naturale, ff.de reg. juris, cap. proposuisti, de concess. præbend.* siquidem naturali, Divinoque subjectus supponitur juri;positivo verò, non nisi quòad vim directivam; secus verò coactivam, *cap. justum 9.dist.* Consule Franciscum Hotmanum *in comment. verbor.juris, verbo,lex, pag.* 751. *& verbo,privilegia, pag.* 863. Petrum Fabrum *de divers. regul. juris, ad commentationem legis non omne* 144.*pag.* 526. Franciscum de Amaya *observat. juris, lib.1.cap.1.num.92.* Ausonium *in septem sapientibus*;ibi: *Parato legi quisquis legem sanxeris.* Senecam *epistola* 91. ibi: *Legem statuens,legi se subiicere debet.* Corasium *lib.4. miscell.cap.4.* Solorzanum *emblem.69.* juxta textum *in l.digna vox,Cod.de legibus, cap.pro illorum 22.cap.cum nobis,de præbendis, l. sed si hac, §.1.ff.de in jus vocando, l.lege, Cod. de pactis, l.4.de legibus.* Hinc Cicero 1. *Offic. Studiosè,plerique facta,Principum imitantur.* & 3. *de legibus. Non tantum mali est,peccare Principes (quamquam est magnum per seipsũ malum) quantum illud,quod permulti etiam imitatores Principum existant, nam licet videre, quæcumque mutatio morum in Principibus extiterit, eandem in Populo secutam: Nobilium enim vita, victuque mutato, mores Civitatis mutari solent. Nec solum vitia concipiunt ipsi Principes, sed ea infunduntur in Civitatem: neque obsunt,quòd solum ipsi corrumpuntur;sed etiam quod corrumpunt:plusque exemplo,quã peccato nocent. Pauci enim, atqueadmodum pauci honore, & gloria amplificati, vel corrumpere mores Civitatis, vel corrigere possunt.* & *Philip.* 8. *Magnum est, personam in Republica tueri Principis, qui nõ animis solùm debet,sed oculis servire Civium.* & pro *Milone*: *Nimis multa audire coguntur, neque aliter facere possunt, quibus tota commissa est Respublica.*

DECISIO LXXXIII.

IN Causa Magnifici Cæsaris de Miraballis cum Magnifico Rainaldo de Miraballis, præsupposita Regia Pragmatica, quæ dicit, *quod Reus infra triduum debet allegare exceptiones dilatorias, & eas in quinque dies immediatè sequentes probare, alias ad nemerita reservatæ intelligantur.* fuit dubitatum, an ad hoc ut illi quinque dies currant, debeat admisisse exceptiones oppositas; vel verbo dilationem illam quinque dierum assignare. an verò etiam si Iudex taceat, currat terminus supradictus, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

SUpposita Regia Pragmatica,quę jubet,quòd reus infra triduum dilatorias allegare debeat exceptiones, easdemque in duos alios immediatè sequentes dies probare astringatur: numquid ut quinque dies illi currant, Judex oppositas admittere debet exceptiones,& ex suppositione, quod Judex sileat: an supradictus currere prædicetur terminus.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.

Num.

A' num. 2. usque ad 6. ejusdem probatio.
Num. 6. Thesis secundæ decisio.
Num. 7. ejusdem Thesis probatio.

1 SI terminus istiusmodi per Actoris replicationem impeditus sit, tunc per Judicem alium dari posse Reo terminum, non nisi ad præfatas comprobandas exceptiones, existimo. est Capicii *hic, nu.* 3. literis mandantis, sic per S.C. prædefinitum fuisse; ibi: *Sacrum Consilium decrevit, quòd Commissarius bene facit admittendo Reum ad probandas exceptiones post terminum Pragmaticæ; motumque fuit in replicatione Actoris contra exceptiones, qua stante terminus nõ currit per d. authoritates, sed reformavit decretum dum statuit* 10. *dies ad quinque*.

2 Probatur: Ubi terminus Reo convento concessus, per actorem impeditus esse tradatur, toties in Rei conventi damnum haud verificari debet: siquidem impedimentum Actoris culpa, secus verò Rei conventi evenit; adeoque suum consectari debet Authorẽ, *l. sancimus* 22. *Cod. de pœnis, cap. quæsivit, de iis, quæ fiunt à majori parte Capituli, cap. Romana, in fine, de sentent. excomm. in* 6. inde
3 fit, quòd ubi haud est, ibi nullum extat delictum, *cap. cum voluntate, de sent. excomm.* ac per consequens nec pæna, *l. si putator, ff. ad leg. Aquiliam, cap. sine culpa, de reg. juris in*
4 6. quemadmodum ubi major est, ibi gravior esse debet, *cap. cum bonæ, de ætate, & qualitate, cap. tanta, de excess. prælat.* quare jure meritò pæna, culpaque ad invicem compensantur, *dicta l. sancimus, cap. cum non afferamus stateras, in fine* 24. *quæst.* 1. *cap. quæsivit, de iis, quæ fiunt à majori parte capituli, cap. felicis, §. illud autem, de pœnis in* 6. & si in hisce benignior facessenda sit commentatio, *l. penult. ff. de pœnis, cap. in pœnis* 49. *de reg. juris in* 6. *cap. ex literis, de constit.* Consule Divum Thomam 2.2. *quæst.* 108. *ar.* 4. *in solut. &* 112. *quæst.* 87. *ar.* 7. & 8. Sotum *de justit. lib.* 1. *quæst.* 6. *ar.* 5. *col.* 2. *vers. profectò, & vers. verumtamen.* Tiraquell. *in l. si unquam, verb. revertatur, num.* 246. *Cod. de revoc. donat.*
5 enimverò culpa imperitia, seu imprudentia est, in quam homines incidant. Donatus ad Terentium; ibi: *Dolus est, si scientes læserimus, culpa si nescientes: alterum sceleris, alterum stultitiæ est.* Consule textum *in l.* 1. *Cod. de hæred. tutor. l.* 2. *Cod. de in litem jurand. l. credere* 213. §. 2. *l. late* 233. *ff. de verbor. significat. l.* 1. *ff. si mensor falsum modum, l.* 1. *ff. de Magistrat. conveniend. l. penult. ff. de incendio, ruina, & naufrag. l. quod Mævio* 32. *ff. depositi, l. magna* 226. *ff. de verbor. signif. l. socius* 72. *ff. pro socio, l. si servus* 10. §. *cum quidam, ff. de legatis* 1. idque genus. Jacob. Gothofred. *in l. contradas* 23. *ff. de rei vindic. pag.* 110. Petrum Fabrum ibidem. Osualdum *lib.* 16. *Donelli, cap.* 3. *lit. E.* Corasium *in l. cùm quis, de juris, & facti ignorantia,* edocentem, quòd in eo culpa est major, & quidem magna, qui leges, constitutionesque ignorat, juxta textum *in l. latæ culpæ, ff. de verbor. signific.* Cicero *de amicitia* 75. *Maxima autem culpa in eo est, qui & veritatem aspernatur, & in fraudem obsequio impellitur.* idem indidem 67. *& hic bonos veteri amicitiæ tribuendus est, ut in culpa sit, qui faciat, non qui patiatur injuriam.* idem *de senectute* 7. *Sed omnium istiusmodi quærelarum in moribus est culpa, non in ætate.* Terent. *in Eunucho* 2. 3. 95. *an potius hæc pati æquum est fieri, ut à me ludatur dolis? quod qui re scierint, culpent? illud merito factum omnes putant.* & *in Adel.* 3. 2. 50. *Postremò quando ego conscia mihi sum, à me culpam esse hanc procul: neque pretium, neque rem ullam intercessisse illa, aut me indignam lata experiar.* Plaut. *in Bacch.* 7. 13. *illum laudabunt boni hunc etiam ipsi culpabunt mali*; igitur in ipsius damnum vertendum esse par est, *l. sancimus, C. de pœnis, cap. quæsivit, de iis, quæ fiunt à majori parte Capituli, cap. Romana, in fine, de senten. excom. lib.* 6. quandoquidem suas edidit supplicationes, quę immorationis causa fuere, ut speculanti patet.

6 Si hoc in casu Iudex sileat, tunc supradictus currit terminus. est ejusdem Capicii *hic, loco supralaudato*, memorantis sic per S. C. prædefinitum fuisse; ibi: *ad illud, quod Judex debet admittere exceptiones, ad hoc, ut terminus currat: visum fuit mihi, & D. Viceprotho. & D. Jo: de Palmerio, quod si pars non contradicit satis videtur exceptio admissa, si Judex tacet, & non rejicit.* est Reg. Tapiæ *constit. si exceptio, num.* 5. Muscatelli *in praxi S.C. lib.* 1. *par.* 5. *gloss. defendendum, num.* 3. Afflicti *decis.* 100. Author est Thorus *compẽd. decis. tom.* 1. §. *terminus dierum quinque statutus*.

7 Probatur: Ubi impedimentum aliquod ex Actoris parte haud esse supponitur; toties Regia Pragmatica suum producit effectum; ac per consequens quinque sat sint supralaudati dies, cum causa haud impedita confestim suũ gignat effectum. Argum. *legis* 1. *ff. de condict. causa data*; adeoque si est limitata, limitatum producit, *l. in agris, ff. de acquirend. rer. dominio, l. cancellaverat, ff. de iis, quæ in testam. delentur, l.* 2. *ff. de servis export. l. ex facto, §. item quæro, ff. de vulgari, & pupill. substit. l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de legatis* 2. *l. cum Geminiano, Cod. de transact. cap. ea noscitur* 13. *de sentent. excomm.* qua desinente deest, *l. adigere, §. quamvis, ff. de jure patron. l. si pater, ff. de hæred. instit. l. generaliter, Cod. de Episcopis, & Clericis, l. cum eo, Cod. de pacto inter empt. cap. magnæ, in fine, de voto, cap. cum cessante* 60. *de appellat.* inde fit, quòd magis proxima, quàm remota causa, *l. sed si plures, §. in arrogato, ff. de vulgari, & pupillari substit. l. ligni in fine, ff. de legatis* 3. magis naturalis, quam accidentalis attenditur, cum sit potentior, *l. qui habent, ff. de tutel. l. filio, quem pater, ff. de liberis, & posthumis, cap. præsenti, §. idem, de*

præbendis in 6. præsertim à dolo, culpaque excusans, *l. igitur*, §. 1. *ff. de liberali causa*, *l.* 2. *ff. de plagiar.* *l.* 1. §. *fin. ff. de ambig.* igitur, &c.

Pro decisionis hujuscemodi illustratione,

CAPUT UNICUM.

1 Terminus: numquid unicuique, ut de sua edoceat possessione cōcedendus sit, si plures extant, qui præsumant, se possidere, ac mandatum de manutenendo obtentum facere.

Extante defuncti decreto, possessionem in hæredem immediatè assiduante: utrum fideicommissario ad probandam fideicommissi exceptionē in possessorio terminus dandus sit.

Terminus à lege designatus: an per Judicem restringi, vel prorogari valeat.

Terminus in causa concessus; tametsi longævus, si eo pendente legitimum subortum fuisse prædicetur impedimentum, sive bellorum, sive id genus causa, cujus Actor à judicio discedere astrictus fuit: num remoto hujuscemodi impedimento terminus prorogandus sit, conclusione minùs obstante.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.
Num. 2. ejusdem probatio.
Num. 3. Thesis secundæ decisio.
Num. 4. & 5. ejusdem probationes.
Num. 6. Thesis tertiæ finitio.
Num. 7. ejusdem probatio.
Num. 8. Thesis quartæ prædefinitio.
Num. 9. ejusdem probatio.

Terminum unicuique, ut de sua edoceat possessione concedendum esse, si plures extant, qui præsumant, se possidere, ac mandatum de manutenēdo obtentum facere, existimat Andreolus *controv.* 433. *num.* 7.

2 Probatur: Ubi termini rogitatio impertinens esse minùs prædicatur, toties à Judice dubio procul est permittenda, *l. ad probationem, Cod. de prob. l. finali, Cod. si per vim*: alioqui quis indefensus restaret, quod juribus obnoxium foret; cum defensio non nisi naturali debeatur jure. Clement. *pastoralis*, §. *cæterum, de re judic. l.* 1. §. *cum arietes, ff. si quadrupes pauper. l.* 4. *in princip. l. scientiam* 45. §. *qui cum aliter, ff. ad leg. Aquil.* Argum. textus *in cap. significaverunt* 11. *de except. l. siquidem* 9. *l. defensionis* 11. *Cod. de exception. l. defensionis* 7. *Cod. de jure Fisci, lib.* 10. *l.* 1. §. *ita cum edicto, ff. quæ sent. appellat. l. de unoquoque, ff. de judiciis*. Caramuel *in Theolog. moral. tomo* 3. *quæst.* 8. *casu* 37. Cironius *in paratitl.* 5. *decretal. tit.* 28. *de appellat. pag.* 159. Consule Vvesemb. *in paratitl. de except.* *num.* 8. Corasium *lib.* 6. *miscell. cap.* 16. *num.* 10. Fabrum *in juris prudentia, tit.* 2. *princ.* 5. *illat.* 5. aliosque. In nostro porrò casu horum quiritatio pertinens esse supponitur; cum quilibet se ritè possidere præsumat, cum melior sit possidentis conditio, *l. si debitor, ff. de pignor. l. is, qui destinavit, ff. de rei vindic. l. finali, Cod. eodem tit. l. qui accusare, Cod. de edendo*, §. *retinendæ, vers. commodum*, Instit. *de interdict. cap. pro possessore, de regulis juris in* 6. in pari etiamnum themate, *l. apud Celsum*, §. *Marcellus, ff. de doli mali exceptione, l. si servum*, §. *sequitur, ff. de verbor. oblig. l. finali, Cod. de rei vindic. cap. in pari, de regulis juris in* 6. igitur terminus hisce à Iudice est permittendus.

3 Extante defuncti decreto, possessionem in hæredem immediatè assiduante, fideicommissario, ad probandam fideicommissi exceptionem in possessorio, terminum haud dari debere, censeo 1. est Andreoli *controv.* 433. *à n.* 1. *usq; ad* 37. tametsi in petitorio audiendus sit judicio: quare exceptiones hujuscemodi in petitorio reservandæ sunt: tametsi extemplo earum oblata foret probatio.

4 Probatur 1. Hujuscemodi extante decreto legitimus contradictor haud prędicatur fideicommissarius: propterea quod ex privilegio decreti istiusmodi recuperandæ possessionis naturam habere perhibetur, in quo remedio nemo est audiendus; nisi restituta possessione, *cap.* 1. *cap. sæpè, cap. in literis, & seqq. extr. de restit. spoliat. cap. super spoliatione, extr. de ordin. cognit. l. si de vi* 37. *ff. de judic. l. si maritus* 10. *Cod. de donat. inter vir. & uxor.* Ant. Faber 3. *Codic. tit.* 7. *de ordin. judic. def.* 7. *num.* 1. *in allegat. pag.* 181. quod etiamnum commonstratur, *ex l. finali, Cod. de edicto Divi Adriani tollendo*, cum spoliatus ante cuncta audiendus sit, *l. si quis ad se fundum, Cod. ad leg. Jul. de vi, l. meminerint, Cod. unde vi, l. si maritus* 11. *Cod. de donat. inter, l. ordinarii, Cod. de R. V. l. si quis* 8. *l. sed hæc* 2. *Cod. de præscript.* 30. *vel* 40. *l. si colono* 14. *Cod. de Agricolis, lib.* 11. *l. ult. Cod. de compens. cap.* 1. *& per tot.* 2. *qu.* 2. *cap.* 1. *& per totam* 3. *qu.* 1. *cap.* 2. *& fin. de ordin. cognit. l.* 1. §. *si prędo, ff. depositi, l.* 1. §. *eum, qui, vers. qui à me possidebat, l. colonus, l. cum fundum, ff. de vi, & vi, l. Judice* 64. *ff. de judic. l. si pignore* 22. §. *si prædo, ff. de pignorat. act.* Cujacius *in hoc textu*. Barbosa *in lege si de vi* 37. *ex num.* 30. *ff. de judic.* Donellus *lib.* 5. Ant. Augustinus *in epit. jur. lib.* 81. *tit.* 2. Solorzanus *lib.* 3. *polit. cap.* 30. *& tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 28. *&* 90. Velascus *de privil. pauper.* 1. *p. quæst.* 46. *per totam*. Corasius *lib.* 2. *miscel. cap.* 2. Vultejus *ad tit. Cod. ubi de possessione, num.* 35. *l. si quis ad se fundum*; ibi: *Ante omnia violentiæ causam examinare præcipimus*, *C. ad leg. Jul. de vi, l.* 1. ibi: *Sine ulla cunctatione, C. si per vim, vel alio modo, l. si maritus* 10. *Cod. de donat. inter, l. colonus* 12. *l. cum fundum* 18. *ff. de vi, & vi, l. si de vi* 37. *ff. de judic. l. ordina-*

narii 3. *C. de R. V. cap. ult. hoc tit. cap. in literis* 5. *cap. conquærente* 7. *de restit. spol. cap. ult.* §. *patet* 3. *q.* 1. *cap. cum Ecclesia* 3. *quæst.* 2. igitur, &c.

5 Probatur 2. Possessorium de sui natura præcedere debet petitorium, *l.* 1. *ff. solut. matrim.* ceu supralaudatis in juribus commonstratum fuit. & juxta textum *in l.* 1. *ff. quod quisque juris.* Argum. *l. si ante, cum leg. sequēti, ff. de except. cap. fin. de ord. cognit. l. naturaliter* 12. §. *nihil commune, l. permisceri* 52. *ff. de acquir. possess. l. & an eadem, ff. de except. rei judic. l. si de proprietate, Cod. si à non competenti, cap. volumus* 16. *quæst.* 4. *cap. licèt Episcopus.* Consule Cassiodorum *lib.* 3. *Epist.* 20. *& lib.* 4. *epist.* 59. ibi: *Inter cæteras, quibus humanum genus solicitatur illecebras, præcipuè vitanda est alienarum rerum turpis ambitio, quia in immensum jacta rapitur, si justitiæ ponderibus non præmatur. Avaritiam siquidem radicem esse omnium malorum, & lectio divina testatur, quæ tali sorte punita est, ut cū multa rapiat, semper egeat. Quam propter vicinitatem generis nostri, si in animis vestris coalescere volumus, ut illi nec initia concedamus. Quid enim faciunt sordes animarum splendore natalium? Illud ne potius decet eligere, quod non possit ornare. Hamasis sanguinis virum nō decet vulgare desiderium, qui genus suum conspicit esse purpuratum. Corrigamus itaque te per incitamenta Præconii, in quo adhuc nō debemus esse districti. Domus itaq; vir spectabilis, data nobis supplicatione cōquæstus est, possessiones juris sui, idest illam, atque illam, ab hominibus vestris, neglectis legibus fuisse pervasas, dum civiliter oportuerit recipi, si jure videatur exposci. sed quia de vobis non patimur diutiùs obscura jactari, qui generis claritate fulgetis, præsenti auctoritate censemus, ut imminente Juda Sajone nostro, si momenti tempora suffragantur occupata nuper cum omnibus, quæ direpta sūt supplicanti faciatis, sine aliqua dilatione restitui, &c.* Gofrid. Vvindocin. *lib.* 2. *epist.* 13. *ad Carnot.* in hujuscemodi porrò facti specie decretum extare supponitur de assidua defuncti in hæredem possessione; igitur ex Testatoris mente ab hac haud sit despoliandus hęres possessione; ac per consequens asservandus in possessione, adusque fideicommissi actiones in petitorio examinentur; cū melior sit possidentis conditio, *l. si debitor, ff. de pignoribus, l. is qui destinavit, ff. de rei vindic. l. fin. Cod. eodem tit. l. qui accusare, Cod. de edendo,* §. *retinendæ, versicul. commodum,* Instit. *de interdictis, cap. pro possessore, de reg. jur. lib.* 6. *apud Celsum,* §. *Marcellus, ff. de dol. mal. exception. l. si servum,* §. *sequitur, ff. de verb oblig. l. fin. Cod. de rei vendic. c. in pari, de regul. jur. lib.* 6. quandoquidem, nec à Principe sine causæ cognitione à suæ possessionis commodo quis privare quit, *cap.* 1. *de causa possessionis.* Antonius Grannanieto *in* 2. *decret. tit.* 16. *ut lite pendente, num.* 2. *pag.* 102.

6 Terminum à lege designatum, per Iudicē, justa existente causa, nonnunquam restringi, vel prorogari posse, censeo 2. est Cancerii *var. resol. parte* 2. *cap.* 16. *de tertiis oppositoribus, num.* 37.

7 Probatur: Ubi justæ restringendi, prorogādique habetur causa; toties jura silent, *cap. quod non est licitum, de reg. jur. cap. quanto, de consuet.* juxtà protritum dicterium illud: *Lex haud subditur necessitati.* nec è diverso, *l. tutor, qui repertorium, ff. de administ. tutor. l. ut gradatim,* §. 1. *de muneribus, & honoribus l. non solum,* §. *final. ff. de excusat. tutor. l. aliquando, ff. de offic. Proconsulis, l. si quis filio, ff. de injusto rupto, l.* 1. *Cod. de operibus libertor. l. pro tyronibus, C. de privileg. Domus August. lib.* 11. *cap. licet, de feriis, cap.* 5. *in fin. de consuetud. cap. exiit, col.* 4. *in fin. de verbor. signif. lib.* 1. Hinc Cic. 3. *de Oratore*; ibi: *Necessitas cogit, quòd non habeas, aliunde sumere*: quinimò tacitè Judicis decreto, ac per consequens, sive restrictioni, sive prorogationi assentiuntur; alioqui haud essent jura: siquidem justū minùs vellent; quod perabsurdum foret: cum jura non nisi justum præcipiant; nam si jus à justitia etymon sumpsit, prorsus consequens est, ut ubi non est justitia, ibi nec jus sit. Antonius Faber *in juris prudentia Papinianea, tit.* 1. *de justitia, & jure, princ.* 1. *illat.* 2. *pag.* 2. Hinc Cic. 1. *de legibus*, ibi: *Lex est summa, insita in natura, quæ jubet ea, quæ facienda sunt, prohibetque contraria.* & *Philippic.* 11. ibi: *Lex nihil est aliud, nisi recta, & à Numina Deorum tracta ratio, imperans honesta, prohibensque contraria.* & 2. *de Orat.* ibi: *Legibus proposita sunt supplicia vitiis, præmia virtutibus.* & 1. *de legibus*; ibi: *Vitiorum emēdatricem lgem esse oportet, commendatricemq; virtutum: ab ea enim vivendi doctrina ducitur.* & 1. *de Orat. Docemur auctoritate, nutuque legum, domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates, nostra tueri: ab alienis mentes, oculos, manus abstinere.* & 2. *Offic. Leges sunt inventæ, quæ cum omnibus, una, atq; eadem voce loquerētur.* & 1. *de legibus*; ibi: *Ad salutem Civium, Civitatumque incolumitatem, vitamque hominum, & quietam, & beatam, conditæ sunt leges.* & 1. *de Invent.* ibi: *Ea virtute, & sapiētia majores nostri fuerunt, ut in legibus scribendis, nihil sibi, nisi salutem, atque utilitatem Reipublicæ proponerent. Neque enim ipsi quod obesset, scribere volebant: & si scripsissent, cum esset intellectum repudiatum iri legem intelligebant.* & 3. *de legibus*: *Nihil est tam actum ad jus, conditionēque naturæ, quàm lex, sine qua nec domus ulla, nec Civitas, nec gens, nec hominum universum genus, stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest.* & pro Cluent. ibi: *Fundamentum libertatis, fons æquitatis, mens & animus, & consilium, sententia Civitatis, posita est in legibus*; ac postmodum *ad Pap. Pætum lib. fam.* 9. *omnia sunt incerta, cum à jure discessum est.*

8 Ter-

8 Terminus in causa concessus, tametsi longævus; si eo pendente legitimum subortum fuisse prædicetur impedimentum, sive bellorum, sive id genus causa, cujus Actor à judicio discedere astrictus fuit; tunc remoto hujuscemodi impedimento, terminum prorogandum esse, conclusione minùs obstante, censeo 3. est Afflicti *decis.* 50. Boerii *decis.* 40. *num.* 5. Cacherani *decis. Pedem.* 177. *num.* 12. aliorumque. Author est Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *terminus in causa concessus, quamvis longævus.*

9 Probatur: Justo durante absentię impedimento terminus currere haud perhibetur, Consule Cujacium *ad Africanum* 7. *à lit. D. usque ad C. pag.* 1982. *& in lib.* 12. Paul. *ad edictum, ad l.* 13. *ex quibus causis major, lit. A. pag.* 948. alioquin quis indefensus restaret, quod juribus obversaretur. *l.* 1. *Cod. de edendo, l.* 1. §. *cum edicto, ff. quæ sentent. appellat. l. de unoquoque, ff. de judiciis*: etenim naturali attento jure cuilibet defensio rationabiliter mortali competit. Clement. *pastoralis*, §. *cæterùm, de re judicata, l.* 1. §. *cum arietes, ff. si quadrupes pauper. l.* 4. *in princ. l. scientiā* 45. §. *qui cum aliter, ff. ad legem Aquiliam*; siquidem istiusmodi tempestate litis discussio fieri impossibile est, alioqui impossibile à Judice præciperetur, quod perabsurdum foret, *l. si quis ingravi, in princ. ff. ad Syllan. l. si stipuler, ff. de verbor. oblig. l. Paulus, ff. quæ sentent. sine appellat. resc. l. impossibilium, ff. de reg. jur.* §. *impossibilis*, Instit. *de hæredib. instituen. cap. nemo potest, de reg. jur. lib.* 6. Argum. *l. apud Julianum*, §. *constat, ff. de legat.* 1. *l. cùm hæres* 4. §. 1. *ff. de statu liber. l. continuus*, §. *cum quis, ff. de verbor. oblig.* Author est Sāctus Augustinus *lib.* 21. *de Civitat. cap.* 7. & DivusPaulus *ad Philippēses, cap.* 4. & 4. *Regum cap.* 7. Hinc Plaut. *in Most.*

Una opera atramento ebur candefacere postulas,

Et Virgil. *Egl.* 1.

Ante leves ergo pascentur in æthere cervi,
Et Freta destituent nudos in littore pisces:
Ante pererratis amborum finibus, exul,
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim,
Quam nostro illius labatur pectore vultus.

Ovid. *in ibin.*

Desinet esse prius cōtrarius ignibus humor,
Junctaque cum Luna lumina Solis erunt:
Parsque eadē Celi Zephyros emittet, & Euros,
Et Tepidus Geligo flabit ab axe Notus.

quare juremeritò tempus præteritum, quo Actor litem prosequi nequiverit retrotrahi æquum est; adeoque termini prorogatio fieri debet; alioqui indefensus restaret, quod jus fasque minùs sinant. Clement. *pastoralis*, §. *cæterum, de re judic. l.* 1. §. *cum arietes, ff. si quadrupes pauper. l.* 4. *in princ. l. scientiam* 45. §. *qui cum aliter, ff. ad leg. Aquil.*

DECISIO LXXXIV.

IN Causa Reverendi de Corduba Episcopi Scalensis cum Magnificis Viro Pisanello, & fratribus super spoliis dicti Episcopatus, in qua ipsi de Pisanellis volunt deducere funeralia, per eos facta quondam Episcopo prædecessori eorum Patruo: fuit dubitatum: an inter alia funeralia dicti conventi possint deducere cultram sericam, & sepulcrum marmoreum, ac vestes lugubres factas ipsis nepotibus, earumque uxoribus, filiisque, ac filiabus, & generis, servitoribus quoque Episcopi prælibati, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

IN Episcopi funeralibus quænam venire perhibeantur impensæ, ac per consequens ad quas persolvendas Cathedralis astringi debeat Ecclesia.

SUMMÆ.

Num. 1. Thæsis prędefinitio.
A' num. 2. usque ad finem, ejusdem Thesis probatio.

1 Enire edifferuntur illa, quæ necessaria ducuntur, & pro Episcopo sepeliendo, humandoque, utputà candelarum impensæ, idque genus; & pro Episcopi familiaribus lugubribus inducēdis vestibus; secus verò alia, quę pro antistitis servitio haud necessaria autumantur: utpotè extant Prælati, consanguineorum lugubres vestes, idque genus: siquidem ad hæc Cathedralis minimè astringenda sit Ecclesia. est Annæ *in singulari* 258. ubi Fabius de Anna *in addit.* in alia occurrenti facti specie fuisse decisum refert, Ursilli, Riccii, Martę, Thori *compēd. decis. tomo* 1. §. *expensæ funerum alicujus Prælati*. Antonii Capicii hìc, memorantis sic per S.C. fuisse prædefinitum, juxta Abbatis authoritatem.

2 Probatur: Ecclesia vidua Episcopum extin-

tinctum respicit, *cap. vobis 23. cap. Vulteranæ 25. 12. quæst. 2. cap. cum vos 4. de offic. ordinarii, cap. 1. de rebus Ecclesiæ, lib. 6.* Clement. 2. *eod. tit. cap. 1. & per totum, ne sede vacante, cap. fin. de reb. Ecclesiæ, lib. 6.* Concilium Chalced. *Can. 25.* Redditur verò ejusdem viduatæ Ecclesię. & *Can. 76.* Vita Fulgentii, *cap. 6. Nec viduatis plebibus providere Pastores libebat*. Damasus Papa *in decretis, cap. 2. Episcoporum consecratio viduatis Ecclesiis non sine periculo*. Collatio Carthag. I. 185. *Aliquantas etiam nunc Cathedras esse viduatas, quibus Episcopi ordinandi sunt*. Sidonius *lib. 7. epist. 5. Quæ nuper Summo viduata Pontifice*. Etenim inter Ecclesiam, & ejus Prælatum spirituale contrahitur conjugium, *cap. inter, de transl. Episcopi*. Quemadmodum mulier vidua dicitur, defuncto marito, quasi sine duitate. juxta illud Virgil. 8. *Æneidos*,

Tot ferro sævo viduasset Civibus Urbem,
Ac multis funeratam.

Horatii *lib. 1. carmin.*

Vocem dum teneat viduus, vir rixit Apollo.

Sic Ecclesia etiamnum Prælato orbata viduata edisseritur, *l. qui fœta, ff. ad leg. Jul. de vi publ. l. malum 242. §. viduam, ff. de V. S.* ubi Fornerius, & Gentilis. consule Zerda *tom. 1. in Judit. cap. 8. vers. 5. fol. 320.* quod identidem suum vendicat locum, si Episcopum dumtaxat electum, aut confirmatum habeat, adusque consecratus sit sponsus, *cap. quoniam 100. dist.* explanat Franciscus Hallierius *de sacris elect. cap. de consecr. Episcop. art. 3. §. 5. per totum.* inde fit, quòd mulier, quæ maritum habet, ast inutilem, tamquàm vidua perhibetur, *l. fin. Cod. ad leg. Flav. de plag.* ceu commōstrat Tiraquellus *ad leges connub. gloss. 6. num. 12.* secus verò ejus consanguineos, qui nostro in casu merè materialiter veniunt: siquidem respectu extranei differūtur, ac per consequens ad ipsorum lugubre indumentum haud astringenda sit; secus verò ad Episcopi famulos: quandoquidem isti in actuali Episcopi servitio erant: ac per consequens unum moraliter cum extincto facessebant corpus, *cap. Ecclesiarum 69. 12. quæst. 2. l. 1. l. 2. §. 1. Cod. de Episcop. & Cleric. cap. 1. de pœnis in 6.* Concilium Trident. *sess. 24. de reform. cap. 5. vers. familiaribus.* Consule Fermosinum *in cap. cum contingat, qu. 10. & 12. de foro competenti*. Solorzanum *tom. 2. de jure Indiar. lib. 3. cap. 8.* Carleval. *de judiciis, tom. 1. quæst. 6. disput. 2. sect. 3. num. 427. & 509.* Dianam 6. *part. tract. 2. resol. 1.* Ðened. *qq. Canonic. quæst. 4. num. 26.* Pereyram *de manu Regia, tom. 1. quæst. 10. num. 30.* Jacobum Gothofredum *in l. 8. C. Theodosian. de Episc. & Clericis.* Gonzalez *in 1. Decretal. tit. 23. de offic. Archidiaconi, cap. dilecto 10. à num. 3. usque ad 6. pag. 581. & 582.* Ecclesia namque in istiusmodi facti specie respicit, quæ conveniunt Episcopo, quà Episcopus est, ac per consequens ej us sponso extincto; ejusdemque decori, cum & defuncto, & superstite nunquam non ejusdem repræsentatio habeatur: etenim inter Epis-

4 copum, & Ecclesiam correlatio habetur; inde fit, quòd in hisce idem sit judicium, eademque disciplina, ac de uno statuitio ad alterum protenditur, *l. fin. ff. de acceptil. l. fin. C. de indict. viduit. tollen. l. si quis servo, C. de furtis, l. 1. C. de transact. l. 1. C. de cupressis, lib. 11. l. Julia, §. si Procurator, ff. de actionibus empti;* secus verò quæ ipsi extranea sunt, ceu sunt consanguinei, sepulcrum marmoreum; idque genus.

Pro decisionis istiusmodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Creditores ex impensis, sive in valetudine, sive in funeribus gestis: numquid creditoribus expressam habētibus hypothecam anteriorem præferendi sint.

Expensārum funeris nomine, quid venire edisseritur.

Impensæ, & in infirmitate, & in funere, per maritum uxori gestæ: utrum in dote restituēda compensandæ sint.

SUMMÆ.

Num. 1. 2. & 3. Thesis primæ prædefinitio.
A num. 4. usque ad 16. ejusdem probationes.
Num. 16. & 17. Thesis 2. decisio, ejusdemque probatio.
Num. 18. Thesis 3. finitio.
Num. 19. ejusdem probatio.

1 Creditores ex impensis, sive in valetudine, sive in funeribus gestis, creditoribus expressam habentibus hypothecam anteriorem, haud esse præferendos, arbitror: quare in creditorum concursu, expressam habentium hypothecam anteriorem, funerum creditoribus præferendi sunt. est Reg. de Franchis *decis. 51.* Vivii *dec.*

2 *306. num. 6.* Surdi *decis. 155. num. 4. & decis. 112.* edisserentis, quòd secus sancitum fuit in illo Senatu Mantuano. Mastrilli *decis. Siciliæ 10. num. 2.* memorantis in Siciliæ judicio fuis-

3 se decisum, non esse præferendos. Facchinei *lib. 2. controvers. cap. 49.* Riccii, aliorumque. Author est Thorus *compend. decis. tomo 1. v. expensæ infirmitatis,* licet concurrant cum expensis funerum, edisserens, non esse præferendos; ast graduandos post creditores, expressam hypothecam anteriorem habētes, & sic sancitum fuisse.

4 Probatur 1. ubi res expresè alicui hypotheca est, toties sub in genere illius esse supponitur dominus. Donellus *ad tit. 14. lib. 8. Cod. de pignor. & hypocet. num. 2. pag. 768.* Frāciscus

ciscus Hotmanus *verb. jur. verb. hypotheca pag.*699.*tomo* 1. siquidem in illa aliquo pacto dominium habere ducitur, *l. pignoris, ff. de pignoribus, & l. pignoris, Cod. eod. l. ultima, Cod. si unus ex pluribus hæredibus*. Cujacius *in lib.*20.*quæst. Papin. ad l. si superatus* 3. *de pignoribus, à litera D. usque ad A. pag.*497.*tom.* 4.*& consultatione* 23.*lit. E. pag.*376. *tomo* 1. cum sit rei assecuratio, etenim pacto contrahitur, *l.* 1.*&* 4.*ff. de pignoribus, l.*17. *§. de pignore, ff. de pacto, l. qui balneum* 9.*ff. qui potiores, l. solutam* 49.*ff. de solution. l. non solum* 33. *§. qui pignori, ff. de usucap. l.*4.*de fide instrum. argum. l. in l. epistolam* 52. *§. pactum, ff. de pactis, l. si pater, ff. familiæ erciscundæ, l. penult. Cod. si aliena res.* Consule Donellum *de pignoribus, cap.*2. Balduinum *eod. tract. cap.*2. Senecam *lib.*7. *de beneficiis cap.*4. ibi: *rebus meis dixit in securitatem appositis*: hinc extant differti textus *in l. rem* 41. *ff. de pignorat. l.*3. *§.*3.*ff. ad exhibendum, l. duobus* 19.*l. penultim. §.*1.*ff. de except. rei judic. l. Titius* 9.*ff. quibus modis pignus, l. mævio* 66. *§. fundo, ff. de legatis* 2.*l.*5.*Cod. si aliena res pignori*; igitur si jus creditori acquisitum esse supponatur, à nemine quacumque ex causa adimendum erit, cum procul à justa causa jus alicui quæsitum extingui minimè par sit, *l. nec unus, de emancip. lib. l.*2.*ff. de his, qui sunt sui, vel alien. l. non debet, ff. de regul. jur. l. solvendo, ff. de negot. gest.* Donellus *ad tit.*53.*rem alienam gerentib. non interd. suarum rer. alienat. num.*4.5.*&* 6. *pag.*546.*& in tit.*38.*de contrahenda emption. ad l. dudum penult. num.*5.*&* 6.*pag.*470. inde fit, quòd fortius jus quæsitum sit, quàm jus quærendum, *l. si ita scriptum, §.*1.*l. si ita scripsisset, ff. de legat.* 2. quare jure optimo illud defensando, nemini injuriã irrogat, *l. injuriarum, §.*1.*ff. de injuriis, l.*3. *§. is tamen, ff. de libero homin. exhibendo, l. injuriarum, §. is, qui, ff. de jurejurand. l. jurejurando, l. quod reipublicæ, l. injuriam, ff. de injuriis, l. fluminum, §. ult. ff. de damno infecto, l. Proculus, ff. eodem tit. l. si donaturus, §. si quis indebitam, Cod. de condictione ob causam, l. si meo, ff. de aqua pluvia arcenda, cap. cum Ecclesia* 21.*vers. quia, de electione.* tametsi eidem resignare fas, juraque sinunt, *l. si quis in conscribendo, Cod. de Episcopis, & Clericis, l. penult. Cod. de pactis, cap. tuis* 39. *vers. nisi de testibus, cap. ad Apostolicam, de Regularibus, Cod. si de tertia de privilegiis.* hinc Cic.3.*offic.* ibi: *veri juris, germanæque justitiæ solidam, & expressam imaginem nullam tenemus, umbra, & imaginibus utimur*; & *pro Cecinna*; ibi: *nihil est in Civitate tàm diligenter retinendum, quàm jus. Etenim hoc sublato, nihil est; quare exploratum cuiquam possit esse quid suum, aut quid alienum sit. Nihil est quod æquabile inter omnes, atque unum omnibus esse possit.* quare funerũ

5 creditores aliis in rebus; secus verò in re anterioribus hypothecata creditoribus præferendi sint; dummodo non concurrant cum

6 creditoribus potioribus: siquidem istæ equipollentes sunt anterioribus creditoribus, expressam habentibus hypothecam, idque non nisi ob rationem supra traditam, *l. assiduis.* ubi Antonius Faber, Cujacius, Donellus, Hotmanus, idque genus, *Cod. qui potiores in pignore*.

7 Probatur 2. tametsi funerum, vel infirmitatum, idque genus, creditores privilegiati esse ferantur, *l.*2. *Cod. de privilegiis creditor. l. quæsitum, Cod. de rebus auct. judic. possess. l. penult. Cod. de religios. & sumpt. funerum.* Petrus Faber *ad l. in omnibus* 68. *de regulis juris, pag.* 271. Cujacius *ad leg.*68. *de regulis juris, lit. B. pag.*1819. *tomo* 2. verumtamen nostro in themate haud præferendi sunt, *l.*1. *Cod. de relig. & sumpt. funer. l.*4. *l. eos, C. qui potior. in pign. habeantur.* Donellus *ad tit.* 18. *Cod. eodem tit. num.* 4. *pag.* 789. Connanus *lib.* 4. *juris civilis, cap.* 17. *qui potiores in pignor. habeantur num.* 45. *pag.* 323. idque non nisi ob rationem superius commonstratam: quandoquidem supralaudata privilegia in aliis facti speciebus, utputa creditoribus generalem habentibus tacitam hypothecam anteriorem, præferenda sunt.

8 Secus verò edisserendum duco, si alia haud extẽt defũcti bona, in queis funerũ creditores minus satisfieri queũt: siquidem tunc in hisce prius ipsi satisfaciendi sunt, deinde creditores, expressam habẽtes hypothecam. est Galluppi *de concursu creditor. parte* 4.*cap.*3.*n.*27. Mastrilli *decis.*10.*lib.*1. Surdi *decis.*255. *num.*28. aliorumque. Author est Verde *instit. lib.*4. *de concurs. cred. num.*462: idque exigente religione; & bono communi, *l. ne corpora* 38.*ff. de relig. & sumpt.* cum corpora humana sepelliẽda sint. Interest namque Reipublicæ, ut cada-

9 vera sepelliantur, *l. sunt personæ* 43. ibi: *propter publicam utilitatem, l. si quis, ff. de relig. & sumpt. funerum*, alioqui pestis in urbe gigneretur, quod communi obversaretur bono.

10 inde est, quòd etsi naturali inspecto jure sepulturæ corporibus debitæ, ut fusè demonstrat Petrus Faber *lib.* 2. *semestrium cap.* 1.

11 qui mos varius est apud varias nationes: enim verò nonnullæ hominibus, vel animalibus devorãda defunctorum corpora obiiciebant, aliæ vel comburebãt, vel aeri exponebãt, vel aquis immergebãt, vel terra conducebãt. aliæ parẽtum cadavera edebãt, honestius sanctiusque existimabãt ab hominibus, quàm à vermibus devorari; aliæ cadavera vulturibus devoranda obiiciebãt; aliæ in flumina proiiciebãt; aliæ defũctorũ corpora aeri dissolvi, arboribus affingebãt, & in Anglia cõsuetudine introductum est Obærati cadaver sepulturæ nõ tradi, adusque sufficiens cautio ab hæredibus, vel consanguineis refundatur, quod Ægytiorum institutis forsan emanavit, apud quos lex est, ut cadaver jure pignoris retineatur, quod substulit Justinianus *in novella* 60.*cap.*1. Author est Divus Ambrosius *lib.*1.*de Tobia, cap.*10. ibi: *vidi ego à fæneratoribus teneri defunctos pro pignore, & negari tumulum, dum fænus*

nus expoſcitur . Antonius Auguſtinus *in cap.*
12 *qua fronte* 15. *de appellationibus*; quod hodiè apud univerſas nationes eſt correctum, & ratione receptum, ne ſepultura debitoris, à creditoribus impediatur, etiam prætextu obligationis quarantigiæ, *auth. ut defuncti, ſeu funera eorũ non inquietentur, l. quod cũ ſit injuſtum, C. de ſepulcro violato.* Covarruvias *lib. 2. variar. cap. 1. num.* 10. Cujacius *in novella* 60. & præſertim in praxi noſtro in Regno ſervatur. conſule Herodotum *lib.* 4. Strab. *lib.* 11. Zenodot. *in collect. cent.* 5. *proverb.* 25. Divum Hieronymum *contra Jovin. lib.* 2. Tertullianum *contra Marcionem*. Spondanum *de cæmeteriis ſacris, lib. 1. parte 1. cap. 4. num.* 1. Ælianum *lib. 1. hiſtor. anim. cap.* 22. Juſtinianum *lib. 41. num.* 2. Alex. ab Alex. *lib. 3. genial. c.* 2. Silium Italicum *lib.* 3. Diodorum Siculum *lib. 3. cap.* 1. Silium *lib.* 13. *rabareni.* D. Hieronymum *lib. 2. contra Jovin.* Cæſarem *de bello Gallico.* Tacitum *de moribus Germa.* Sidonium *lib. 3. epiſt.* 12. Savarum, Ovidium *lib. 3. de funere Elpen.* Dauſquejum *ad orat. de zona. Baſilij Zeleuci.* Plinium *lib. 8. cap.* 54. Salvagnum ad Ovidium *in ibin. verſ.* 151. Sophran. *de funere Hebræor. digreſſ. 2. cap.* 1. Sancium *in cap. 6. Amos, verſ. 10. & nu. 1. regum, cap. 31. verſ.* 12. Hieronymum Magium *lib. 3. miſcel. cap.* 11. exemplo eſto apud Xenophontem *lib.* 8. de Cyro inhibente, ne in auro, vel argento, vel in alia re, præter quam in terra corpora humentur, ediſſerens: *quid enim beatius, quàm terra commiſceri, quæ pulcra om-*
13 *nia, bonaque cuncta gignit*; verumtamen melius hodie in Eccleſia omnia fidelium corpora ſepelliuntur, idque ut divina participent ſuffragia, & ne à Dæmonibus vexentur: etſi olim extra urbem ſepelliri mos erat, quod cautum fuit per *leg. 12. tabular.* ibi: *hominem mortuum in urbe ne ſepellito, neve urito*; ex Cicerone refert Jacobus Gothofredus in quatuor fõtibus tabularum, quam illuſtrant Sylvius, Revardus, Balduinus, Roſinus *lib. 8. antiq. cap.* 6. juxtà textum *in l. 12. cod. de relig. l. 6. Cod. de ſepulchro violat. in theodoſ.* Paul. *in lib. 1. ſenten. tit. 21. §.* 2. conſule Pancirolam
14 *2. variar. cap.* 199. inde fit quod unuſquiſque poteſt ſibi eligere ſepulturam ubicumq; voluerit, & decedens ſine electione in majorum ſepulchro ſuorum eſt condendus, *cap. Ebron, cap. unaquæque, cap. ubicunque, cap. placuit, 13. quæſt. 2. cap. ult. in principio 16. quæſt. 1. c. 3. cap. de uxore, in princip. & §. 1. de ſepulturis, cap. nimis, §. 1. de exceſſ. prælat. cap. plerique de pactis, cap. ut privilegia, de privileg. c. cùm quis, cap. is qui, fin. eod. tit. in 6. cap. 1. de pactis, eod. lib.* Clement. *dudum, §. verùm, eod. tit. §. fin. de pœnis.* Conſule Petrum Cregoriũ *lib. 1. partit. tit. 17. cap. 5. & lib. 2. ſyntagm. c. 13. num. 6. & lib. 33. cap.* 23. Valenzuol. *conſ.* 18. Baſilium *de matrim. lib. 5. cap. 13. §.* 2. Alteſſer. *lib. 1. diſſert. cap.* 12. Fragoſ. *de regim. Chriſt. Reip. 3. part. lib. 5. §. 17. num.* 529. Parladorium *different.* 66. §. 3.

15 Quare optime præfatæ conciliari poſſunt deciſiones, adiecta noſtra diſtintione: nempe ſi poſſint in aliis ſatisfieri bonis, tunc haud præferendi ſunt funerum creditores, & ſub hoc ſenſu commentãda eſt noſtri Senatus deciſio; ſin ſecus & tunc præferendi ſunt; & ſic aliæ interpretandæ ſint prædefinitiones: cum ſemper bonum commune particulari prævaleat, *l. ita verberatum 15. §. 1. ff. de rei vindic. l. Lucius 11. ff. de evict. l. 1. ff. ſolut. matrim.* Gothofred. 12. Cod. Theodoſ. *tit.* 19. *de his qui condition. &c. in l. manente 3. colum. 2. pag.* 619. Donellus *ad l. dudum penult. tit. 38. de contrahenda emptione num. 14. pag.* 470. Antonius Faber 1. *Cod. tit. 11. ſi contra jus, vel utilitat. public. num. 8. in allegat. pag.* 61. hinc Cic. *ad Planc. famil.* 10. ibi: *nihil eſt ex omnibus rebus humanis præclarius, aut præſtantius, quam de Republica bene mereri*; & *pro eod.* ibi: *qui pro Republica vitam reddiderunt, nuſquam me hercule eos mortem potius, quàm immortalitatem aſſecutos putavi*; & 3. *de finibus*; ibi: *laudandus eſt is, qui mortem oppetit pro Republica, qui doceat cariorẽ eſſe patriam nobis, quàm noſmetipſos. eſtque illa vox inhumana, & ſcelerata eorum, qui negant ſe recuſare, quò minus ipſis mortuis terrarum omnium deflagratio conſequatur*; & *in Vat.* ibi: *eò omnis vitæ noſtræ ratio tranſmittenda eſt, ut magnam nominis noſtri famam, ex maximis in Republicam meritis collatis poſteris relinquamus.*

16 Expenſarum funeris nomine venire ediſſeritur, quicquid ægro neceſſum eſſe supponitur: ac per conſequens medici inſervientium, idque genus, opera; lugubres veſtes, luminaria hiſque ſimilia veniunt: alioqui nemo foret, qui inſerviret, vel pecuniã cum deperditionis metu dare vellet, *l. atſi quis 1. §. funeris, l. funeris 37. l. 12. ff. de releg. & ſumpt. funer.* inſpicito Verde *inſtit. lib. 4. de concurſu credito-*
17 *rum lemma 31. nu.* 482. enimverò neminem ſua jactare bona præſumendum eſt, cum expediat bona apud ſuos aſſervari dominos, Codex Theodoſianus *tomo 10. lib. 2. tit. 13. in comm. colum. 1. pag.* 154.

18 Impenſas & in infirmitate, & in funere per maritum uxori geſtas, in dote reſtituenda, haud eſſe compenſandas arbitror 2. quod ſuũ vendicat locum, ſive vir (ceu nonnulli ſomniarunt) ſe proteſtaſſe prædicetur ſive non: inſpicito quæſo Thorum *compend. dec. par. 2. verſ. expenſæ factæ in infirmitate.*

19 Probatur ad impenſas hujuſcemodi factitandas aſtringendum eſſe virum explorati juris eſſe: propterea quod maritus matrimonii onera ſuſtinere debet, *cap. ſæpe extr. de reſtit. ſpoliat. l. 1. in princ. l. 3. §. 2. ff. unde vi,* Anton. Faber 8. *Cod. tit. 3. unde vi, definit. 8. à num. 1. uſque ad 20. in allegat. pag.* 954. inter quę, & valetudines, & funerum impenſæ amplectuntur, ut perpendenti liquet, *l. quod ſi nulla 28. ff. de relig. & ſum. fun.* Donellus *comment. jur. civil. lib. 13. cap. 21. num. 9. pag.* 211.

DE-

DECISIO LXXXV.

IN Causa Joannis Matthæi, & Bonaventuræ Coci cum Joanne Baptista, & Ioanne Andrea Fajella: Margarita Fajella habens Andream fratrem, & Loysellam sororem, fecit cum viro venditionem dicto Andreæ de quadam planca sua dotali pro ducatis ducentis, & eo die per instrumentum mutui idem Andreas promisit dictos ducatos ducentos solvere eidem Margaritæ, ac viro suo, cum pacto, quod de his pecuniis emerentur bona stabilia pro tuitione, & cautela dotium ipsius Margaritæ: deinde certo temporis spacio, post dictam venditionem, dicta Margarita cum consensu viri, cum non haberet aliud, nisi certa bona stabilia dotalia, ac jus ad dictos ducatos ducentos non dum habitos, facit prædicto Andreæ instrumentum donationis de dictis dotibus, ac bonis, & juribus dotalibus, reservato usufructu. fuit dubitatum primo, an dicti Actores venientes ex persona Loysellæ eorum Matris possint avocare saltem medietatem dictorum bonorum donatorum, vigore Consuetudinis Neapolitanæ, præsupposito in facto, quod prędicta Loysella fuerit masculata, & admissa per fratrem ad succedendum secum una Patri communi, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Prima facti species.

DOnatio fratri à sorore facta: numquid in hæredis alterius sororis masculatæ fraudē esse ducatur, si isthæc concurrant tria: utputa & *cunctorum donatio bonorum*, & *conjunctæ facta personæ*, & *spes nulla in donataria liberos procreandi habita*; ac per consequens: an per sororis hæredem juxtà neapolitanam consuetudinem de medietate peti possit.

SUMMÆ.

Num. 1. si soror non sit masculata nulla est difficultas.
Num. 2. & 3. Thesis primæ prædefinitio.
A num. 4. usque ad 8. ejusdem probationes.
Num. 8. Thesis secundæ decisio.
A num. 9. usque ad finem, ejusdem probatio.

1 PRo cujus prædefinitione innotescas, dissidium haud fore juxtà neapolitanam consuetudinem, si soror masculata minimè foret, ut perpendenti liquet.

2 Tametsi haud peti posse per sororis fratrē, per S.C. prædefinitū fuisse testis est Capicius, *hìc num. 2.* ibi: *tamen S.C. communi voto votavit pro donatione, motum sola ratione: videlicet: quia ista habens fratrem masculum, & sororem fœminam, donando masculo non videtur fecisse in fraudem, sed potius ob conservationem familiæ, & honorem agnationis*; quod limitatur ab Anna *in allegat. 55. nu. 11.* Reg. de Ponte *consilio 8. num. 17. & consilio 35. nu. 24. vol. 1. & in tract. de potestate Proregis tit. 8. in principio, num. 8. & consilio 115. num. 2.*
3 *volum. 2.* aliisque edifferentibus, id non procedere ubi disparitas in gradu foret. Author est Thorus *compend. decis. tomo 1. vers. donatio facta à sorore fratri an censeatur in fraudem hæredis*: verumtamen in juris puncto, secus quispiam publicis in thesibus tutari potest; ac per consequens ritè per sororis fratrem rogitari posse reor.

4 Probatur 1. ubi donationis finis est, ut bona in familia asserventur sua, toties fæmineus sexus merè materialiter se habet, *l. finali, Cod. de donat. quæ sub modo*. Antonius Granianieto *3. decretal. in c. cum dilecti 6. de donat. tit. 24. n. 3. pag. 468. §. 1. institut. de legit. agnato. tutel. l. familiæ, l. pronunciatio, §. familiæ appellatio, in fine*; ibi: *mulier autem familiæ suæ, & caput, & finis est, ff. de verborum, & rer. significat.* atqui isthæc, nostro themate (ceu somniavit Capicius hìc) haud habentur: quandoquidem soror defuncta masculata, ac per consequens una cum fratre æqua succedit lance; alioqui frustra masculata prodiretur, argum. *l. 1. §. quibus, Cod. de novo Cod. l. finali, Cod. qui admitti ad bonor. possess. clem. exivi, §. quamvis de verbor. signific.* siquidem rogitandum à Capicio, aliisque asseclis: Tò soror masculata, vel verè masculata sit, ac per consequens eodem potiri jure, ac masculus, & tunc

tunc haud est major ratio, cur frater sororis dotem lucrari edisseretur, quàm ipsa: quandoquidem utrobique par urget ratio; inde fit eadem juris prædefinitio, *l. illud, ff. ad leg. aquiliam, l. si postulaverit, §. 2. ff. ad leg. juliam de adulter. l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. nauta, §. fin. ff. nautæ caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, Cod. de Sacrosf. Eccles. §. si igitur*, Instit. *quod cum eo*. hinc Cic. 3. *Tusculan.* ibi: *munus animi, est ratione uti.* & 1. *de legib.* ibi: *nihil est, non dicam in homine, sed in omni Cælo, atque terra, ratione divinius, quæ cum adolevit, atque perfecta est nominatur ritè sapientia.* & 2. *Tusculanar.* ibi: *nihil potest esse æquabile, quod non è certa ratione proficiscatur.* & ad Brutum 16. ibi: *nihil per se amplum est, nisi in quo judicii ratio extat.* & *Paradox.* 1. ibi: *plus apud nos vera ratio valeat, quàm vulgi opinio.* ac pro Planc. *gravior, & validior est decem virorum bonorum sententia, quàm totius multitudinis imperitæ.* vel fictè, adeoque merè materialiter, & tunc nullus ambigendi, hæsitandique haberetur quæstionis status, ut perpendenti liquet.

5 Probatur 2. Tò familiæ asservatio, ac agnationis honor, incompossibilia cum fæmina
6 masculata esse ducuntur: quæ enim impossibilia sunt, pro nihilo reputanda, *l. si quis in gravi, in princ. ff. ad syllan. l. si stipuler, ff. de verbor. obligat. l. Paulus, ff. quæ sent. sine appel. resc.* hinc Ovidius *in ibin.*

Desinet esse prius contrarius ignibus humor,
Junctaque cum Luna lumina solis erunt.
Parsq; eadē Cæli Zephyros emittet, & Euros,
Et tepidus Gelido flabit ab axe notus.

ac ibidem.

Et ver Autumno brumo miscebitur Æstas
Atque eadem regio vesper, & ortus erit,
Quàm mihi sit tecum positis, quæ sumpsimus armis.
Gratia commissis ius probè rupta tuis.
Quàm dolor hic unquam spatio evanescere possit,
Leniat, aut odium tempus, & hora meum.
Pax erit hæc nobis, donec mihi vita manebit
Cum pecore infirmo, quæ solet esse lupis.

7 siquidem fæmina masculata, in succedendo, masculo æquipollere perhibetur, cum ita se habeat, perinde ac si masculus foret; quod quippè cum familiæ asservatione, ejusdemque honore incompossibile autumatur: quandoquidem bona hujuscemodi alienata ad aliam trāsilirēt familiā; scilicet ad sororis suæ hæredem, qui alterius supponitur familiæ; igitur, &c. inspicito Afflictum *decis. 370.* & de Franchis *decis. 435. num. 35.*

Secundo dubitatum extitit, an saltem medietatem illorum ducatorum ducentorum obtinere actores possint tanquam rem, quæ non venit in donatione: ex quo donantur bona dotalia, & illud est precium perventum ex bonis ipsis, &c. *Hæc Antonius Capicius, num. 3.*

Secunda Facti Species.

MEdietas precii rei dotalis, ex alienatione rei dotalis, per sororem fratri debitori in pretio factæ perventa: numquid juxta cōsuetudinem Neapolitanam alterius sororis hæredi debeatur, si de pretio ipso fratri donatio facta fuisse prædicetur.

8 Haud fore dandam, reor 2. quare frater conventus hoc in themate ab onere solvendus esset. est Antonii Capicii, *hic, num. 3.* memorantis, sic per S.C. fuisse sancitum, ibi: *& in hoc etiam fuit votatum pro conventis ea ratione, videlicet quia pretium rei dotalis succedit loco rei, si hoc actum est*, ut in *l. si ex lapidicinis, ff. de jure dotium*; ibi: *si ex lapidicinis dotalis fundi lapides, vel arbores, quæ fructus non essent, sive superficiem ædificii dotalis voluntate mulieris vendiderit: nummi ex ea venditione recepti sunt dotis, l. plerunque eodem tit. l. quoties, l. cum dotem, Cod. de jure dotium, l. ingendium, Cod. si certum petatur.* Duarenus *in ff. de dotibus, & dotium jure, cap. 4. pag. 252.* Reg. de Ponte *consil. 115. n. 2. volu. 2. & consil. 117. num. 14.* Thorus Author est, *compend. decis. §. medietas pretii rei dotalis, perventa ex venditione rei dotalis.*

9 Probatur 1. rei dotalis namq; pretium non nisi loco rei succedit, *l. res, ff. de jur. dot. l. ult. Cod. de servo pign. dato manum. arg. l. 1. Cod. de cast. pecul. mil. lib. 12.* Cujacius *in cap. 1. de pecul. Clericor. lit. A. pag. 237. tom. 3.* si id actum sit, *d. l. si ex lapidicinis, ff. de jure dotium*, ceu ex supralaudatis commonstratum fuit
10 iuribus. etenim pacta servari explorati juris est, *l. 1. ff. de pactis, l. juris gentium, §. Prætor ait, ff. eod. tit. l. 1. ff. de constituta pecunia, l. cùm amplius, in fin. ff. de reg. jur. cap. 1. de pactis*: cum ex partiū conventione legem prensent, *l. 1. §. si conveniat, ff. depositi, l. contractus, ff. de regulis juris, l. lege, ff. de pactis conventis, l. 1. Cod. de oper. libert. l. 1. C. commodati, cap. contractus 85. de reg. jur. lib. 6.* nam licet à primordio extant volūtatis, & post facto tamen fiūt necessitatis, *l. non idcirco, in fin. ff. de contrab. empt. l. si mandavero, §. sicut, ff. mandati, l. cujus bonis, in princ. ff. de curator. furiosi, l. sicut ab initio, Cod. de action. & obligat. l. de contractu, Cod. de rescindenda venditione, l. quamvis, Cod. de transactionibus, l. eoquod, Cod. si certum petatur, l. si quis argentum, §. fin. Cod. de donation. l. con-*

l.continuis, §.*cùm quis*, *ff.de verb.oblig.l.quod servus*, *ff.de condictionibus ob causam*, *l.quæro*,
11 §.*inter locatorem*, *ff.locati*. Inde fit, quòd extra agentium mētem nullum prodire queunt effectum, *l.non omnis*, *ff.si certum petatur*, *l. in agris*, *ff.de acquirendo rerum dominio*, *l.* 2. *ff.de his, quæ in testam.delentur*, *l. legata inutiliter*, *ff.de legat.*1.*l.cum tale*, §.*ult.ff.de condict.& demonstration.l.age cum Geminiano*, *C. de transactionibus*. Conan.*comment.jur.civil. lib.*7.*cap.*1.*num.*13.cum hinc inde obligent,*l. Julianus*, §.*si quis*, *ff.de actionib.empt.l.si cùm dies*, §.*penult.ff.de recept.arbitr. l.labeo*, *ff. de verbor.signific.*Hinc Cic.3.*offic.*ibi:*Regulus non debuit pactiones bellicas, & hostiles perturbare perjurio*; & Sal.*in Catil.*ibi:*collegam suum pactione provinciæ perpulerat, ne contra rem dissentiret.*& Ter.*in And.*ibi: *eo pacto, & gnati vitam, & consilium meum cognosces.*& Cic. *lib.*2.*de inventione*, ibi: *pactum est, quod inter aliquos cōvenit, quod jam ita justum putatur, ut juri præstare dicatur*. ac postmodum Plin. *epist.*100.ibi:*solicitas me, ut in formianum veniam, ea conditione, ne quid contra commodū tuum facias*: *qua pactione invicem mihi caveo*. propterea quod, ex supra commonstratis, donatio isthæc fratri à sorore facta, firma esse ducitur; igitur alterius sororis hæres pro explosо habendus erit.

Pro prædefinitionis istiusmodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

DOnatio per consanguineos viri uxori facta, si ad secunda convolaverit vota, cujus causa ex proprietaria efficitur usufructuaria: numquid filii secundi matrimonii possint vindicare medietatem bonorum donatorum à filiis primi matrimonii.

Donatio per Patrem, matrimonii contemplatione filio facta: num in partem per filium in Patris beneficium, ac in contrahentium præjudicium revocari possit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.
A' num.2. usque ad 6. ejusdem probatio.
Num.6.Thesis secundæ decisio.
Num.7.& 8.ejusdem probatio.
Num.9.ejusdem oppugnatio.
Num.10.& 11. ejusdem solutio

1 DOnatio per cōsanguineos viri uxori facta, si ad secunda convolaverit vota, cujus causa ex proprietaria efficitur usufructuaria, per filios secundi matrimonii medietatem bonorum donatorum à filiis primi matrimonii, haud rogitare posse, reor 1. ceu de factò per S.C. sancitum extitit. Author est Reg. de Franchis *decis.*595.Molfesius *in commentar. ad consuetud.Neapol.par.*3.*quæst.*1.*num.*4.*& quæst.*22. *num.*2.apud Thorum *compend. decis. tomo* 1. §. *donatio facta per consanguineos viri uxori, si ad secunda vota transierit*.

2 Probatur: donatio isthæc ideo per viri cōsanguineos uxori hoc in casu facta esse ducitur; non nisi ob filiorum primi matrimonii dilectionē; siquidem his, & agnati sunt: secus verò secundarum nuptiarum filiis, cum unusquisque suos diligere præsumatur filios; inde
3 fit, quod in hisce erga parentes quammaxima habetur obligatio. Hinc Cic. *post reditum ad Senatum*: *Parentes carissimos habere debemus, quòd ab his vita, patrimonium, libertas, Civitas tradita est.*& de *respons. Arusp.*ibi:*parētibus nos primùm natura conciliat: quos nō alere, nefarium.* & pro Cluent.*cujusmodicumque mater sit, tamen in judicio filii, de turpitudine parentis dici vix oportet.*& pro Cluen. ibi: *non modò reticere homines parentum injurias, sed etiam æquo animo ferre oportet.* & pro Rosc.Amer.*magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet Religionem paternus, maternusque sanguis: ex quo si qua macula concepta est, non modò elui non potest, verùm usque eò promanat ad animum, ut summus furor, atque amentia consequatur*. & idem Lentulo,*epist.fam.*1.ibi:*Vim neq; parenti, neq; patriæ afferre oportet.*& 3.*de fin.peccatum est, parentes violare*. & pro Rosc. Amer. *Majores nostri cum intelligerent nihil esse jam sanctum, quod non aliquando violaret audacia, supplicium in paricidas singulare excogitarunt, ut quos natura ipsa retinere in officio non posset, ij magnitudine pœnæ maleficio submoverentur, in sui voluerunt in culeum vivos, atque ita in flumen deijci; atq; videntur, hunc hominem ex rerum natura sustulisse, & eripuisse, cui repente Cælum, Solem, Aquam, Terramque ademerunt, ut qui eum necasset, unde ipse natus esset careret iis rebus omnibus, ex quibus omnia nata esse dicuntur. Noluerunt feris corpus obijcere, ne bestijs quoque, quæ tantum scelus attigissent, immanioribus uteremur, non sic nudos in flumen deijcere, ne cum delati essent in mare, ipsum polluerent quo cætera, quæ violata sunt expiari putantur. Denique nihil tam vile, neq; tam vulgare est, cujus partem ullam reliquerint: etenim quid tam est commune, quàm spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus ejectis? ita vivunt, dum possunt, ut ducere animam de Cælo non queant: ita moriuntur, ut eorum ossa terra non tangat, ita jactantur fluctibus, ut nunquam abluantur: ita postremò eijciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui conquiescant*. quare secundi matrimonii filii merè materialiter veniunt, ac per consequens ceu extranei respectu donationis sunt; quinimo odiosi, uti ex-
4 perientia nos in dies edocet; quandoquidem secundæ nuptiæ extant injuriosæ marito, arg. *l.ult.Cod.de indict.viduita.auth.de nup.* §.*qui*

vero

5 *vero col.4.* Hinc D.Ambrosius *in l.epistola ad Corinth. à Deo,* inquit, *primæ nuptiæ sub benedictione Dei celebrantur sublimiter, secundæ autem, & tertiæ præsenti carent gloria.* & Gregorius Nazianzenus primas nuptias legẽ vocat, secundas permissionem, sive conniventiam, consule Cujacium *ad tit.21. de secundis nuptiis, lit.B.& C.pag.328.tomo* 3.& Bodeum *instit.de justit. & jure, §.juris præcepta, vers. honestè vivere, pag.7.*

6 Donationem per patrem matrimonii contemplatione filio factam: in partem per filium in patris beneficium, & in contrahentium præjudicium revocari posse, reor 2. est adversus Reg.de Franchis *decis.205.* Reg. de Ponte *consil.25.num.2.vol.1.in tract. de potestat.Proregis, tit.6.§.2. nu.22.* Joannem Franciscũ del Castillo *decis.Siciliæ 51.nu.8.* aliosq; Thorus Author est *compend. decis. tomo 1. §. donationes factæ per patres filiis contemplatione matrimonii.* litteris mandans, quòd in S.C. sancitum fuit in favorem matris donatariæ ejus filii, cui fuerat facta donatio à matre contemplatione matrimonii certorũ introitum summæ notabilis, &c.

7 Probatur; ex incontinenti, ac per patrem donatio matrimonii contemplatione facta filio differatur; quippe dominium filio acquisitum supponitur, *l.1.& pass. ff.& Cod.de pro donat.l.2.ff.de publicia.in rem action.* inspicito Hotmanum, Balduinum, Vultejum, Bodeum, idq; genus *instit. de donat.in princ.tit.7.* ac per consequens pro ejus libito de ipso disponere potest, alioquin dominio careret,

8 quod perabsurdum foret; siquidem unusquisque de re sua, dummodo lege, aut vi non prohibeatur quomodolibet disponere potest, *l.in traditionibus, ff.de pactis, l.in re mandata, C. mandati, l.sicut §.Aristo.ff.si ser.vind.* Donellus *de jure civil.lib.11.cap.9.nu.19. pag.580. & ad l.Macedoniani 5. tit. 28. ad Senatusc. Macedon. num. 3. pag. 331.* igitur jure meritò in patris beneficium, & in contrahentiũ præjudicium donationem in partem revocare potest, adiecta conditione isthac, ne contrahentibus cum patre acquisitio fiat, cũ unusquisq; in re sua moderator, arbiterve sit, ceu supra commonstratum fuit per textum *in l. traditionibus, ff.de pactis, l.in re mandata, C. mandati, l.sicut, §.Aristo, ff.si ser.vind.*

9 Dices: confestim, ac per filium donatio isthæc in partem in patris beneficium revocatur; quippe patri acquiritur, cum retrocedat ad eandem causam, ex qua dimanavit, juxta Brocardicum illud: *per eandem causam res fit, per eandemq; extinguitur, l.nihil tam naturale, ff.de regulis juris, cap.omnis 27.qu. 2. cap. omnis res, de regulis juris, in decretal.* Cajus *in l.omnia.* Paulus *in l.ferè quibuscunque, ff.eod.l.prout.ff.de solution.l.quamvis saltus, ff.de acquirenda possession. l.si unus 27. §. pactus, & §.seq.ff.de pact.* inspicito quæso Petrum Fabrum *ad d. l. nihil tam naturale 35. de regul.jur.pag.167.* ac per consequens contrahentibus cum patre adipiscitur. quicquid enim habet pater in contrahentes cum ipso transmittit, quandoquidem verum habere supponitur dominium. consule Oroz *de Apicibus juris civilis, lib.3.cap.5.nu.2. & lib. 1.cap.8.n.12.pag.45.* argum. *l.obligationum 3. ff.de obligationibus, & action. l.cum & sortis 35.§.1.ff.de pignorat.actione, l. si convenit 18. §.si fundus 1.eod.tit.l.1. & tot.tit.ff.quæ in fraud. creditor.* Ant.Fabrum *in jurisp.Papin. tit.6. quibus ex caus.manum.non lic. princ.1.*

10 Verum inquis, si patri absolutè rei donatę acquiritur dominiũ, secus cõditionatè, ceu nostro in casu habetur: siquidẽ filius, haud absolutè, ast conditionatè revocaret; inde fit, quod cõditio nil in esse redigit, adeoq; conditionalis actus infirmus est, conditione minus extante, *l. si quis sub conditione, ff. si quis omissa causa, l.cedere diem, ff.de verbor.significat. l.si quis fundum, ff.de contrahend.emptione, l. ex*

11 *facto, ff.de hæred.instit.* quare conditio formã, haud levem inducit, qua prætermissa dispositio nullum sortitur effectum, *l.Mævius, ff.de condit.& demonstrat.*

DECISIO LXXXVI.

IN Causa Magnifici Joannis Antonii Vulcani cum Excellente Comite Venaphræ super petitione Terræ Mastratæ, & possessionis ipsius. primo dubitatum est, an actor fundaverit suam intentionem: produxit enim quasdam litteras Reginalis assensus, in quibus Regina Ioanna Prima ad supplicationem quondam Carlucii Brancatii sui Proavi, assentit cuidam emptioni dictæ Terræ Mastratæ, factæ per ipsum Carlucium à quondam Baldassare de Rapta Comite Casertæ, & Alesani pro ducatis 1500. sub anno 1417. & in eisdem litteris assensus dicitur, quòd instrumentum venditionis fuit in Curia originaliter præsentatũ: quæ verba probant instrumentum, tum quia prolata à Principe, cujus verba enunciativa plenam fidem faciũt, *ut in cap. si Summus Pontifex, de sententia excommunicationis in 6.in Clem. literis, de probat. &c. Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

DEspoliatus à terræ possessione: numquid terræ occupatæ possessionem vindicare valeat, verificatis hisce: utputa, prævia reintegratione, Reggio stante assensu, accedente etiamnum possessoris authoris mala fide præscripta, Regiis minùs obstantibus confirmationibus factis ob indultum, ac purificationem, in subditorum possidentium beneficium gestis, & annorum octuaginta præscriptione.

SUMMÆ.

Num.1.& 2.Thesis prædefinitio,
A num.3. usque ad finem, ejusdem Thesis probatio.

1 DEspoliatum à terræ possessione in ejusdem terræ occupatæ possessionem prius redigendum fore, ac per consequens per ipsum illam vindicare posse; adeoque ab actuali possessione spoliandum esse conventum, haud dubiè reor, est Antonii Capicii, *hic, in fine* memo-
2 rantis sic per S. C. prædefinitum fuisse; ibi: *major pars dominorum votavit, quòd Comes condemnetur nulla de prædictis objectis per eum habita ratione.* Thori *compend.dec.tomo* 1. §. *spoliatus an possit possessionem terræ occupatæ vindicare.*

3 Iisdem prorsus mediis thesis isthæc, ac ædem, vel consimiles supra probatæ fuere facti species, probatur; cum utrobique par urgeat ratio, ac per consequens eadem juris dispositio, *l. illud, C. ad l. Aquiliam, l. si postulaverit, §. 2. ff. ad l. Juliam, de adulteriis, l. quidã nummularios, ff. de edendo, l. nauta, §. fin. ff. nautæ caup. l. à Titio, ff. de furtis.* Hinc Cic. 2. *Tusculan.* ibi: *Domina omnium, & Regina, ratio: connexa per se, & progressa longius fit perfecta virtus: hæc ut imperet illi parti animi, quæ obedire debet, id videndum est viro, velut servo Dominus, vel Imperator militi, velut parens filio.* & 4. *Tusculanar.* ibi: *Benè adhibita ratio, cernit quid optimum sit: neglecta, multis implicatur erroribus.* & 1. *Officior.* ibi: *Societatis humanæ vinculum, est ratio, & oratio, quæ dicendo, communicando, disceptando, judicando, conciliat inter se homines, conjungitque naturali quadam societate. neque ulla re alia absumus à natura ferarum.* ac postmodum 1. *de legib.* ibi: *Ratione præstamus belluis*: siquidem haud ritè spoliatus, ante cuncta in sua redigendus sit possessione, *l. ult. Cod. de compens. l. si maritus* 10. *C. de donation. inter, l. ordinarii, C. de R. V. l. si quis* 8. *l. sed hæc* 2. *C. de præscription.* 30. *vel* 40. *annor. l. si coloni* 14. *C. de agricolis., lib.* 11. *l. meminerint, C. unde vi, l.* 1. §. *si prædo, ff. depositi, l.* 1. §. *eumque, vers. qui à me possidebat, l. colonus, l. cùm fundum, ff. de vi, & vi, l. Judice* 64. *ff. de judiciis, l. si pignore* 22. §. *si prædo, ff. de pignorat. action. l.* 1. ibi: *Sine ulla cunctatione, C. si per vim, vel alio modo, l. si quis ad se fundum*; ibi: *Ante omnia violentiæ causam examinare præcipimus, C. ad l. Jul. de vi, cap. ult. de ordin. cognitionum, cap. in literis* 5. *cap. conquærente* 7. *de restit. spoliat. cap. ult.* §. *patet* 3. *qu.* 1. *cap. cùm Ecclesia* 3. *quæst.* 2. Consule Vultejum *ad tit. C. ubi de possessione, num.* 35. Corasium *lib.* 2. *miscell. cap.* 2. Antonium Augustinum *in epit. jur. lib.* 81. *tit.* 2. Corvinum *in aphorism. lib.* 3. *tit.* 20. Perez *in l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 3. *ordin.* Solorzanum *lib.* 3. *polit. cap.* 30. *& tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 28. *&* 90. Donellum *lib.* 15. *comment. cap.* 31. Garciam *de nobilit. gloss.* 11. *num.* 17. Cujacium *in cap.* 1. *de restitution. spoliator.* Henellium *de*
4 *dotalitio, cap.* 12. §. 10. cum possessorium de sui natura præire supponatur, *cap. sæpè extra, de restitut. spoliat. l.* 1. *in princ. l.* 3. §. 1. *ff. unde vi.* Ant. Faber 8. *Codic. tit.* 3. *unde vi, definit.* 8. *à num.* 1. *usque ad* 20. *in allegat. pag.* 954. *l. si de vi* 23. *ff. de judiciis, l. liberis* 7. §. *ult. ff. de liber. caus. l. incerti, C. de interdictis, l. qui petitorio* 37. *ff. de R. V. l. exitus* 35. *ff. de acquirenda possess. l. ordinarii C. de R. V. l. incerti, C. de interdictis, l. fin. C. quor. bonor. l. is, qui destinavit* 25. *ff. de R. V. l. fin, C. eod. tit.* §. *retinendæ, institut. de interdict. l. qui cætu,* §. *si de vi, ff. ad leg. Jul. de vi, l.* 1. *C. de appellat.* licet ab eodem Judice & possessionis, & proprietatis causa terminari debet, *cap.* 2. *cap. cùm super* 4. *vers. verùm, cap. pastoralis* 5. *cap. cùm dilectus* 6. *de causa possession. cap.* 1. *de ordin. cognit. cap. significaverunt* 36. *de testibus, cap.* 2. *de Capel. Monach.* Clement. *unic. de caus. possess. l. nulli* 10. *C. de judiciis, l. ordinarii, C. de R. V. l.* 3. *C. finium regundor, l.* 3. *C. de interdictis, l. fin. C. quorum bonorum, l. coloni, C. de agricolis, lib.* 11. *l. liberi* 7. §. *fin. ff. de liber. causa, l. si de vi* 37. *ff. de judiciis, l. is qui destinavit* 25. *ff. de R. V. l. exitus* 35. *ff. de acquirenda possessione.* Inspicito quæso Donellum *lib.* 17. *comment, cap.* 16. ubi Osualdus *lit. K.* Cujacium *in cap. susceptis* 1. *de causa possession. & proprietatis, & lib.* 2. *obs. cap.* 35. Vaconium *lib.* 2. *declarat. cap.* 44. Gothofredum *in l.* 2. *C.* Theodosiani *de judiciis.* Corvinum *lib.* 3. *aphorism. jur. Pontific. tit.* 19. Fachineum *lib.* 8. *controv. cap.* 7. Gaillum *lib.* 1. *observat. cap.* 32. Anguianum *lib.* 2. *de legib. cap.* 3. *num.* 18. *& cap.* 23. *num.* 40. quare universa à secundo injustè possessore hoc in casu obtenta, non nisi
5 subreptii vitio fædata perhibentur. Quæ enim vitio subjecta sunt pro nihilo ducenda; tametsi magis nos vitiorum meminimus, quàm virtutum. Hinc Cic. 1. *de Orat.* ibi: *Non*

Non tam ea, quæ recta sunt probantur, quàm quæ prava sunt, fastidiis adhærent. & indidẽ: *Nihil est tàm insigne, nec tàm ad diuturnitatis memoriam stabile, quàm id, in quo aliquid offẽderis.* & pro Flacco; ibi: *Multò acrior est memoria improborum, quàm bonorum.* & 2. *de Oratore*; ibi: *Homines imperiti facilius, quod stultè dixeris, reprehendere, quàm*
6 *quod sapienter tacueris probare possunt.* quandoque verò vitia virtutis speciem plerunque induunt. Cic. *in part.* ibi: *Cernenda sunt diligenter, ne ea nos fallant vitia, quæ virtutem videntur imitari. Nam & prudentiam malitia, & temperantiam immanitas in voluptatibus aspernandis: & magnitudinem animi, superbia in animis extollendis: & dispicentia in contemnendis honoribus, & liberalitatem effusio, & fortitudinem audacia imitatur, & Religionem superstitio. Studiisque bonis similia videntur ea, quæ sunt in eo genere nimia.* & 3. *Officior.* ibi: *Astutiæ tollendæ sunt, eaque militia, quæ vult quidem videri, se esse prudentiam: sed abest ab ea, distatque plurimùm: nec ulla pernicies vitæ major inveniri potest, quàm cum in malitia inest simulatio.* & 4. *Academ.* ibi: *Finitima sunt falsa veris.* & 3. *Officior.* ibi: *Omnibus veris falsa quædam adjuncta sunt, tanta similitudine, ut nulla insit judicandi, & assentiendi nota.*

Quę alibi de despoliato disservimus, huc revocare tempus frustra terere foret; ac per consequens lubenter omitto. si quid reposcas proprium consule locum.

DECISIO LXXXVII.

IN Causa Magnifici Baronis Sereni cũ Michaele Conte Pirpinianensi, Francisco Surrentino, ac aliis creditoribus cum eo concurrentibus ad bona quondam Bernardi Bruni Florentini: primo dubitatum est de validitate processus per dictos Creditores agitati cum Curatore, dato hæreditati dicti quondam Bernardi, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti species.

CUrator haud satisdans: numquid ejus constitutio firma existimanda sit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.
Num. 2. & 3. ejusdem probatio.
Num. 4. Thesis secundę decisio.
A' num. 5. usque ad 9. ejusdem probatio.
Num. 9. Thesis tertiæ finitio.
Num. 10. ejusdem probatio.

1 INfirmam fore reor. est Antonii Capicii *hìc, num.* 1. *&* 11. *in fine*, aliorumque.
2 Probatur: Curatoris dationis finis est, ut secura sint minoris bona, *l.* 1. *ff. de minoribus, l.* 8. *C. de nup. l. cùm plures* 12. *§.* 3. *ff. de administrat. tut. §. item tria*, Instit. *de excus. tut. l. non tantùm* 7. *ff. de tut. dat. ab his qui, &c. l.* 1. *& l. sæpè* 13. *ff. de curat. furios. l. si furiosi* 25. *C. de nuptiis, l.* 2. *ff. de inoffic. testam. l. tam dementis* 21. *C. de Episc. audient. l. nec mandante* 8. *in fine, & l. his qui* 12. *ff. de tutor. & Curat. dat. l. Curatorem, ff. de tut. & Cur. dat. ab his, l.* 1. *C. de iis, qui ve. æta. imp. l.* 3. *C. eod. l. in copulandis, C. de nupt. l.* 3. *§. si quis cum minore, ff. de minoribus, l. si Curatorem habens, Cod. de in inte. resti. l. cum quædam, C. de admi. tut. l.* 1. *ff. de Curat. fur. vel prod. l. his, qui in ea, §. ult. ff. de Cur. & tut. dat. l.* 1. *§. interdum, ff. de edil. edict. l. ult. ff. eod. l.* 2. *ff. de Curat. furiosi, l. his qui in ea, ff. de tut. & Cur. dat. ab his, l. si tutor, ff. de suspectis tut. l.* 4. *Cod. in quibus cau. tut. §.* 1. *instit. de tutelis*; ideoque Curatorum indigent auxilio, qui eorum bonis supersint. Cajus *lib.* 1. *institutionum, tit. de Curatore, l.* 1. *&* 2. *C. de his qui, ve. æta. impetra. l. ult. §. & si quidem, C. de Curat. furiosi, l. vel surdo, ff. de privileg. creditor. l. morbus sonticus, ff. de verbor. significat. l. quæsitum, ff. de re judicat. l. idem privilegium, ff. de privileg. creditor. l.* 2. *C. qui da. tuto. poss.* Consule Hotmanum, Balduinum, Budeum, aliosve 1. *instit. tit.* 23. *de Curatoribus.* & Cujacium *ad l.* 1. *§.* 17. *ff. de vent. in possess. mitt. &c. lit. B. pag.* 1190. *tom.* 2. propterea quod Curatoris muneris est, & principaliter bona, & secundario minoris personam defensitare. Julianus *in l. consilio, ff. de Curatoribus furior. l. Divus Marcus, ff. de officio Præfecti, l. tutoris* 30. *ff. de admin. tut. l.* 1. *ff. de tutelis l.* 27. *ff. de administr. tut. l.* 56. *§.* 3. *ff. de furtis, l. qui fundum* 7. *§.* 3. *pro empt. l. tutoris* 30. *ff. de admin. tut.* Hinc Cic. 1. *Offic.* ibi: *Ut enim tutela, sic procuratio Reip. ad utilitatem eorum, qui commissi sunt, non ad eorum, quibus commissi gerenda est.* & *Verrin.* 3. ibi: *Cujus ætatem, & solitudinem; etiamsi tutores non essent, defendere Prætor debuisti, tutoribus defendentibus, non modò Patrias ejus fortunas, sed etiam bona tutorum ademisti.* Hotmanus 1. *institut. tit.* 13. *de tutelis, §.* 1. *vers. personis, quæ in potestat.*

testat.

testat. non sunt, à lit. A. usque ad D. & vers. ad tuendum, lit. G. pag. 120. & 121. Donellus *ad commentationem, l. pactum* 22. *C. de*
3 *pactis, tit.* 3. *lib.* 2. *pag.* 49. *num.* 1. verùm enimverò secura minoris bona minimè extare supponuntur, ubi satisdatio non verificatur; igitur infirma censenda sit, *toto tit. de satisdat. tutorum, vel Curatorum*: tametsi minùs necessum ducitur ubi Curatoris bona pro ipsius satisdatione sufficientia esse supponuntur; nam tunc superflua foret Curatoris satisdatio; ac per consequens pro nihilo ducenda, *l.* 1. §. *quibus, Cod. de novo Cod. l. fin. C. qui admitti ad bonor. possess. & in proœmio decretal.* ibi: *Resecatis superfluis*, Clem. exivi, §. *quamvis, de verbor. signific. l. testamento* 17. *ff. de testam. tutel.* Arg. *l. de creationibus, C. de Episcop. audient. l. fin.* §. & *siquidem, C. de Curat. furiosi.* textus est *in l. ult.* §. & *siquidem Curator, C. de Cur. fur. dicta l. de creationibus,* §. *penult. C. de Episc. audient. l. bonorum* 8. *ff. de Cur. fur. l.* 5. *ff. de confir. tut. l. ult.* §. *idem rescripserunt, ff. de admin. rer. ad civi.* Inspicito quæso Vultejum 1. *institut. in princ. tit.* 14. *de satisdation. tutor. num.* 9. *pag.* 136. & Balduinum *loc. sup. cit. vers. sed hoc non est perpetuum, pag.* 138.

Secunda Facti Species.

PRocessus cum Curatore agitatus, qui universa requisita haud adimplevisse supponatur: numquid firmus ducendus sit.

4 Infirmum fore, per S.C. sancitum fuisse, litteris mandat Antonius Capicius *hic, num.* 4. ibi: *Dominis de Consilio fuit visum, & ita votatum est, quòd in præjudicium hæreditatis jacentis processus sit nullus: sed quod ex illo possit devenire ad judicandum super mera hypothecaria circa precedentiam, & graduationem creditorum, attento præcario, & civili possessione apud ipsos existente, vigore præcarii.* Thori *compend. decis. tom.* 1. §. *processus agitatus cum Curatore, qui non omnia.*

5 Probatur: Ut ritè Curator vocitetur, necessum ducitur, ut omnia requisita essentialia pro ipsius constitutione habeantur; alioqui non nisi nominaliter nuncupandus sit Curator, cum deficiat constitutum, ut edocent Philosophi, si essentiale deficiat constitutivum, ad instar hominis Phisicè compositi, qui ex anima, & corpore essentialiter formatur, ac per consequens si unũ ex hisce deficiens sit, hominis essentia pessundatur: in nostra porrò facti specie haud adimplevisse supponitur Curator; igitur processus cum ipso fabricatus pro nihilo autumatur; perindè se habẽs, ac si cũ nõ Curatore fabricatus tex-
6 tusque fuisset. haud entis enim nullæ extant qualitates, nullaque attributa, *l. ejus, qui in Provincia, vers. quoniam, ff. si certum petatur, l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re judic. l.* 2. *de usufr. l. Pomponius,* §. *fin. de acquir. possess. l. si servuum,* §. *fin. ff. de action. empti, l. nec ullam,* §. *si quis absentis, ff. de petit. hæred. l.* 1. *ff. de hæred. vend. cap. bonæ, de elect. cap. ad dissolvendum, de desponsat. impub. l. duo sunt Titii, ff. de testam. tutel. l. in lege* 77. *ff. de contrah. empt. l. cum res,* §. *itaque, ff. de legat.* 1. *l. non putavit,* §. *non quævis, ff. de bonor. possess. contra tab.* Argum. *leg.* 1. §. *nihil, ff. de inoffic. testam. l. si quis sub conditione, ff. de testam. tut. l. ex consensu,* §. 1. *ff. de*
7 *appell.* inde est, quod nihil, & inutile æquipollentia sunt, *l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re judic. cap. sicut urgeri* 1. *quæst.* 1. cum ex nihilo nihil fit, *l. sejæ, ff. de tutorib. & Curat. l. ejus, ff. de rebus creditis, l.* 2. *ff. de usufructu,*
8 quare juremeritò quod nullum, est nullum producit effectum, *l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re judic. l. non putavit,* §. *non quævis, ff. de bonor. possess. contra tab. l.* 2. *ff. de auctoritate Tutorum, l. si aut nullum, C. de legitimis hæredibus, l. non dubium, C. de legibus, l. fin. C. de sentent. ex brevic. recitan. cap. illud, de jure patronatus,* neque ullum parturit impedimentum, *dicta l.* 4. §. *condemnatum, cap. consideravimus, de electione, cap. qui contra jus, cap. non præstat* 52. *de reg. jur. in* 6. neu rescindi fas, juraque sinunt, *l. nam etsi sub conditione, ff. de injusto rupto, l. obligare,* §. *tutor, ff. de auctoritate Tutorum, l. tutor, C. in quibus causis in integrum restitutio non est necessaria, cap. ad dissolvendum, de desponsatione impuberum,* nec ex tempore convalescere, *cap. quod sicut, de elect. cap. non firmatur* 18. *de reg. jur. in* 6. *l. quod initio* 30. & *l. penult. ff. eod. tit.*

Tertia Facti Species.

CReditor ex Arrendamenti causa alicui ad triennii tempus concessi, sub certa solutione singulis facienda annis: numquid aliis creditoribus nondum lapsis annis tribus, prædictis præferendus sit, & an pendente triennio si demortuus fuerit debitor, in bis dumtaxat solutionibus, quæ in debitoris vita debebantur; secus verò post obitum, præferri debeat.

9 Et in solutionibus ante, & post ipsius obitum præferendum fore creditorem, arbitror. est Antonii Capicii *hic, in fine, num* 11. edocentis, sic per S.C. predefinitum fuisse; ibi: *quoad secundum videlicet super anterioritate, & graduatione judicavit, quòd Baro omnibus præferatur ob prædicta etiam in pagis, quæ concurrerent post mortem conductoris, & quando in causa nihil oppositum de lignaminibus sylvarum Baronis, quibus uti potuisset conductor, si Arrendamentum durasset toto tẽpore, S. C. non habuit rationem; tamen deductionem debuisset pati Baro pro concurrenti quantitate dictorum lignaminum.* Mastrilli *decis. Siciliæ* 119. *num.* 14. Thorus Author est *compend. decis. tomo* 1. §. *creditor ex cau-*

causa Arrendamenti alicui concessi.

10 Probatur: Creditor hoc in casu prior cæteris Creditoribus aliis esse supponitur; ac per consequens creditum suum inesse extare; tametsi debitor decessisse prædicatur: se habet namque in isthac facti specie debitoris extinctio merè materialiter: quandoquidem extante in suo firmo esse credito, debitor si superstes sit, annuas solutiones facessere astringendus sit. sin vero extinctus; tunc ejus hæres quo adusq; creditũ in suo esse supponitur robore, solvere cogitur: cũ universa jura activa, passivaq; in hæredẽ transeant, *l. cum hæredes, ff. de acquirenda hæredit. l. hæres in omne, ff. de acquirenda hæredit. l. hæreditas* 28. *ff. de reg. jur. l. Aristo, ff. de jure liberandi, l. cum hæres, de diu. tempo. prescr. l. penult. Cod. de acquirenda possess. l. hæres* 22. *ff. de usucap. l. hæredem* 59. *ff. de reg. jur. l.* 1. *ff. si cert. petat. l.* 2. *Cod. de hæred. act. l. heredes* 25. §. *an ad stipulatio. ff. familiæ erciscundæ, l.* 4. *ff. ad S. C. Trebell. l. si hæreditatem* 32. *ff. mandati.* Consule Cujacium *ad cap. penult. de dolo, & contumacia, tit.* 14. *lit. D. pag.* 44. Oroz *lib.* 2. *de Apic. juris civil. cap.* 9. *nu.* 17. *pag.* 152. Antonium Fabrum 3. *Cod. tit.* 19. *quando liceat unicuique sin. judic. se vindic. def.* 6. *num.* 6. *in allegat. &* 4. *Codic. tit.* 5. *de testament. def.* 1. *num.* 15. *in allegat. pag.* 636. *& in juris prudentia Papinian. tit.* 21. *de aut. Tutor. princ.* 1. *illat.* 10. *pag.* 1073.

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Creditor ex venditionis mercium causa: numquid cæteris præferendus sit creditoribus.

Creditor mercatori alicui bona alienans sua, de precio fide habita infra dies aliquot per se tuendo; si infra dies hujuscemodi mercator decessisse feratur, atque adeo fugam arripuerit: utrum bona isthæc ab ipso vindicari possint; ac per consequens in ipsis præferendus sit, dummodo bona divendita in prisco asservantur esse.

SUMMÆ.

Num. 1. primæ Thesis primæ partis prædefinitio.

Num. 2. & 3. ejusdem primæ partis probatio.

Num. 4. secundæ ejusdem Thesis primæ partis decisio.

Num. 5. & 6. ejusdem probatio.

Num. 7. Thesis secundæ definitio.

Num. 8. & 9. ejusdem probatio.

1 Si de primo verba faciamus themate; distinguendum esse, autumo. vel merces etiamnum penes emptorem extare supponuntur; & tunc in illis præferendum fore creditorem, arbitror: siquidem illis in rebus creditor ceu potior se habere dissèritur, quin potius res sua, adusque sibi solutio fiat; cum precio haud persoluto divenditio imperfecta sit, adeoque minimè rei dominium translatum, *l. procuratoris, §. sed si dedi, ff. de trib. act. l. tertia, §.* 1. *ff. ad S.C. Maced. l. servo, §. ult. ff. ad S.C. Trebell. l. tutor, in fine, ff. ad S.C. Vell. l. penult. §. ult. ff. de contr. empt. l. nõ videtur* 22. *ff. de acquir. possess. l.* 2. *l. si à te* 7. *C. de pact. int. empt. l.* 3. *vers. sed hac accusatione, Cod. de jur. emphyteut. l. ex empto* 11. *in prin. & §. venditorem, in fin. ff. de act. emp. l.* 1. *in princ. ff. eod. l. si quis ab alio, in fin. ff. de re judi. l. stipulationes* 72. *vers. Celsus, ff. de verb. oblig. l. Julianus* 13. *§. ult. cum quinque ll. seqq. ff. de actionib. empt. l.* 3. *§. prim. ff. eod. l. in vendendo* 66. *ff. de contrahen. emptio. l. venditor* 8. *ff. de eviction. l. ex empto* 11. *in princ. & §. idem Neratius, ff. de act. empt. l.* 3. *in princ. ff. eod. l. in conventionalibus* 52. *§.* 1. *ff. de verbor. obligat. l. ult. §.* 1. *Cod. mand. l. quod vendi, ff. de contrah. empt. l. procuratores, §. sed si dedi, ff. de tribut. act.* Donellus *de jure civil. lib.* 12. *cap.* 12. *num.* 60. *& lib.* 13. *cap.* 1. *num.* 28. *& cap.* 2. *per tot. & lib.* 15. *cap.* 43. *num.* 40. Hotmanus *cons.* 20. *num.* 4. *& cons.* 22. *num.* 3. *&* 7. *& cons.* 91. *num.* 9. *& cons.* 104. *num.* 4.

3 quandoquidem venditoris mens conditionata est; utputa in tantum tibi vendundor rem, in quantum tu mihi refundas precium, *l. hæc venditio* 7. *ff. de contrahend. empt. l. si quis fundum* 37. *ff. eod. l. necessario, ff. de periculo, & cõmodo rei venditæ.* consule supralaudatũ Hotmanum *cons.* 22. *nu.* 7. *lit. C. pag.* 111. inde est, quod venditoris mens, precium est; emptoris verò, res, quæ divenditur. inspicito quæso Duarenum *ad comment. tit. de hæred. & actio. vendit. cap.* 5. *per tot. pag.* 1023.

4 Vel merces divenditæ extinctæ esse supponuntur; & tunc aliis anterioribus haud præferendus sit creditor; quare hoc in casu est commentandus Thorus *compend. decis. tomo* 1. *§. creditor ex causa venditionis mercium.*

5 Probatur: creditor namq; posterior si privilegiatus esse haud prædicetur, minimè anteriori præferendus sit creditori, *l. assiduis* 12, ubi Antonius Faber, Cujacius, Donellus, idque genus, *Cod. qui potiores in pignor.* quare si merces extinctæ esse supponantur, actionis rei vindicationis carere dicitur creditor, ac per consequens alia uti debet actione; adeoque adversus debitorum bona procedere, quæ aliis prius creditoribus hypothecata esse supponũtur, cum rei vindicationis actio non nisi pro re actu extante verificari valeat, *l.* 2. *& l. sive* 16. *& l. cum precibus* 18. *Cod. de probationibus, l. actionum, ff. de act. & obliga. l. loci corpus, §. in confessoria, ff. si ser. vin. l. unica, C. de alic. Judic. mu. cau. fac. l. qui petitorio, ff. de rei vind. l. ult. ff. de rei vind. l. si autem, §. sed, & is, ff. de rei vind. l. si tu me vi dejeceris, ff. de vi, & vi arm. l. is, qui se obtulit, ff. de rei vin-

*v indic.l.1.§.perpetuum, ff.si ager vect.pet.l.1. §.si quid autem, ff.de superf.l.ult. Cod.de hær. vel action.vend.l.Q.Mutius lib.2.§.argento, ff. de aur.& arg. lega. l.non ideo minus, ff. de rei vindic.l.ex pecunia, Cod.de jur.dot. l.in rem actio 23.ff.de rei vind.l.43.ff.eod. l.3. Cod.de servit.& aq.l.1.Cod.de alien.mut.jud.l.1.Cod. ubi in rem act.*consule Hotmanum 4.*instit.in princ.tit.6. de action. vers.in duo genere dividuntur, lit.E.pag.780. & vers.aliqua de re controversiam, lit.B.& C.pag.782.*Balduinum *eod.tit.vers.aut in rem sunt, aut in personam,*
6 *cum seqq.pag.619.& 620.* inde est, quòd antiquitùs(ut testatur Gellius *lib.7.cap.ul.*)cum de re mobili disceptabatur, litigatores apud Prætorem manu simul rem exhibitam prendebant,solemnibus verbis vindicando,hoc est, propriam asserendo. Quòd si de fundo quæreretur, cum Prætore veniebant in rem præsentem,ibique manus conserebant,veluti jam certi, de qua tandem re judicio pugnarent. Postea cum Romani Prætores, peragratis Italiæ finibus,occupati ipsi in rem præsentem venire non possent, sancitum fuit, ut litigantes ex jure manu consertum vocarent, hoc est, ut alter alterum ad conserendum manus, in rem, de qua ageretur, vocitaret: simulque profecti in agrum controversum, ex eo aliquid, veluti glebam unam, in jus ad Prætorem deferrent, deinde judiciũ certis quibusdã verborum formulis peragendum erat,ut Cic. pro Muræna literis mandat.consule Boetium in Topic. Cic. & planiùs Agellium, *lib.* 10. *cap.* 9.

7 Sin autem de secundo sit sermo casu: creditor mercatori alicui bona alienans sua, de precio fide habita infra dies aliquot persolvendo: si infra dies hujuscemodi mercator decessisse feratur, & fugam arripuerit; tunc bona isthæc ab ipso vindicari posse, ac per consequens in ipsis præferendum fore; dummodo bona divẽdita in prisco asservantur esse,utpotè & per magnũ Vicariç forum,& per S.C.prædefinitum fuisse,literis prodit Thorus *compend.decis.tomo 2.vers.creditor,qui alicui mercatori certa bona vendiderit.*

8 Probatur: est namque creditor istiusmodi potior in hac re divendita,ac per consequens adusque ei precium persolvatur,cum per solutionem æs extinguatur alienum, *l.procuratoris, §.sed si dedi,ff.de trib.act.l.quod vendidisti,ff.de contrahenda emptione, l.tertia, §.1.ff. ad S.C.Maced.l.servo, §.ult.ff.ad S.C.Trebell. l.tutor.in fine,ff.ad S.C.Vell.l.penul.§.ult.ff.de cont.empt.l.non videtur 22.ff.de acq. possess.l. 2.l.si à te 7.Cod.de pact.inter empt.l.penult.C. de rer.perm.l.quod vendidi 19.ff. de contrah. empt.l.arboribus 12.§.ult. l.sed etsi 25. §.1.ff. de usufr.l.penul.§.1.ff.de periculo,& commod. l.ex empto 11.in princ. & §.venditorem,in fi. ff.de action,empt.l.si quis ab alio,in fin. ff.de re judic.l.stipulationes 72.vers.Celsus, ff. de verb. obligat.l.Julianus 13.§.ultim.cum ll.seqq.ff.de action.empt.l.3.§.1.ff.eod. l.in vendendo 66.ff. de contrah.emptio. l.venditor 8.ff.de evictio.l. rem in bonis, ff.de acquirend. rer.domin. l. in conventionalibus 52. §.1.ff.de verbor.obligat.* Hotmanus 7. *instit. §. venditæ verò res, vers. precium solverit,vel alio modo,lit.D.pag.* 237. *& cons.22.nu.3.& cons.41. num.9.* Donellus *lib.12.jur.civil.cap.12.num.6. & lib.13.cap. 1.num.28.& cap.2.per totum, & lib.15.cap.*
9 *43.num.40.* nec refragatur,quòd emptoris fidem sectatur, etsi de sui natura habita sit, ubi de re honesta peragatur,verumtamen non nisi revocabiliter commentandum erit: utputa ex suppositione,quòd si tu precium mihi non persolvas rem repeto;secus verò si persolvas. Ant.Faber 4.*C.tit.33.de action.empt.def.8.pag.* 437. cum intentio vẽditoris sit pretium, emptoris verò res, *l.solutionis 176.ff. de verb.signif.l.liberatio 47.ff.quib.mod.toll.obligat.l.solutionis 54.ff.de solutionibus,l.9.ff.de pignorat. act.l.5.§.ult.l.113.l.14.ff.quib.mod.pign. l.3.ff. de fidejussionib.*consule Hotmanum 3.*instit.in princ. tit. quibus modis obligatio tollitur 17. lit.E. cum seq.pag.*696.ut supra commonstratum fuit,

DECISIO LXXXVIII.

IN Causa Excellentis Comitis Merconi cum Nicolao Anello Imperato:primo dubitatum est,an dicto Nicolao Anello conductori introituum Terræ Pedimontis debet fieri remissio ob probatam insolitam mortalitatem in dicta Terra, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti Species.

COnductor alicujus terræ: numquid ei ob probatam insuetam in præfata terra mortalitatem, remissio aliqua fieri debeat. quid etiamnum prædefiniendum,si in conductionis instrumento clausula isthęc adiecta sit: *omni legis auxilio remoto.*

SUMMÆ.

Num.1.Thesis primæ prędefinitio.
Num.2.& 3.ejusdem probatio.
Num.4.Thesis secundæ decisio.
Num.5.ejusdem probatio.
Num.6.Thesis tertię finitio.

A'num.

A num. 7. usque ad finem, ejusdem Thesis tertiæ probatio.

1 REmissionem mercedis esse faciendam hoc in casu juxta probatam mortalitatem, reor primo: quare ly *ultra dimidiam* (ceu somniarunt Capicius *hic, num.* 1. Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *remissio mercedis, an fieri debeat.* Regens Tapia, aliique apud eumdem Thorum) mortalitatis causa hic merè materialiter se habet, inde est quod si nil probasse feratur, nil ei remittendum foret.

2 Probatur: remissio namque in isthac facti specie cum probatione mortalitatis compensanda est, *l. licet certis annis* 8. *Cod. locato, l. ex conducto* 15. §. *Papinianus alias, l. si uno, ff. eod. l.* 1. §. *ult. de æstim. act. l. plerumque* 11. *de jure dotium, l.* 1. *Cod. locati, l. si merces* 25. §. *vis major, ff. eod. l. videamus* 71. §. 1. *ff. eod. l. cum quis* 38. *l. si cum Cornelius* 82. *de solution.* argum. *l. si quis domum* 9. §. 1. *ff. locat.* casus namque fortuiti ad dominum pertinet, *l. quæ fortuitis* 6. *Cod. de pignor. act.* & ex locatione nec dominium transfertur, *l. qui scit* 35. §. 1. *ff. de usur.* nec possessio, *l. non solet* 39. *ff. locat.* Anto. Faber 4. *Cod. defini.* 3. 9. 22. *&* 30. *&* 54. *tit.* 42. *de locat.* siquidem si conductor mortalitatem hanc prævidisset; profectò haud terram conduxisset, *l. cum quis* 38. *l. si cum Cornelius* 82. *de solutionibus, l. si quis domum* 9. §. *Julianus, alias, l. si quis fundum, ff. locati.* Cōsule supralaudatum Antonium Fabrum 4. *Cod. tit.* 42. *de locato. def.* 30. *nu.* 2. *in allegat. pag.* 475. quæ enim extra contrahentium mentem extant, nullam parturiunt obligationem, *l. non omnis, ff. si certum petatur, l. in agris, ff. de acquirendo rerum dominio, l.* 2. *ff. de his, quæ in testam. delentur, l. legata inutiliter, ff. legatis* 1. *l. cùm tale,* §. *ult. ff. de condit. & demonstrat. l. age cum Geminiano, Cod. de transactionibus.* Conann. *comment. jur. civil. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 13. igitur de conductoris mente est, ut ei remissio fiat de eo, in quo detrimentum habuisse perhibeatur, juxtà tritum dicterium illud: *sentiens commodum,* &c. *l.* 1. §. *fin. ff. de aqua pluvia arc. l. cùm filio, ff. ad Syllan. l. secundùm naturam, ff. de reg. jur. l. Plautus, ff. ad leg. falcid. l. quoties; ff. ad Trebell. l. fin.* §. *sed cum, Cod. de furtis, l. supervacuam, Cod. de tempor. in integ. restit. l. Julianus,* §. *ex debito, ff. de actionibus empti, l. secundum naturam, ff. de reg. jur.* §. *item pretium.* Instit. *de empt. & vendition.* Terent. *comed.* 4. *att.* 5. *scen.* 3. *in fin. ver. multa ex quo*; igitur remissio à damni passi probatione regulanda erit, ac per consequens si nil probet, nihil ei remittendum, relaxandumque

3 est. quæ enim facti sunt probatione indigent, *l. in bello,* §. *facta, ff. de captiv. & postlim. revers. l. si emancipati* 9. *Cod. de collationib. l.* 1. *Cod. de probationibus, l. quæcunque,* §. *fin. ff. de publicanis, l. assecuratio, Cod. de non num. pecun. cap. cùm Ioannes,* §. *verum, de fide instru. l. licet, de constit. lib.* 6. enimverò compensatio est crediti, & debiti inter se contributio, *l.* 1. *ff. de compensationibus,* & juxtà Justinianeam constitutionem haud admitti, fas est, nisi liquida ex causa obiiciatur, *l. ult. Cod. de compensationibus,* §. *in bonæ,* Instit. *de actionibus.* ubi plura Pichardus, Arnoldus, Vinius *lib.* 1. *selectar. cap.* 10. Inde fit, quòd solutionis naturam sectatur, *l.* 4. *Cod. de compensationibus, l.* 4. *ff. qui potiores.* Donellus *in l. ult. Cod. de compensationibus.* queis porrò in thematibus compensationem fieri, quibus verò non consule textum *in l. cum sortem* 26. §. *si centum* 4. *ff. de cond. indeb. l. in rebus* 18. §. *ult. ff. commodati, l.* 7. §. *ob donationes* 5. *ff. solut. matr. l. si convenerit* 18. *ff. de pignor. action. l.* 4. *l. si debeat* 22. *ff. de comp. l.* 4. *Cod. eod. tit.* Paulum *lib.* 2. *sent. tit.* 5. *cap.* 1. *de mutuis petit. l. ult. Cod. de compensation. l. si non sortem* 26. *l. naturaliter, l. si pæna* 19. *ff. de condict. indeb. l. quæcumque* 14. *ff. de compens. l.* 2. *Cod. eod. tit. l.* 4. *Cod. de compens. l.* 4. *ff. qui potiores, l. idem* 12. *l. ult. ff. de compens. l.* 3. *Cod. de compens. l. fin. Cod. commodati, l. is, qui rem* 59. *ff. de furtis, l.* 2. §. 1. *ff. de rebus creditis, l. fructus* 7. §. *ob donationes, ff. solut. matrim. l. fin. Cod. de compens. l. si debeat* 21. & Donellum *in l. constat* 4. *l. neque* 6. *Cod. de compensat.* Schifordeg. *lib.* 1. ad Ant. Fabr. *tract.* 2. *qu.* 2. Cujacium *lib.* 8. *obser. cap.* 16. *& lib.* 15. *cap.* 12. Arnold. Vinium *lib.* 1. *select. cap.* 50. Bronchorst. *enantioph. cent.* 2. *assert.* 41. Donellum *in l. ult. Cod. de compens.* Gentil. *dispu. juris civilis, cap.* 3. Schifordegerum ad Fabrum *tract.* 1. *cap.* 3. Merlinum *de pignoribus tit.* 2. *fol.* 67. Pichardum §. 30. *de actionibus.* Bronchorst. *cent.* 2. *assert.* 43. Hotmanum *lib.* 2. *observ. cap.* 18. Fornerium *lib.* 2. *rer. quotid. cap.* 14. Brissonium *lib.* 2. *de solut. tit. de compens.* Hotmanum *in epit. de compēs.* Fachineum *lib.* 1. *controvers. cap.* 6. *cum sequ.* Schifordeg. *tract.* 1. *qu.* 5.

4 Remissionem mercedis conductori minùs remittendam fore, reor secundo, si clausa resignationis in instrumento adjecta fuit, quarum causa conductor in instrumento se obstrinxerit, hoc in casu non petiturum. est Antonii Capicii, *hic, num.* 1. Thori *compend. decis. tomo* 1. §. *remiss. mercedis an fieri debeat.* Tapiæ, aliorumque apud eumdem Thorum.

5 Probatur: ubi quis juri privato cessisse feratur suo (quod proculdubio jura, legesve sinunt, *l. si quis in conscribendo, C. de Episcop. & Cleric. l. penul. Cod. de pactis, cap. tuis* 39. *vers. nisi, de testibus, cap. ad Apostolicam, de regular. cap. si de tertia, de privileg.* siquidem nemini injuriam irrogat, *l. injuriarum,* §. 1. *ff. de injur. l.* 3. §. *is tamen, ff. de libero homine exhib. l. qui injuriarum,* §. *is qui, ff. de jur. jurand. l. jure jurando, l. quod Reip. l. injuriarum, ff. de injuriis, l. fluminum,* §. *ult. ff. de damno infecto, l. Proculus, ff. eod. tit. l. si donaturus,* §. *si quis indebitū, Cod. de condict. ob causam, l. si meo, ff. de aqua pluvia arc. cap. cùm Eccl.* 21. *vers. quia, de electio.*) toties de eo amplius rogitare, haud fas

 est

eſt, ſiquidem extinctum ſupponitur dominiũ. quod amplius reviviſcere non poteſt: *cap. omnis 27. de regul. jur. in 6. l. omnia, ff. de reg. jur. in 6. l. ferè quibuſcunq; ff. eod. l. prout. C. de ſolutionibus, l. ſi poſſeſſor, §. penul. ff. de petit. hæreditatis.* in noſtro porro themate, & omni legis præſidio, & clauſulis defactò reſignavit, cum in hiſce facultatem reſignandi habuiſſe ſupponatur, etenim quilibet privato juri cedere quit ſuo; igitur, &c.

Secundo in eadem cauſa dubitatum fuit, an Nicolaus Anellus, qui tempore dicti Arrendamenti erat creditor Ducis Traiecti: ex cuius ceſſione venit dictus Comes, poſſit ſaltem retentionis iure uti, & dicere, quod vult retinere tantum de iſta ſumma ceſſa, quantum erat ſumma ſibi debita, &c. *Hæc Antonius Capicius, num.* 2.

Secunda Facti Species.

Creditor ſi compenſationis juri, ac omni juris auxilio, cunctiſque exceptionibus reſignaſſe ſupponatur: numquid creditum cum debito ſuo compenſare poſſit, ſi deinde debitor effectus ſit.

6 Debitum cum credito haud compenſari poſſe, reor. eſt Antonii Capicii, *hìc à num. 2. uſque ad finem.* Thori *compend. deciſ. tomo* 1. §. *compenſare an poſſit debitor, creditor effectus.*

7 Probatur: vel firmiter reſignaſſe prædicetur iuri, vel non. Si primũ quis haud ſcit minimè compenſare poſſe, Antonius Faber 4. *Codicis tit. 42. de locat. definitione 53. per totũ:* Siquidem pacta, conventionesve legem contractibus refundunt, *l. 1. §. ſi convenerit, ff. depoſiti, l. contractus 25. de reg. jur. l. lege, ff. de pactis convent. l. 1. Cod. de operibus libert. l. 1. Cod. commodati, cap. contractus, ff. de reg. jur. lib. 6.* etenim tametſi à primordio extant voluntatis, ex poſt facto fiunt neceſſitatis, *l. non idcirco in fine, ff. de contrah. empt. l. ſi mandavero, §. ſicut, ff. mandati, l. cujus bonis, in princ. ff. de curatore furioſi, l. ſicut ab initio, Cod. de actionibus, & obligation. l. eo quod, Cod. ſi certum petatur, l. ſi quis argentum, §. fin. Cod. de donationib.* quare ultra agentium conventionem, nullum prodire queunt effectum, *l. non omnis ff. ſi certum petatur, l. in agris, ff. de acquirendo rer. dominio, l. 2. ff. de his, quæ in teſtam. delentur, l. legata inutiliter, ff. de legatis 1. l. cùm tale, §. ult. ff. de condit. & demonſtrat. l. age cum Geminiano, Cod. de tranſactionibus.* Connanus *comment. jur. civilis lib. 7. cap. 1. nu. 13.* compenſatio namq; juris exceptio eſt, *l. præſcriptionem, l. ſi quidem, de exceptionibus, §. in bonæ fidei,* Inſtitut. *de actionibus.* Donellus *in l. ex cauſa 2. Cod. de compenſationibus, num. 2. & in l. ſi conſtat 4. eod. tit. num. 11.* quæ in jure ſuũ obtinere debet locum, ſi ipſi nõ reſignavit, ſiquidem reſignatio rei dominium extinguit, quod numquam amplius reviviſcere, leges, juraq; ſinunt: utpotè ſupra commonſtratum fuit; cum unuſquiſque huic reſignare

8 poſſit, *l. penult. Cod. de pactis, l. ſi quis in conſcribendo, Cod. de Epiſcop. Cleric. cap. tuis 39. verſ. niſi, de teſtibus, cap. ad apoſtolicam, de regularibus, cap. ſi de tertia, de privilegijs.* Tiraquell. *de jure primog. quæſt. 24. num. 4. cum ſeqq.* Donellus *in l. ſi filius penultima, Cod. ad Senat. Conſult. Macedonianum.* Quæ cum ita ſint. jure meritò compenſationem rogitare nequit; alioqui pugnantia ſectarentur; ſcilicet reſignaſſe, & non reſignaſſe, quod per abſurdum foret, cũctiſq; in diſpoſitionibus effugiẽdum, *l. ita ſi 39. in fine, ff. oper. libert. l. nam abſurdum, ff. de bonis libert. l. 2. Cod. de noxalibus actionib. cap. in geneſi, de electione.* Sin infirma; tunc nullus deciſionis locus refunditur: cum à falſo arguatur ſuppoſito: ſupponitur etenim, firmam fore reſignationem; quod fal-

9 ſiſſimum eſt. inde eſt, quod facto, ſecus verò verbo id commonſtrandũ eſt. hinc Cicero 1. *offic. Omnis virtus in actione conſiſtit.* & pro Planco: *Virtus integritas, probitas in homine non linguæ volubilitas, non ars, non ſcientia requiri ſolet.* & in Sal. *Ea magna voluptas eſt, æqualem, ac parem verbis vitam agere: atque ita vivere, ut omnis oratio moribus conſonat.* & 3. Tuſcul. *Sunt qui cum populi non ſolùm commoda, verùmetiam ſalutem oppugnant, & impediant, oratione alioqui volunt, ut populares eſſe videantur. ut C. Gracchus, cum largitiones maximas feciſſet, & effudiſſet ærarium, verbis defendebat ærarium.* & pro Marco Cælio. *Tu qualis es, talem te eſſe exiſtimes, ut quantum à rerum turpitudine abes, tantum te à cunctorum libertate ſejungas. Deinde, ut ea in alterum ne dicas, quæ cum tibi falsò reſponſa ſint, erubeſcas.*

Pro deciſionis iſtiuſmodi illuſtratione.

CAPUT UNICUM.

Compenſatio: numquid adverſus dotale inſtrumentum admittenda ſit, contra quod ex conſuetudine nil opponi fas eſt, ſi exceptioni hujuſcemodi reſignaſſe prædicetur.

Compenſatio: utrum per ſtationis unius debitorem, & alterius creditorem fieri poſſit, ſi de jure infirma ſit, ſecus verò conſuetudine loci inſpecta.

SUMMÆ.

Num. 1. Theſis primæ prædefinitio.

Num.

Num.2.& 3.ejusdem probatio.
Num.4.Thesis secundæ definitio.
A'num.5. usque ad finem, ejusdem probatio.

1 Compensationem adversus dotale instrumentum haud admittendam esse contra quod ex consuetudine nil opponi fas est: si exceptioni hujuscemodi resignasse prædicetur existimo 1. est adversus Afflictum *decis.121.nu.4.5.& 6.* Puteum *decis.rom.452.parte 2.*Surdũ *in tract. de alimentis, tit.8. privileg.53.* Molfesium *in comm.ad consuetud.neapo. parte 4. quæst.1.de renunciatione nu.17.* Cacher. *decis.pedemont. 92. num. 18.* aliosque. Thorus Author est *compẽd.decis.vers.compensatio an admittatur adversus instrumentum dotale.*

2 Eodem prorsus medio, quo secunda facti species decisionis istiusmodi cõprobata fuit, probatur: propterea quod utrobique eadem prorsus urget ratio, ac per consequens eadem juris statuitio, *l.his solis,vers.satis etiam cautè putamus, Cod. de revocandis donationibus, l.illud, Cod.de Sacros.Eccles. l.item veniunt,§. ait Senatus, ff.de petitione hæred. l.illud, ff.ad leg.aquiliam, l.si postulaverit, §.2.ff.ad leg.ultim.de adulter. l.quidam nummularios, ff.de edendo, l.nauta, §.finali, ff.nautæ caup.l.à Titio, ff.de furtis, §.si igitur instit. quod cum eo:*

3 inde fit, quod potiùs ratio, quam verba spectanda sunt, *l.scire, §.aliud, ff. de excusat.tutor.*secus verò è diverso *l. si ita, ff. de manumiss.testam.l.servus, ff.de statu liber.* hinc Cicero ad Brutum 16.*nihil per se amplum est,nisi in quo judicii ratio extat.* & 4.Tuscul.*bene adhibita ratio cernit quid optimum sit:neglecta multis implicatur erroribus.* & 1. offic. de homine 119.*societatis humanæ vinculum, est ratio, & oratio quæ dicendo, communicando, judicando disceptãdo,cõciliat inter se homines, conjungitque naturali quadam societate.neque ulla re alia absumus à natura ferarum.*

4 Compensationem per stationis unius debitorem, & alterius creditorem fieri posse;si de jure infirma sit, secus verò consuetudine loci inspecta existimo 2.est Afflicti *decis.192.*aliorumq; Author est Thorus *compend.decis.tomo 1.§.compensatio an fieri possit contra fiscum.*

5 Probatur; tametsi consuetudo nec naturali,nec divino derogari quit juri,*cap.cum tanto xi de consuetudine, cap.mala, cap. veritatem, cap. consuetudinem 8. dist. cap. usus 11. dist.cap.cum contingat de foro competenti,cap. cum Ecclesia de causa possessionis, cap.1.de his, quæ fiunt à majori parte capituli, cap. ad nostram; cap. ex parte de consuetudine, l.1. ff.de usuris, l.idem 10. §.si procurator, ff.mandati, l.venditor 13. §. si constat, ff. communia prædiorum, l.item, §.1.ff.quod cujusque.* Tridentinum *sess.24.de reform. c.20.* Justinianus *novella 134.*ibi:*quæ improbè excogitata sunt,ea nec longa consuetudine confirmari volumus.* Suarez *lib.7.de legibus cap.19.*Basilius *de matrim.lib.6.cap.4.* Augustinus Barbosa *in laudato cap.cum tanto xi,*idque genus,cum con-

6 suetudo hisce inferior sit; enimvero naturale

7 vel divinum jus immutabile est;adeoque bonum, & æquum, *l.penult. ff.de justit. & jure.* inde fit quod quicquid his obversatur iniquũ est. nec firma contra libertatem Ecclesiasticam, nempe ut in causis Ecclesiasticis populi placitum pro sententia, seu lege habeatur, *cap.ad nostram 3.cap.cum inter de consuetud. cap. Clerici 8.de judiciis, cap. quod Clerici de foro competenti, cap.noverit de sentent.excom.* Suarez *in defens.fidei lib.4.cap.32. per totum.* Borrellus *in summa decis.par.1.tit.4.nu.143.* Marta *de jurisdict.4.par.cent.1. casu 63.* Barbosa *in laudato cap.Clerici 8.& in cap.ad no-*

8 *stram.*aliique.siquidem laici Ecclesiasticarum causarum & incompetẽtes, & incapaces sunt.

9 adeoque ipsorum sententia nulla est, *cap. decernimus de judiciis, auth. statuimus, Cod.de Episcopis, & Clericis, cap. at si Clerici, 4.cap.Clerici 8.cap.cum non 10. de judiciis,c. placuit, cap. Clericum, & fere per totam 11. quæst.1.cap.nõ ratione incidentiæ, prorogationis, aut consuetudinis fieri valet competens, c. si diligenti, cap. significasti de foro competenti;* cum populi constitutio immunitati, libertatique Ecclesiasticæ derogare nequeat,*cap.Ecclesia,c.quæ in Ecclesiarum de constit.cap.Clerici de judiciis, c.cum terra de elect. causam de præscript.*enimvero populus potius edocẽdus, quam sectandus sit, *cap.docendus 62.dist.* nec inanes ejus voces audiendæ sunt, *l.ad bestias 31.ff.de pœnis, l.decurionum 12.Cod. de consuetud.cap.unusquisque 22.quæst.4.l.si pri-*

10 *vatus 17.ff.qui, & à quibus:* quare jure merito consuetudines, quæ gravamen Ecclesiæ inferunt, haud servandæ sunt,*cap.consuetudines 1.de consuetud. cap.mala 8.dict. cap. 1.de consuetud.in 6. c.unico de Cleric. non resident. eodem tit.c.2.de pænit. & remiss. eodem clem. 2.de rebus Eccles.cap.usus, cap.consequens 11. dist.cap.omnia 12.dist. cap.ad nostram, cap.cũ venerabili, cap.final.de consuet.cap.cum causa 8.de re judic. cap.cum terra de elect. c.ex frequentibus de instit.cap.de his,quæ fiunt à majori parte, cap.Clerici 8.de judiciis,cap.quanto de censibus, cap. noveris de sent. excomm. auth.cessa, Cod.de Sacros. Eccles.*Concil.Salisburgense tempore Martin.5.*canon.3.*ibi:*consuetudines quæ gravamen Ecclesiis inducere dignoscuntur invalidas publicamus* Augustinus Barbosa *in laudato cap. consuetudines;* Martha *de jurisdict.4.par.cent.1.casu 63.*Suarez *de legibus lib,7.cap.18.& 19.& in defens. fidei lib.4.cap.32.* Hunnius *in encyclop. tit.4. quæst. 2. de consuetud.* aliique. nec illæ, quæ profanos introducunt usus in Ecclesiis, *cap. cum decorem 12. de vita, & honestat. Cleric. cap. irreligiosa 3. de consecr. dist.* Synodus Carthaginensis *canone 63.*Cõcilium Salzeburg. *canone 17.* Toletanum *canone 19.*Senonense *canone 16.*Concil.Altissiod.*canone 9.* Concil. Gabilon. *canone 9.* Concil. Toletan.

3.*in fine*, Concil.Barchar.2.*canone* 60. Synodus 6.in Trullo *canone* 24.*&* *canone* 62. *extravag. unica de vita, & honestat. Cleric.* Divus Petrus Chrysologus *serm.*129. S.Gregor. Magnus *lib.*10.*epistol.*71.Amaya *in l.unica*, *Cod.de majuma num.*28. Cujacius *in laudato cap.cum decorem*, ubi Altesserra,Petrus Gregorius *lib.*4.*partit.tit.*8.*cap.*6.*&* *lib.*39. *syntag.cap.*5. Augustinus Barbosa *in dicto c. cum decorem, & de jure Eccles.lib.*1.*cap.*40.*num.* 57.*&* *lib.*2.*cap.*3.*num.*15.*&* 11.*de officio Parochi, cap.*6. *num.*11. implicat enim profana sacris misceri, cum Ecclesia orationis locus sit. secus verò chorearum theatraliumq; ludorũ Concil.Cabilon.*canone* 18. Afric.*canone* 27. & in Brachar. *canone* 8. Synod. Rhemens.
12 *cap.*35.*lib.*6.*capit.carol.cap.*193.& quæ extra Ecclesiam venialiter exercentur intra eamdẽ fieri, haud fas,canonesque sinunt, ceu tradit Strabo *de rebus Eccles.c.*11.uti extant confabulationes, & colloquia Gregorius X.in Cõcilio Lugdun. generali; ibi: *cessant vana, & multo fortius fæda, & profana colloquia: cessent confabulationes qualibet: sint postremo quacumque alia, quæ divinum possunt turbare officium, aut oculis divinæ majestatis offerenda, ab ipsis prorsus extranea; ne ubi peccatorum est venia postulanda, ibi peccandi detur occasio, aut deprehendantur peccata committi*; quod à Sanctis commẽdatur patribus; scilicet à Divo Ambrosio, *lib.*3.*de virg.*Chrisostomo *homilia* 38. *ad populum.* Divo Isidoro *epist.*45.Divo Clem.*lib.*8. *constit.apostol.c.* 11.Theodulph. Episcop. Aurelian. *epistola ad Sacerdot. num.* 10. *sic de scenicis*; aliique quod similibus in locis, ubi Clerici inhabitant, est edifferendum, *cap.his igitur* 23. *dist.cap.penult.*34.*dist.l.placet* 17.*Cod.de Episcop.&* *Cleric.*Concil.Altissiod.*cap.*40.Conci. Turon.*canone* 8.Eugenius II. in Sydon.Rom. *cap.non oportet de consecrat.dist.*5.Divus Augustinus *lib.*2.*de Civit. Dei, cap.*13. licet prisca inspecta tempestate choreæ in sanctorum martirum fæstivitatibus ducebatur Conciliũ Toletanum 3.relatum *in cap. irreligiosa de consecrat.dist.*3.consule Senecam *lib.*19.*epist.* 109.Quintilianum *lib.*11. *instit.orat.c.*3.Horat.*de arte poetica*.

13 Verumtamen si consuetudo sit rationabilis, ac præscripta positivo sive cæsareo, sive canonico derogare potest juri:cum consuetudo sit *jus quoddam moribus introductum*, *quod pro lege observatur, cap. consuetudo* 1. *dist.cap.finali de consuetud. l.de quibus* 32.*ff. de legibus, l.*33. *tit.eodem, l.sed ea, ff. eodem cap.ut litigantes de offic.ordin.in* 6.*cap.cum de beneficio de præbend. eodem lib.* §. *ex non scripto instit.de jure naturali, l.*3. *Cod.quæ sit longa consuetudo, l. minime,ff. de legibus, l.si de interpretatione,ff.eodem tit. cap. cum dilectus de consuetud. cap.auditis* 15.*de præscrip. cap.finali de offic.Archidiac. cap.irrefragabili* 13.*de officio ordinar.cap.cum contingat,de foro competenti,cap.Romana* 3.§.*debet de appellat.in* 6.*l.*1.*ff.de albo scribendo,l.*1. *&* *final.C. de emancipat.liberor. cap.cum tanto* 11. *de consuetud.cap.mala, cap.veritatem, cap. consuetudinem* 8.*dist. cap.usus* 11.*dist. cap.cum contingat de foro competenti, cap.cum Ecclesia de causa possessionis, cap.*1.*de his quæ fiunt à majori parte, cap.ad nostram, cap. ex parte de cõsuetud.l.*1.*ff.de usuris, l.idem* 10.§.*si procurator, ff.mandati, l.venditor* 13.§.*si constat, ff.communia prædior.l.item,*§.1.*ff.quod cujusque* Tridentinum *loco supra laudato*, Augustinus Barbosa *in dicto cap. tanto* 11. *de consuetudine.* Suarez 7.*de legibus,cap.*19.Basilius *de matrimonio lib.* 6. *cap.*4. Canisius *in relectionibus in dicto cap.cum tanto*. aliique supralaudati Authores Corasius *in l. de quibus* 32.*Cod.de legibus num.*15.*pag.*281.Balduinus 1.*institut. tit.*2. *de jure naturali gentium, & civili, vers.legem imitatur pag.*34. Ultejus
14 *eod.tit.*§.*ex non scripto nu.*12. siquidem sicut lex humana positiva prior per posteriorem perimi valeat,*l.sed & posteriores* 28.*ff.de legibus*, cum lex positiva loco,tempori, & personis adaptari debeat, quæ sæpe numero mutari assolent; inde fit, quod mutata ratione le-
15 gis, mutatur ipsamet lex;ita assolent,etiamnum contraria consuetudine positiva lex tolli poterit,cum consuetudo posterior lex, non scripta sit, uti edocet Arellano *lib.*1. *antim.* 4.*cap.*9.*num.*5.facit Tertull.*de cor.milit.* ibi: *consuetudo etiam in civilibus rebus pro lege suscipitur cum deficit lex: nec differt scriptura an ratiane consistat, quando & legem ratio*
16 *commendat*; secus verò differendum ubi cõsuetudo, vel non foret præscripta, *l.*1. *Cod. quæ sit longa consuetudo*. Cujacius *in parat. ad illum tit.&* *lib.*2.*feudorum, tit.*1.Mela, *par.*3. *miscell. cap.*5. Consule Hotmanum *ad pandectas tit.de legibus num.* 10. Pichardum *in* §. *ex non scripto*, Instit. *de jure naturali*. Duarenum *eod.tract.cap.*8. *&* *disp.*1. *cap.*31. Osualdum *lib.*1.*Donelli, c.*10.*lit.L.*Cujacium *lib.*2.*quæstion.Papin.in l.*1.*ff.de usuris.*Suarez *de legitus lib.*7. *cap.*18.*&* 19. Amaya *in l.* 2. *Cod.de annon.num.*5.Bronchorst.*cent.*1.*assert.* 9.Robertum *lib.*2.*rerum judicat.in prencipio* Menoch.*lib.*1.*de arbitr.qu.*71.*per totam*, vel esset corruptela. Justin. *novella* 134. ibi: *quæ improbè excogitata sunt, ea nec longa consuetudine confirmari volumus, l.* 3. *Cod. quæ sit longa consuetudo*. quare jura inter se altercantia, ac Authores dissidentes ritè isthac adjecta distinctione conciliari queunt. Inspicito supralaudatos Authores, & præsertim Goveanum *in l.*2.*ff.de vulgari*, & Cujacium *lib.*20.*observat. cap.*1. Revardum *de authoritate prudentum,cap.*16.Donellum *lib.*1.*commentationem cap.*10.& Cujacium *lib.*2.*feudorum cap.*1. Duarenum *lib.*1. *disput. cap.* 32. Petrum Fabrum *lib.*2.*semestrium, c.*22. cum nonnulla jura doceant consuetudinem legitimè præscriptam esse servãdam, scilicet textus *in l.cum de lanionis,* §.*Asinam, ff. de fundo instructo, l.si servus plurium,* §.*fin. ff. de legat.*

gat. 1 *l. si publicanus in fine, l. licitatio, §. eodē, ff. de publicanis, l. non tamen, ff. de donat, l.* 3. *C. de Episcop. audientia, l. si quis donaturus, ff. de usufructu, l. venditor, §. si constat, ff. communia prædiorum, l. quod si nolit, §. qui assidua, ff. de edilit. edicto, l. si fundus, ff. de evictionibus, l.* 3. *§. ult. ff. de testibus, l. sine hærede, §. Lucius, ff. de administr. tut. l. cum alimenta, ff. de alimentis, l. nummis, ff. de pollicit. l. semper, ff. de legat.* 3. *l.* 1 *ff. de decur. l.* 1. *§. de albo scribendo, l. ut gradatim, §. & si lege, l. honor, l. munerum, §. mixta, ff. de muneribus, & honoribus, l. usum aquæ, Cod. de aquæ ductu, l. si non speciali, Cod. de testam. l. in totū, Cod. de ædificiis privatis, l.* 16. *metallum, Cod. de metallis, l.* 12. *l. super, Cod. de jure fisci,* alia verò non, utpote supra commonstratum fuit; igitur quicquid jure infirmum esse supponitur, per consuetudinem roborari potest, igitur, perinde se habet lex nostro in themate, ac si haud promulgata fuisset. hinc Cicero in Lælio: *maxima est vis vetustatis, & consuetudinis, non modo in hoc quod est animal; sed in iis etiam, quæ sunt in animo, consuetudo valet, cum locis etiam ipsis montuosis delectemur, & sylvestribus, in quibus diutius commorati sumus.* & 1. de legibus: *corruptela malæ consuetudinis, igniculi extinguentur à natura dati, exoriunturque, & confirmantur vitia contraria.* & 5. in Verrem. *ò consuetudo peccandi quantam habes jucunditatem in improbis, & audacibus, cum pæna abfuit, & licentia consecuta est.* & de lege agraria ad pop. contra Rull. *non ingererantur hominibus mores tàm à stirpe generis, & seminis, quàm ex iis rebus, quæ ab ipsa natura loci, & à vita, consuetudine suppeditantur.* & 2. Tusc. *consuetudinis magna est vis: pernoctant venatores in nive, in montibus uri se patiuntur.* & 2. Tusc. *consuetudo laborum per possionem dolorum efficit faciliorem. nam ferre laborem, contemnere vulnus, consuetudo docet.* & pro Milone: *magna est illecebra peccandi, impunitatis spes.* & 2. ad Heren. *consuetudo peccandi, maleficii suscipiendi removet dnbitationem.* & 6. actio. in Verrem. *omnes religione moventur, & Deos patrios quos à majoribus acceperunt, colendos sibi diligenter, & retinendos arbitrantur.* & 3. Tusculan. *qui multa sunt sæpe perpessi, facilius ferunt quicquid accidit, obduruisseque sese contra fortunas arbitrantur.* ut ille apud Euripidem

Si mihi nunc tristis primum illuxisset dies
Ne tam erumnoso navigassem solo:
Esset dolendi causa ut iniecto equulei
Fræno, repente tactu exagitantur novo
Sed jam subjectus miseriis obtorpui.

DECISIO LXXXIX.

IN Causa Joannis Baptistæ de Vvo cum illis de Campora, super invaliditate testamenti quondam Sanctæ de Vvo, quo dicti de Campora se tuentur: primo dubitari contingit, an ex quo in testamento dictæ Sanctæ non adsunt legitimæ sollemnitates; & prædicti de Campora possident hæreditatem, in qua eorum quondam Pater fuerat institutus per dictum Sanctam in testamento non sollemni, possint conventi uti retentione, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti species.

HÆres in testamētariis minus sollemnibus institutus tabulis: numquid ad hæreditatis restitutionem virtute codicellaris clausulæ duos per testes probatæ astringendus sit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ decisio.
A'num. 2. usque ad 7. ejusdem probatio.
Num. 7. & 8. Thesis secundæ prædefinitio.
Num. 9. ejusdem Thesis secundæ probatio.

1 HAud esse astringendūm duco. est Baldi Alexandri, Antonii Capicii *hìc, nu.* 4. memorantis sic per S.C. prædefinitum fuisse; ibi: *& per hoc consilium Alexandri fuit votatum in favorem possessorum, qui per duos testes probaverant de clausula codicillari* Thori *compend. decis. ver. hæres institutus in testamento minus sollemni an teneatur,* aliorumque.

2 Probatur: Codicillaris namque clausulæ virtus eadem profecto est; ut si quod ago haud ut Testamenti factio firmū ducatur; saltem illo pacto; quo possibile ducitur, *l. fin. vers. illud, C. de codicillis, l.* 1. *ff. de jur. codicillor. l. Lucius* 89. *§. ult. ff. de legatis* 2. *l.* 3. *ff. de testam. militum, l. ultim. §. ult. C. de jur. codicillorum, l.* 11. *ff. de manumiss. testam. l. coheredi* 13. *§. cum filiæ de vulgari, & pupill. substitut. l.* ex ea *scriptura, qui testam. facere possunt, l. ultim. §.* 1. *C. de nov. Cod.* Consule Hotmanum *cons.* 54. *num.* 3. *pag.*

pag. 263. Donellum *lib.* 7. *jur. civil. cap.* 18. *num.* 46. *pag.* 176. Vultejum 2. *institut. tit. ultim. de codicillis, num.* 3. *pag.* 369. ac per consequens fideicommissi vi, firmum censendum sit. inspicito Augustinum Barbos. *tract. var. in clausulis, clausula* 21. *Codicillaris, pag.* 369. quare si per binos id commonstretur testes: juremeritò Testatoris velle suo in genere firmum restare fas est. Connanus 9. *jur. civilis. cap.* 6. *num.* 1. *pag.* 704. cum defuncti voluntas, si juribus haud obversetur, quippe ut lex habenda erit, *cap. nos, cap. si hæredes, cap. indicante, de testamentis, l.* 1. *C. de sacros. Eccl. l. verbis civilibus, ff. de verborum signif, l. hæreditas etiam, ff. de petit. hæredit. l. vel negare, ff. quemad. testam. aperiantur, l. ultim. ff. de reb. eorum qui sub tute. sunt, l. in testamento, ff. de fideicomm.* Argum. *l. conditio* 14. *l. filius* 15. *ff. de conditionib. instit. l. nemo* 55. *l. si quis inquilinos* 112. §. *ultimo, cum l. sequent.* §. *ultimo, ff. de legat.* 1. *l. filium* 24. *C. famil. ercisc. l. si ita quis* 74. *ff. de hæred. institu. l.* 1. & 2. *C. de testam. milit. l. servo* 113. §. *ult. ff. de legatis, l. quidam in suo, ff. de conditionib. & demonstration. l. nemo potest, ff. de legatis* 1. *l. Pomponius* 13. §. 1. *ff. de acquirend. possess.*
3 inde est quod hæres Testatoris velle haud adimplens, Canonico, & Cæsareo juribus inspectis rebus in Testamento relictis privandus est, *cap. Salvator* 11. *quæst.* 1. *cap. licet universis, de voto*. Concilium Coloniense celebratum anno 1536. *pag.* 13. *cap.* 10. Auth. *hoc amplius C. de fideicommissis.* Auth. *de Ecclesiast. tit.* §. *si autem hæres* Auth. *de hæredibus, & Falcidia,* §. *si quis non implens, collat.* 1. *l. si patroni filius,* §. *qui fideicommissa, ff. ad Trebellianum*; ibi: *Cur enim non videatur indignus, ut qui destituit supremos defuncti preces consequatur aliquid ex voluntate? l. tutor* 31. §. *quæ tutoribus, l. si quis sepulchrum,* §. *funus, ff. de relig. & sumpt. l. unica, ff. de confirm. tutor. l. si peculium, ff. de statu liber. l. nessennius, ff. de excusat. tutor.* Paulus *lib.* 3. *sentent. tit.* 5. §. *omnibus, l. si quis in suo, C. de inoff. l. penult. Cod. de legatis, l. cùm filio* 111. *ff. de legatis* 1. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disput.* 15. *num.* 25. Covarr. & Cujacius, *in cap. si hæredes* 6. *de testam.* Idem Cujacius
4 ad Paulum *lib.* 3. *tit.* 5. propterea quod neu ut Testam entũ, in quo septẽ reposcuntur testes, *l. hac cõsultissima* 21. *C. de testib. l. cùm tabulas* 7. *ff. de bonor. possess. secund. tab. l.* 3. *ff. si tabulæ testamenti, l. si unus* 12. *l. hac consultissima, C. de testam. l. hæredes palam,* §. *in testamentis, ff. eod. tit.* Hotmanus, Balduinus, Vultejus, Budeus, idque genus 2. *instit.* §. *sed cum paulatim, de testam. tit.* 10. etsi nemo in re propria. Hinc Cic. *pro Rosc. Amer.* ibi: *More majorum comparatam est, ut in minimis rebus homines amplissimi testimonium de sua re non dicerent.* & *pro Fontejo*; ibi: *Noluerunt majores nostri, hanc patere inimicitiis viam, ut quem quisque odisset, eum testimonio possit tollere. Ementiuntur enim sæpè in*
5 *eos, quos oderũt,* qui numerus identidẽ ad ejus revocationẽ postulatur. Auth. *de testamentis imperfectis,* §. *& siquidem, l. in fraudẽ,* §. 1. *ff. de testam. milit.* Balduinus 2. *instit. tit.* 11. *de militari testam. in princ. pag.* 267. cum res per quas causas gignuntur per easdem dissolvantur, *l. nihil tam naturale* 35. *l. omnia, l. ferè quibuscumque, ff. de regulis juris, l. prout, C. de solution. l.* 3. *ff. de rescindenda venditione, l.* 3. §. *in amittenda, ff. de acquirend. possess. l.* 3. *C. unde Cognati, l.* 3. §. 1. *ff. de bonorum possess. cont. tabulas, cap. omnis* 27. *quæst.* 2. *cap. omnis res, de regulis jur. in decretalib.* Inspicito quæso Petrum Fabrum *in supralaudat. lege nihil tam naturale* 35. *de regulis juris, pag.* 167. neu ut Codicillus in
6 quo quinque etiam non rogati, *l. finali,* §. *finali*; ibi: *In omni autem ultima voluntate excepto testamento quinque testes vel rogati, vel qui fortuito venerint in uno eodemque tempore debent adhiberi, Cod. de Codicill. l. Codicillis* 91. §. *finali, ff. de legatis* 2. *l. finali, Cod. de fideicomm. l. final. C. de testamentis, l. testium, C. de testibus, l. in re* 11. *Cod. de testam. manum.* Hotmanus *consilio* 54. *num.* 3. *lit. D. pag.* 263. *tom.* 2. Connanus 9. *commentarior. jur. civ. cap.* 6. *num.* 2. *pag.* 704. Vltejus, Borcholten. 2. *instit. tit.* 25. §. *fin. de Codicillis*; igitur, ut fideicommissum, quod per duos comp robari potest testes.

Secundo dubitatum est: an quondam Franciscus de Campora Pater coventorum, cum non appareat, quod agnoverit fideicommissum, seu bona hæreditaria jure fideicommissi (Testamentum enim reputabatur validum) transmiserit tale jus fideicommissi ad filios: mortuus enim est antiquam sit adita hæreditas ab intestato, &c. *Hæc Antonius Capicius*

Secunda facti species.

Bona hæreditaria fideicommisso subjecta haud à Patre adita: numquid ad filios transmitti possint; si in Testamento nullo propter juris sollemnia Codicillaris adiecta fuisse feratur clausula.

7 Transmitti ad filios hujuscemodi hæreditaria bona reor. est Alexandri, Jasonis, Antonii Capicii *hic in fine,* referentis sic per S. C.
8 prædefinitum fuisse; ibi: *Et cum hac opinione contra Bartolum S. C. judicavit.* Thori *comp. decis. tomo* 1. §. *fideicommissum non agnitum, seu*

seu bona hæreditaria, aliorumque contra Bartolum *in l. 1. in principio, ff. de jure Codicill.* Romanum, aliosque.

6 Probatur: Codicillaris clausulæ vis isthæc supponitur, ut ea, quæ in juris sollemnitate deficere perhibentur, per Codicillarem clausulam firma efficiantur, *l. ex ea 29. ff. qui test. fac. l. 3. ff. de testam. mil. l. si jure 11. C. de testam. l. cohæredi 41. §. 2. ff. de jure Codicillor. l. finali, vers. illud. C. de Codicillis, l. 1. C. de jure Codicillorum, l. Lucius 89. §. ult. ff. delegatis 2. l. 3. ff. testam. milit. l. 11. C. de manumiss. testam. l. ult. §. 1. Cod. de Codicill.* Hotmanus *cons. 54. num. 2. pag. 263. & consil. 114. num. 5. pag. 548. & 549.* Donellus *lib. 7. jur. civil. cap. 18. num. 46. pag. 176.* Vultejus 2. *institution. tit. ult. de Codicillis, num. 3. pag. 369.* ac per consequens ad heredes transmittuntur, alioqui Codicillaris vis clausulæ frustaretur, quod per absurdum foret, cum cunctis in statuitionibus superfluitas reprobata sit, *l. hæc stipulatio, §. divi, ff. ut legator. nomine caveatur, l. 1. §. quibus, Cod. de novo Cod. l. fin. C. qui admitti ad bonor. possess. & in proœmio decretal.* ibi: *resecatis superfluis, clement. exivi, §. quamvis de verbor. significat.* quandoquidem per hujusmodi codicillarem clausulam binorum approbationem testium, testator reposcit, ut quicquid ab ipso agatur, firmū ducatur omni possibili modo, quo poterit, ac per consequens ad hæredes suos transire quomodolibet eum universa jura activa, passivaque in hæredem transiliant, *l. quædam 9. §. 1. ff. de edendo, l. cum hæredes, ff. de acquirenda hæreditate, l. hæres in omne, ff. eod. l. hæreditas 28. ff. de regulis juris, l. Aristo. ff. de jure deliberand. l. hæres 22. ff. de usucapion. l. hæredem 59. ff. de reg. jur. l. 1. & 2. ff. de bonor. possess. l. more. ff. de acquirend. hæredit. §. ult. instit. locat. novell. de jure jurando præstito à moriente circa med.* Antonius Faber *in jurispon. Papinian. tit. 8. princ. 7. illat. 5. tit. 12. princ. 2. illat. 3.* Donellus *in l. cum stipulationes unica, Cod. ut actiones, & ab hæredibus, & contra hæredes incipiant n. 3. & in l. unica, Cod. ex delictis defunctorum, &c. num 6. & 7.* Oroz *lib. 11. Apic. jur. civil. cap. 9. num. 17. pag. 152.*

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

FAcultas Codicillandi: numquid operetur, ut ab intestato transmitti fas est, & in Codicillis constituta, si ad testamentarias referantur tabulas: utrum cum cunctis qualitatibus in testamento adjectis repetita autumentur.

A dispositis in testamento: an Codicilli interpretationem patiantur: & quænam in Codicillis mutata intelliguntur respectu eorum, quæ in testamento adjecta fuere.

SUMMÆ.

Num. 1. primæ Thesis primæ partis prædefinitio.
A'num. 2. usque ad 5. ejusdem probationes.
Num. 5. secundæ ejusdem Thesis partis decisio.
Num. 6. ejusdem probatio.
Num. 7. primæ Thesis secundæ partis finitio.
A'num. 8. usq; ad 11. ejusdem probationes.
Num. 11. secundæ Thesis secundæ partis definitio.
Num. 12. ejusdem probatio.

1 COdicillandi facultatem haud operari posse, ut ab intestato transmittere liceat, ast solummodo, ut hujuscemodi habens facultatem possit absq; testamento disponere reor 1. est Reg. de Marinis *tomo 2. resol. quotidian. jur. lib. 2. c. 99. num. 12. vers. nec facultates*, aliorumq;

2 Probatur 1. ex facultate disponendi per Codicillos, haud ritè infertur ad ditionem transmittendi ab intestato: siquidem inter se diversa sunt, nempe Codicillaris dispositio, & simplex successio Author est idem supralaudatus Regens, cum diversorum diversum sit judicium, *l. inter stipulationem, §. sacram, ff. de verbor. obligationibus*, argum. *l. eum qui ædes, ff. de usucapionibus, l. si idem C. de codicillis, & ratio, l. si ita, ff. de manumiss. testam. l. servus, ff. de statu lib.* argumen. *l. his solis, ver. satis etiam cautè putamus, Cod. de revocandis donationibus, l. illud, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis, l. item veniunt, §. ait Senatus, ff. de petitione hæredit. l. illud, ff. ad l. aquiliam, l. si postulaverit, §. 2. ff. ad l. Juliam de adulteriis, l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. nauta, §. finali, ff. nautæ, cap. l. à Titio, ff. de furtis, l. inter stipulationem, §. sacram, ff. de verbor. obligation. l. fin. ff. de ritu nuptiarum, §. si igitur, institut. quod cum eo.* Hinc Plinius *epist.* 150. ibi: *sed tamen imitarem, & sequerer quantū, aut diversitas ingeniorum, maximi, & minimi, aut causæ dissimilitudo pateretur*; igitur, &c.

3 Probatur 2. Tò codicillandi facultas de sui conceptu disponendi potestatem minus sollemnem involuit; neu ullam obtinet annexionem; cum transmissione ab intestato: propterea quod isthæc inter se etsi erogenea

4 sunt ut homo, & equus: quæ enim inter se diversa extant, nullam illationem patiuntur; argum. *l. fin. ff. de acceptil. l. finali, Cod. de indicta viduit. tollend. l. si quis servo, Cod. de furtis, l. 1. Cod. de transactionibus, lib. 11.* igitur, &c.

5 In codicillis designata si ad testamentum referantur; tunc cum cunctis qualitatibus in testamento adiectis repeti reor 2. inspicito Reg. de Marinis *observat. ad decis. revert. 237. num. 3. & 4.* aliosque apud eumdem.

6 Probatur: ubi in codicillis stabilita ad testa-

stamentarias referantur tabulas, toties ritè arguitur, demonstraturque, quòd quicquid in testamento constitutum fuit, idem firmatum, stabilitumque per testatorem sit in codicillis, *l.2.§.1.ff.de codicill.* Franciscus Hotmanus *observat.lib.5.c.28.pag.164.l.etsi 20.ff.de adim. legat.l.ab intestato 26.ff.de jur.codicillorum,l. 1.§.2.ff.de tabul.exhib.l.3.§.si quis codicillos, ff.ad syl.l.3. Cod.quemadmodum testamenta aperiantur, l.14.ff.de codicillis, l.ante tabulas 5.ff.eod.l.si ita 38.ff.de cond.& dem.* Hotmanus *2.institutionum, tit.25.de codicillis, §. ante Augusti,lit.F.pag.461.& §.non tantum, vers. sed & intestatus quis decedens,lit.E.pag.463.* ac per consequens etiamnum cum ijsdem qualitatibus, quæ utpote accessoria ad suum principale se habent, *l.etiam, Cod.de jure dotium, reg.accessorium,de reg.jur.*

7 A'dispositis in testamento, codicillos interpretationem pati, reor: quare juremeritò conditio, qualitas, modus, idque genus, in testamentariis adjecti tabulis, repetita isthæc in codicillis ducuntur.est Julii Capone *contr.for.contr.53.num.5.*

8 Probatur 1.ex contextu *in l.Cajo, in principio, ff.de adimendis, & cibariis legatis:* quare juremeritò codicilli ad testamẽti mentem transiliunt, *l.eum,qui,ff.de probat.* idem supra laudatus Caponus Author est: cum codicilli

9 extremum testatoris velle importent; Inde est, quod inter codicillum, ac testamentum quædam annexio, correlatioque habetur, *l. 1.ff.secun.tab.§.si quis in duobus,§.penultimo, institut.de testam.ordinandis, l.38.de cond.& dem.l.1.§.2.ff.de tab. exh.l.3. §.si quis codicillos, ff.ad syl.l.penult.ff.testam. quemadmodum aperiantur, l.14.ff.de codicillis, l.sive ab initio Cod.eod.* Hotmanus loco supralaud.ac per cõsequens idem judicium, *l.3. §.judicio contrario act.tutel.l.proinde,ff.ad l.aquil.l.cùm actũ, ff.de negotiis gestis, cap.translato, de constitut. cap.præterea, de offic.deleg.l.fin.ff. de accept.l. final.Cod.de indicta viduit.tollen. l.si quis servo, Cod.de furtis, l.1.Cod.de transaction.l.1.C. de cupressis, lib.11.l.Julia.§.si procurator,ff.de actionibus empti;* igitur, &c.

10 Probatur 2.ubi de codicillis aliqua habeatur hæsitatio, toties haud incongruenter erit ad testamenti disposita concurrere: siquidem perfecta de in testamẽto dispositis,haberi possit agnitio ad illa, quæ in codicillis stabilita fuere, ab eodem testatore pendere supponuntur, *d.l.2.§.1.ff.de codicill.* Franciscus Hotmanus *observat.lib.5.c.28.pag.164.* utputè supra cumulatiùs commonstratum fuit;igitur,&c.

11 In codicillis illa mutata intelligi, respectu eorum, quæ in testamento adjecta fuere, quæ expressa codicillator in codicillis mutavit, edocet Julius Capone *contr.for.controvers.53. num.7.*

12 Probatur: ex textu *in l.alumnæ, §.qui filias, ff.de adimendis, vel transferendis legatis:* propterea quod quæ nostro in casu mutata minùs perhibentur; quippe non mutata linquuntur:siquidem si illa mutare voluisset codicillator, quæ celaverit in testamento, profectò mutasset: atqui haud immutavit; igitur evidens simbulum est,in suo voluisse persistere robore,cũ possessio pro primo velle extare supponatur, adusque secundum verificatur velle, prioris velle destractivum.

DECISIO XC.

IN Causa Magnificorum Domini Bartolomæi Caraccioli Agentis ex una parte, & Dominæ Elionoræ Caracciolæ ejus Neptis ex altera.primum dubium fuit: terminus ad probandum in causa principali statutus est elapsus, sed infra dictum terminum testes D.Bartho. præsentes in Civitate Neapol.fuerunt citati, & loca existentium extra Civitatem fuerunt nominata; articuli quoque præsentati sunt infra dilationem; non autem reperitur, quòd à die,à quo terminum prædictum currere intelligimus, prædictus Bartholomæus ultra prædicta aliquã instantiã fecerit pro examinatione,non nisi in ultima die termini, aut per plures dies post: an parte alia contradicente D.Bartolo. debeat admitti ad dictorum testium examinationem; cum terminus jam elapsus sit, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti Species.

TEstes præsentes citati,ac in locis extrà Civitatem degentes devocati, articulisque intra terminum præsentatis: numquid post lapsum terminum etiamnum examinandi sunt.

SUMMÆ.

Num.1.Thesis primæ decisio.

A'num.

A num.2.usque ad 7. ejusdem Thesis probatio.
Num.7.Thesis secundæ prædefinitio.
Num.8.ejusdem probatio.

1 EX bono, æquove, si dolosè id actum per partem haud fuisse prædicetur, ad examen reintegrandos fore testes hujuscemodi, autumo 1. est Antonii Capicii *hic, num.3.* edocentis, sic per S.C. defactò prædefinitum fuisse; ibi: *fuit in præsentia D. Viceregis cum voto Regentium Cancellar. & Locumtenentis Majestatis Cæsareæ votatũ, quòd D.Barth.reintegretur ad examinandum.* Thori *compend.decis.tomo 1. §. testes præsentes citati in locis extra Civitatem.*

2 Probatur 1.tametsi rigorosè loquẽdo lapso probationis termino partis culpa, haud amplius foret reintegrandus terminus, ne lites in infinitum protrahantur, cum celeriter terminari debeant, *cap.finem, de dolo, & contumacia, cap.sicut 2.quæst.1.cap.nonnulli, vers.cùm autem, de rescriptis.clement. dispendiosam, de judic. cap. constitutis, de procuratoribus, l.litibus, §.litibus, Cod.de agricol.lib. 11.l.properandum, Cod.de judiciis, l.quidam, ff.de rebus creditis.* argũm. *l.quidam 13.ff.de servit.rustic.prædior.l.etenim,ff.de minoribus, l.illud 7.§.1.ff.de tributoria, l.4.§.1.ff.de alienat.judic.cap.placuit,dist.90. cap.venerabilis, de judiciis, cap.1.de sentent.& re judicat.lib. 6.cap.ut litigantes,de officio ordinarii,lib.6.c. judicantem, 3.quæst.5.cap.cum apud 11.quæ. 3.*Clem.*sæpè,de verbor.significat.* Concil.Tridentinum *sess.24.de reformat. cap.20. & sess. 25.cap.10.l.2.ff.de confessis, l.proinde, ff.ad legem aquiliam,l.quidam existimaverunt,in fine, ff.de rebus creditis, l.minoribus,digestis, de minoribus, l.item si res, §.fin. ff.de alienatione judicii, l.3. Cod. ut intra certum tempus criminalis actio termineretur, leg.litibus, Cod.de agricolis, lib.11. l.fratris, Cod. de transaction. l.terminato, Cod. de fructibus, & litium expensis.* cum utroque id commendatum sit jure, *l.3.§.1.ff.de receptis, l.1.ff.de jure jurан. l.ult.ff.pro suo, l.1.§.unde quæritur,ff.de novi operis nunciat.l.quidam 21.in fine, ff.de rebus creditis, l.properandum 13.in in princ.Cod.de judic.cap.finem 5.de dolo, & contum.cap.2.de*

3 *re judic.* etenim Reipublicæ interest, ne lites fiant immortales,*cap.finem litibus, de dolo,&*

4 *contumacia.* quinimo boni Principis studium esse debet, lites finire,ac minuere,*cap.jurgantium, de re judic.l.3.§.1.ff.de receptis, l.1.ff.de jure jurand.l.ult.ff.pro suo, l.1. §.inde quæritur,ff.de novi operis nunc.l.4.§.1.ff.de alienat. judic.l.quidam 21.in fine, ff.de rebus creditis, l.procurandum 13.Cod.de iudic.l.21.Cod.de fide instrum.l.litibus 20. Cod. de agricolis,lib.* 11.unde conciliari debet *lex jam tamen, §.si tamen plures, ff.judicatum solvi,cum lege 31. §.1.de pignoribus, l.servus 19.ff.de O. & A. l. 1. C.de novo Cod. Clem.dispendiosam,de judic.*

5 cum per lites foveantur inimicitiæ, odia, & injuriæ. ut prudenter censuit Cajus Silius apud Tacitum *lib. 11. annalium, in princip.* Hinc Mar. *lib.7.*

Ah miser demens viginti litigat annos;
Quisquam, cui vinci Gargiliane licet?

Cic. pro Cœl. *Aliquot enim pro causis videram,eum frustra litigantẽ.*Plau.in Casi. *Nam ego quid contrahere cupio litigii inter eos.*Cic. pro Mur. *quid huic tam loquaciter litigioso responderent illi, undè petebatur.* Idem Cic. pro Domo sua:*Emit domum litigatoribus defatigatis propè dimidio carius,quàm æstimat.* Suet. *de Clar.Gram. Cassius Severus, interpellatis judicibus, dilationem petiit, ut litigator suus aliũ Grãmaticũ adhiberet.* D.Ambrosius *lib. 3. de Virgin. Christus est pax, in foro lites; Christus fides est, in foro fraus, atque perfidia.* Senec.2.de ira *cap.7.* Cujacius *lib.18. observ. cap.38.* Lipsius *lib.2. de civil.discipl. cap.11.* Solorz.*de jur. indiar.tomo 1.lib.3. num.7. & in polit.dissert.6.* Osualdus ad Donell. *lib.17. cap.1.lit.C.& lib.23.comment.cap.9. lit.Z.& lib.26.cap.1.lit.*K Cajus Silius apud Tacitum *lib.11.annal.in princip.*Cujacius *lib.1.observ. cap.8.& lib.17.cap.23.*idem *lib.2.de feudis,in princip.* Revardus *pro tribunali c.11.* Robertus *lib.2.rer.judic.cap.16. à princip. & c.19. post medium.*Forsterus ad Tacitum *pag. 222.* Fornerius *lib.3.rer.quotid.cap.1.*Balduin.*in prolog.ad tit. de act.* verumtamen ubi dolosè id egisse haud perhibetur,ac extẽplò examini offerre testes parata,expeditaque sit pars,tunc ex bono, æquove Judex terminũ reintegrare potest, cum defensio cuilibet naturali inspecto jure debeatur, quod si haud fieret indefensus restaret,quod juribus obnoxium esset, Clement.*pastoralis, §.ceterùm,de re judic.l.1. §.cùm arietes, ff.si quadrupes pauper, l.4.in princ. l.scientiam 45. §. cùm aliter, ff. ad leg. aquil.l.1.ff.de edendo,l.1.§.si ita cum edicto,ff. quæ sent.appellat.l.de unoquoque,ff.de judiciis.*

6 Inde est, quòd exceptiones in jure defentiones vocitantur,*l.sed etsi 52.ff.de iudic.l.defensiones, Cod. de exception.l.emptori,Cod.de evictiõn.l.sed si debitor 16.de doli except. l.ex diverso 17.§.1.ff.solut.matrim.l.fin.§.cum mihi, ff.de V.O.* quinimmò verbum *defensio*, simpliciter prolatum, pro exceptione sumitur, *l. si quidem, l. defensionis, l.cùm nondum, Cod.de exceptionibus, l.1.Cod.de R.V.l.diffamari,Cod. de ingen.manumiss.l.2.ff.de jur. & facti ignorant. l.sed etsi 52.ff.de judiciis, l. doli 76.§.1. de contrah.empt.l.is qui 5.l.nemo 8. ff. de exceptionibus,cap.cùm inter 5.cap.dilecti 8.cap. significaverunt 11.eod.tit.* Consule Vvessembecium *in paratitl. de exceptionibus,num.* 8. Cironium *in paratitl.5.decretal.tit.28.de appellationibus, pag.159.*Caramuel *in Theologia moral.quæst.8.cas.37.pag.124.* Corasium *lib. 6.miscel.cap.16.num.10.* Antonium Fabrum *in jurisprudentia Papinianea, tit.2. de iure naturali,gentium, & civil.princ.5.illation.5.* Staibanus Junior. *resol.centur.2.cap.118.à n. 17. usque ad 20. pag. 153.* siquidem termini ex-

extinctio hìc merè materialiter se habet: juxta divulgata dicteria illa: *quod parum distat nil distare videtur*, & *proximè accingendus habetur pro accinto, l. ex tempore, ff. de testam. milit.*

Secundò dubitatum est, an ad instantiam D. Elionoræ petentis, quod testes D. Barth. compellantur personaliter venire ad deponendum in loco judicii; aliàs non examinentur ex S.C. hoc facere debeat: præsupposito, quod ista causa sit ardua plus quadraginta millia ducatorum, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

Secunda Facti Species.

Testes extra Civitatem extantes: an in ardua causa ad judicii locum tẽdere astringendi sint; cujusve impensis.

7 Fore astringẽdos, autumo 2. adeoq; ab adversario illos producente impensæ erogãdæ sunt. Ant. Capicii, *hìc, in fine*, literis mandantis, sic per S.C. fuisse prædefinitũ; ibi: *fuit, ubi supra, votatum, quòd per testes omnes, præter senes, & infirmos, aut aliter iustè impeditos, veniant Neap. ad expensas Elionoræ, pro quibus disponere habeat pecuniã*. Caroli Tapiæ *in constit. lite legitimè*. Muscatelli *in praxi S.C. parte 5. glossa suspectorum, num.* 12. Farinacij, aliorumque. Thorus Author est *compend. dec. tomo* 1. §. *testes an compellantur venire ad locum iudicii*: quare testium examen extra Civitatem alteri minùs est permittendum. & juremeritò in Regno nostro suetum supponitur uni ex judicibus, vel Consiliariis, vel Regentibus, idque genus, committi.

8 Probatur: ubi extra Civitatem examen alteri erit concedẽdum, toties fraudibus aditus panderetur, quod perabsurdum foret, *l. in fundo, ff. de rei vindic. l. cum his, §. si cum lis, ff. de transactionibus, l. qui sub prætextu, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis, cap. porrò, de divortio*: Clementina 1. *de usuris, &* Clementina 1. §. *finali, de concess. præbend.* cum fraus injustitiæ executio sit. D. Thomas 2.2. *quæst.* 55. *art.* 5. neu fraus procul à dolo esse quit: Hinc Tullius pro Marco Marcello; ibi: *in animis hominum multę sunt latebræ, & multi recessus*. & ad Quintium Fratrem; ibi: *quasi velis quibusdam obtenditur, uniuscuiusque natura, frons, oculi, vultus persæpè mẽtiuntur*. & Lentulo Famil. 1. ibi: *fronte, atque vultu similatio facillimè sustinetur*: ac per consequens potius falsitas, quàm veritas eruitur. Hinc Cic. *in orat. Vatin.* ibi: *tantam semper potentiam veritas habuit, ut nullis machinis, aut cuiusquã hominis ingenio; aut arte subverti poterit. Et licet in causis nullum patronum, aut defensorem obtineat, tamen per se ipsa defenditur*. & pro M. Cælio; ibi: *ò magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contraque fictas omnium insidias, facilè per se ipsa defendat*. & pro Cluentio; ibi: *est interdum ita perspicua veritas, ut ei infirmare nulla res possit, tamen est adhibenda interdum vis veritati, ut eruatur*. & 1. *officior.* ibi: *homini est propria veri inquisitio atque investigatio*: quod deesse ducitur, ubi coram uno, ex causam decidentibus, examen fiat; quandoquidem tunc veritas melius dignoscitur, cum commissarius causæ quamplurima efficere debeat interrogata, pluraque indicia, ac præsumptiones deducere, quę deessent ubi examen extra judicii locum fieret, *l. notionem, §. ult. ff. de verbor. significat. l.* 3. *vers. Divi. ff. de testibus, cap.* 2. *de testibus, l. inviti* 8. *ff. de testibus, cap. si testes, §. inviti* 4. *quæst.* 3. *cap. si qui* 8. *de testibus, & attestationibus, l. si quando penultim. Cod. de testibus. l.* 3. §. *idem.* D. Adrianus, *ff. de testibus, novella* 90. *cap.* 5. Cujacius *ad legem testium* 22. *ff. qui testam. fac. poss. & quemadm. testam. aperiant. lit. D. pag.* 683. *tom.* 2. Donellus *in d. l. si quando penultima.* Antonius Faber 4. *Cod. tit.* 15. *de testibus, defin.* 28. *num.* 1. & 2. *pag.* 334. Tacitus *in dialog. de orat. cap.* 19. Joann. Cost. *in cap.* 1. Antonius Perezius *ad tit. Cod. de testibus, num.* 25. Garcia *de nobilit. glos.* 48. §. 1. *nu.* 5. Inspicito quæso Gonzalez 2. *decret. in cap. si qui testium* 8. *tit.* 20. *de testibus, & attestationibus.*

Pro prædefinitionis istiusmodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Testes absentes, qui coram Judice se personaliter præsentare deberent, cujus impensis repetitio isthæc facienda est?

Testes super certo deponentes loco, ubi res gesta fuerit, si ibi haud fuisse feratur, nec esse poterant, quin agniti fuissent: numquid admittendi sunt.

Testium repetitio in criminalibus: utrum fieri possit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ decisio.
Num. 2. ejusdem probatio.
Num. 3. Thesis secundæ prædefinitio.
Num. 4. & 5. ejusdem probatio.
Num. 9. Thesis tertiæ finitio.
Num. 10. ejusdem probatio.

1 Testes absentes, qui coram Judice se personaliter præsentare deberẽt, rogitantis sumptibus, faciendam fore, existimant Riccius *in praxi Eccl. decis.*

decis. 441. *in principio.* Thorus *compend. dec. tomo* 1. §. *testes absentes, qui debent*: edisserens, sic in Regia Camera sancitum fuisse.

2 Probatur: Ille impensas erogare astringendus est, in cujus utile testium examen vertitur, *cap. cum ex officii, de præscript. l. si quoniam, Cod. de testibus, cap. cum non deceat, de elect. in* 6. *l. sed si quis, ff. quemadmodum testamenta, l.* 3. §. *Gavinio, ff. de testibus, cap. testes*, §. *liberi* 4. *quæst.* 3. *l. eos*, §. *si cui, ff. de appellat.* Argum. *cap. sicut* 9. *de testibus, & attestation.* Petrus Barbosa *in l. eum, qui temerè, in principio, num.* 122. *ff. de judic.* Menochius *de arbitr. casu* 487. cum nemo teneatur suis stipendiis in jure dicendo ad testificandum sistere, *dicto cap. cum ex officii*: neu cuiquam suum officium perniciosum esse debet, *dicta l. si quoniam*, etsi prisca inspecta tempestate lege Cincia causarum patronis nonnihil à Clientibus prensare. Livius *lib.* 34. ibi: *Quid lex Cincia excitavit, de donis, & muneribus, nisi quia vectigalis jam, & stipendiaria plebs esse Senatui cæperat.* Tacitus *lib.* 15. *annalium*; ibi: *Oratorum licentia Cinciam rogationem, candidatorum ambitus. Julias leges, Magistratuum avaritiam Calphurnii Scita pepererunt.* & idem Author *lib.* 11. *annalium*; ibi: *Consurgunt patres, legemque Titiam flagitant, qua cavetur, ne quis ob causam orãdam pecuniam, donumve accipiat*: secus verò hodie; cum id Advocatis permissum sit, *l.* 1. §. *cui cautam, de variis, & extraord. cognit. l.* 1. *l. post duos, de advocat. divers. judic. l. laudabile, l. penult. Cod. de prædiis decur. lib.* 10. *l.* 3. *Cod. de agentibus in rebus, lib.* 12. *l. sumptus, Cod. de pactis.* Gregorius *lib.* 3. *partit. tit.* 15. *cap.* 6. Alciatus *lib.* 3. *disput. cap.* 9. Tiraquellus *de nobilit. cap.* 29. Polletus *lib.* 3. *histor. fori, cap.* 11. Marcellus Donatus ad Svetonium *in Nerone, cap.* 17. in nostra porrò facti specie testium examen non nisi in rogitantis beneficium converti supponitur; igitur, &c.

3 Testes super certo deponentes loco, ubi res gesta fuerit, si ibi haud fuisse feratur; nec esse poterãt, quin agniti fuissent, haud fore admittendos, edocent Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *testes deponentes super certo loco.* Jacobus Anellus de Bonis *in addit. ad prag. contingit sæpè in antiquis, fol.* 457. *sub tit. de capit. posit. &c.* apud eumdem.

4 Probatur: Ideo testis est examinandus, non nisi ut ex ipso veritas eruatur, *cap.* 1. *cap. sicut, de testibus, cap. placuit, cap. si testes, vers. lege Julia* 4. *quæst.* 3. *l.* 1. *in principio, ff. ad leg. Cornel. de falsis, cap. præsentium*, §. *testes, de testibus, & attestation. cap. ut circa, in fine, eodem lib. cap. constituimus, cap. placuit, cap. ultimo* 3. *quæst.* 5. *cap. ultimo*, §. *sed non ideo* 14. *quæst. l.* 3. *ff. de testibus, cap. in nostra* 32. *de testibus, l.* 1. *ff. de testibus.* Consule Fabrum 4. *Cod. def.* 30. *de testibus, pag.* 335. *& def.* 57. *pag.* 342. *& toto tit. de testibus. cog.* juxta textum *in l. curent* 22. *Cod. de testibus, l. in lege Aquilia* 41. *ff. ad leg. Aquil.* idem Author *pag.* 343. *in allegat. column.* 1. *l.* 3. §. 1. *ff. de testibus.* Donellus *ad tit.* 1. *lib.* 4. *Cod. de rebus creditis, & jure jurando, pag.* 104. idem Author *lib.* 4. *Cod. de testibus, ad leg. si tibi* 2. *pag.* 240. *& ad leg. etiam* 3. *pag.* 241. Cujacius *lib.* 12, *observat. cap.* 19. Consule Lucianum *in dial. armen.* Quintilian. *in declamat.* Stephanum Papa *in cap.* 1. 3. *quæst.* 11. ibi: *Non potest justitia cum homine scelerato commercium habere.* quod expresè in *l.* 3. *in principio, de testibus*, est prædefinitum; ibi: *Testium fides diligenter examinanda est; ideoque in persona eorum exploranda erunt in primis conditio cujuscumque, utrum qui Decurio, an plebejus sit, & an honestæ, & inculpatæ vitæ; an verò notatus quis, & reprahensibilis.* Hinc Cicero 1. *Offic. quod verum, simplex, sincerumqae est, id est naturæ hominis accommodatissimum.* & pro Quintio: *est interdum ita perspicua veritas, ut eam infirmare nulla res possit; tamen est adhibenda interdum vis veritati, ut eruatur*: verum enimverò veritas isthæc nostro in casu haberi impossibile ducitur; siquidem de quo nullam habuisset notionem, testes deponerẽt. Argum. *legis testium* 14. *vers. sub præsentia sua debitum, Cod. de testibus.* Duarenus *in tit. de testibus, colum.* 1. *&* 2. *pag.* 241. cum ubi res gesta fuisse edisseratur, ibi non fuere; igitur de eo, quod minùs scirent, testificarentur, quod

5 perabsurdum foret. inde est, quòd Cicero literis prodit, fuisse morem veteribus in judicio, ut jurarent, testes se scire non arbitrari. Supralaudatus Duarenus Author est: alioqui fraudibus aditus fieret, quod juribus obversaretur, *l. in fundo, ff. de rei vindicatione, l. cũ is*, §. *si cum lis, ff. de trãsact. l. qui sub prætextu, Cod. de sacros. Eccles. cap. porrò, de divort. Clem.* 1. *de usur.* Clement. 1. §. *fin. de concess. prabend.* cum fraus, dolusque nemini patrocinari debeant, *l. itaque fullo, ff. de furtis, cap. dictum* 30. *quæst.* 1. *cap. intelleximus, de judiciis, cap. tuæ* 12. *de Clericis non resident. cap. sedes, cap. ex tenore, de rescriptis, cap.* 2. *de dolo, cap.* 2. *de cognat. spirit. cap.* 1. *de collus. deteg. cap. tuus, de usuris.*

6 Testium repetitionem in criminalibus fieri posse, ducunt Reg. de Franchis *decis.* 716. Riccius *collect. decis.* 234. Thorus Author est *compend. decis. tomo* 1. §. *testium repetitio in criminalibus.*

7 Probatur: Probationes in criminalibus defactò luce meridiana clariores esse debent: siquidem de hominis pæna, ac infamia peragitur: *l. ultima, Cod. de probat.* Antonius Faber 6. *Codic. de furtis, def.* 4. *num.* 4. *in allegat. pag.* 618. atqui in primævo testium examine haud difficulter error admitti possit, cum sæpènumerò mortales errare soleant: præsertim memorię deficientia, quę labilis est. Hinc Cicero 1. *de Orat. Rerum omnium thesaurus memoria, quæ nisi custos inventis, cogi-*

gitatisque rebus, & verbis adhibeatur, intelligimus omnia, etiam si præclarissima fuerint, in oratore petitura. & Cato major: *memoria minuitur, nisi exerceas eam: nunquam tamen quemquam senum audivi oblitum, quo loco thesaurum obruisset.* & 1. *Tusc. Memoria est signatarum rerum in mente vestigium.* & 2. *Accad. Memoria non modo Philosophiam, sed omnis vitæ usum, omnesque artes una maximè continet*; igitur ne error hujuscemodi patretur, juremeritò rursus testium in criminalibus repetitio fieri necessum ducitur. Antonius Faber 4. *Cod. tit.* 15. *de testibus, num.* 3. *in allegat. pag.* 340. laudans Thesaurum *decis. Pedemont.* 28. idque, ut veritas elucescat, ac rei condignam solvant pænam; cum Reipublicæ intersit delicta puniri, *l. ita vulneratus,* §. *quod si quis, vers. cum neque impunita, ff. ad leg. Aquiliam, l. licitatio,* §. *quod illicitè, ff. de publican. l. congruit* 13. *ff. de offic. Præsidis, l. stichum,* §. *tametsi, ff. de solut. extravag. ad reprimen. in princip. cap. est injusta* 23. *quæst,* 4. *cap. ut famæ* 35. §. 1. *de sent. excomm.*

DECISIO XCI.

IN Causa Honorabilium Jacobi, Nicolai, & Marci Saxi cum Domino Ioanne de Tufo, & IoanneBaptista de Ponte qui sunt tertii possessores bonorum Petri Saxi, olim Tutoris dictorum Iacobi, Nicolai, & Marci: fuit primo dubitatum, an ad fundandam intentionem prædictorum Actorum agentium actione hypothecaria ob causam tutelæ, sit fundata eorum intentio ex sententia lata contra præfatum Petrum, ac decretis S. C. & executorialibus inde expeditis, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

HYpothecaria agens quis actione, non nisi ob tutelę causam: numquid ipsius intentio ex præcisa sententia contra adversarium suum lata; & ex decretis S. C. ejusdemque executorialibus inde expeditis, probetur.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ decisio.
Num. 2. ejusdem Thesis probatio.
Num. 3. Thesis secundæ prædefinitio.
Num. 4. ejusdem probatio.

1 HAud probari, opinatur Antonius Capicius *hìc, num.* 1. referentis, sic per S. C. sancitum fuisse; ibi: *communi voto dictum est, quod non.*

2 Probatur: Peracta discussione ad hoc, ut adversarius, nempè tertius possessor in hypothecaria, vel utili condemnetur actione, necessum ducitur, ut plena habeatur probatio, quæ Actoris intentionem sive agendo, sive excipiendo plenè probat, *l.* 2. *l. ab ea parte* 5. *l. quoties* 19. *ff. de probationibus, l. actor* 23. *C. de probationibus, l. adseveratio* 10. *C. de non numerata pecunia, l. ne Codicillos* 5. *C. de Codicillis.* Consule Antonium Fabrum 1. *Codicis, tit.* 3. *de Episcop. & Cleric. & Monach. definit.* 11. *num.* 1. *in allegat. &* 4. *Cod. titul.* 14. *de probationib. & præsumption. definit.* 46. Boer. *quæst.* 15. *num.* 6. Ægyd. de Bellam. *decis.* 535. *& defin.* 59. siquidem id principale supponitur judicium. Argum. *leg. leges, Cod. quorum bonorum*: nam hypothecariā quis intentans actionē non nisi plenè probare debeat, *l. per hanc* 4. *in fine, C. de tempor. & repar. appell.* cum hypotheca securitatem importet. Consule text. *in l. rem* 41. *ff. de pignorat. l.* 3. §. 3. *ff. ad exibendum, l. duobus* 19. *l. penult.* §. 1. *ff. de except. rei judicat. l. Titius* 9. *ff. quibus modis pignus, l. Mævio* 66. §. *fundo, ff. de legat.* 2. *l.* 5. *Cod. si aliena res pignori*: enimverò pacto contrahitur, *l.* 1. *&* 4. *ff. de pignorat. l.* 17. §. *de pignore, ff. de pactis, l. qui balneum* 9. *ff. qui potiores, l. solutam* 49. *ff. de solutionibus, l. non solum* 33. §. *qui pignori, ff. de usucapion. l.* 4. *de fide instrumentorum*; verùm enimverò ex sententia contra adversarium, seu tertium lata in Capiciana isthac facti specie haud plena habetur probatio; igitur, &c.

Secundo dubitatum est posito, quod ex processu, super quo dicta sententia, ac decreta lata sunt, appareat de debito Petri; si tamen illud debitum non est clarum, sed liquidatum fuit per juramentum in litem delatum dictis Actoribus ob dolum Tutoris, an extendatur vis istius juramenti contra tertium possessorem, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

Se-

Secunda Facti Species.

Juramentum in litem: numquid adversus Tutoris hæredes, vel contra tertios possessores dandum sit.

3 Haud fore dandum, docent Antonius Capicius *hìc, num.* 2. referens, sic per S. C. decretum fuisse; ibi: *Omnes quoque votarunt, quod non.* Anna *alleg.* 9. *num.* 3. Afflictus *decis.* 169. aliique.

4 Probatur: Si contra hæredem in litem haud præstatur juramentum; sive sit veritatis, sive affectionis jusjurandum; multò minùs si est principali delatum, tunc tertio haud obesse debet, cum unius factum alteri obesse haud jura sinãt, *l. si unus*, §. *ante omnia, ff. de pactis, l. de pupillo*, §. *si plurium, ff. de novi oper. nuc. l. pater famil. ff. de hæred. instit. l. non debet alteri, ff. de regulis juris, l. cohærendi, C. fam. ercisc. l. hæredes*, §. *in illa, ff. eod.* enimverò pro minùs gesto habetur, *l. jubemus*, §. *prædia*, *C. de sacros. Ecclesi. cap.*

5 *quæ contra jus* 64. *de reg. juris*, *lib.* 6. inde est, quod nemo proprium impugnare potest factum, *l. post mortem*, *ff. de adopt. l. & per fundum, ff. de servitut. rustic. præd. l. sicut, C. de action. & oblig. l. cum à matre, Cod. de rei vindic. l. generaliter*, §. *fin. ff. de non numer. pecun. l. non idcirco, C. de contrah. emptione, l. si creditoribus, C. de servo communi pignori dato, l. cum profitearis, Cod. de revoc. donat. l.* 1. *C. de remiss. pignor. c. veniens, de filiis Presbyt. c. cum super, de concess. præbend.* propterea quod cum Tutoris hæres, tum tertius possessor in juramenti delatione, hoc in casu, ceu personæ externæ habendæ sint, cũ juramentum non nisi à principali deferendũ sit, secus verò ab extraneo: nam si falsò juret adversus eundem, perjurii actione peragitur. Consule Donellum *lib.* 21. *juris civilis, cap.* 13. *num.* 7. *pag.* 534. Cajacium *ad l. servus tuus* 20. *ff. de minoribus* 25. *annor. lit. E. pag.* 276 *& in lib.* 8. *quæst. Papinian. ad l.* 1. *qui potior. in pignor. lit. D. pag.* 147. *tom.* 4. *l. vulgo* 7. *ff. de in litem jur. l.* 2. *ff. eod. l. qui restituere* 68. *de R. V. l. & harum* 7. *ff. si servitus vindic. l. Resennius* 41. §. *fundum, ff. de re judicat. l. si fundus* 16. §. *in vindicatione, ff. de pignoribus, l. cùm puto* 6. §. 1. *ff. ad legem Falcidiam, l.* 3. §. *præterea*, *ff. ad exhibendum, l.* 3. §. *in hac, ff. commodati, l. non à Judice* 64. *ff. de judiciis, l. filio*, §. *maritum, ff. soluto matrim. l. sed etsi*, §. *hæc verba, l. possessor*, §. *ult. ff. de petit. hæred. l. videamus* 4. *l. Tutor* 8. *ff. de in litem jur. l. si filio* 25. §. 1. *ff. solut. matrim. l. si vendidero* 80. §. 1. *ff. de furtis, l. arbitro* 18. *in princ. ff. de dolo, l.* 5. *ff. de in litem jur.* inspicito quęso Osualdum *lib.* 16. *comment. cap.* 7. *lit. B.* Escobar. *de ratiocin. cap.* 9. *num.* 39. Antonium Fabrum *in l. vulgo* 7. *ff. de in litem jur.* Borellũ

6 *in summa decis. tit.* 52. *num.* 75. inde est, quòd calumniæ juramentum sit *assertio sub Divina obtestatione sinceræ consciẽtiæ, fraudis expers de causæ suæ justitia persuasa, l. fin. C. de fideicommiss. l. jus jurandum* 34. §. 4. *l. si non fuerit* 37. *ff. de jure jurand. l. Marcellus* 11. §. 2. *ff. rerum amot. l. delatam, Cod. de rebus creditis, l. de die* 8. *ff. qui satisd. cogant. l. thesaurus* 15. *ff. ad exhibendum*; quod jusjurandum nonnulli à Justiniano fuisse dimanatum, autumant, *l.* 2. *C. de juram. propter calum.* Novella 50. §. *ult.* Novella 120. §. *ad excludendum*. Sic Cujacius, Giphanius *ad tit. Cod. de jure juran. propter calumniam*; etsi alii aliter sentiunt. Hinc Cic. *Proph Dii immortales*, inquit, *Ita ne quemquam tanta audacia præditum, qui quod deferre non vult in tabulas, id petere audeat; quod injuriatus referre nolit, ad jurare in litem non dubitat; quod sibi probari non possit, id persuadere alteri conatur*; igitur nil mirum si juramentum hisce minimè præstandum sit.

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Juramentum in litem: numquid dandum sit Actoribus petentibus rationem administrationis tutelæ à Tutore non conficiente inventarium.

Juramenti delatio: utrum usque ad sententiæ promulgationem revocari possit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ decisio.
Num. 2. & 3. ejusdem probatio.
Num. 4. Thesis secundæ finitio.
Num. 5. & 6. ejusdem probatio.

1 Juramentum in litem dandum esse Actoribus, petentibus rationem administrationis tutelæ à Tutore non conficiente inventarium, existimant Afflictus *decis.* 360. aliique. Thorus Author est *compend. decis. tomo* 1. §. *juramentum in litem, an sit dandum Actoribus, petentibus administrationis rationem.*

2 Probatur ex textu *in l. Tutor, qui repertorium, ff. de administr. tutor. l. tutores, Cod. eodem titulo*; idque genus: propterea quod à quolibet tutelæ munus exercente cuilibet ritè rogitanti deferendum est jus jurandum, *l.* 17. §. *si tutor, l.* 20. *ff. de jure jurando*. Cujacius *in l. jus jurandum* 17. §. *pupillus, & in l. tutor* 38. *de jure jurando*: in nostra porrò facti specie, Actores ritè juramentum petere supponuntur; præsertim à Tutore inventarium minùs conficiente: cùm ex non inventarii confectione dolus arguatur, *l. tutor* 7. *ff. de administrat. tutor.* Donellus *de jur. civil. lib.* 3. *cap.* 16. *sub num.* 20. *pag.* 200. Antonius Faber *in Juris prudentia, ad tit.* 25.

de

de suspectis tutoribus,vel curatoribus,princ. 1. *illat.* 11. & 12. *pag.* 1162. & 1163. *l. fin.§. illo, C. arbitr. tutel. l. legitimus, ff. de legitimis tutor. l. tutores, C. de administr. tutor. l. ita autem, C. eod. l. cum servus,l.cum tale, in princ. ff. de condit. & demonstr.l.militiæ armatæ, C. qui dar. tut. l.* 1. *C. de testam. tutor. §. fin.* Auth. *ut sine prohibitione matres.* Novella 94. ubi Cujacius *in fin.l.ult. C.de Magistrat. conven. l.de creationibus,C.de Episcop.audient.* Consule Cujacium *in novell.* ex Harmenopul. *lib.* 5. Menoch. *lib.*2. *de arbitr. jud. cap.* 174. cum dolus nemini patrocinari debeat, *l. nec ex dolo, ff. de dolo, l.* 3. *ff. de transaction. l. is qui dolo, ff. de rei vendicat. l. penult. in fin. ff. de jure dotium, l. si ex dolo, ff. de re judicat. l. etiam, §.* 1. *ff. solut. matrim. cap. audivimus de collusionibus,* Author est Bartolus *in l. tutor, ff. de ad-*
3 *ministr. tutor.* quandoquidem Tutoris muneris est pupillum defensitare, *l.* 1. *ff. de legi tutel. l. cum in plures, §. cum tutor, ff. de administr. tutorum, l. sæpè ita, ff. de verb. signif. l. in copulandis, C. de nupt.l. consilio, ff. de curat. fur.* Inst. *de tut. in pr. l. cum plures* 12. *§. pen. ff. de adm. tut. l.* 2. *C. de ali. pup. præst. l.* 1. *C. eod. l.* 3. *§.tutor. ff.de susp. tut. l. tutoris* 30. *ff. de adm. tut. l. generaliter* 10. *ff. eod.* Donellus *comment.lib.*15.*comment.cap.*19.*à num.*20.*usque ad* 50.*pag.*433. quod fieri haud prædicaretur, ubi tutores de jurejurando præstando non astringerent;cum ex juramenti præstatione,si deinde fraus, dolusve patraretur,profectò perjurii labes verificaretur, siquidē Dei in falsitatem vocitatio fieret, quæ duplici,scilicet, & civili, & criminali plecteretur pæna.
4 Juramenti delationem usque ad sententiæ promulgationem revocari posse, censet Antonius Faber 4. *Cod. tit.* 1. *def.* 3. *in fine,def.* 22. *def.*29.Author est Verde *instit. de actionibus Prætoriis pænalibus, lib.* 4.*lemma* 45.*nu.* 580.
5 Probatur *ex l. si quis* 11.*Cod.de rebus creditis*: siquidem errorem revocare suum debet quilibet; præsertim si ex errore hujusce-
6 modi aliquid damni subsequatur: cum inesse haud supponatur, inde est, quod injustè plectaretur, ac per consequens justitiæ obversaretur, *l. error, l. regula, ff.de jur.& fact. ignorant. l. in omnibus rebus. de obligat. & actionib. l. si per errorem, ff. de jurisdiction. l.* 2. *de jud. l. cum testamentum, ff. de jur. & fact. ignorant.* Donellus *in l. pecuniæ* 1. *C.de condict.indebiti, num.* 38. & *in l. non epistolis* 13.*C.de probationib. num.* 1. & *in l.si falsum ult. C. plus valere,quod agitur,&c.num.* 4. & *in l. emptionem* 2. *C. de contrah. empt. & vend. num.* 6. Hinc *in appen. sentent. ex apophth.* sic literis proditum est: *Nemo potest esse justitiæ tenax, qui supra, quod satis est, congerendi studio tenetur.* & indidem: *Cum justitiam oporteat esse clementia temperatam, quoties nacta est gravem interpellatorem, & minùs habet invidiæ, qui plus impetrat gratiæ;* quod nostro in casu haberetur si instrumenti delatio usque ad sententiæ promulgationem haud revocaretur; adeoque indefensus restaret, quod juribus obversatur, *l.* 1. *ff. de edendo, l.* 1.*§.ita cum edicto, ff.quæ sent. appellat. l.de unoquoque, ff. de judiciis.*Clem. *pastoralis, §. cæterùm, de re judic. l.* 1.*§.cùm arietes, ff. si quadrupes pauper. l.* 4. *in princ. l. scientiam* 45. *§. qui cùm aliter, ff. ad leg. Aquiliam.* Consule Vvesemb. *in paratitl. de exceptionib. num.*8. Cironium *in paratitl.* 5. *decretal. tit.* 28. *de appellat. pag.*159. Caramuelem *in Theolog. moral.quæst.*8.*casu* 37. *pag.* 124.

DECISIO XCII.

IN Causa Nobilis Joannis Baptistæ de Marchesio conventi cum Nobili Octofredo Caphatino, agente super repetitione, seu venditione cujusdam Domus,datæ aliàs in dotem per quondam Dominam Lauram Romanam dicto Octofredo ejus secundo viro æstimatę tali æstimatione, quod faciat emptionem: fuit dubitatum, an ex quo jam constat, quòd Domus prædicta fuerat quondam Domini Bernardini de Marchesio Patris Ioannis Baptistæ, & quòd tempore, quo dicta Laura illam cæpit pro suis dotibus D. Bernardini ejus primi viri, Ioannes Baptista erat minor 18. annis, possit prædictus Octofredus tueri se ex quodam instrumento, in quo sine juramento Ioannes Baptista confitetur, & narrat, fuisse Domum adjudicatam ipsi Lauræ per Magnam Curiæ Vicariæ servatis servandis, præcipuè cum per quinque, imo decem annos Ioannes Baptista factus major non contradixit dictæ confessioni; nec eam revocavit: dubium consistit in intellectu *legis finalis, Cod. si major factus*, &c. *Hæc Antonius Capicius*,

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti Species.

Minor factus major: numquid post decennii lapsum contra confessionem, & absq; jurejurando, & curatore factam, de in integrum restitutione rogitare possit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ decisio.
A'num. 2. usque ad 6. ejusdem Thesis probationes.
Num. 6. Thesis secundæ prædefinitio.
Num. 7. ejusdem probatio.

1 Haud posse, duco. est Antonii Capicii *hìc, usque ad num.* 3. Thori *compend. decis. tomo* 1. *§. minor major effectus per lapsum decennii.*

2 Probatur ex textu in *l. finali, Cod. si major factus ratum habuerit*, ubi id expresse est prædefinitum; ibi: *qui post trigesimum quintum annum ætatis, ea, quæ in minori gesta sunt, rata habuerint, frustra rescissionem eorum reposcunt, l.* 3. *Cod. de prædiis eor. l. cùm mandatur, versic. si autem, ff. de minor. l. arbitrio, §. si cujus, ff. de dolo, l.* 3. *§. minorem, l. intra utilem, ff. de minoribus, l. in honorariis, ff. de O. & A. l. ait Prætor, §. si conditionalis, ff. quæ in fraud. creditor.* Cujacius *de divers. tempor. præscription. cap.* 20. *&* 33. *& lib.* 2. *observat. cap.* 18. Donellus *lib.* 21. *comment. cap.* 10.

3 siquidem lapsa hujuscemodi tempestate, à lege sibi permissa, suo cessisse videtur juri, cui proculdubiò resignare quiverat, *l. si quis in conscribendo, Cod. de Episcopis, & Clericis, l. penult. Cod. de pactis, cap. tuis* 39. *vers. nisi de testibus, cap. ad Apostolicam, de regularibus, cap. si de tertia, de privilegiis*, cum nemini injuriam irroget, *l. injuriarum, §.* 1. *ff. de injur. l.* 3. *§. is tamen, ff. de libero homine exhibendo, l. qui injuriarum, §. is qui, ff. de jurejurando, l. jurejurando, l. quod Reip. l. injuriam, ff. de injuriis, l. fluminum, §. ultimo, ff. de damno infecto, l. Proculus, ff. eod. tit. l. si donaturus, §. si quis indebitam, Cod. de condict. ob causam, l. si meo, ff. de aqua pluvia arc. cap. cùm Eccl.* 21. *vers. quia, de elect.* in nostra porrò facti specie decennium elapsum esse supponitur, in quo major effectus de restitutione sibi facienda nullam fecerit petitionem; igitur argumentum, simbolumque est ijs, quæ ab ipso in minori gesta fuere ætate, tacitè assentiri; ac per consequens rata habere, juxtà triviale dicterium illud: *dissentire potens, haudque dissidens, pro assentiente videtur, l.* 2. *§. voluntatē, ff. solut. matrim. l. qui tacet, ff. de regulis juris, l.* 2. *Cod. de acquirenda possess. l. si fine, Cod. ad Vellejan. l. si hypothecas, Cod. de remiss. pignor. cap. nonne, de præsumpt. cap. qui tacet* 43. *de regulis juris, lib.* 6. *l.* 1. *§. penult. ff. nautæ caupones, l. qui patitur, ff. mandati, l. si fidejussor, in fine, Cod. eod. tit. l. si ut proponis, Cod. de nuptiis, l. Cajus, ff. de pignor. act. l. sæpe, §. cur autem, ff. de re judic. l. si fidejussor. Cod. mandati*; Hinc memoriæ proditum varios apud auctores reperio, nempe apud Hesi. ibi:

Qui non novit tacere, nescit loqui.
Pænituit aliquando, locutum esse, tacuisse nunquam.

Et apud Horatium; ibi:

Optimus est homini linguæ thesauris, & ingens.
Gloria, quæ parcis mensuratur singula verbis.
Effræni oris, & ex legis dementiæ extremum infelicitatis occupat.
Linguam compescere, virtus non minima est.
Mors, & vita in manibus linguæ.
Maledicentia stuldorum thesaurus, quem in lingua reconditum tenent.
Qui consideratè loquitur, sentiet mala.
Inter pocula præsertim servandum silentiū.
Stultus non novit silentium servare.
Percuntatorē fugito, nam Garrullus idē est.

Et apud Senecam.

Alium silere quod voles primus sile.
Lingua hominum ad judicia præceps.

Et apud Horatium.

Semel emissum volat inrevocabile verbum.
Lingua si infrænis est, & prodiga, interdum maximarum claudium organum est: at si parca, & provida, in ea particula ingentium bonorum fomites latent, & prudentia inde excerpitur.
Qualis vir, talis oratio.
Pudicæ mentis, pudicus sermo.
Os sanctum sancta promit eloquia.
Imago homini sermo est.
Detrahentem aversatur vir bonus.
Huic non licet alterius vituperationem patienter audire, qui nec ab aliis suam recipit.
Verendia silentium.

4 Probatur 2. ideo jura minori extemplo, ac majorem attingat ætatem, quatriennium ad petendam in integrum restitutionem concessere, *l.* 3. *§. minorem, l. intra utilem, ff. de minor. l. in honorariis, ff. de O. & A. l. ait Prætor, §. si conditionalis, ff. quæ in fraudem credit.* Inspicito quæso Cujacium *de divers. temp. præscript. cap.* 20. *&* 33. *& lib.* 2. *observat. cap.* 18. Donellum *lib.* 21. *comment. cap.* 10. nonnisi ut intra tempus hujuscemodi id, in quo læsus foret, rogitare posset, ac per consequens sibi in integrum restitutio daretur, *l. ait Prætor, ff. de minoribus, l.* 1. 4. *& ult. Cod. si adversus usucapion. l.* 1. *&* 2. *Cod. si advers. donationem, l.* 1. *&* 2. *Cod. si adversus transactionem, l.* 1. *&* 2. *Cod. si adversus solutionem, l. quod si minor* 24. *ff. de minoribus, l. ex contractu* 44. *ff. de re judicata, l. cùm quidam, §. si pupillo, ff. de usuris.* Argu. *cap. auditis* 3. *de in integrum restit. cap. cùm causa* 8. *de re judic. cap. ad nostram, de rebus Eccle-*

Ecclesiæ, cap. 1. *de in integrum restit. lib.* 6. Consule Hotmanum *consil.* 125. Donellum *lib.*21. *comment. cap.*19. Fachineum *lib.* 10. *controvers.c.*1. Duarenum *ad tit.ff.de acquirenda, cap.*10.Pichardum *de vulgari,cap.*10. Pacium *centur.*3. *quæst.*3. alioqui tacitè pro rato haberetur:siquidem dissentire posset,ceù supra laudatis in juribus demonstratum fuit. in nostro porrò themate & quatriennium, & decennium lapsum esse supponitur, in quo de in integrum restitutione nulla facta fuit interrogatio;igitur, &c.

5 Probatur 3.terminus petitionis restitutionis in integrum minori permissus à jure, designatus esse supponitur, *l.ult. Cod.de temporan. in integ. restitut. l. ult. Cod. rep. hær.* Cujacius *de divers. temp. præscript. & ter.c.* 22.*lit.B.pag.*303.*tom.*1.Antonius Faber 2.*C. tit.*23.*si advers.usucap.vel præscr.rest.pet.definit.*1.*pag.*122.*l.ait Prætor, ff.de minoribus, l.* 1.4.*& ult.Cod.si adversus usucapion.l.*1.*&* 2. *Cod.si advers.donat. l.*1. *&* 2. *Cod.si adversùs transactionem, l.*1. *&* 2. *Cod. si adversùs solutionem, l.quod si minor* 24.*ff.de minoribus, l. ex contractu* 44.*ff. de re judicata*; Duarenus *ad tit. ff. de adquirenda, cap.* 10. Bronchorst. *centur.*1.*miscell.cap.*28. Antonius Matthæus *in collect. disput.* 10. *num.*38. cum minor sit persona privilegiata, *l. quod si minor* 25. §. *restitutio, ff. de minoribus, l.* 1. *l. minoribus, ff. de minoribus, l. etiam ei* 45. *ff.de minoribus, l.si res pupillaris* 49.*ff.de minoribus, l.si mulier* 31.*ff.de minor.l.unic.Cod. de filio fam. minore*: ac per consequens ultrà ipsum restitutionis in integrum petitio denegatur,alioqui processus in infinitum refunderetur,utputà qualibet peti posset tempestate, quod perabsurdum foret; quandoquidem fraudibus aditus panderetur, *l.in fundo, ff. de rei vindicat.l.cum ii,* §.*si cum lis, ff. de transactionibus, l.qui sub prætextu, Cod.de Sacrosan.Eccles. c.porrò,de divort.clem.*1.*de usuris, clem.*1.§.*fin.ff.de concess.præb.*HincLivius *lib.* 1.ibi: *Fecialis Regem interrogavit,Rex facisne metu Regium Nuntium, Populisve Romani Quiritium vasa,comitesque meos? Rex respondit. Quòd sine fraude mea, Populique Romani Quiritium fiat,facio.* & Cic.*de amicitia* 75.ibi: *Maxima autem culpa in eo est,qui & veritatem aspernatur, & in fraudem obsequio impellitur*; igitur, &c.

Secundo in eadem causa,in reconventione facta Joannem Baptistam, in qua petiit,quod in eventu,in quem domus veniret restituenda,Octofredus condemnari debeat ad dotem in pecunia, pro qua domus sibi data fuit æstimata: fuit dubitatum, an dicta Laura, quæ ex primo viro habebat D. Joannem Baptistam, & ex secundo Elionoram,potuerit in suo testamento relinquere Joannem Baptistam masculum hæredem, relictis solùm Elionoræ fæminæ ducatis ducentis, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

Secunda facti species.

Filiæ fæminæ, & masculi, diversis in nuptiis suborti, si ipsorum mater intestata decessisse feratur: numquid æquabiliter masculi cum fęminis succedant.

6 Æqua lance succedere inter se,reor.est Antonii Capicii *hic*, *num.* 3. *&* 4. de Franchis *decis.*639.*in fine.*Molfesii *in comm.ad consuetud.neap. parte* 3. *quæst.*22. *num.*17. Thorus Author est *compend. decis.* §. *filiæ feminæ de paragio dotatæ*.

7 Probatur: tametsi filiæ fęminæ de paragio dotatæ, extantibus masculis, in Regno haud succedere perhibentur, si ex iisdem gignitæ sint nuptiis.*consuetudine si moriatur aliquis*, Regens de Franchis *decis.*552.*num.*18.*& dec.* 559.*num.*2.Rosa *consult.*29. *num.*20. *& consult.*69.*num.*35.*&* 148. verumtamen,nostro in themate secus est edifferendum: siquidem ex diversis suborti nuptiis æquo pede succedunt.*consuetudine si qua mulier*; ibi: *si qua mulier habens filios,vel liberos ex diversis maritis moriatur intestata filii, & filiæ absque discretione sexus succedunt, eidem in viriles, quilibet,scilicet ex filiis, & filiabus pro æqualibus portionibus,&c.* quare thesis isthæc alia probatione non indiget,cum ex ejusdem consuetudinis verbis liqueat.

Pro decisionis istiusmodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Filiæ fæminæ in concessione rei emphyteuticæ Ecclesiæ *pro se, & filiis* concessæ: numquid includantur.

Minor si, pendente judicio, major effectus esse prædicetur,ac in integrum restitutionem petierit: utrum ei concedenda sit.

SUMMÆ.

Num.1.Thesis primæ decisio.
Num.2.ejusdem probatio.
Num.3.Thesis secundæ prædefinitio.
Num.4.& 5.ejusdem probatio.

1 Filias fęminas in concessione rei emphytheuticæ Ecclesiæ, *pro se, & filiis* concessæ,fore includēdas,docent Reg-

de

de Franchis *decis.*30.Peregrinus *in tract. de fideicom.art.*49.*vers.in tertio autem,nu.* 116. Riccius *in collect. decis.*1313. aliique.Thorus Author est *compend. decis. tomo* 1. §. *filiæ fæminæ an includantur in concessione rei emphyth.*

2 Probatur: Tò *pro se, & filiis*,& masculos, & fæminas amplecti perhibetur, *l. filiæ appellatione, ff.de verbor.significat.*argum.*l.Lucius*, §.*quæsitum, de legatis* 2. *l.si ita, de liberis, & posthum. l. quisquis, Cod. ad l. jul. ma. l.*1. §. *quare* , *ff. de vent. in poss. mit.* Alciatus *in l.* 1. *ff. de verborum signification.* Hotmanus, Balduinus , Budæus , aliique 1. *instit. tit.* 14. *qui testam.tutores dari possunt*, §.*si quis filiabus suis*: siquidem filiorum nomine (nisi de fæminis aliqua fiat exceptio) cùm masculi , tùm fæminæ detruduntur,ceù supra commõstratum fuit: in nostro porrò themate nulla de fæminis exceptio facta fuit;igitur illas intrudi, comprehendique debere necessum ducitur , alioquin jurium correctio sectaretur , quæ summoperè effugienda est , *l. si quando* , *Cod.de inoffic.testam.l.*1. *Cod.de inoffic.dotib.l. præcipimus, in fine, C.de appellation.cap.*1.*de novi operis nunciat.cap.cum expediat. de electione lib.* enimverò jura juribus concordari expedit,*l.*3.*ff.de militari testamento,l.si quando, ff.de legatis* 1.*l.sed & posteriores, ff.de legibus, l.non est novum, ff.eod.tit. l.unica, Cod.de inofficiosis dotibus* .

3 Minor si pendente judicio , major effectus esse prædicetur;ac in integrum restitutionem petierit, ei condecendam fore,reor, dummodò litis prorogatio dolosè,sive per actorem , sive per Judicem, ne in causa conclusum foret, acta fuit. est Afflicti *decis.*210.Muscatelli *in praxi S.C.parte* 6.*glossa in integrum,num.* 17.Martæ *voto* 71. *nu.*8. aliorumque.Author est Thorus *compend. decis. neap. tomo* 1. §. *minor si pendente judicio affectus sit major.*

4 Probatur:minor hoc in casu in culpa haud esse prædicatur:ast potius actor,vel Judex. Inde est,quòd istiusmodi cõdignã persolvere debent pœnam, quæ suum sectatur authorem , *l.sancimus, Cod.de pœnis, cap.quæsivit, de iis, quæ fiunt à majori parte capituli,cap.Romana , in fine , de sententia excommunication. lib.*6.*cap.non afferamus stateras,in fine* 24.*qu.* 1. *cap.fœlicis*, §. *illud autem, de pœnis lib.* 6.

5 Hinc Cic.pro Rosc.Com.ibi: *Judex est is,quẽ non minùs benè de nobis existimare , quàm secundùm nos judicare velimus.* & 2. de Oratore; ibi: *Plura judicant homines, aut amore , aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore,aut aliqua permotione mentis , quàm veritate , aut præscripto,aut juris norma aliqua,aut judicii formula, aut legibus* : igitur suo frui debere privilegio par est. arg.*cap.non est sine, de regulis juris,lib.*6.argum. *l.sancimus* 22.*C.de pœnis, l.aliud est fraus* 131. *ff.de verborum signification.* Consule Donellum *in l. post litis, unica, Cod.ex delictis defunctorum* , *&c.* cum nemo procul à justa causa jure privari debeat suo, *l.injuriarum*, §.1.*ff.de injuriis, l.*3. §. *is tamen, ff.de liber. homin.exibend. l.qui injuriarum*, §.*is,qui, ff.de jurejurand.l.iureiuran. l.quod Reipublicæ, l.injuriarum, ff. de injur. l. fluminũ*, §.*ult.ff.de damno infecto, l.Proculus, ff.eodem tit.l.si donaturus*,§.*si quis indebitam, Cod.de condict.ob causam, l. si meo, ff.de aqua pluvia arc.cap. cùm Eccl.* 21. *vers.quia, de elect.l.nec avus,de emanc. lib. cap.cum Eccles.* 21.*vers.quia,de electione, l.*2.*ff.de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, l.non debet, ff. de Reg. jur.* Donel.*in l.dudum penult.Cod.de contrah.emp. & vend.num.*5.*&* 6. *& in l.non est,unic.Cod. de pact. inter empt. & vend. compos. num.* 4. 5. *&* 6.

DECISIO XCIII.

IN Causa Athenasii Ferrarii cum Universitate Villæ Casoriæ: primo dubitatum est,si dicta Universitas, quæ prætendebat quandam Terram Universitatis esse indebitè penes ipsum Athenasium, potuit super ea facere compromissum, cujus vigore arbiter judicavit, & sic de validitate laudi,&c. *Hæc Antonius Capicius* .

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti species .

COmpromissum penes arbitrum per universitatem gestum : numquid laudum ab ipso promulgatum firmum censendum sit , si in compromisso essentialia defuisse prædicentur requisita .

SUMMÆ.

Num.1.Thesis primæ prædefinitio .
A num.2.usque ad 6.eiusdem probatio .
Num.6.Thesis secundæ decisio.
Num.7.eiusdem probatio .
Num.8.Thesis tertiæ finitio .
Num.9.& 10.eiusdem probationes.
Num.11.& 12.eiusdem oppositio .
Num.13.eiusdem solutio .
Num. 14. primæ Thesis quartæ partis decisio .
Num.15.eiusdem probatio .
Num. 16. secundæ Thesis quartæ partis prædefinitio .
Num.17.eiusdem probatio .

Num. 18. tertiæ Thesis quartæ partis finitio.

Num. 19. 20. & 21. eiusdem probatio.

1 Nfirmum fore, duco. est Antonii Capicii *hic, usque ad n. 5.* Josephi Ludovici *decis. perus. 2. num. 1.* Riccii *decis. 64. n. 9. parte 1. in magnis*, aliorumq; Thorus Author est *compend. decis. tomo 1. §. cõpromissum factum per universitatem in posse arbitri.*

2 Probatur: ubi causa extincta, ac per consequens infirma esse ducatur; toties effectus ab ipsa dimanatus etiamnum extinctus est ducendus. Hinc Cic. *de fato*; ibi: *causa est, quæ id efficit, cujus est causa, ut vulnus mortis, cruditas, morbi, ignis, ardoris.* & paulò post: *Nulla igitur est causa, nulla earum rerum suavi efficit id, cujus dicitur caussa, l. adigere, §. quamvis, ff. de jure patr. l. si pater, ff. de hæred. instit. l. generaliter, Cod. de Episcopis, & Clericis, l. cum te, Cod. de pacto inter empt. c. magnæ, in fine, de voto, cap. cum cessante 60. de appellat.* propterea quod effectus non nisi à causa asservari debeat sua; cum causa in effectum semper influat suum, uti edocent Philosophi.

3 Inde est, quod si limitata sit, limitatum prodit effectum, *l. in agris, ff. de acquirendo rerum dominio, l. cancellaverat, ff. de iis, quæ in testam. delentur, l. 2. ff. de servis export. l. ex facto, §. item quæro, ff. de vulgari, & pupillari substitut. l. cùm pater, §. dulcissimis, ff. de legatis 2. l. age cum Geminiano, Cod. de transactionibus, cap. ea noscitur, de senten. excommunicationis.* Tiraquell. *in tract. cessante causa, parte 1. num. 147. & de retractatu lig. §. 32. glossa 1. num. 92.* adeoque causa proxima magis attenditur, quàm remota, *l. sed etsi plures, §. in arrogato, ff. de vulgari, & pupillari substit. l. ligni, in fine, ff. de legatis 3.* in nostro porrò themate compromissum, utpotè laudi causa extinctum extat: siquidem in ipso essẽtialia desiderãtur cõpromissi requisita, uti supponitur, *l. 3. §. si & Judex, l. Judex, ff. de judic. l. 33. de recep. arbit. l. quid tamẽ 21. §. si arbiter, l. non distinguemus 32. §. de officio 15. ff. de arbitr.* argum. *l. 2. Cod. commun. utriusque judic. l. non tantùm 5. ff. rat. rem hab.* Cujacius *1. qu. Papin. ad l. 33. de rec. arb. & l. 74. de reg. jur. lit. D. pag. 14. tomo 4.* Antonius Faber *2. Codicis,*

4 *tit. 37. de arbitr. defin. 1. pag. 145.* enimverò essentiali desinente parte, ipsum perimitur totum, quod nonnisi ex partibus conglobatur, texiturque, *l. 1. §. si stipulanti, ff. de verbor. obligat. l. si alii, ff. de usufruct. legato, l. in eo, quod plus 111. l. in toto 114. ff. de reg. jur. cap. plus 35. cap. in toto 80. eod. tit. lib. 6.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. cap. 47. num. 6.* igitur identidem, & laudum, utputè effectus à compromisso, ut à sua suboriens causa extinctum jacere debet:

5 quandoquidem effectus non nisi à suo fonte veluti à radice habet effectũ. inde est quòd inter effectum, causamq; correlatio habetur, *l. finali, ff. de acceptil. l. finali, Cod. de indicta vidui t. tollend. l. si quis servo, Cod. de furtis, l. 1. Cod. de transact. l. 1. Cod. de cupressis, lib. 11. l. julia, §. si procurator, ff. de actionibus empti, l. alteri, ff. de adimend. legatis.*

Secunda Facti Species.

HAbens arbiter prorogandi compromissi terminum facultatem; si compromissi terminum prorogasse feratur, Universitatis Procuratore minùs ritè citato: numquid laudum hujuscemodi firmum sit.

6 Infirmum fore, reor. est Antonii Capicii *hic, num. 5. in fine*, sic per S. C. prædefinitum fuisse; ibi: *Sacrum Consilium per alia media pronunciavit laudum nullum; videlicet quia habens hic arbiter potestatem prorogandi terminum compromissi, dum prorogasset non intimavit Procuratori Villæ Casoriæ ipsam prorogationem.* Ludovici, Riccii apud supralaudatum Thorum.

7 Probatur: Ideo Universitatis Procurator de compromissi termino, prorogato per arbitrum, ritè citandus est; non nisi ut intra prorogationis terminum suam defensitare quiret Universitatem: rationesve, quæ Universitati conveniunt adducere; cum Universitatis, Reipublicæ, ac Patriæ causa favorabilis, & privilegiata sit. Hinc Cic. 1. *Officiorum*; ibi: *Cari sunt liberi, propinqui, familiares: sed omnes omnium caritates Patria una complexa est, pro qua quis bonus dubitet oppetere, si ei sit profuturus?* & *Philipp. 9.* ibi: *His majores nostri, qui ob Rempublicam mortem obierat, pro brevi vita diuturnam memoriam reddiderunt.* & *in Vat.* ibi: *Eò omnis vitæ nostræ ratio transmittenda est, ut magnam nominis nostri famam, & maximis in Rempublicã meritis collatis posteris relinquamus*; igitur prorogationis termino haud agnito: juremeritò utpotè indefensus arbitri laudum pro nihilo ducendum est, alioquin indefensus damnaretur, quod juribus observaretur. Clement. *pastoralis, §. cæterum, de re judic. l. 1. §. cum arietes, ff. si quadrupes pauper. l. 4. in princip. l. scientiam 45. §. qui cum aliter, ff. ad leg. Aquil. l. 1. §. ita cum edicto, ff. quæ sentent. appellat. l. de unoquoque, ff. de judic.* Caramuel *in Theolog. moral. quæst. 8. casu 37. pag. 124.* Cironius *in paratitl. 5. decretal. tit. 28. de appellat. pag. 159.* Vvessembecius *in paratitl. de exceptionib. num. 8.* Consule Corasium *lib. 6. miscel. cap. 16. num. 10.* Fabrum *in Juris prudentia Papinianea, tit. 2. de jure naturali, gentium, & civili, princ. 5. illat. 5.*

Secundo dubitatum est: an ex quo in dicto compromisso quidam particulares promiserant, quod Universitas verificaret modis omnibus, & cum effectu; ita quod faciendo posse suum non accusetur, quod Universitas ipsa ratificaret.

ret. & Universitas ratificavit: sed non mediante decreto, an isti particulares teneantur: ex quo non ratificavit cum effectu, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

Tertia Facti Species.

Cives nonnulli in compromisso pollicentes Universitatem, & compromissum, & laudum ab arbitris latum ratificare debere: quid prædefiniendum, si Universitas defactò ratum habuerit, sed non intermedio decreto; adeoque minùs cum effectu: numquid Cives particulares hujuscemodi astringendi sint, si Universitatem sueto more coadunari fecisse tradantur.

8 Haud fore astringendos, reor. est Antonii Capicii *hìc, num.* 6. 7. *&* 8. Grammatici *decis.* 102. *num.* 99. Author est Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *ratificatio contractus, seu compromissi*, adversus glossam *in l. hujusmodi, in principio, ff. de legatis* 1. Alexandrum, aliosque.

9 Probatur 1. Cives hoc in casu juxta obstrictionis modum sibi agnitum se obstrinxisse supponuntur. inde fit, quòd pacta hujuscemodi asservare, fas, juraque sinunt, *l.* 1. §. *si conveniat. ff. depositi, l.* 1. *ff. de pactis, l. Iuris gentium*, §. *Prætor ait, ff. eod. tit. l.* 1. *ff. de constitut. pecunia, l. cùm amplius, in fin. ff. de regul. jur. cap.* 1. *de pactis*. Hinc Cic. 2. *de Juventute*; ibi: *Pactum est, quòd inter aliquos convenit, quod jam ita justum putatur, ut jure præstari dicatur.* & 3. *Officior.* ibi: *Regulus non debuit pactiones bellicas, & hostiles servare perjurio.* Modus porrò universitatem congregandi assuetus; scilicet ad Campanæ sonum, vel per ejusdem Ministrum, idque genus, ut in praxi servari assolet, jam defactò verificatus fuit: siquidem major Civium pars etiamnum ratum habuere, quicquid in compromisso à Civibus pollicitum fuit; igitur ad nil aliud eos astringendos fore, censeo.

10 Probatur 2. Ubi quis se obstringit; toties id, in quo se obliget, nosse debet: alioqui ejus obligatio in incognitum duceretur. Argum. *l. nemo videtur, de reg. jur. l. nam si actor, ff. de rei vind. l. de ætate*, §. *ex causa, de interrog. in jur. fac.* Consule Cujacium 8. *quæst. Papin. ad l.* 18. *de interreg. injur. fac. pag.* 129. *lit. B. tom.* 4. Petrum Fabrum *in l. nemo videtur* 145. Donellum *in l. caussa* 1. *C. de reb. creditis, & jurejur. num.* 14. *pag.* 102. *& in l. qui non dum* 4. *C. de hæred. vel action. vend. num.* 2. *pag.* 478. Inde est, quòd voluntas, in mente retenta, nullum producit effectum, *l. si repetendi, ff. de condict. ob caussam*; adeoque magis facto, quàm verbis expenditur, *l. Paulus, ff. rem ratam haberi, l. repræhendenda, C. de institution. & substitutionibus, l. pro hærede, ff. de acquirenda hæredit.* alioquin inanis foret, *l. nolle adire, ff. de acquirenda heredit. l. Pater Severinam, in princ. ff. de conditionib. & demonstrationibus*: tametsi quandoque mortalis velle plectitur, etiamsi haud adimpleatur. Hinc Cic. 3. *Officior.* ibi: *In ipsa deliberatione facinus inest, etiam si ad id non pervenerit.* & pro Milone; ibi; *Non exitus rerum solùm, sed & hominum consilia legibus vindicantur: minùs quidem dolendum est, re non perfecta, sed puniẽdum certè nihilominus.* Hujuscemodi porrò Cives juxta modum Universitatem congerendi, se obstrictos fore supponuntur: siquidem hic obligandi modus ipsis agnitus erat; nec decreti notio impetrandi ipsis cognita erat: quandoquidem si ipsos haud fugiebat; quippe impetrassent; igitur, &c.

11 Dices: Isthæc Universitatis obligatio nullius ducitur momenti; siquidem in essentialibus est manca, ac deficiens; cum in essentialibus substantialis forma rei esse refundat, *l. Divus, ff. de in integrum restit. l. Julianus* 9. §. *qui rem, ff. ad exhibendum, l. qui hæredi, l. Mævius, ff. de condition. & demonstrationibus, l. cùm hi*, §. *Prætor, ff. de transaction. l. qui per salutem, ff. de jurejurando, l. in conventionibus, ff. ad municip. l. is, qui quadraginta*, §. *quædam, ff. ad leg. falcid. l. cùm antiquitas*, §. *cùm autem, Cod. de testamentis.* Clem. 1. *de reb. Eccles. non alienand.* Aristoteles 1. *Phisicor. cap.* 9. *quæst.* 10. *artic.* 1. Inde est, quòd si in aliquo servãda sit actu, si in illo deficiat, actus infirmatur, pessundaturque, *l. Mævius, l. qui hæredi, ff. de condition. & demonstration. l.* 1. *&* 2. *C. quando provocare non est necesse*. Tiraquell. *in l. si unquam, verb. revertatur, num.* 67. *C. de revocand. donation.* quandoquidem inter essentialia, ut obligata ritè autumetur Universitas, decreti reposcitur interpositio. Capicius *hìc, num.* 1. Muscatellus *in praxi S. C. lib.* 2. *parte* 3. glossa *venduntur, num.* 48. Authores sunt apud Thorum *compend. decis. tomo* 1. §. *bona Universitatis ad hoc ut vendi possint*: in nostra porrò facti specie nulla decreti interpositio supponitur, igitur nulla Universitatis obstrictio; si igitur infirma? etiamnum Civium istiusmodi pollicitatio nulla ducenda sit? igitur ita se habuit Civium horum promissio, perinde ac si habita haud fuisset:
12 siquidem desinente causa, affectus etiamnum desinere dicitur, *l. adigere*, §. *quamvis, ff. de jur. patronatus, l. si pater, ff. de hæredib. instituend. l. generaliter, C. de Episcopis, & Clericis, l. cùm te, C. de pacto inter emptorem, cap. magnæ, in fin. de voto, cap. cùm cessante causa* 60. *de appellat.* cum effectus non nisi suum à causa reciperet esse. inde fit, quòd causæ, & causati idem sit judicium, *l. quominus, ff. de fluminibus, l. etsi amicis, ff. ad leg. Juliam, de adulter. l. si autem, in fin. ff. de aqu. pluv. l. non ideo, C. de hæredib. instituend. l. maritus, Cod. de procuratoribus*: enimverò inter se correlatio habetur, *l. fin.*

fin. ff. de acceptil. l. fin. C. de indicta viduit. tollend. l. si quis servo, Cod. de furtis, l. 1. Cod. de transact. l. 1. Cod. de cupressis, lib. 11, igitur ad damni illati restaurationem obstringendi sunt.

13 Infirma est argumenti illatio: nam decreti interpositionis notio minùs agnita ipsis supponitur Civibus: quare ad argumentum in forma, ultimum distinguo consequens: si decreti interpositionis notio ipsos haud fugisset, concedo consequentiam; sin secus, infirma est illatio.

Tertio dubitatum fuit (nam Athenasius fecit, seu ædificavit in dicta Terra Molendinum magni redditus, in quo expendit multas pecunias. esto, quòd non teneatur ad fructus propter bonam fidem) an ultrà fructus lucratos habeat repetitionem impensarum, præsupposito, quòd non sint necessariæ, sed utiles, & etiam valorem meliorationum, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

Quarta facti species,

Meliorationes, utilesque expensæ, à bonæ fidei emptore factæ: numquid in institutionis eventu ab eodem repetendæ sint.

14 Distinguas: Vel meliorationes, utilesque expensæ istiusmodi, à bonæ fidei emptore gestæ, fructus ab eodem lucratos excedere perhibentur; tunc in restitutionis eventu ab eodem excessum illum, sive meliorationum, sive utilium impensarum, repetendum fore, reor 1. est Antonii Capicii *hic, nu.* 9. aliorumque. Inspicito Thorum *compend. decis. Neapol. tomo* 1. §. *meliorationes factæ in fundo, quo tempore restituendæ sunt.*

15 Probatur ex textu *in l. in fundo, ff. de rei vindic. l. sumptus, ff. eodem. l. si pater, §. finali, ff. de petitione hæreditatis*: siquidem excessus hujuscemodi nullo jure alteri, quàm bonæ fidei emptori debetur: cum melioratio isthæc, nonnisi ex industriante, seu meliorante habeatur. Antonius Faber 4. *Cod. def.* 24. *num.* 2. *&* 3. *in allegat. pag.* 494. juxta tex. *in l. si in area* 33. *ff. de condict. indebiti, l. hæres* 21. *ff. ad Senatus Consultum Trebellianum, l. fructus* 45. *ff. de usu. l.* 2. *in fin. ff. pro suo.* Hotmanus 2. *instit. tit.* 1. *de rerum divis. litera E. pag.* 229. *l. Dominus* 55. §. 1. *l. colonus* 61. *ff. locati, §. cum in suo solo* 19. Instit. *de rerum divisione, l.* 2. §. *& generaliter, ff. de doli mali, & metus exception. l. expensæ, vers. utiles, ff. de verb. signif. l. in fundo, vers. finge, ff. de rei vindicatione, l. Paulus* 14. *ff. de doli except. l. pater* 14. §. 1. *l. seq.* §. 1. *ff. ad leg. Falcid.* Budæus 2. Instit. *tit.* 1. *de rerum divis. §. certè illud, pag.* 8. Ilultejus *loc. sup. laud. §. cùm in suo loco* 19. *num.* 4. *pag.* 170. nec novum in jure; quinimò certum supponitur de utilibus expensis per bonæ fidei possessorem rogitari posse *l. aliam, ff. de novat. l. in pupill. ff. de solutionibus, l. in fundo, ff. de rei vindicat. l. sin autem, §. in rem petitam, ff. laudat. tit. §. ex diverso.* Instit. *de rerum divis.* ubi Hotmanus, Balduinus, Pichard. Budæus, Vultejus, idque genus. Cujacius *lib.* 10. *observat. cap.* 1.

16 Vel meliorationes, utilesque expensæ à bonæ fidei emptore gestæ, fructus ab eodem lucrati haud excedant; sed æquabiliter inter se se habeant; tunc restitutioni nullus refundendus erit locus, ac per consequens inter eos compensatio habenda erit.

17 Thesis isthæc cũctorũ debet esse Authorũ, sana mente differentiũ, neu ulla indigeat probatione, cum se ipsa liqueat: quandoquidem utiles impensæ, meliorationesque cum fructibus perceptis compensandæ sunt; alioqui unus foret in damno, alter verò in lucro, quod juribus dissonum foret. Antonius Faber *de just. & jur. in Juris prudent. princ.* 2. *illat.* 1. *in fine, pag.* 5. *l. nam hoc natura, C. de condict. indeb. l. naturaliter, §. fin. l. hæc condictio* 66. *ff. eod. tit. l. bona fides* 50. *ff. de actionibus empti, l. jure naturæ* 206. *ff. de regul. jur. l. ult. C. de usucap. pro emptore, cap. suam, de pœnis, cap. locupletari* 47. *de regulis jur. lib.* 6. *l. cum ii, §. si quis, de aliment.* Inspicito quæso Anton. Fabrum *in d. l. jure naturæ* 306. *pag.* 693. Hotmanum 2. *instit. tit.* 1. *de rer. divis. & acquir. ear. dom. §. ex diverso* 22. *vers. per exception. doli mali, lit. A. pag.* 225. *tom.* 2. Donellum *lib.* 12. *juris civilis, cap.* 25. *num.* 19. *pag.* 98. *& in l. pecuniæ* 1. *C. de condictione indebiti, num.* 53. 56. *&* 57. *pag.* 144. Hinc Cic. 3. *Officior.* ibi: *Detrahere igitur aliquid alteri, & hominem hominis incommodo suum augere commodum, magis est contra naturam, quàm mors, quàm paupertas, quàm dolor, quàm cætera, quæ possunt, aut corpori accidere, aut rebus externis, &c.* & indidem: *Nam ut sibi quisque malit, quod ad usum vitæ pertineat, quàm alteri concessum est, non repugnante natura. Illud natura non patitur, ut aliorum spoliis nostras facultates copias, opes augeamus. Neque verò hoc solùm natura, idest jure gentium, sed etiam legibus Populorum (quibus in singulis Civitatibus Respublica continetur) eodem modo constitutum est, ut non liceat sui commodi causa nocere alteri, &c.*

18 Vel meliorationes, utilesque impensæ hoc in casu fructus perceptos haud excedant; imo inferioris sint valoris, ac fructus à bonæ fidei possessore percepti; tunc fructuum excessum ab eodem restituendum fore, reor 2.

19 Probatur: Fructuum excessus hìc nullo de-

debetur jure bonæ fidei possessori, alioquin actus justitiæ offensaretur, quæ est cuilibet refundere quod suum est. Hinc Cic. 1. *Officior. Justitiæ partes sunt non violare homines*: cum nemo aliena locupletari debeat jactura, uti supra cumulatiùs commonstratum fuit; igitur si meliorationes, utilesque impensæ inferioris sint ordinis, ac fructuum collectio; juremeritò excessus ille suo restituendus sit Domino: cum nunquamnon res ad suum
20 clamitet Dominum: enimverò Reipublicæ interest, ut res penes suos asserventur Au-
21 ctores. Inde fit, quòd quælibet res suo cum onere ad quemcumque transilire perhibetur, *l. is, cui opus, ff. de novi operis nunciat. l. si convenerit, §. si fundus, ff. de pignorat. act. l. 1. C. de distract. pignor. l. Julianus, l. Cajus, ff. de manumiss. testam. l. Pomponius, §. 1. de acquirenda possessione, l. final. §. fin. ff. de contrahend. emption. l. via constituti, §. si fundus, ff. de servitutibus rusticor. prædiorum, cap. si quis laicus, quæst. 1. cap. ex litteris, de pignoribus, cap. pastoralis, de decim.*

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Meliorationes, utilesque expensæ à rei detentore post litis contestationem, ac per consequens in mala fide gestæ: numquid ab eodem cum fructibus perceptis compensandæ sint.

Meliorationes per conductorem domus factæ, quam ipsemet cum pacto de retrovendendo priùs alienasse feratur: utrum emptor, locatorque illas persolvere astringendus sit.

SUMMÆ.

1 Pro hujusce prædefinitione varia extant Authorum placita. Author est Fachineus 1. *cõtroverſ. cap. 55.* Ast melius est distinguendum: vel Canonico inspecto jure sermo sit, & tunc esse repetendas, ac per consequens cum perceptis fructibus compẽsandas fore meliorationes, expensasque hasce, à rei detentore post litis contestationem factas, duco 1.

2 Probatur: nemo Canonico attẽto jure cum aliena locupletari debeat jactura, *l. nam hoc natura, Cod. de condict. indeb. l. naturaliter, §. finali, l. hæc conditio 66. ff. eodem tit. l. bona fides 50. ff. de actionibus empti, l. jure naturæ 206. ff. de regulis juris, l. ult. Cod. de usucap. pro emptore, cap. suam, de pænis, cap. locupletari 47. de regulis juris, lib. 6.* D. Antonius Granianieto *3. decretal. cap. Odoardus 3. de solutionibus. tit. 23. num. 2.* Antonius Faber *in jurisprudentia, tit. 1. de justitia, & jure, princ. 2. illat. 1. in fine pag. 5.* Hotmanus *2. institutionum tit. 1. de rer. divisione, §. ex diverso 22. vers. per exceptionem doli mali, lit. A. pag. 225. tomo 2.* Donellus *lib. 12. de jure civili, cap. 25. nu. 19. pag. 98.* Petrus Fab. *in l. jure naturæ 206. pag. 693.* siquidem justitia læderetur, quæ est voluntas suum unicuique tribuendi. Hinc Cic. *1. officiorum: fundamentum,* inquit, *perpetuæ commendationis, & famæ, est justitia, sine qua nihil esse potest laudabile.* In nostra porrò facti specie si meliorationes, utilesque expensæ à rei detentore post litis contestationem gestæ, cum fructibus jam perceptis haud compensarentur; sane rei dominus cum aliena ditari prædicaretur jactura. supralaudatus Antonius Faber *in jurisprudentia, princ. 2. illat. 1. in fin.* siquidem ad meliorationum, utiliumque expensarum restitutionem minimè astringendus foret; igitur, &c.

3 Vel Cæsareo inspecto jure, & in hoc lubet me Fachinei supralaudati in fine distinctionem sectari, sic distinguentis: vel meliorationes, impensæque hujuscemodi à solo procul à rei devastatione sejungi possunt, & tunc à rei detentore repetẽdas fore, haud dubiè duco 2.

4 Probatur: ex textu *in l. domum, Cod. de rei vindic. l. utiles, ff. de petitione hæreditatis*: siquidem rei dominus hìc nullum pati perhibetur detrimentum. Hinc Cic. 3. *officior.* ibi: *Suum cuique incommodum ferendum est potius, quàm de alterius commodis detrahendum.* & 2. *officiorum: nostræ utilitates,* inquit, *nobis omittendæ non sunt, aliisque tradendæ, cùm iis ipsis egeamus; sed sua cuique utilitati, quod sine alterius iniuria fiat, serviendum est.* & 3. *de finibus*: *Alienum est à justitia, ad quam nati esse videmur, detrahere quid de aliquo, quod sibi assumat.* & 2. *officiorum*; ibi: *Animadvertamus, cùm alios juvare velimus, ne quos offendamus. Sæpe enim aut eos lædimus, quos non debemus, aut eos, quos non expedit. Si imprudenter, negligentiæ est: si scienter temeritatis.* quandoquidem res domino restitueretur suo, eo pacto, quo erat, ex suppositione, quòd meliorationes, utilesque impensæ à solo sejungi possint: se habeat namque perinde, ac si ibi gestæ minùs fuissent; cum merè materialiter, ac extrinsecè se habeant, rei domini respectu, ut speculanti liquet.

5 Vel à solo haud sejungi queunt, & tunc à rei detentore rigorosè loquendo minùs repetendas fore, duco 3. ac per consequens dono datæ autumantur. est Antonii Capicii *hìc in fine*

fine, referentis,sic per S.C.prædefinitum fuisse. Author est Thorus *loco supralaudato*.

6 Probatur *ex l.adeo*, §. *ex diverso*, *ff. de acquirendo rerum dominio*, ubi ædificium solo cedere,prædefinitum habetur, *l.Titius*, *ff. de acquirendo rerũ dominio*, *l. si precario*,*ff.com. præd.l.paries*, *l.quantum ad juris*, *ff.de verborum significatione*,§.*cum in suo sol.*19.*institution.de rer.divisione*, *l.*7. §.*cum in suo*, *ff. de acquirend.dominio*, *l.*2.*ff.de superfic.l.qui domum* 50.*ff.ad legem Aquiliam*, *l.cùm aurum* 19. §. *perveniamus*, *ff. de aur. & argent. legat.l.granaria* 18.*de act. empt. l.minicius* 61. *ff.de rei vindic.*§.*cum ex aliena* 18.Instit. *de rer. divis.* Consule Hotmanum, Balduinum, Budæum, Vvltejum, Pichardum, idque genus 2.*institution.in d.*§.*cum in suo solo.de rer.divisione,& acquir.ear.dom.*Corasium *in l.in tantum* 6.*ff.eod.tit.num.*2.Connanum 3.*commẽtarior. juris civilis, cap.*6. *num.*8. *lit.A. pag.* 174. propterea quod in alieno ædificans solo, vel meliorationes, utilesque impensas in illo factitans pro fatuo,vel pro donante habendus erit. haud pro fatuo:siquidem ejus denigraretur persona,quod probatione indigeret:enimverò quæ facti sunt demonstrari debent, *l.in bello*, §.*facta*,*ff.de captivis*, *& postilim.revers. l.si emancipati* 9.*Cod.de collat.l.*1.*Cod.de probationibus*, *l.quæcunque*, §.*fin.ff.de publican. l. assecuratio*, *Cod. de non numerata pecunia*, *cap.cùm Joannes*, §.*verum*, *de fide instrumentorum*, *cap.licet*, *de constitution. lib.* 6. igitur pro donante.

7 Hinc distinctione adjecta isthac, jura inter se diffidentia haud difficulter conciliãtur: siquidem textus in dicta *l. domum*, *de utilibus expensis, quæ à solo sejungi possunt*, commentandus erit; textus verò in *l.adeo*, §.*ex diverso*,*de utilibus impensis*, *quæ à solo sejungi nequeant*,interpretandus est. enimverò jura

8 juribus concordari expedit, *l. sed & posteriores*, *ff.de legibus*, *l.non est novum*, *ff.eod.tit. l.præcipimus,in fine*, *Cod.de appellationibus*, *l.unica*, *Cod.de inoffic.dotibus*, *cap.cùm expediat*, *de electione*,*lib.*6.reliqua,quæ hìc desiderantur, inspicienda sunt apud supralaudatum Fachineum,qui fusius materiam hanc examinat.

9 Meliorationes per conductorem domus factas, quã ipsemet cum pacto de retrovendendo priùs alienasse feratur: emptorem, locatoremque illas persolvere astringendos esse, docent Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *meliorationes factas per conductorem domus*, memorans, sic per S. C. prædefinitum fuisse. Reg. de Franchis *in addit. consuetudinis,si quis conduxerit de locato*;ibi: *magnifica Laura Panarella*,*fol.*372.

10 Probatur: meliorationes per domus conductorem hoc in casu factæ per eumdem gestæ dicuntur, quà conductor est,siquidem cõductor haud possidet,cum dumtaxat usus certa sub forma sibi permissus sit, *l. si servus* 61. §. *locavi*, *vers. & ideo*, *ff. de furtis*. inde est, quòd rem haud sibi,ast alii possidet, *l.* 1. *Cod. communia*,*de usucap.* neu ullum jus proprium, sed mutuatum à domino, cui possidet, & ministerium præstat, obtinet, *l.officium* 9.*ff.de R.V.l.communi* 7.§.*neque* 11.*ff.communi divi. l.*3.§.*ultimo,cum sequenti*, *ff.de pericul.& cõmodo*, *l.si quis* 10.§.1. *l.qui bona fide* 19. *l.interdum* 21.§.*ultimo*, *ff.de acquirenda possess.l. non solum* 33.§.*quod vulgò*, *ff.de usucap. l.*2.§. 1.*ff.pro hærede*, *l.in puteum* 12. §. *ego*, *ff.quod vi,aut clam*, *l.*1.§.*denique*,*ff.de vi,& vi*,*l.cer-*

11 *ti* 6.§.*is, qui* 2. *ff. de precar.* quare dominus per ipsummet colonum possessionem retinet, *l.quædam* 77.*ff.de rei vindic. l.si pignus* 37.*ff. de pignorat.act.l.sicut* 20.§.*ult.cum leg.sequen. l.cum in plures* 60.§.1.*ff.locati*, *l.*3.§.*cæterum* 12.*l.si id,quod* 25.§.1.*l.qui universas* 3.§.*quod per colonum*, *ff.de acquirend.possess.l.numquã* 31.§.*si servus*, *ff.de usucap. l.*1. §.*quod.servus*, *ff.de vi, & vi armat.l.*1.§.*penult.ff.de itinere, actuque*. consule Alciatum *in l.quod meo* 18. *ff.de acquirend.possess.*Osualdum *lib.*5.*Donelli cap.*10.*lit.A.*tametsi aliquibus in thematibus possidere fas,juraque sinunt, utputa si locatio ad lõgævam sit celebrata tempestatem,*l.quod ait Prætor* 3.*ff.de superfic.l.*3. §.*ego*, *ff. de novi operis nunciat.l.sciendum* 15.§.1.*ff. qui satisd. cog.l.*1.*& final.ff.si ager vectigal. l.cum sponsus* 12.§.*in vectigal.ff.de publican.* Valentia *tomo* 2.*illustr.tract.*1.*cap.*6.*num.*1.Menochius *de recuperand.remedio* 1.*num.*68. Valascus *de jure emphyt.quæst.*18. *per totam*: vel si in locatione id expressè initum fuit pactum.argu. *legis si absenti* 38. §.1. *ff.de acquirend. possess.* idque genus. inspicito Petrum Fabrum *in l. nec pignus* 45.*de reg.jur.*D.Joseph de Retes *in repetita prælect.ad tit.de acquirenda possessione, cap.*3. *consect.*2. aliosque.verùm impensę, per conductorem effectę, per eundem à locatore petendę sunt, *l.ex conducto* 15.§.1.*l.si fũdus* 33.*vers.nam etsi colonus*, *ff. de locato.* Antonius Faber 4.*Cod.tit.*42.*de locato*,*def.*50.*n.* 3.*in allegat.pag.*480. siquidem pactum de retrovendendo in isthac facti specie merè materialiter intelligitur: quandoquidem de sui cõceptu ad rem repetendam jus involuit. argu. *cap.ad nostram*,*de empt.& vendit.l.consilio* 7. §.*finali*,*de curat.furioso*, *l. in bonæ fidei*, *ff. de eo,quod certo loco.* argum.*legis cum manu* 80. §.*finali*, *de contrahenda emptione*. Henricus Hahnius ad Vvesemb. *de rescindend. vendit. &c.colum.*1.*pag.*505. quæ contractus species comprobatur *in cap.*25. *levitici*, *cap.illa vos*, *de pignor.l.*2.*l.si à te*, *Cod. de pactis inter emp. l.si cum venderet* 13. *Cod.de pignorat. l.si quis hac* 42.*ff.de rei vindic.* inspicito Besoldum *in delibatis juris,ad tit.*28.*pandect.quæst.*4.Germonium *lib.*2.*animadver.cap.*17.Fachineum *lib.*2.*controvers.cap.*15. Barbos. *in l. divortio*

12 2. *parte*,*n.*75.enimverò ex paciscẽtium conventione, pactioneque obligationem, actionemque in infinitum extandi posse,plusquam manifestũ est,*l.quod si*,§.*si quid de edilit.edict.* Auctores apud supralaudatum Hahnium:quare inter se isthæc diffidentia sunt,esse actu domi-

minum, ac jus ad repetendum dominium habere; per ly namque esse dominum, veram locatoris rationem involuit; secus verò per Tò, jus ad petendum dominium habere; siquidem actu caret, tametsi in potentia habet, quasi quod sibi debetur, reacquirere quit; ceu ritè speculanti liquet.

DECISIO XCIV.

IN Causa Ioannis Pauli Scribæ cum D. Antonio de Bononia, super eo videlicet: quod cum D. Ioannes Paulus examinasset, quòd plures testes pro Uxore quondam Francischelli de Feulo, qui clarè probabant contra dictum D. Antoninum, nõnulli ex eis iterum interrogati, dicunt se aliter, vel non ita dixisse; sicque dictus Antoninus vult prædictum Joan. paul. carceratum ob hoc non liberari à carceribus, sed debere puniri de falso, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

TEstes se aliter, vel non ita dixisse contra Notarium fatentes: numquid ipsorum depositiones firmæ ducendæ sint; vel ut principalis defactò pænam luat, in causa extant.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
Num. 2. ejusdem probatio.

1 TEstes se aliter, vel haud ita dixisse contra Notarium fatentes; tunc primęvas ipsorum depositiones infirmas esse ducendas, ac per consequẽs ad ipsius punitionem minùs pergendum fore, haud dubiè reor. est Capicii *hìc, nu.* 3. literis mãdãtis, sic in S.R.C. decisũ fuisse; ibi: *S.C. decrevit dictum Joan. Pau. esse à carceribus liberandum.* Clari, §. *falsum num.* 11. Petri Caballi *cent.* 2. *casu* 183. *num,* 3. *resol. crim.* Riccii *collect. dec.* 651. Farinacii *in ejus praxi crit. tit. de falsit. & simul. cont. quæst.* 158. *parte* 2. *num.* 202. aliorumque. Author est Thorus *compend. dec. tomo* 1. §. *testes asserentes se aliter, vel non ita dixisse*.

2 Probatur: primevæ testium depositiones, hìc adversus notarium factæ, per ipsorum retractativum subsequentem actum perimuntur, Faber 4. *Cod. tit.* 15. *def.* 30. *num.* 7. *in allegat. pag.* 335. & *def.* 55. *eodem titulo, pag.* 342. enimverò res, per quas gignitur causas, per easdem extinguitur, *cap. omnis* 27. *quæst.* 2. *cap. omnis res de regulis juris, in* 6. inde fit, quod majorem facessit fidem, si ex templo se corrigat, quàm si ex tempestatis intercapedine. inspicito Fachineum 9. *controversi. cap.* 84. Cujacium *in cap. præterea* 7. *de testibus cogendis, &c.* argum. textus *in l. si falso, Cod. de falsis, cap.* 7. *de crimine falsi*; siquidem per contrarium subsequentem actum, ex diametro oppugnatio habetur, adeoque quicquid prius gestum fuit, perimitur; igitur inefficaces ad præfatum damnandum Notarium habendæ sunt, adusque reus per firmiores cõvincatur probationes: etenim possessio non nisi pro reo extare præsumitur, usquequò per actorem, vel accusatorem secus demonstratur, juxtà tritum dicterium illud: *melior est possidentis conditio, l. si debitor, ff. de pignor. l. is qui destinavit, ff. de rei vindic. l. finali, Cod. eodem tit. l. qui accusare, Cod. de edendo,* §. *retinendæ, vers. commodum, instit. de interdict. cap. pro possessore de regulis juris, in* 6. convinci namque in isthac facti specie per contrarium actum haud edisseritur; quinimo utpotè innocens, quousque probetur, absolvendus; cum jura in ambiguis, potius reo, innocentique faveant, quàm actori, accusatorique,
3 *l. favorabiliores, ff. de regulis iuris,* §. *retinendæ, instit. de interdictis, cap. cum sunt partium, de regulis juris, in* 6. enimvero absolutionis
4 causa in hęsitatione securior, ac favorabilior est, *l. absentem, ff. de pænis, c. allegant, vers. nonne* 26. *quæst.* 7. hinc *in Appen. sent. ex apoph.* descriptum est. *non miseri sunt, quibus præter meritum, incolumique innocentia accidit aliqua calamitas: sed ij verè deplorandi, qui sua sponte discesserunt ab honesto, etiam si nulla sequatur calamitas.* & indidem: *certiùs innocentiæ signum est, ita rem gerere, ut nemo velit accusare, quam si postulabaris, elebaris à judicio; elabuntur enim interdum innocentes.* & identidem: *expedit ad bonos mores, ut in judiciis succumbat pravitas, vincat innocentia*; & itidem. *Innocentem punire scelus est. culpam interdum condonare, in gratiam honesti deprecatoris, humanitas est*, ac postmodum. ibidem: *atqui absolvitur, licet pænam effugiat, cicatricem tamen criminis circumfert*. quandoquidem contra reum, in criminalibus prȩsertim, probationes luce meridiana clariores esse debent, cum de corporis pæna peragatur, Antonius Faber 6. *Cod. tit.* 2. *de furtis, def.* 4. *num.* 4. *in allegat. pag.* 618. à quo procul verbera, idque genus esse debent.

Pro decisionis hujuscemodi illustratione,

CA-

CAPUT UNICUM.

Testes recepti, ac per Notarium fatentem sibi à Judice fuisse admissum examen, examinati: numquid aliquam parturiant fidem.

Testis erroneum deponens; tametsi principale haud attingens negocium, dumtaxat verò accessorium aliquod: utrum ad tollerabilem admittendus sit compositionem.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ decisio.
Num. 2. ejusdem probatio.
Num. 3. Thesis secundæ prædefinitio.
A'num. 4. usque ad 8. ejusdem probatio.
Num. 8. & 9. nonnulli Authores exploduntur.

1 Nullam præstare fidem testes, à Notario examinatos, puto, nisi de Judicis jussu id liqueat. est Afflicti *dec.* 317. Mascardi *de probat. conclus.* 1101. *n.* 9. Thorus Author est *compend. decis. tomo* 1. §. *testes recepti. & examinati per Notarium.*

2 Probatur: testium examen inter jurisdictionis actus annumerari apud cunctos authores in confesso est, *cap.* 1. 2. 3. *& ferè toto tit. de testibus cogendis, cap. quoniam* 3. *cap. intimavit* 18. *&* 45. *de testibus, cap. statutum,* §. *in proferendo, de rescriptis lib.* 6. *l. post legatum* 3. §. *is vero, ff. de his, quibus ut indignis, l. inviti* 8. 9. *&* 19. *ff. de testibus, l. cum ab initio* 4. *ff. quemadmodum testamenta aperiantur, l. ad personas* 15. *ff. de jurejurando, l. si quando, l. parentes, Cod. de testibus, l. jubemus* 37. §. *omnes, Cod. de Episcopis, & Clericis.* Cujacius *in laudato cap.* 1. *de testibus cog. & ad tit. Cod. de quæstio. & lib.* 2. *observat. cap.* 33. *& lib.* 16. *cap.* 19. *& lib.* 13. *cap.* 38. *& lib.* 8. *cap.* 13. Antonius Faber in rationali ad textum *in dicta l. ad personas* 15. *de jurejurando.* Balboa *in cap.* 1. *de foro cõpet. quæst.* 8. Donellus *in l.* 1. *Cod. de quæstion. & in l. si quando, l. parentes* 9. *Cod. de testibus, & lib.* 25. *commentar. cap.* 10. Duarenus *tit. de testibus, cap.* 2. Altesserra 3. *decretal. tit.* 2. *de constit. in cap. Ecclesia* 10. *pag.* 16. ubi Jacobus Gothofredus *tomo* 4. *pag.* 346. verùm enimverò in Notario nullus jurisdictionis actus relucere supponitur. argum. *legis moris* 9. §. 4. *ff. de pænis, l. universos* 3. *lib.* 12. Codex Theodo[illegible] *tit.* 1. *de decur.* cõsule Cujacium [illegible]ella 44. *& in l. universos, Cod. de decur.* [illegible] Treutl. *volum.* 2. *disputat.* 5. *thesi* 2. Antonium Fabrum 4. *Cod. de fide instrum. def.* 1. *in allegat. nu.* 2. *pag.* 345. & eundem Jacobum Gothofredum 9. Cod. Theodos. *tit.* 19. *ad leg. Corneliam, de fals. in pharafrasticis legis si quis* 1. *tomo* 3. *pag.* 158. uti haud vile, infame, aut servile (ceu nonnulli somniarunt) tabellionis officium est, *l.* 3. *Cod. de decurion.* igitur ipsi ab habente facultatẽ cõmunicari necessũ ducitur, alioqui frustaretur actus, utpotè materialiter factus, ex nulla dimanante formaliter causa, adeoque pro nihilo habendus, juxtà protritum brocardicum illud: *quod nullum est, nullum producit effectum, l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re judic. l. non putavit,* §. *non quævis, ff. de honor. possess. contra tabul. l.* 2. *ff. de author. tutor. l. si aut nullum, Cod. de legit. hæred. l. non dubium, Cod. de leg. l. finali, Cod. de sententen. ex brevic. recitan. cap. illud, de jure patronatus.*

3 Testem erroneum deponentem, tametsi principale haud attingẽtem negocium, dumtaxat verò accessorium aliquod; ad tollerabilem admittendum esse cõpositionem, reor. est Grammatici *decis.* 43. *& decis.* 60. *num.* 16. Caravitæ *in prag.* 4. *de fals. num.* 110. Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *testis falsum deponens, non tamen principale.*

4 Probatur: testis namque falsitas hoc in casu, negocii principalis respectu, merè materialiter se habet; ac per consequens ordinaria haud plectendus sit, ast aliqua suo in genere

5 pæna, cum publicè delicta, sive ordinaria, sive extraordinaria Reipublicæ expediant, ut dignam persolvant pænam, *l. ita vulneratus,* §. *quod si quis, vers. cum neque impunita, ff. ad legem aquiliam, l. licitatio,* §. *quod illicitè, ff. de publican. l. congruit* 13. *ff. de officio Præsidis, l. stichum,* §. *tametsi, ff. de solutio. extravag. ad reprimen. in princip. cap. est injusta* 23. *quæst.* 4. *c. ut famæ* 35. §. 1. *de sent. excom.* quandoquidem testis falsitas inter delicta annumeranda est, Cironius *in paratitl.* 5. *decret. de crim. falsi tit.* 20. *pag.* 419. Codex Theodosianus 10. *tit.* 29. *ad l. corneliam de fals. commentar. ad l. si quis* 1. *per totam, pag.* 158. & ibidem *ad l. damus* 4. *per totum, pag.* 164. Donellus *in l. nullum*

6 14. *C. de testibus, nu.* 7. *&* 13. *pag.* 253. Inde est, quòd inhabiles testes etiam parte haud opponente à Senatu per Judicis officiũ explodendi sunt, cum Judicis muneris sit, nè injustè quispiam in foro lædatur, *l. illicitas* 6. *ff. de officio Præsidis.* Gomez *tomo* 2. *variar. cap.* 12. *num.* 22. Mascardus *de probat. conclus.* 408. *nu.* 20. dummodo inhabilitas haud partis favore concessa fuit. argum. *l. si quis* 51. *Cod. de Episc. & Cleric.* enimverò in testibus testimonium ferentibus summa reposcitur fidelitas, uti adnotavit Cujacius *in cap. placuit* 1. *de testibus, & attestationibus*: quare juremeritò ad tollerabilem admittendus foret compensationem;

7 cum compensatio sit crediti, & debiti inter se contributio, *l.* 1. *ff. de compensat.* Gonzalez 3. *decretal. tit.* 16. *depositi, cap. bona fides* 2. *nu.* 10. *pag.* 212.

8 Hinc explodendi sunt Grammaticus *loco supralaudato, num.* 16. Bartolus, idque genus, edisserentes, quòd testis falsum dicens principale minùs attingens gestum, tunc factum erroneum minimè patrasse dicitur: siquidem suo in genere crimen patraret; tametsi haud adeo grave, ac si in principali peccaret substantia, utpotè supra cõmonstratum fuit: cum quodcunque delictum, tametsi leve sit, condignum pænarum pensum dare, jura jubeant æte-

9 etenim delictũ, & pœna inter se cõmensurantur, *l. sancimus 22. C. de pœnis, c. non afferamus stateras, in fine 24. quæst. 1. cap. quæsivit, de ijs, quæ fiunt à majori parte capituli, cap. felicis, §. illud autem, de pœnis lib. 6.* suosque tenent Authores, delinquentesve, *l. sancimus, Cod. de pœnis, l. absentem, ff. eodem tit. l. crimen, ff. de pœnis, l. rem mihi, ff. commodati, §. omnis, institution. de noxalibus actionibus, cap. 1. de injur.*

DECISIO XCV.

IN Causa Domini Thomæ de Sanframundo, cum Domino Comite Magdaloni, promiserat namque præfatus dictus Comes, tempore, quo in Provincia Terræ Laboris regnabat Rex Ludovicus de Francia prædicto Thomæ, pro ejus sustentatione dare sibi annis singulis, durante ejus vita ducatos cc. de auro; asserendo, quòd hoc faciebat ex ordinatione, tunc Proregis; nunc autem præfato Thomæ agenti ad dictam pecuniam, idem Comes absolutus jam à juramento, seu habilitatus opponit, quòd dicta promissio erat ex turpi causa, allegatque, ac etiam probasse prætenditur, quòd dum ipse Thomas teneretur restituere eidem Comiti Comitatum Cerreti, cujus tenuta Comes ipse ultimo loco in adventu Gallorum spoliatus fuerat; Thomas præfatus, quantumcumque præfatus Rex Ludovicus per suas hoc litteras ordinasset, noluit restituere, nisi habita dicta promissione; unde succedebat secundum Comitem dispositio jurium dicentium, quòd quando quis pro faciẽdo eo, ad quod gratis tenebatur, recipit pecuniam, tenetur illam restituere; & sic cui damus actionem, multò fortiùs exceptionem, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

PRomissio turpem ob causam facta: numquid jure firma ducenda sit, si à promittente turpis probata fuerit causa; & à juramento absolutus, ac per consequens habilitatus fuisse perhibeatur.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A num. 2. usq; ad finem, ejusdem probatio.

1 INfirmam ducendam fore, reor. est Reg. de Franchis *decis.* 48. Reg. Salernitani *post* 31. *allegat. in calce suarum decis.* Fabii de Anna *consilio* 75. *num.* 17. *&* 18. Author est Reg. de Marinis *observat. ad dec.* Reg. Revert. 214. *num.* 5. memorans, sic per S. C. prædefinitum fuisse, contra Afflictum *in constit. constitutionem divæ memoriæ.*

2 Probatur: jura namque à cunctis servanda sunt, *l. 2. ff. de legibus.* Demosthenes *in definitione legis*: hinc Philosophorum præ-
3 cepta à jure dissident publico: nam Philosophi præcepta tradentes, de moribus sæpènumerò jubent, ac præcipiunt, quæ recta sunt, & prohibent turpia: sed nulla hisce adjũcta necessitas parendi, & si intra largè reipsa annumerari assolent, nullam importantia pœnam, *l. legis, ff. de legibus, l. sacra, §. proinde, ff. de rer. divis. l. sanctio, ff. de pœnis.* Donellus *de jure civili lib. 1. cap. 5.* Hinc Tullius pro Cecinna sic describit: *Jus civile ejusmodi esse debet, quòd neq; inflecti gratia, neq; perfringi potentia, neque adulterari pecunia possit; quod si non modò oppressum, sed etiam desertum, aut negligentiùs adservatum erit, nihil est, quòd quisquam se habere certum, aut à patre accepturum, aut relicturum liberis arbitretur*: atque adeo pro eodem Cecinna; ibi: *Qui jus contendendum putat, is vincula revellit non modò judiciorum, sed etiam utilitatis, vitæque communis. Qui autem interpetres juris vituperat, si imperitos juris esse dicit, de hominibus, non de jure civili detrahit. Si imperitis non putat esse obtemperandum, non homines lædit, sed leges, & jura labefactat*, Codex Theodosianus *tit. 26. de conductoribus, & hominibus domus Augustæ, l. 1.* ubi Gothofredus *tomo 3. pag. 535.* propterea quod quilibet juribus subjectatus esse supponitur, Hotmanus *consil. 131. num. 2. lit. D. pag. 607.* identidem de Principe verificatur, naturali, & divino inspectis juribus, Stephan. Forcatulus *dialog. 2. nu. 2. pag. 14.* Hahnius ad Vvessembec. *tit. 3. de legibus, num. 6. pag. 66. & nu. 7. pag. 68.* Connanus *commentar. juris civilis, lib. 1. cap. 8. num. 3. lit. D. pag. 28. & cap. 9. num. 7.* alioqui cuncta pessundarentur, incertaque forent. Cicero Author est ad Pap. Pætum, *lib. famil. 9.* ibi: *Omnia sunt incerta, cum à jure discessum est.*

4 & pro Cluent. ibi: *fundamentum libertatis fore equitatis mens, & animus, & consilium sententia Civitatis posita est in legibus*; alioqui ipsarum promulgatio frustrà mortalibus indicta foret, quod mea sententia ita est commentandum: utputa si jurium inhibitio de
5 actus infirmitate; secus verò de esse illicito esset: quare infirma ducitur illatio isthæc: est juris inhibitio circa actus hujuscemodi factionem; igitur si celebretur, infirmus foret: propterea quod antecedens indifferens se habet, ac per consequens illatio determinata ex ipso haud dimanari potest; quemadmodum antecedenti perempto, extinctum est identidem consequens, *l. 1. §. hujus rei, ff. de officio ejus, l. veteres, ff. de itinere, actuque privato*. tametsi disiunctivè firma ducatur consequētia isthæc: ergo vel illicitus, vel infirmus; igitur juremeritò in ipsius inhibitione adiiciendum est, vel sub nullitatis, vel illiciti pæna, ne lex à subditis frustretur, utpotè verba ambigua continens, quemadmodum, si superfluis foret edita verbis: quod enim est superfluum, omninò reiiciendum est, *l. 1. §. quibus, Cod. de novo Cod. l. finali, Cod. qui admitti ad bonorum possession.* & in proæmio decretal. ibi: *resecatis superfluis, clem. exivi, §. quamvis, de verborum signification.*

Pro prædefinitionis istiusmodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

CErtam intra tempestatem aliquid facere promittens quis, & ex suppositione quod si haud adimpleatur, aliquid tribuere debet: quid prædefiniendum si priusquam tempus præscriptum compleatur, promissum impossibile reddatur?

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' num. 2. usque ad finem, ejusdem probationes.

1 TEmpus ab ipsis designatum fore expectandum; tametsi factio priusquam terminus lapsus foret impossibilitatur, reor. est Pauli de Castro, Alexandri, aliorumque. Author est Reg. Revert. *decis.* 489. ubi Reg. de Marinis *num.* 1. & 2. literis prodens, sic per S. C. fuisse prædefinitum.

2 Probatur 1. ex *l. si ita legatum sit Titio* 102. *ff. de condit. & demonstrat.* propterea quod tempestatis præfinitio non nisi in pollicentis utile verti debeat; ita ut promittens adusque tempus illud duret, liber ducendus sit. Donellus 8. *jur. civil. cap.* 30. *num.* 31. & *lib.* 15. *cap.* 11. *num.* 55. & *cap.* 12. *nu.* 26. *pag.* 411. Corasius *in l. 2. §. exactis, ff. de orig. jur. num.* 2. *pag.* 50. quare per accidens, ac merè materialiter se habet, quod priusquam præstitutum, definitumque prolabatur tēpus expectationis effectus impossibilitatur: propterea quod obstringentis intentio est, adusque tempestas illa prolabatur
3 se liberum fore: pacta enim si juribus haud obnoxia sint; utpote leges servanda sunt, *l. 1. §. si conveniat, ff. depositi, l. 1. ff. de pactis, l. juris gentium, §. Prætor ait, ff. eod. tit. l. 1. ff. de constit. pecun. l. cùm amplius, in fine, ff. de regulis juris, cap. 1. de pactis*, cum contractus ex partium conventione legem prensent, *l. contractus, ff. de regulis juris, l. lege, ff. de pactis convent. l. 1. C. de operib. lib. l. 1. C. commodati, cap. contra-*
4 *ctus* 85. *de regul. jur. lib.* 6. enimverò tametsi à primordio voluntatis extant, ex post facto fiunt necessitatis, *l. non idcircò, in fine, ff. de contrah. emption. l. si mandavero, §. sicut, ff. mandati, l. cujus bonis, in princ. ff. de Curat. furiosi, l. sicut ab initio, Cod. de actio. & obligat. l. de contractu, C. de rescindenda venditione, l. quamvis, C. de transactionibus, l. eo quòd, C. si certum petatur, l. si quis argentum, §. fin. C. de donation.* Hinc Cic. 2. *de juventute*: ibi: *Pactum est, quod inter aliquos convenit, quod jam ita iustus putatur, ut jure præstari dicatur*. & Plaut. *in Asinar. Has tibi non pactis legibus dare jussit*.

5 Probatur 2. *Ex l. hoc jure* 10. *ff. de verbor. oblig.* ibi: *Hoc jure utimur, ut ex hac stipulatione si Titius ante Calendas Majus in Italiā non venerit, decem dare spondes; non ante quicquam peti possit, quod exploratum sit an eam diem in Italiam venire Titium non posse, neque venisse, sive eo vivo, sive mortuo id acciderit*; igitur, &c.

DECISIO XCVI.

IN Causa Magnifici Roberti Bonifacii, qui primo loco obtulit supplicationem, citationemque expediri fecit contra D. Marchionem Neritoni super interdicto retinendæ possessionis, Territorii cujusdam tamquam Territorii Civitatis Oriæ, cujus Civitatis ipse D. Robertus est utilis Dominus, expeditaque nondum tamen executa citatione: aliam petitionem obtulit asserendo, quod timet lite pendente à dicto Domino Marchione turbari,

& quod

& quod de facili possent evenire scandala, ex quo intendit defendere suam possessionem manu armata, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

IN quasi possessione quis extans attentato ab eodem remedio juris ordinario: numquid per extraordinarium intereà in possessione manuteneri valeat remedium.

SUMMÆ:

Num. 1. Thesis prædefinitio:
Num. 2. & 3. ejusdem probatio:

1 PER extraordinarium interea remedium in possessione sisti posse, per S.C. prædefinitum fuisse memoriæ mandat Antonius Capicius, *hic, in fine*; ibi: *Cōmuni voto judicatum est pro Domino Roberto*. est Annæ *singul.* 154. aliorumque. Author est Thorus *compend. decis.* §. *Actor intendendo litem Dominii res*.

2 Probatur: Remedium namque ordinarium deesse haud facessit extraordinarium, ubi illud pinguius providet, Antonius Capicius *hic, num.* 15. cum inter se haud incompossibilia sint: enimverò Judicis muneris, est juxta ipsius prudens judicium utrumque exercere remedium; etenim haud frustra à juribus inventa fuere. Hinc Cic. & *pro Font.* ibi: *Laborare debent Judices non modo quid dicant pro testimonio, sed etiam quibus verbis utantur, ne quid minus moderatè positum, ne quid ab aliqua cupiditate prolapsū verbū esse videatur. Vultu autem laborare, ne qua significari possit suspicio cupiditatis, ut & cùm prodeunt, existimatio sit quædam tacita de illis pudoris, ac Religionis: & cùm discedunt, ea diligenter conservata, ac retenta videantur*. & pro Rabir. Posth. ibi: *Est sapientia judicis in hoc, ut non solùm quid possit, sed etiam quid debeat, ponderet: nec quantum sibi permissum, meminerit, sed etiam quatenus commissum sit*: propter eaquod ubi quis, sive in possessione actuali, sive quasi feratur extare, toties ab eadem procul à recta ratione haud despoliandus est. Arg. *l.* 1. §. *si prædo, ff. depositi, l.* 1. §. *eum qui, vers. qui à me possidebat, l. colonus, l. cùm fundum, ff. de vi, & vi, l. Judices* 64. *ff. de judic. l. si pignore* 22. §. *si prædo, ff. de pignorat. action. l. si quis ad se fundum, Cod. ad leg. Iuliam de vi, l. si pignore* 22. §. *si prædo, ff. de pignorat. action. l. si quis ad se fundum, Cod. ad leg. Iuliam de vi, l. meminerint, C. unde vi. l. si maritus* 10. *C. de donat. inter, l. ordinarii, C. de R. V. l. si quis* 8. *l. sed hac* 2. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor. l. si coloni* 14. *C. de agricolis, lib.* 11. *l. ult. C. de compensationib.* Argum. *cap.* 1. *& per totam* 2. *qu.* 2. *cap.* 1. *& per totam* 3. *quæst.* 1. *cap.* 2. *& final. de ordin. cognit.* inspicito quæso textū *in cap. conquerente* 7. *de restitut. spoliator.* Donellum *lib.* 15. *commentar. cap.* 31. Perez *in l.* 1. *tit.* 4. *per totam.* Solorzanum *lib.* 3. *polit. cap.* 30. *& tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 28. *&* 90. Vultejum *ad tit. C. ubi de possessione, num.* 35. Garciam *de nobilit. glos.* 11. *nu.* 17. Henelliū

3 *de dotalitio, cap.* 12. §. 10. inde fit, quòd violentus possessor rem cùm fructibus, etiam qui percipi quiverunt, restituere, damna resarcire, & de injuriis illatis satisfacere compellitur, *d. cap. conquerente, de restitut. spoliator. cap. cum causa* 22. *de offic. deleg. cap. bonæ* 51. *de appellat. cap. non liceat Papæ* 12. *qu.* 2. *l. bonæ fidei emptor.* §. *in contrarium, ff. de acquirendo rerum dominio, l.* 34. *l. si navis* 62. §. *fin. de rei vindicatione, l. si ea res, de actionib. empti, l. videamus* 38. *vers. & ideo, ff. de usuris, l. sed etsi* 28. §. *sed & fructus, l. si possessor* 55. *l. evicta* 58. *l. cum hæreditas* 59. *ff. de petition. hæredit.* Consule Corasium *lib.* 5. *miscellan. cap.* 8. *&* 9. Connanum *lib.* 4. *comment. c.* 1. Cujacium *tract.* 4. *ad Africanum, in l. cum hæreditas, ff. de petition. hæreditat. & in* §. *si quis à non Domino, de rerum divisione, & in commentariis ad titut. C. de condiction. ex lege, in fin. & lib.* 15. *resp.* Papinian. *in l.* 18. *ff. de his, quibus, ut indignis, & lib.* 15 *observat. cap.* 20. Antonium Fabrum *tom.* 1. *de erroribus, decad.* 7. *errore* 6. Donellum *lib.* 4. *comment. cap.* 24. *& lib.* 2. *cap.* 5. ubi Osuald, *lit.* H. Quare juremeritò adversus spolii restitutionem rogitantem ex interdicto *unde vi*, proprietatis exceptio haud admittitur, nisi ipse consenserit, *cap. licet multùm, de restitutione spoliatorum, cap.* 2. *cap. in literis, cap. item cum quis, cap. ex conquestione, de restitutione spoliatorum, cap. finali, de ordine cognitionum, cap. consultationibus, de officio delegati, cap.* 1. *& per totam* 2. *quæst.* 2. Inspicito Garciam *de nobilitate, gloss.* 11. *num.* 17. Velascum *consultatione* 119. Mascardum *de probationibus, conclus.* 1325. *num.* 1. Menochium *de recuperanda, remed.* 1. *num.* 161. *& de retinenda, remed.* 3. *num.* 662. Fabrum 8. *Cod. tit.* 3. *unde vi, def.* 8. *& in allegat. pag.* 253. siquidem adusque possessionis vitium minùs reluceat, incongruum ducitur, ut ab ea despolietur: quandoquidem melior est possidentis conditio, *l. si debitor, ff. de pignoribus, l. qui accusare, Cod. de edendo,* §. *retinendæ, vers. quemadmodum*. Instit. *de interdict. cap. pro possessore, de regulis juris, lib.* 6. ac per consequens jus ritè defensare prædicetur suum, adusque ab adversario secus

 de-

demonstratur, quod juribus haud obnoxium est.

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Actor ad proponendum jura, quæ habet adversus exceptionem oppositam carentiæ actionis: numquid astringendus sit.

Actor solo temporis cursu se fundãs: numquid ejus jus firmum ducendum sit, nisi titulum, vel causam afferat cum longæva observantia, tametsi causam haud probet.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.
Num. 2. ejusdem probatio.
Num. 3. primæ secundæ Thesis partis decisio.
Num. 4. & 5. ejusdem probatio.
Num. 6. secundæ secundæ Thesis partis finitio.
Num. 7. ejusdem probatio.

1 Actorem ad proponendum jura, quæ habet adversus exceptionem oppositam carentiæ actionis cogendum fore, reor 1. est Reg. de Franchis *decis.* 263. *in fine*, referentis, sic per S.C. decisum fuisse. Author est Thorus *tomo* 1. *compend. decis.* §. *Actor, an cogi possit ad proponendum*. Muscatelli *in praxi S. C. lib.* 1. *parte* 3. *glossa actionis*.

2 Probatur: Actor ab actione denominationem desumit, Hotmanus *verbor. juris, verb. actio. pag.* 491. *&* *verb. Actor. pag.* 504. quandoquidem Actor agere dicitur. Cujacius *observ. lib.* 7. *cap.* 26. *lit. A. pag.* 1512. ad discrimen accusationis, quæ est actio subnascens ex maleficio, *l. cum ex uno, ff. de obligationibus, & actionibus, l.* 5. *&* 14. Cod. Theodos. *eod. l.* 1. *ad l. Juliam* Peculatus, Cironius *in paratitl.* 5. *decret. tit.* 1. *de accusat. pag.* 365. Hinc Cic. pro Milone *actionem perduellionis* dicit. & *in Partitionibus*; ibi: *Cùm est in inficiando reus, accusatori hæc duo prima sunt: sed Accusatorem pro omni Actore, & petitore appello.* ac per consequens actionem habere supponitur; alioquin de subjecto haud supponente diceretur. Hotmanus 4. *institutionum, de interdictis*, §. *tertia divisio*, 10. *vers. in quibus alter Actor, lit. F. pag.* 934. *tom.* 2. igitur illam probare astringendus est, alioquin reus foret absolvendus, *l. extat.* 25. *ff. de jure Fisci, l. ultima, Cod. de rei vindic. l. qui accusare, Cod. de edendo, l. actor, Cod. de probatio.* idque genus: cum jura in ambiguis propitiora Reo, quam Actori sint, *l. favorabiliores, ff. de regulis juris*, §. *retinendæ*, Instit. *de interdictis, cap. cum sunt partium, de regulis juris, in* 6. enimverò absolutio hæsitabili in re securior, ac favorabilior est, *l. absentem, ff. de pœnis, cap. alligant. vers. nonnè* 26. *quæst.* 7. propterea quòd innocens præsumitur, adusque secùs per adversarium demonstratur. Hinc *in Appen. sentent. ex apopht.* literis proditum reperio. *Innocentem punire scelus est: culpam interdum condonare, in gratiam honesti deprecatoris humanitas est.* & indidem: *expedit ad bonos mores, ut in judiciis succumbat pravitas, vincat innocentia*; igitur opposita exceptione carentiæ actionis, illam explodere debet; quam minùs explodit, nisi per actionis probationem.

3 Actorẽ in solo temporis cursu se fundantẽ: tunc ejus jus firmum ducendum esse, si longævum sit possessionis tempus, ac in longæva observantia titulum, seu causam etiamnum asservando; tametsi illam probare haud facilè foret, reor 2. est Reg. de Marinis *observat. ad decis.* 408. *num* 7. aliorumque contra Salicetum *in l. si certis annuis, Cod. de pactis*.

4 Probatur ex *l. cum de in rem verso, ff. de usuris*: propterea quod causam, titulumque hoc in casu probare, propter tempestatis diuturnitatem impossibile ducitur, *l. ex certis, C. de pactis, cap. de quarta, de præscriptionib. cap. cùm Ecclesia, de causa possess. & proprietatis, cap. super quibusdam*, §. *prætereà, de V. S. cap.* 1. *de præscript. in* 6. *l. si quis emptionis, C. de præscript.* 30. *l. nec ullam* 13. §. 1. *ff. de petition. hæredit. l.* 2. *C. eod. tit. l. quæcunque* 13. §. 1. *de publican. l. si servus* 22. §. *is qui pignori, ff. de noxal. l. pignori* 13. *ff. de usucap. l.* 1. *C. communia, de usucapion. l. cùm notissimi*, §. *fin. Cod. de præscript.* 30. *l. hoc jure*, §. *ductus, ff. de aqua quotid. cap.* 1. *de præscription. lib.* 6. Consule Altefferram 2. *decretal. cap.* 17. *de præsciptionibus*. Donellum *lib.* 5. *commentar. cap.* 14. Gilkenium *de præscription.* 2. *par. membr.* 1. *cap.* 1. Osualdum *lib.* 5. *comment. cap.* 10. *lit. F.* Alber. Gentil. *de temporib. appellat. cap.* 10. Hahnium ad Vvesemb. *de acquirend. possess. num.* 3. *pag.* 326. igitur petitio, quæ contra Actorem, hic fieret, prorsus impertinens se haberet; cum impossibilis esset; ac per consequens non obligaret, *l. si quis in gravi, in princ. ff. ad Syllan. l. si stipuler, ff. de verbor. obligat. l. Paulus, ff. quæ sentent. sine appellat. resc. l. impossibilium, ff. de reg. juris*, §. *impossibilis*. Instit. *de hæredib. instituend. cap. nemo potest, de reg. jur. lib.* 6.

5 Inde est, quòd impossibile, ac summoperè difficile inter se æquipollentia sunt, *l. apud Julianum*, §. *constat, ff. de legatis* 1. *l. cum heres* 4. §. 1. *ff. de statu lib.* Tiraquell. *de retract. lign.* §. 1. *gloss.* 10. *num.* 120. Consule Quintilian. *lib.* 5. *cap. de Argum.*

6 Secus verò, si longævum haud sit possessionis tempus; siquidem tunc causam, titulumque probandum fore ab Actore, reor 3.

7 Pro-

7 Probatur: Ubi Actor in longæva extare haud supponitur rei possessione, toties causæ, titulique probatio possibilis ducitur, *l. nulla 24. C. de R. V. l. diutina 4. C. de præscription. 30. l. 1. ff. de probationibus, l. 1. ff. de exceptionibus, l. qui accusare, C. de edendo, cap. 1. de cland. despons. l. Proculus 67. ff. de jure dot. l. improba 7. C. de acquir. possess. l. ult. C. unde vi, cap. ordinarii, de offic. ordinar. in 6. l. quemadmodum, C. de Agricolis, lib. 11. l. nullo 14. C. de rei vindicatione*; igitur ejus probatio omnino facienda est; alioqui à possessione rei, utpotè prædo explodendus erit, *dicta l. improba 7. C. de acquir. possess. l. nullo 24. C. de rei vindicat. cap. licet 9. de probat. cap. dudum 31. de decimis, dicta l. ult. Cod. unde vi, cap. ordinarii, de offic. ordinarii, in 6. dicta l. quemadmodum, C. de Agricolis, lib. 11.* uti per supralaudata jura proximè commonstratum fuit. Consule Gonzalez 2. *decretalium, tit. 26. de præscriptionib. cap. si diligenti 17. num. 7. 8. & 14. pag. 698. & 1. decret. tit. 35. de pactis, cap. quoties 2. num. 6. in notis, pag. 814.* Altesserram *loco supralaudato*: quare textus *in l. si certis annuis, Cod. de pactis, l. creditor, Cod. de usuris, & l. cum de in rem verso, ff. de usuris*: distinctione adiecta isthac, haud difficulter conciliantur.

DECISIO XCVII.

IN Causa Comitatus Neocastri, inter Magnificam Faustinam Caracciolam Primogenitam quondam D. Marci Antonii Caraccioli Comitis Neocastri actricem ex una, & dominam . . . . . Caracciolam conventam ex altera parte, fuit dubitatum: an dicta Faustina actrix instante, & opponente rea, teneatur declarare, si venit ex testamento, vel ab intestato ad dictum Comitatum, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

ACtor in feudo succedens: numquid ad rei instantiam declarare obstringatur, an feudum, ut hæres petat, vel non: tametsi hæres institutus sit.

SUMMÆ.

Num. 1. primæ Thesis partis prædefinitio.
Num. 2. & 3. ejusdem probatio.
Num. 4. secundæ Thesis partis decisio.
Num. 5. & 6. ejusdem probatio.

1 DIstinguas: vel actor in feudo succedens, feudorum jure succedit, nempe si in feudi investitura à Rege obtentum fuerit, *& sibi, & posteris suis*; tunc se hæredem esse, aut non esse, divulgare haud necessum ducitur; sicque commentanda erit capiciana isthæc prædefinitio, edisserens sat fore si successorio feudorum jure succedere tradatur, quam capicianam hac decisionem sectantur Muscatellus *in praxi S. C. lib. 1. parte 3. glos. hæreditaria num. 4.* Anna *singul. 198.* aliique. Thorus Author est *compen. decis. §. declarare an teneantur actor successor in feudo*.

2 Probatur: ubi quis legitimum commonstrat titulum; toties ejus responsum haud incongruum autumatur, cum possessio pro eo extet, adusque oppositum per adversarium probetur: siquidem titulus, possessionis causa vocitatur: in hoc porrò casu legitimus ti-
3 tulus, feudorum jure succedere, foret, cum inter possessionis causas etiamnum feudorum titulus enumeretur, *cap. 1. quo temp. milit. investitut. l. imperialem, §. præterea, de prohibit. feud. alien. §. 1. per quos fiat invest. §. novam, qui test. sint necess. §. 1. quæ fuit prim. causs. benef.* inspicito Hotmanum *cons. 30. num. 9. lit. B. pag. 139. & cons. 31. num. 28. lit. S. pag. 145. tomo 2.* siquidem feudorum jure, secus ut hæres succedit, cum legitimus successor, & ut hæres, & ut feudatarius succedere valeat; quare in facti specie isthac, merè materialiter se habet hæreditarius, vel haud hæreditarius titulus, cum procul ab hoc titulo possit succedere quis, ut ipsis ex terminis liquet.

4 Vel feudum hæreditarium sit, adeoque in testatoris facultate est illud cuilibet linquere posse extraneo; tunc se, ut hæredem venire, declarare debere opinor.

5 Probatur: successor quilibet suum promulgare debet titulum, cum cuilibet possessori causam suæ possessionis commonstrare debeat;
6 enimverò possessio à justo procul titulo juribus improbatur, *l. improba 7. Cod. unde vi, c. licet 9. de probation. cap. dudum 31. de decimis, l. ult. Cod. unde vi, l. quemadmodum, Cod. de agricolis, lib. 11. cap. ordinarii, de offic. ordin. in 6. l. nulla 24. Cod. de rei vindicat. l. diutina 4. Cod. de præscription. l. 1. & 2. ff. de probationib. l. 1. ff. de exceptionibus, l. qui accusare, Cod. de edendo, l. Proculus 67. ff. de jur. dot. cap. 1. de cland.*

*tiand.despons.*Borcholten 2.*institut. tit.*6.*de usucap.* verùm hìc venire, ut hæres legitimus foret titulus, utpotè ipsismet ex terminis supponitur, *tot. tit. pro hærede, pro emptore, vel possess. in ff.* propterea quod hæreditatis titulus legitimus est; cum sit à lege approbatus, Cujacius *in ff. de servitut. ad commentat. leg.* 11.12.*&* 13.*colu.*1. *lit.A. pag.*385.*& colu.*2.*lit.B.pag.*386.*tom.*2. juxtà tex.*l.verbis legis,l.bonorũ,*108. *l.nihil interest,* 24.*ff.de verbor.signification.l.hæreditas,* 62.*de regulis juris, l. hæres,* 22.*ff. eodem l. ult. Cod.de hæred.action.l.cùm à matre,* 4. *Cod.de rei vindicat.l.si pactum* 9.*ff.de probat. l.cùm hæres,*11.*ff.de divers.& temp.præsc.*Hotmanus *consil.*9.*num.*4.*lit.C.pag.*54.*& consil.*22.*num.* 10.*lit.A.pag.*112.*tomo* 2. Hahnius ad Vvessembecium, *lib.*5.*tit.*3.*de hæreditatis petitione, vers.jus hæreditarium, pag.*305.quarè jure meritò prisci, hæredes, dominos devocabant, §.*fin. institution. de hæredum qualitate, & differentia, l.si is* 22.*ff.de acquiren. hæreditate, l.*2.§.*ult.ff.de secundùm tabulas,l. ille à quo,* 13.*ff.ad Trebellian.*arg.*l.hæreditas, de acquirendo rerum domin.l.liber homo, ff.ad l.aquil.*inspicito Cujacium *instit.de hæredum qualit.& obser.lib.*5.*c.*10.Joãnem Borcholten 2.*instit.tit.*14.*de hæredibus instituendis,*§.*servus etiam alienus*. Vvessembecium, *lib.* 28. *digestor. tit.*5. *de hæredibus instituendis, in princip.*Hotmanum 2.*instit.tit.*19. *de hæredũ qualitate, & differentia,* §.*item extraneus, vers.pro domino gerere lit.E.cum sequentibus, pag.*391.*tomo* 2.*&* 12.*observat. cap.*5.*lit. D. pag.*356.*tomo* 1. Plautum *in Menechmis*; Festum lib.8.ibi: *Hæres apud antiquos pro domino ponebatur*.

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Actor in burgensaticis: nunquid ad conventi instantiam enodare astringatur, si foret hæres.

Spolii tempus ante litis contestationem facti: utrùm declarare astringendus sit actor; ac per consequens in causa ipsa interea haud procedendum sit.

SUMMÆ.

Num.1.Thesis primæ decisio.
Num.2.ejusdem probatio.
Num.3.Thesis secundæ prædefinitio.
A num.4.usq;ad finem, ejusdem probatio.

1 Actorem in burgensaticis ad conventi instantiam expendere obstringendum esse, si foret hæres, existimo 1.secus verò si in petitione se fore hæredem, vel successorem fateatur: siquidem tunc id amplius declarare, haud sit compellẽdus, ut de facto per S.C. prædefinitum fuisse testatur Capicius, *hìc in fine*; ibi: *quare ipsi advocati in incontinenti formarunt petitionẽ, ut actrix declaret, si est hæres; sed de ea non fuit habita ratio; nam oblata est post litẽ contestatam, quare non tenetur quis respondere per modum interrogatorium; sed fuit dictum, quod faciat positiones.* est Muscatelli *in praxi S.C. lib.* 1. *parte* 3.*glossa hæreditaria, num.*3. Thorus Author est *compend.decis.tom.*1.§.*declarare actor, an teneatur in burgensaticis.*

2 Probatur: actor agens actionis suæ titulum commonstrare cogendus est: in nostra porro facti specie titulum alium minùs aperire potest, nisi hæredis titulum; igitur, &c. secus si semel in hæreditatis rogitatione se declarasse feratur: siquidem multiplicare entia procul à necessitate foret, quod perabsurdum esset, *l.* 1. §. *quibus, Cod. de novo Codice, l. finali, Cod. qui admitti ad bonor. possess. clem. exivi,* §.*quamvis, ff.de verbor. signif.*

3 Spolii tempus ante litis contestationem facti, haud declarare astringendum esse actorem, ac per consequens in causa ipsa interea minimè procedendum fore, existimo 2. quod prædefinitum per S.C.etiamnum, refert Afflictus *decis.*250. *in fine.* est Bartoli, Alexandri, Soccini, Baldi, Annæ *allegat.*111. *per totam.* Riccii *collect. decis.* 608. Thorus Author est *compend. decis. tomo* 1. §. *actor, an teneatur declarare tempus spolii*.

4 Probatur 1. hoc namque in casu, non nisi de recuperandæ possessionis remedio agitur, quod de sui conceptu, haud infamare perhibetur, quinimo magis privilegiatum remedium à jure consultis acciri assolet: inde fit, quod adversus singularem possessorem indulgetur; neu eidem alterius spolii exceptio obiici potest, Osualdus *lib.* 15. *comment. Donell.cap.*31.*lit.C.*Covarr.*pract.cap.*24.aliique, Gonzalez 2.*decretal.tit.*28.*de appellat.in cap. bonæ memoriæ* 51.*nu.*6.*pag.*819. est enim remedium à jure inventum, utpotè extant interdictum *unde vi condictio triticaria,* l.1.*& per tot.ff.de condict.tritic.& condictio indebiti, l.* 1. *& per totum, ff. de condict. indebiti,* quod prædefiniendo nulli irrogat injuriam. consule textum *in l.tribus, ff.de usufructu earum rerum, l.*3.*ff.de legatis, l.cum quis* 22.*ff. de O.& A.l.mercis* 207.*de V.S.l.si me, & Titium* 2.*ff.de rebus creditis, l.si quis intentatũ l.finali, Cod.unde vi.* Cujaciũ *l.*4.*Cod.de pact. & l.*10.*Cod.de condict.indeb. & ad tit. ff.de condict.ex lege, & lib.*19.*respons.Papin.in l.*5. *de censibus, & lib.*9.*qq.ejus.in l. rem* 78.*ff.de furtis.*Duarenum, & Donellum *ad tit.de condict.indeb.*Vvessembach. *disp.*10.*num.*18.Vinium *lib.*1.*select.cap.*47. Merillũ *lib.*3.*observ. cap.*10.*& lib.*1.*variar.ex Cujacio cap.*20.Genoa *in conciliat.fol.* 215. *&* 218: *in parvis*, Arias à Mesa *lib.*1.*var.cap.*47. Cujaciũ *tract.* 2.*ad Afric.in l.*23.*ff.de reb. cred.* Merillũ *lib.*

1.*var.*

1.*var.ex Cujacio cap.* 22. igitur nil mirum si spolii tempus per actorem declarandum sit, Anna supralaudatus Author est: propterea quod ubi judicium summarium esse supponitur, toties tempus minùs est exprimendum, alioqui summarii judicii essẽtia devastaretur; cum ejusce natura sit summatim, ac concinnè, ordinario derelicto strepitu, solaque veritate inspecta, de re nosse, quod examini Judicis dein ordinarii linquendum est. Auctor est Afflictus supralaudatus, *nu.*4.igitur, &c.

5 Probatur 2.cur in interdicto *unde vi* spolii tempus declarandum erit? nonnisi, quia interdictum istiusmodi infamiam producit saltem facti, *l.honori,l.licet, ff.de obsequ.l.*1.§.*interdictum hoc, ff.de vi,& vi armata.*ad instar ubi criminaliter agitur, *l.item exigit de dolo, l.prætor edixit in principio, ff.de injuriis,cap. tua,de procurator. l.edita, Cod.de edendo.*cum violẽtiam importet; quæ enim per vim fiunt, non nisi violenter patrari, ac in consequentiã injuriosè peragi dicũtur; hinc juremeritò majori plectẽdũ erit pœna crimen hujuscemodi; enimverò pœna, & delictũ inter se cõmesurari debent, *l.sancimus* 22.*Cod.de pœnis,cap.non afferamus stateras,in fine* 24.*quæst.*1. *c.quæsivit,de iis, quæ fiunt à majori parte capituli,c. felicis,§.illud autem,de pœnis,in* 6.siquidem oportet ut pœna suum teneat auctorem, delinquentemque, *dicta l. sancimus, l. absentem,ff.de pœnis*. igitur cum in interdicto recuperandæ possessionis id verificari minimè prædicetur, nil mirum si actor hìc non sit astringendus.

6 Probatur 3. tametsi in libello civili infamiam involvente tempus declarandum erit, ut edocent Bartolus, Baldus, idque genus: verumtamen secus decernendum, ubi agitur de remedio, *capit.reintegranda* 3.*qu.*1. vel de remedio, *c.sæpe de restit.spoliat.vel de constit. Regni circa violen.*siquidem tunc de simplici recuperandæ possessionis remedio agitur, *l. cessat, ff.de action.& oblig.* secus verò de inmia.

7 Probatur 4. hujuscemodi juris sollemnia locum, tempestatemque declarandi non nisi à Cæsareo dimanata dicuntur, *l.libellorum, ff.de accusationibus,* quæ per *cap.detestantes* in Regno perempta supponuntur: quandoquidem per hujusmodi *cap.*universæ causæ summariæ extant, ac per consequens cum judicium sũmarium supponatur, nil mirum si spolii tempestatis declaratio haud fieri debeat; alioqui judicium redderetur ordinarium, quod ordinario rem schemate noscit; ac per consequẽs plenè ex confesso aliqua de re disceptatur, *l. Judices* 9.ibi:*plena inquisitione discutere,Cod. de Judicis, cap.cum super*; ibi:*tàm restitutionis, quàm electionis,causa pleniùs cogitata, de causa possess.& prop.l.à divo Pio* 15.§.*si rerum,ff.de re judic.*Hotmanus *lib.*2.*observat.c.*4.Donellus *lib.*24.*comment.cap.*5.ubi Osualdus *lit.B.*Menochius *lib.*1.*de arbitr.quæst.*18. Maranta *de ordine judic.*4.*par.dist.*9. quare juremerito in causa vulterius peragendum erit.

8 Probatur ultimo: ubi, & judicium summarium, & nec infamia supponitur, & de recuperanda possessione peragitur, toties spolii tempus investigare velle, ac interea vulteriùs haud pergere perabsurdum foret: siquidem summarium destrueretur judicium, detentorque rei in sua interea asservaretur possessione, quod juribus obnoxium foret;

9 ac per consequens non faciendum: quæ enim sunt juribus contraria, haud patrari debent, cum jura potius servanda, quam corrigenda sint, præsertim in dubio, *l.si quando, Cod.de inoffic.test.l.*1.*Cod.de inoffi.dotib. l.præcipimus in fine, Cod.de appellationibus.*quandoquidem jura jubent despoliatum ante omnia in sua redigendum esse possessione, quoties de spolio liqueat, *cap.in literis, extr.de rest.spoliat.*Antonius Faber 3.*Cod.tit.*7.*de ordin.judic.def.*7. *in allegat.pag.*181.*cap.conquerente* 7.*de restit. spoliator.cap.*2.*& finali de ordin.cognitionum, l.*1.§.*si prædo,ff.depositi,l.colonus,l.cum fundũ, ff.de vi,& vi,l.Judice* 64.*ff.de judic.l.si pignore* 22.§.*si prædo, ff.de pignor.act.l.meminerint,C. unde vi, l.si maritus* 10.*Cod.de donat.inter c.* 1.*& per totam* 2.*qu.*2.*cap.*1. *& per totam* 3. *qu.*1.*l.si quis ad se fundum*;ibi: *ante omnia violentiæ causam examinare præcipimus,Cod. ad l.Jul.de vi, l.*1.ibi: *sine ulla cunctatione, Cod.si per jura, vel alio modo,l.si de vi* 37.*ff.de judic.l.ordinarii* 3.*Cod.de R.V.cap.ult.de ordine cognitionum, cap.in literis* 5. *cap. conquerente* 7.*de restit.spol.cap.ult.*§.*patet* 3.*qu.*1.*c. cum Ecclesia* 3.*qu.*2. Cujacius *in d.c.conquerente* 7.*de restit.spol.*Solorzanus *lib.*3. *polit.c.* 30.*& tomo* 2.*lib.*2. *cap.* 28. *&* 90. Donellus *lib.*15.*comment. cap.*31. Barbosa *in l.si de vi* 37.*ex nu.*30.*ff.de Judic.* Vvltejus *ad tit. Cod. ubi de possessione num.*35. examini namque tempus permittere, hìc merè materialiter se habet; alioqui delinquenti rei fruendi aliena ansa refunderetur, quod à juribus, jubentibus unicuique quod suum est, esse tribuendum, alienum esset; siquidem haud honesta juberent, inhiberentque contraria; ceu ex legis definitione liquidò constat. hinc Cicero 1. de legibus: *lex est ratio summa insita in natura, quæ jubet ea, quæ facienda sunt, prohibetque contraria*. & Philipp. 11. *lex nihil est aliud, nisi recta, & à numine deorum tracta ratio est, imperans honesta, prohibensque contraria*.

DECISIO XCVIII.

IN Causa Francischellæ Maricondæ, cum Notario Loysio Castaldo, & Consortibus, fuit dubitatum: an agnati Sacerdotis Neapolitani auferant ab hæredi-

redibus institutis per Sacerdotem medietatem bonorum antiquorum, juxtà consuetudinem neapolitanam, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Prima facti species.

CLericus in novissimo extans velle: numquid de antiquis disponere possit bonis suis, adversus formam consuetudinis neapolitanæ, quæ occipit *si quis, vel si qua*.

SUMMÆ.

Num.1.Thesis primæ prędefinitio.
A'num.2.usque ad 7.ejusdem Thesis primę probationes.
Num.7.Thesis secundæ decisio.
A'num. 8. usque ad finem, ejusdem Thesis secundæ probationes.

1 STabilire posse haud dubiè opinor. est Decii, Bartoli, Alexandri, Soccini, Martæ *de jurisdictione parte 4.casu 53. num.17.& casu 4.num.1.* Surdi *decis.* 20.Capicii,*hìc,num.2.*Riccii, Molfesii,Reg.de Franchis *decis.411.usque ad num.5.*edocétis, sic per S. C. prædefinitum fuisse. Thori *compend.decis. parte 1. §. Clericus, an possit de eius bonis disponere in ultima voluntate*.

2 Probatur 1.ex textu *in cap.quia nos, §.interdicimus,extra de testam.* Capicius *hìc in principio* Author est, & ex Martę *de jurisdict. parte 4.centur.11.casu 4.* doctrina,edocentis, Laicum super Clericis,Ecclesiasticisque haud dicere jus posse: propterea quod de ipsius jurisdictione minùs esse supponuntur, *cap.decernimus de judic. nec in consuetudine si quis, vel si qua* Clerici amplectuntur, uti extra sui jurisdictionem.Author est Capicius, *hìc in principio*, enimverò utpotè extraneæ se habent personæ.

3 Probatur 2. Clericus, ut persona Ecclesiastica à quolibet laicali jure, divina inspecta lege exemptus esse supponitur. Matthæi 12. 17.& 23.ibi: *nolite tangere Cristos meos,*utputà Clericos. & ibidem:*qui vos spernit;& qui vos tangit,tangit pupillam oculi mei, c. novit de judiciis, cap.duo sunt,96.dist.* Granianieto *2.decret.de foro competenti, in cap.si Clericus Laicum, num.6.colum.1.pag.27.* D.Augustinus *lib.1.in Evagel.quæst.23. in cap.in novo, 21.distinct.cap.continua, cap. Sylvester, cap.si Imperator 11.quæst.1.cap.nimis 30.de jureju. cap.quamquam, de censibus,in 6.*ibi:*cùm igitur Ecclesiæ, Ecclesiasticæque personæ, ac res ipsarum non solùm jure humano, quinimo, & divino à Secularibus exactionibus sint immunes.* Concil. Lateran. sub Innocentio III. *cap.46.*aliud Lateran.sub Leone X.*sess.9. ad fidem,* Concil. Frisingense,*anno 1140. can.3.* Trident.*sess.20.de reform.cap.10.*igitur,&c.

4 Probatur 3.Ecclesiastica namq; ditio nullo pacto à Republica,ast immediate à Deo ortũ duxisse autumatur,*cap.in novo 21.dist. cap.legimus 93.dist. cap.sacrosancta, §.hæc vero 22. dist.*propterea quòd sacerdotium immediatè à Deo de Aron, in Christum, & de Christo in divum Petrum dimanatum fuit;igitur,&c.

5 Probatur 4. ex Auth. *statuimus, Cod. de Episcopis, & Clericis, auth.ut Clerici eodem tit.cap.consulendum,in fine 28. dist. cap. cùm non ab homine,de judiciis, cap.in memoriam, §.si verò 19.dist.*igitur, &c.

6 Probatur 5. Clericus quà Clericus, secus verò quà Laicus,hìc disponere edifferitur;igitur utpotè Clericus suas asservare astringitur leges; cum quilibet legi subjectus,eidem obtemperare par sit. hinc Cicero *1.de Orat.*ibi: *Docemur auctoritate,nutuque legum, domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates, nostra tueri: ab alienis mentes, oculos, manus abstinere.* & *1.de legibus*;ibi: *Vitiorum,emendatricemque virtutum: ab ea enim vivendi doctrina ducitur.* & *2.de Orat.Legibus proposita sunt supplicia vitii.præmia virtutibus;*verùm laicalia jura (uti foret neapolitana cõsuetudo *si quis, vel si qua,* idque genus) haud sua differuntur jura,ast prorsus sibi extranea:quandoquidem respectu Clerici merè materialiter se haberet;igitur respectu consuetudinis Neapolitanæ solutus esse supponitur Ecclesiasticus; cum utrobique par urgeat ratio, adeoq; eadem juris prædefinitio. *l.illud,ff.ad l.Aquil. l.si postulaverit, §.2 ff.ad leg.Jul. de adulter, l. quidam nummularios, ff.de edendo, l.nauta,§. finali, ff.nautæ caup.l.à Titio, ff.de furtis, l.illud,Cod.de Sacros.Eccles.§.si igitur,*Instit.*quod cum eo, l.his solis, vers. satis etiam cautè putamus, Cod.de revoc.donat. l.item veniunt, §. ait Senatus, ff.de pet. hæredit.* secus è diverso, *l.si ita, ff.de manumis.testam.l.servus, ff.de statuliber.*

Secunda Facti Species.

MOnachus Monasterium successionis capax ingressus: numquid portionem ad se pertinentem,à fratribus per sororem communem eis relictam, robore consuetudinis Neap. quæ incipit *si quis,vel si qua,*rogitare per Monasterium possit.

7 Communi attento jure,secus consuetudine *si quis, vel si qua,*Monachum per Monasteriũ de portione sibi debita à supradictis fratribus rogitare posse,dubio procul censeo.est Reg.de Franchis *decis. 411. num.5.* edocentis sic per S.C.fuisse prædefinitum.Reg.de Ponte *consilio 39.nu.11.*Napodani *in d.consuetud.si quis, vel si qua, in verbo proximiores, & vers. & præmissa,* Molfesii aliorumque. Author est Tho-

rus

rus compend. decis. parte 1. §. *Monachus Monasterium ingressus an possit petere portionem.*

8 Probatur 1. Consuetudo *si quis, vel si qua* ex supra commonstratis, Clericos quoscumque Ecclesiasticos, cujuscumque generis sint, obstringere haud potest: propterea quod laicalis vocitatur, ac per consequens in ipsius ditione est, laicos dumtaxat amplecti posse, ut sibi subjectos, cum quilibet suæ subdatur legi, quę in suis jurisdictionem habet, eosque ligat, *lege prospexit*, *ff. qui*, *& à quibus*. inde fit, quòd frustra legis præsidium reposcit, qui in legem patrat, *l. auxilium*, §. *in delictis*, *ff. de minoribus*, *l. sancimus*, *C. de judic. cap. bonæ il* 1. *de elect. cap. ult. de immunitat. Eccles. cap. contingit* 45. *cap. in audientia*, *de sentent. excomm. cap. quia frustrà, de usuris.* Hinc *in appen. sentent. ex apopht.* isthæc verba descripta reperio: *In Republ. bene instituta, suprema authoritas est legibus deferenda: nec ulli Magistratui fas quicquam contra leges publicas tentare.* & indidem: *Non aliunde florent Resp. quam si legum vigeat authoritas.* & denuò. *Ibi Tyrannus oriri non potest, ubi ex arbitrio priscarum legum geruntur omnia.* & ibidem: *Norma conjugis vir est, quæ rectè vivit, si illa publicis legibus obtemperet.* & indidem: *Negotium, quod pro legibus, ac jure suscipitur, oportet omni carere injuria.* ac postmodum; ibi: *Multò pulchrius est, ac difficilius Regum rectis legibus, sanctisque moribus exornare, quàm armis Regno Regum addere*; igitur Ecclesiastici cujuscumque generis sint, ceu exempti, minùs ea frui debent; cum quilibet suo, secus verò alieno uti debeat privilegio, *l. injurarum*, §. 1. *ff. de injuriis*, *l.* 3. §. *is tamen*, *ff. de liber. homin. exhibend. l. qui injuriarum*, §. *is qui*, *ff. de jurejurand. l. jurejurando*, *l. quod Reip. l. injuriam*, *ff. de iniur. l. fluminum*, §. *ult. ff. de damno infecto*, *l. Proculus*, *ff. eod. tit. l. si donaturus*, §. *si quis indebitam*, *C. de condit. ob causam*; siquidē nemini injuriam irrogat, *l. si quis in conscribendo*, *C. de Episcop. & Cleric. l. penult. C. de pactis*, *cap. tuis* 39. *vers. nisi, de testibus*, *cap. ad Apostol. de Regularibus*, *cap. si de tertia*, *de privilegiis*; igitur Consuetudo isthæc respectu Ecclesiasticorū merè materialiter se habet: quicquid enim

9 merè materialiter est, pro nihilo ducendum, perindèque ac si haud foret, cum in formali minimè veniret consideratione; igitur in Monasterii manu dumtaxat est, Monachi portionem communi attento jure ro-

9 gitare posse; cum universa Monachi jura, ac bona, quæ de persona in personam transire queunt, in Monasterium transiliant. Auth. *ingressi*, *Cod. de sacrosanctis Ecclesiis*, §. *si qua mulier*. Authent. *de sanctissim. Episcop.* §. *illud quoque*, Auth. *de Monachis*, *cap. si qua mulier*, *cap. quia ingredientibus* 19. *quæst.* 3. *cap. quia ingredientibus* 2. *de testam.* Consule Gedeum *tom.* 1. *consil.* 25. Hieronymum Garcia *tom.* 1. *polit. regul. tract.* 4. *difficult.* 5. *dub.* 5. Olea *de cess. jur. tit.* 3. *quæst.* 9. *num.* 33. Pichard. *in princ. institut. de acquisit. per adrogationem*, *à n.* 36. *usque ad* 43. Gothofredum *ad l.* 3. §. 1. *ff. de acquir. possess.*

10 quare S.C. prædefinitio, quod attenta Cōsuetudine *si quis, vel si qua* Monasteriū Monachi portionem haud petere possit, non erit commētanda, quod Monasterium ab hujuscemodi explodendum sit portione; ast quod attenta Consuetudine hac petere nequiret; cum impertinēter se habeat consuetudo hęc relatè ad Monachos, secus verò communi inspecto jure: quare S. C. prædefinitio uni derogavit; alterum verò indulsit, uti speculanti liquet.

11 Probatur 2. Infirma ducitur illatio isthæc: non inspecta Consuetudine *si quis, vel si qua* succedit; igitur nec etiamnum communi jure: siquidem à Consuetudine ad jus commune, vel è diverso, infirma ducitur illatio, cum etherogenea sint, uti speculanti liquidò constat: Monachus namque jure succedit suo; enimverò agnationis jus detinet, *l. Deo nobis*, §. *hoc etiam*, *C. de Episcop. & Clericis*; ac per consequens communi, cui à nulla derogari potest Consuetudine; cum Divino inspecto jure exempti à laicalibus differātur legibus, utpotè fusè supra commonstratum fuit; igitur, &c.

Pro decisionis istiusmodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Clericus: numquid vectigalia, idque genus, pro bonis emptis persolvere sit obstringendus.

Monasterium: utrum loco præteriti filii testamentum à matre conditum, filiam hęredem instituente, annuo relicto filio legato, in Monasterio existenti, perimere possit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.
Num. 2. primum opinamentum.
Num. 3. secundum placitum.
A' num. 4. usque ad 7. motivum prioris opinamenti.
Num. 7. fundamentum secundæ opinionis.
Num. 8. Thesis secundæ decisio.
A' num. 9. usque ad finem, ejusdem Thesis probationes.

1 Clericus numquid vectigalia, idque genus, pro bonis emptis persolvere sit obstringendus. Diffi-

2 dent pro hujusce prædefinitione inter se Authores: etenim nonnulli haud fore astringendos edocent, inter quos extant Bonacina *tom.* 2. *de octavo Decalogi præcepto*, *disput.* 10. *quæst.* 11. *punc.* 1. §. 1. *proposit.* 2. *num.* 2. Belletti *disquisit. cleric. de except. Cleric. & bon. à munerib. publi-*

 cis

cis, §. 2. *num.* 11. aliique.

3 Secus verò existimant Caravita *in Ritu* 229. *num.* 3. Thorus *compend. decis. par.* 1. *vers. Clerici an teneantur solvere collectas*, memorans per Regiam Cam. Summ. contra Clericum fuisse prædefinitum.

4 Motivum prioris opinamenti est ex Bonifacio VIII. *in cap. Clericis*, §. *nos igitur*, *de immunitate Ecclesi. in* 6. ubi Romanus Pontifex non modo ab hoc onere exemptos fecit Clericos, ast etiamnum si spontè procul ab assensu Apostolico Laicorum oneri se subjecerint, ipso facto anhatematizavit: cum Clerici à Laicalibus oneribus Divino inspecto jure exēpti sint; igitur ad collectas istiusmodi; idque genus pro bonis emptis, haud

5 astringendi sint: enimverò ex continenti, ac bona à Clerico empta esse prædicantur, Ecclesiastica fiunt, *cap. ratio nulla* 17. *quæst.* 4. *cap. Clericus* 1. *quæst.* 2. *cap. quæ ad perpetuam* 25. *quæst.* 1. *cap. scias* 7. *quæst.* 1. *cap.* 1. & 2. 54. *distinct. cap.* 1. *de empt. & vendit. cap.* 2. 84. *distinct. cap. in re communi*, *de re judicata*, *lib.* 6. *cap. fin.* 16. *quæst.* 1. Clement. *quia contingit*, *de Religiosis domibus*, *cap. qui manumittitur*, §. *fin.* 22. *quæst.* 1. *l. in tantum*, *ff. de rerum division. l.* 2. & *l. falsos*, *C. commun. rerum alienat. l.* 1. *l. Imperatores*, §. *item rescripserunt*, & §. *final. ff. de administrat. rer. ad Civitat. pertinent. l. si legatum*, §. *final. ff. de operibus publicis*, *l. mancipia*, *l. penult. & ult*, *C. de serv. fugitivis*, *l. Celsus* 6. *ff. de contrahend. empt. l. usucapionem*, *ff. de usucapionibus*. Auth. *res*

6 *quæ*, *C. communia*, *de legatis*; bona enim Ecclesiæ oblata sunt, ut pro ipsis offerentibus oretur, & inde pauperes alantur, & nulla ratio permittit, ut quod pro communi utilitate datum esse cognoscitur, propriis cujusquam usibus applicetur; siquidem summa est ratio, quæ pro Religione facit, *l. sunt personæ* 43. *in fin. ff. de religiosis, & sumptib. funerum.* Auth. *res quæ*, *Cod. communia*, *de legatis*. Grannanieto 3. *decretal. de præbend. & dignit. tit.* 5. *ad tex. in cap. ratio nulla* 3. *pag.* 317. & 318. quandoquidem Clerico incorporata sunt: Ecclesiastica enim porrò ex supra comprobatis, nō nisi ad Ecclesiasticū, secus verò ad laicos pertinent.

7 Fundamentum verò adversæ opinationis est, quatenus tametsi bona isthæc Ecclesiastica fiunt, verumtamen suo cum fasce, transilire edifferuntur; igitur onus hujuscemodi persolvere, astringendi sunt Clerici, quod à primęvo denegatur placito; siquidem extemplò ac Ecclesiastica fiunt, libera evadunt, cum liberam utpotè accessoriū sectētur personam, alioquin in Clerico aliqua haberetur subjectio, quod perabsurdum foret, quæ cuncta à secundo denegantur opinamento. Tu mi lector Judex esto: etenim inter Scillam, Caribdimque versamur.

8 Monasterium loco præteriti filii testamentum à matre conditum filiam hæredem instituente, annuo relicto filio legato in Monasterio existenti perimere posse communi inspecto jure; secus verò attenta Consuetudine *si qua moriens*, *ubi Constitutione Regni in aliquibus* haud dubiè puto. est Reg. de Franchis *decis.* 667. referentis sic per S. C. prædefinitum fuisse, *num.* 4. Riccii *collect.* 1930. *in fine*. Molfesii *in comm. ad Consuetud. Neapo. parte* 3. *quæst.* 21. *nu.* 4. & *quæst.* 60. *num.* 10. & *consil.* 27. *n.* 17. Author est Thorus *compend. decis. parte* 1. §. *Monasterium*, *an possit loco filii præteriti testamentum infringere*:

9 Probatur 1. *Consuetudo si qua moriens*; vel prælaudata constitutio *in aliquibus*; hìc merè materialiter se habent, nam isthæc neu Ecclesiasticos, neu Monachos cujuscumque generis sint obstringere queunt: siquidem laicalia extant jura, à quibus (ceu supra commonstratum fuit exempti Divino inspecto jure esse supponuntur Ecclesiastici, supralaudatus Gonzalez 2. *decret. tit.* 1. *de judic. cap. Cleric. verò* 8. *num.* 10. *pag.* 28. ubi plura, *cap.* 2. & 3. *de judiciis*, *cap. cùm si generale*, *de foro competenti*. Concilium Tridentin. *sess.* 21. *cap.* 2. *de reformat.* Grannanieto 2. *decretal. tit.* 2. *de foro competenti*, *cap. si Clericus laicum* 5. Cuja-

10 cius *in cap. etsi* 4. *de judiciis*: quare prædefinitio, illa quod mater filios obtinens de bonis suis, sive ex agnatis, sive ex cognatis sibi obvenientibus, de decima disponere possunt parte, id respectu Ecclesiastici, Monachi cujuslibet merè materialiter se habet; quandoquidem statuitio illa in laicis, secus verò in Ecclesiasticis locum obtinere supponitur.

11 Probatur 2. Mater communi inspecto jure filios saltem in legitima hæredes instituere astringitur. Imperator *in authent. ut cùm de appellat. cognosc.* §. *aliud quoque capitulum*, *l. si instituta*, §. *ult. ff. de inoffic. testam. l. cum mater*, *ff. de inoffic. testam. l. cùm filium*, *Cod. de inoffic. testam. l. filium*, *C. eod. l. pater filium* 14. & *l. seq. in princ. ff. de inoff. testam.* Institut. *de inoffic. testam. in princ. l.* 1. *ff. eod.* Donellus *in l. miles si* 2. *ff. de inoffic. testam.* Antonius Faber 6. *Codicis*, *tit.* 31. *ad S.C. Tertyll. definit.* 1. *pag.* 767. Vultejus *instit. de inoffic. testam. in princ. textus*, *num.* 7. *pag.* 317. Hotmanus, Balduinus, Budæus, Pichardus, idque genus, 2. *institution.* §. *mater*, *vel avus maternus*, *de exhæredatione liberorum*; in nostra porrò facti specie Monasterium successionis capax uti loco filii succedere traditur. Gonzalez 3. *decret. tit.* 26. *de testamentis*, *cap. quis ingredientibus* 2. *num.* 4. *pag.* 416. Auth. *ingressi*, *C. de sacros. Eccles. in* §. *sed & hoc præsenti.* Auth. *de sanctissimis Episcopis*, & *in cap. in præsentia*, *extra de probationibus.* Consule Reg. de Marinis *resolut. jur. lib.* 1. *cap.* 88. *num.* 3. *cum sequentib.* Franciscum Andreol. *controvers.* 61. *num.* 13. Julium Clarum §. *te-*

12 *stamentum*, *quæst.* 28. *num.* 4. propterea-

quod

quod universa Monachi jura in Monasteriū transeunt, dicta Auth. *ingressi, C. de sacrosanctis Ecclesiis, in §. si qua mulier*. Auth. *de sanctissim. Episcop. §. illud quoque, de Monachis, cap. si qua mulier, cap. quia ingredientibus 19. quæst. 3. cap. quia ingredientibus 2. de testam.* Inspicito Gedeum *tom. 1. consil. consil. 25.* Hieronymum Garcia *tom. 1. polit. regul. tract. 4. difficult. 5. dubio 5.* Olea *de cess. jur. tit. 3. quæst. 9. num. 33.* Pichardum *in princ. institutionum, de acquisit. per arrogationem, à num. 36. usque ad 43.* igitur nil mirum Monasterium loco filii veniens testamentarias maternas quassat tabulas, utpotè à matre præteritum, *d. l. instituta, §. ult. ff. de inoffic. testam. l. 3. & l. filiam 15. Cod. de inoffic. testam.* Instit. *de inoffic. testam. in princ. d. l. 1. ff. eod.* Consule supralaudatum Donellum *in l. miles si 2. C. de inoffic. testam.* Antonium Fabrum 6. *Codicis, tit. 31. ad S. C.*
13 *Tertyll. definit. 1. pag. 767.* quandoquidem si extra Monasterium filius fuisset suus, illumque præteriisset, profectò testamentum ut irritum filius dein enodaret, vulgaretque, *l. 1. l. filio 17. ff. de injusto rupto testam. l. si filius 7. l. inter 30. ff. de lib. & posth.* Instit. *de exhæred. liberor. in princ.* Consule Hotmanū, Balduinum, Budæum, Vultejum, aliosque 2. *instit. tit. 31. de exhæredat. liberorum, in princ.* igitur sic identidem Monasterium, cum utrobique par urgeat ratio, ac per consequens eadem juris prædefinitio, *l. illud, ff. ad l. Aquiliam, l. si postulaverit, §. 2. ff. ad l. Jul. de adulter. l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. nauta, §. fin. ff. nautæ caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, C. de sacros. Eccl. §. si igitur, instit. quod cum eo, de tempor. ordin. lib. 6.* Hinc Cic. 1. *Offic. de homine 119.* ibi: *Societatis humanæ vinculum est ratio, & oratio, quæ dicendo, communicando, disceptando, judicando, conciliat inter se homines, conjungitque naturali quadam societate. Neque ulla re alia absumus à natura ferarū;* neu de hoc ulla habeatur hæsitatio.
14 Probatur 3. Monachus namque defactò quoad successionem, & agnationem, & cognationem detinere perhibetur naturalem, *l. Deo nobis, §. sed necesse, Cod. de Episcopis, & Clericis, cap. in præsentia extra, de probationibus, l. jura sanguinis, ff. de regulis juris, §. quod autem,* Instit. *de capitis diminut.*
15 siquidem quæ naturalia sunt deperdi, delerique haud possunt, *l. jura sanguinis 8. ff. de reg. jur. l. 2. C. unde cognati, l. eas obligationes, ff. de capitis diminutione, §. ult.* Instit. *de legit. Agnatorum tutela, l. 2. ff. de usufructu earum rerum, quæ usu consumuntur, l. 3. C. de tab. test. aper. l. si is emancipetur, ff. ad municip. §. minùs,* Instit. *de hæredit. quæ ab intestat. defer. l. 2. Cod. unde vi, §. adoptivi,* Instit. *de hæred. quæ ab intest. defer. l. legitimis 5. C. unde cognati, l. 4. sub fin. in §. in adoptionem, de grad. & affin. l. capitis 11. de suis, & legit. hæredibus.* Consule Petrum Fabrum *in d. l. jura sanguinis, ff. de reg. jur. & lib. 2. semestrium, cap. 12. Aristotelem 5. ethic.* Hinc jure optimo Cicero probat in Lælio veras amicitias, quòd earum ortus non ab imbecillitate, aut utilitate, sed à natura sit, sempiternas esse.

DECISIO XCIX.

IN Causa Michaelis Pulverini petentis à Domino Sebastiano Barnaba quandam Domum jure congrui, cum Monasterio Sancti Ligorii directo Domino dictæ Domus: quod in venditione præfato Domino Sebastiano facta de Domo prædicta per Joannem de Morimanno consenserat: nunc autem videns vicinum ad eam juri congrui aspirare, concurrit, & vult eam pro se offerendo pretium. dubitatum est: quis præferri debeat, an vicinus, an Dominus directus, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

JUs congrui in re alienata: cuinam competere prædicetur; Domino directo ne? an finitimo? si directus Dominus alienationi alteri indebitè factæ assensisse feratur?

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis decisio.
A' num. 2. usque ad finem, eiusdem probationes.

1 UBi alienata, utputà Domus, indebitè facta revocetur; toties jus congrui finitimo competere debet ex suppositione, quod directus Dominus rem alienatam in priscum haud revocare voluerit statum: propterea quod tunc vicino præferendus foret. est Antonii Capicii *hic, num. 9.* memorantis sic per S.C. prædefinitum fuisse: ibi: *Votatum est, quod condemnetur D. Sebastianus emptor ad vendendum D. Nicolao Michaeli pro pretio, quo fuerit appretiata, juxtà Consuetudinem Neap. & quod in avocanda possessione à præfato D. Sebastiano præferatur.*

Monasterium jure directi Domini. Annæ *allegat.* 43. *num.* 14. de Franchis *decis.* 610. edocentis *à num.* 1. *usque ad finem*. identidē per S. C. prædefinitum fuisse. Reg. de Ponte *decis.* 3. *in princ. vers. pro adimplemento*: referentis etiamnum in Regia Camera Summariæ sancitum fuisse.

2 Probatur 1. Quilibet namque directus Dominus jus offerendi habet, *l. si fundus*, §. *in vendicatione, ff. de pignor. l. Paulus*, §. *finali, quibus modis pignus, vel hypotheca sol-*
3 *vitur*: quicquid enim à jure indultum, permissumque est, à cunctis fieri par est: in Capiciana porrò isthac facti specie Monasteriū S. Ligorii directus præfatæ Domus supponitur Dominus; igitur in ipsius manu offerendi jus habetur igitur præferendus.

4 Probatur 2. Tametsi directus Dominus, utputà nostro in casu Monasterium S. Ligorii indebitæ Domus alienationi assensus fuisse feratur: attamen haud hinc rectè in bona sectatur forma, suum deperdiderit jus: siquidem semper directus restare diceretur Dominus, cum directum Ecclesiæ dominium à Monasterio procul à justa causa abdicare impossibile ducatur, *cap. consensus* 3. *de rebus Ecclesiæ non alienandis, cap. quisquis* 19. *cap. Apostolicos* 33. *cap. Diaconi* 35. *cap. quisquis* 37. *cap. Abbatibus* 41. *cap. sicut* 40. *cap. non liceat* 62. *& ferè per totam* 12. *quæst.* 2. *cap. infames* 17. 6. *quæst.* 2. *cap.* 1. 10. *quæst.* 2. *cap. possessionis* 92. 16. *quæst.* 1. *cap. si Sacerdos* 10. 16. *quæst.* 3. Concil. Aurelian. 4. *Can.* 9. *& can.* 11. *& Can.* 18. Tridentinum *sess.* 22. *de reformat. cap.* 11. Consule Corvinum *lib.* 2. *aphorism. tit.* 41. Cujacium *in cap. nulli* 5. *de rebus Eccles. &c.* Velasco *de privil. pauper. lib.* 1. *quæst.* 22. Petrum Gregorium *lib.* 1. *de repub. cap.* 31. Germonium *lib. de sacr. immunit. cap.* 17. Pichardum *in* §. *adeo autem*, Instit. *de locat. & conduct. num.* 29. *&* 44. Amaya *in l. ult. Cod. de vendit. rer. Fiscal. lib.* 10. *ex num.* 46. Grannanieto 3. *decret. in cap. ad aures* 7. *& cap. ut super* 8. §. *possessiones, de rebus Ecclesiæ non alienand. tit.* 13. quare in nostra facti specie; cum in vicini fraudem alienata
5 supponatur Domus: (quicquid fraudolosè fit pro nihilo ducendum est, ne fraudibus aditus fiat, *l. in fundo, ff. de rei vendication. l. cùm ii*, §. *si cum lis, ff. de transaction. l. qui sub prætextu, C. de sacrosanctis Ecclesiis, cap. porrò, de divrt.* Clem. 1. *de usur.* Clem. 1. §. *fin. de concess. præbend.* cum fraus, dolusve nemini patrocinari debeant, *l. itaque fullo, ff. de furtis, cap. dictum* 30. *quæst.* 1. *cap. intelleximus, de judiciis, cap. tuæ* 12. *de Cleric. non residentibus, cap. sedes, cap. ex tenore, de rescriptis, cap.* 2. *de dolo, cap.* 2. *de cognat. spiritual. cap.* 1. *de collusion. deteg. cap. tuus, de usuris.*) ac finitimo jus congrui inspecta consuetudine cōveniat. Reg. de Marinis *resol. juris, lib.* 1. *cap.* 232. Rovitus *decis.* 24. *Consuetudo Neapolitan.* incipiens: *si quis emit Domum*, ubi latè Napodanus: jure meritò vicino Domus restituenda est; ex suppositione quod Dominus directus illam habere noluerit: cum in ipsius concursu finitimo præferendus sit: etenim Domum illam civiliter possidere supponitur; alioqui frustrà directus nuncuparetur Dominus; cum communi attento jure inhibitum reperiatur, quo inspecto unicuique rem suam, cui maluerit vēditare fas est, *l. dudum, Cod. de contrahenda emptione.* Regens de Marinis *resol. jur. lib.* 1. *cap.* 233. *l. naturaliter, ff. de acquirend. possess. l. acquiritur, ff. de acquirendo rerum dominio, l. certè, ff. de preca. l. Celsus*, §. *Julianus, ff. ad exhibendum, l. officium, ff. de rei vindicat. l. quæ fortuitis* 6. *C. de pignoratitia act. l. qui scit* 35. §. 1. *ff. de usufruct.* Argum. *l. cum & sortis* 35. §. 1. *ff. de pignoratitia act. l. pign.* 13. *ff. de usucapionibus, l. locum*, §. *penultim. de usufruct.* Inspicito Cujacium 11. *respons. Papin. in l.* 1. §. *cum prædium, ff. de usufruct. lit. E. pag.* 1148. *tom.* 4. Duarenum *lib.* 1. *disput. anniversf. cap.* 18. Antonium Fabrum 4. *Cod. tit.* 42. *de locat. defin.* 21. *num.* 2. *&* 3. *in allegat. pag.* 471. *& tit.* 43. *de jur. emphyt. &c. def.* 76. *num.* 12. *in allegat. pag.* 512. cæteri verò alii non nisi utiles vocitantur Domini; qui de ipsorum conceptu semper directis subduntur Dominis. Cujacius *ad leg.* 43. *de Relig. & sumpt. funer. in comm. lib.* 8. *quest. Pap. in lit.* B. *colum.* 1. *pag.* 133. siquidem non nisi ex re utile prensant, *l. in vendtionem* 8. *ff. de reb. auct. jud. poss. l. falsus* 43. *in fin. de furt. l.* 1. §. 1. *ff. ad Syllan.* Arg. *l.* 3. §. *si jus, ff. de reb. eor. l. si domus* 71. §. *ult. ff. de legat.* 1. Consule Hotmanum *in disputat. de feudis, cap.* 30. *de reali feudorum jure per totum, pag.* 874. *tom.* 2.

6 Probatur 3. Directus namque Dominus pro se, & commune detinet jus, *l. rectè dicimus, ff. de verb. signific. dicta l.* 1. §. 1. *ff. ad Senatus Consultum Syllanum*. Argum. *l.* 1. *ff. si ag. vectig. l. pignus, Cod. de pignorat. action. l. possessores, Cod. defun. pat. l. si quis vi*, §. *differentia, de acquirenda possessione, l.* 2. *ff. quibus mod. usufruct. amittat.* Argum. *l. Mævius* 66. §. *fundo, de legat.* 2. *l. fortuitis* 6. *C. de pignorat. act. l. qui scit* 35. §. 1. *ff. de usur.* inspicito Antonium Fabrum 4. *Cod. tit.* 42. *de locat. def.* 21. *num.* 2. *&* 3. *in allegat. pag.* 471. Duarenum *lib.* 1. *disputat. anniversf. cap.* 17. Hotmanum *loco proximè laudato*, & pactum concessionis in instrumento, & civiliter possidet, *l. sciendum, ff. qui sat. cog.* §. *possidere*. Institut. *de int.* §. *idem placet, institution. per quas person. l. rem, Cod. de acquirenda possess. l. naturaliter, ff. de acquirenda possession. l. acquiritur, ff. de acquirendo rerum dominio, l. certè, ff. de præcar. l. Celsus*, §. *Julianus, ff. ad exhibendum, l. officium, ff. de rei vindicat. l.* 3. §. *ex contrario, ff. de acquirenda possess. l. si ut certo*, §. *si duobus, ff. commodati, l. & habet, ff. de pre-*

precar. l. si duo, ff. uti possidetis. Consule Duarenum *præcitato, lib. 1. disputat. annivers. cap.* 18. Donellum *lib. 4. jur. civil. cap.* 24. *sub num.* 40. *pag.* 283. *& lib.* 5. *cap.* 7. *per totum*. Cujacium 2. *institut. per quas personas nobis acquirimur, tit.* 9. *vers. possessionem justam*. Antonium Fabrum 3. *Codicis, tit.* 23. *de usufruct. definition.* 6. *num.* 8. *in allegat. pag.* 237. *&* 4. *ejusdem tit.* 42. *de locat. definit.* 21. *num.* 2. *&* 3. *pag.* 471. idem supralaudatus Cujacius; vicinus porro non nisi consuetudine fulcitur, quæ communi obversatur juri: siquidem textum *in l. dudum, Cod. de contrahenda emptione* corrigit, ut edocet Napodanus *in rubrica de jure congrui, in princ.* nec directus Dominus utile concedendo dominium, directum perdidisse prædicatur: unum enim
7 à se abdicavit; alterum verò detinuit; cum hæc bina Dominia inter se realiter distinguantur, inde est, quòd permisso uno, haud etiamnum concessum autumatur alterũ, quod directum dominiũ de sui conceptu nobilius est dominio utili, *l. naturaliter* 12. *ff. de acquirenda possess.* Papinianus *in l. possessio* 49.
8 *ff. eodem, l.* 3. *ff. de vi, & vi armata*: quandoquidẽ extinctio usufructuario, usufructus consolidatur cum proprietate, §. *finitur*, Instit. *de usufructu, l. si tibi* 17. *l. si servus* 27. *ff. quibus modis ususfructus, l. corruptionem, Cod. eodem tit. l.* 4. *ff. de usufructu*. Hotmanus 2. *instit. tit.* 4. *de usufructu, vers. finitur ususfructus morte, pag.* 223. siquidem directus, verissimus, ac rigorus est Dominus, enimverò nobilior est proprietas, quã ususfructus, cum proprietas causa sit, ususfructus verò effectus, adeoque utpotè causa, suo nobilior est effectu, ut edocent Physici.

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Jus congrui: numquid in re alienata cum pacto de retrovendendo locum obtineat, si per quasi dominium ex nova divenditione reempta fuisse feratur res.

Jus congrui: utrum Domino, possessorique alicujus rei, super qua annuum debebat alicui censum competere prædicetur, si per Creditorem tertio alienata fuerit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ decisio.
A' num. 2. usque ad 5. ejusdem probatio.
Num. 5. Thesis secundæ prædefinitio.
Num. 6. ejusdem probatio.

1 Jus congrui in re alienata cum pacto de retrovendendo locum haud obtinere, si per quasi Dominum ex nova divenditione reempta fuisse feratur res, edocet Ursillus ad Afflictum *decis.* 338. *num.* 2. describens sic in Magno Vicariæ Foro prædefinitum fuisse. Author est Thorus *compend. decis.* §. *jus congrui an habeat locum in revendita cum pacto de retrovendendo*.

2 Probatur 1. pactum de retrovendendo rigorosè loquendo haud alienatio est: siquidem de sui conceptu revocabilis est, ac per consequens adinstar pignoris se habet, *l.* 1. *C. de pact. pignor. l. fin. ff. de contrahend. emption. l. final. ff. de rescind. l.* 22. *ff. locati, l. trajectitiæ* 23. *ff. de obligat. & actionib. l. fundus* 16. §. *ult. ff. de pignorat. l. si creditor* 7. §. *illud, de distract. pignor. l. Æmilius* 38. *ff. de minor. l. item si pretio* 22. *ff. locati, l.* 3. *C. de pactis inter, l.* 17. §. *penult. de furt. l. statu liber* 38. *ad leg. Falcid. l. si quis* 11. §. *penult. ff. quod vi, aut clam, l.* 23. §. *fin. ff. de ædilit. ædict. l. si quis* 11. §. *penult. ff. quod vi, aut clam, l.* 3. *ff. quibus modis pignus, l.* 2. §. *in diem, ff. pro empto, l. sed si hac* 4. *ff. de rei vind. l. sed si* 25. *ff. de petit. hæreditatis, l. si in rem, ff. de rei vindic. l. si hominem* 19. *ff. de usucap. l.* 9. §. *fin. ff. de except. rei judic.* Consule Robertum *lib. animadv. cap.* 11. Fabrum *de erroribus pragmaticor. decad.* 25. *errore* 6. Valent. *tom.* 3. *tract.* 1. *cap.* 2. Gibalinum *tom.* 2. *de negot. lib.* 4. *art.* 2. *cap.* 2. Manlium *de empt. & vendit. tit.* 6. *ex num.* 6. Donellum *lib.* 16. *comment. cap.* 18. *&* 19. Cujacium *ad tit. C. de pact. inter.* D. Josephum Vela *dissert.* 97. Hahnium ad Wessembec. *tit.* 5. *de rescind. vend. & quando licet ab empt. discedere, vers. retractu, pag.* 505. igitur rem cum pacto de retrovendẽdo alienans, adhuc dominium revocabiliter detinet; cum rem alienatam pro ejus libito revocare
3 possit; igitur nil mirum si in rei alienatæ revocatione, jus congrui vicino denegare valeat: quod optimè arguendum est ex precio rei alienatæ: siquidem res alienata cum pacto de retrovendendo viliori æstimatur precio. Antonius Faber 4. *Cod. tit.* 24. *de usuris, & mora, defin.* 28. *col.* 2. *pag.* 394. ac res distracta procul ab hoc fasce, disparitatis ratio ex supradictis liquido constat, cũ res cum pacto retrovendendi, perfectum in emptorem haud transfert dominium, dumtaxat verò usum.

4 Probatur 2. pactum de retrovendendo de sui conceptu aliud non involuit, nisi adusque rei distractæ præcium penes me exstat; tu rem detineas meam, Grannanieto 3. *decret. de pignor. & alii caut. tit.* 22. *in cap. illo vos* 4. *num.* 9. *pag.* 432. en quomodo pignoris naturam sectatur, igitur si dominium in aliã revocabiliter personam traiicisse feratur, consequens fit, ut suo in genere rem cum pacto de retrovendendo distrahens suam; etiamnum ejusdem rei existimatur dominus, cum rem illam distractam nunquam non revocare valeat, *l. si quis ab alio, §. finali, ff. de rei vindic. l. stipulatione* 72. *vers. census, ff. de verb. oblig. l. statu liber.* 38. *ff. ad l. aquil. l. in diem* 9. *ff. de aqua,*

aqua, & aqua pluvia, l.2.§.3.& 4.ff.pro emptore, l.si quis hoc 41.ff.de verborum obligat.l. scire 3.ff.quibus modis pignus, l.si mandavero 22.§.penul.ff.mandati, l.9.§.finali, ff.de except. rei judicat.l.is cui in puteum, §.10.ff.quod vi aut clam, l.bovem 43. §. pignus, ff.de ædilitio edicto; inspicito Fachineum *lib.2.controversia cap.15.*Fabrum *de erroribus, decad.22. errore* 1. Pichardum *in §. si filium, institut. de offic. jud.à num.195.* Barbosa *in l.divortio, 2.par. num.75.ff.solut.matrim.*Corrasium *lib.3.miscel. cap.9.* igitur nil mirum si jus congrui finitimo denegare possit.

5 Jus congrui domino, possessorique alicujus rei, super qua annum debebat alicui censum competere, si per creditorem tertio alienata fuerit, docet Thorus *compend. decis. tomo* 1. *vers.jus congrui an competat domino, & possessori alicujus rei* referens, sic per S.C.prædefinitum fuisse: tamntsi prius secus per idem sancitum fuerat Tribunal.

6 Probatur: tametsi per censualistam alienatio tertio facta sit: verumtamen id merè materialiter respectu veri domini, possessorisque rei se habet: siquidem hujuscemodi rei dominium, haud deperdere potest suum, cum à tertio despoliari impossibile ducatur, quoties ad istiusmodi solutionem faciendam promptus sit, juremeritò S. C. re melius inspecta, Decisionem prius dimanatam revocavit.

DECISIO C.

IN Causa Tutii de persona cum Petro Vetrano, cum dictus Tutius vendidisset præfato Petro quoddam feudum pro certo prætio; illudque tradidisset; ac deinde venditionem revocasset, & post revocationẽ emptor assensum regiũ obtinuisset in forma communi; & domũ pro ducatis quinquaginta idem venditor post assensum interpositum super contractu celebrato de dicta venditione, venditionem ipsam ratificaverit; revocationem revocaverit: fuit dubitatum, an præfatus Tutius agens super recuperatione feudi debet obtinere stante constitutione Regni, quæ incipit: *Constitutionem Divæ Memoriæ*; quæ permittit alienantibus feuda, quòd possint jure proprio revocare, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

FEudum absque assensu regio alienans quis; illudque emptori tradens, ac deinde revocans: quid prædefiniendum si post revocationem emptor assẽsum in forma communi impetraverit regium; ac rursus idem venditor post assensum super contractu prius celebrato, impetratum feudum eidem alienaverit emptori, ac ejusdem divenditionem ratam habuerit, revocationemque revocaverit: nũquid (inquam) hoc minus obstante feudum alienans, illud ab emptore revocari possit.

SUMMÆ.

Num.1.Thesis decisio.
A'num.2. usque ad 8. ejusdem Thesis probationes.
Num.8.ejusdem Thesis oppugnatio.
Num.9.ejusdem Thesis solutio.
A'num.10.usque ad 13.exploditur Joannes Vincentius Anna.
A'num.13.usque ad finem, ejusdem Thesis impugnationes, solutionesque.

1 REvocari posse per istiusmodi feudi venditorem existimo. est Baldi, Romani, Bartoli, Capicii, hìc memoratis, sic per S.C.prædefinitum fuisse; ibi: *votatum est emptorem condemnari ad restituendum feudum habito per eum prætio, & super fructibus fuit reservata deliberatio melior Sacri Consilii, quod decis.*111. *nu* 4.& 5. in alia facti specie eloquutũ fuit Ursilli ad Afflictum *decis.*335.*sub num.7.& decis.* 111. *num.*8.Grammatici *in constit. constitutionem divæ memoriæ num.*37.Reg.de Ponte *de potestate Proregis tit.*6.§.1.*num.*31.*& decis.*6.*nu.* 2. aliorumque Thorus Author est *compend. decis. vers. alienatio feudi facta an possit per venditorem.*

2 Probatur 1.Regius namq; assensus hìc post alienationem revocatam superveniens, materiam præexistentem haud reperit, quam firmare possit, est enim de subjecto haud supponente, ceu Philosophi edocent, igitur nil mirũ si feudi alienator ipsum revocare nequeat. Authores extant Capicius *hìc num.*5.& Afflictus *decis.*335.*num.*12.

3 Probatur 2. eadem profectò sollemnitas, idemque in ratificatione reposcitur ritus, quã in principali, *l.si ut proponis, Cod.de nuptiis,*
4 cum utrobique par urgeat ratio, inde est eadem juris prædefinitio, *l.illud, ff.ad l.aquiliã, l.si postulaverit, §.2.ff.ad leg.juliam de adulte. l.quidam nummularios, ff.de edendo, l.nauta, §.fin.ff.nautæ caup. l.à Titio, ff.de furtis, l. illud,*

lud, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis, §. si igitur, institutionibus quod cum eo, l. his solis, vers. satis etiam cautè putamus, *Cod. de revocandis donationibus, l. item veniunt, §. ait Senatus, ff. de petition. hæreditat.* Consule Tiraquel. *in l. si unquam, verb. libertis, num.* 45. & 46. Gratianum *disceptationum forentium tomo* 5. *c.* 818. *num.* 66. hinc Cicero 3. *de natura Deor.* ibi: *sunt homines qui rationem bono consilio à Diis immortalibus datam, in fraudem, malitiamque convertunt.* & pro Planc. ibi: *gravior, & validior est decem virorum bonorum sententia*, *quàm totius multitudinis imperitæ*, in nostro porro casu in ratificatione nullus regius interpositus esse supponitur assensus; nec in principali habitus fuit; cum nullus intercessus supponatur. Author est Angelus Pisanellus *in addit. decis. Afflicti* 33.

5 Probatur 3. facta namque primeva revocatione, contractus prorsus infirmus redditur, *l.* 4. & *l.* 6. *in fine, ff. de adimendis legat. l. cùm hic status* 32. §. 2. *ff. de donationibus inter virum, & uxor.* argum. *leg. sancimus* 29. *Cod. de testamen. l. eum qui* 27. *ff. de probationibus*, *l. Lucius.* 22. *in fine, ff. de legat.* 2. *l. fideicommissa* 11. §. *si rem, ff. de legatis* 3. *l. si vero* 12. §. *penult.* & *l. si mandavero* 21. §. *ult. ff. mandat. l.* 4. *ff. de in offic. testam. l. pacta novissima, Cod. de pactibus, l. si quis in princ. ff. de legat.* 3. *l. si quis priore, ff. ad Senatusc. Trebellianum, §. posteriore quoque, institutionibus, quibus modis testamenta infirmentur, l. in fraudem, §.* 1. *ff. de militar. testam. l. divi, §. licet, ff. de jure Codic. l. cum personas, Cod. de Cod. l. cum proponas, l. si jure, ff. de legatis* 3. *l.* 3. §. *item si ipse, ff. si cui plus, quàm per legem Falcidiam, l. si quis eum, ff. de vulgari, & pupillar. l. si mihi, & tibi, §. in legatis* 1. *l. clari, Cod. de fideicommissis, l. sancimus, §. ipso jure, Cod. de testam. l.* 3. §. 1. *l. trãslato in fine, ff. de adim. legat. l.* 2. *ff. de injust. rupt. l.* 2. & *l. cum in secundo* 16 *ff. quibus modis testam. infirm.* inspicito Hotmanum, Balduinum, Budeum, Vvltejum, Pichardum, Borcholten, aliosve in 2. *institut.* §. *posteriore quoque, quibus modis testam. infirm. tit.* 17. & eundem Hotmanum *in consil.* 127. *à num.* 7. *pap.* 596. *tomo* 2. nec assensus superveniens reperit ubi sistere possit: se habet enim veluti accidens procul à subjecto, argum. *l.* 4. *in fine, ff. de actionibus empt. l. ejus qui in provincia* 41. §. *quod si stipulatus, ff. si certum petatur, l. ejus artificii, Cod. de operibus libertorum*, inspicito Budæum 1. *institutionum tit.* 1. *de justit. & jur. in princ. pag.* 6. neu post revocationis effectum consumptum, revocatio revocationis aliquem producere valeat effectum; nec in dolo arguitur fore ille, qui revocat, si juris au-
6 thoramẽto id efficiat, quicquid etenim à jure permissũ est, si id fiat, licitè factũ esse ducitur, *l. nullus* 55. *l. non videntur* 167. §. *qui jussu, ff. de regulis juris, l. quanquam in princ. ff. de aq. & aq. pluvia arcenda, l. si stipulatus, §. ult. ff. de solutionibus*; vide Donellum *in authen. sed & periculum, Cod. sine censu, vel reliquis, &c.* *num.* 4. *pag.* 515. Petrum Fabrum *in d. l. nullus* 55. & *l. non videntur, §. qui jussu, ff. de regulis juris.* Author est Reg. de Ponte *decis.* 6. *num.* 2. igitur, &c.

7 Probatur 4. ex constitutione, quæ occipit *Constitutionem Divæ Memoriæ* de revocatione feudorum, & rerum feudalium, in qua per Imperatorem Federicum sancitum est, quod sive alienatio feudi, sive ejusdem diminutio infirma ducitur; nisi specialis regius obtineatur assensus; ibi: *decernimus omnes alienationes, seu quoscumque contractus super feudis, & rebus feudalibus minuendis; aut commutandis nullam omninò firmitatem habere, nisi de speciali nostræ celsitudinis licentia confirmentur*, Lotharius *lib.* 2. *feudor. tit.* 52. & Federicus *constit. lib.* 2. *tit.* 55. §. 1. argum. *legis an usus fructus* 56. *ff. de usufruct.* argum. *legis cum fundum, ff. de servit. rustic. prædior.* Hotmanus *lib.* 1. *feudor. de alienat. feudi tit.* 13. *pag.* 660. & *consil.* 32. *num.* 16. *pag.* 151. Reg. de Marinis 2. *resol. cap.* 84. *num.* 1. *pag.* 181. inde fit, quod à fidelitate differitur; idem Hotmanus *de feudis disputat. cap.* 26. *lit. C. pag.* 869. Cironius *in paratitl.* 5. *decretal. tit. de feud.* 20. *pag.* 216. in nostra porrò facti specie, nec in contractus primordio specialis intercessus fuit regius assensus; nec in secunda alienatione, ac revocationis revocatione: siquidem post revocationem factam emptor assensum in forma communi obtinuit regium, ut refert Capicius, *hic in principio*, qui profectò regius assensus ab ipso obtentus, nec primam feudi alienationem roborare quiverat: quandoquidem post alienationis revocationẽ subsequitur, adeoque ita se habet perinde, ac si haud fuisset obtentus, nec secundam ejusdem divenditionem; cum minimè sit ad id specialiter obtentus. *tex. in cap. bonæ memoriæ* 3. *de confirmat. utili, cap. cæterum* 3. *de rescriptis, cap. si autem* 9. *cap. ex parte* 12. *cap. cum dilecta* 22. *cap. plerumque* 23. *cap. cùm contingat* 24. *cap. ex tenore de rescriptis, cap. causam quę* 2. *de judiciis, cap. ex tua de filiis præsbiter. c. pastoralis* 28. *cap. ex litteris* 29. *cap. coram* 34. *de offic. delegati, cap. sicut nobis, de officio Vicarii, cap.* 2. *de dolo, & contumac. cap. audita* 4. *de restitution. spoliator. cap. penul. de præscri. cap. inter* 20. *de re judicat. cap. cum teneamur* 20. *de præbend. c. cum nostri* 6. *de concess. præbendar. cap.* 2. *de rescriptis, lib.* 6. *cap. dudum* 31. *de privilegiis*; consule Basilium *lib.* 8. *de matrimon. c.* 17. §. 2. Molina *lib.* 2. *de primog. cap.* 4. *num.* 5. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *dispu.* 21. *nu.* 3. Sales *de legibus disputat.* 17. *sect.* 14. *num.* 71. Suarez *eod. tract. lib.* 8. *cap.* 39. *num.* 5. Petrum Gregorium, M. Uranium *ad tex. in d. cap. cæterum* 3. *de rescript.* quod per constitutionem istiusmodi reposcitur, uti supralaudatis in juribus per Authores commonstratũ fuit, verum enim vero in communi forma nec reggius pro secunda obtentus fuit alienatione: propterea quod id in impetrantis mẽte minime habebatur, alioquin voluntas in-

in-

incognitum protendere quiret, quod perabsurdum foret, argum.*l.si repetendi,ff.de condictionibus ob causam, l.quidam cum filium, ff. de hæredibus instituendis*, cum ipsius mens pro prima erat alienatione, ac per consequẽs ad secundam retrotrahi impossibile ducitur: etenim ad illam haud indultus est, utpotè supralaudatis in juribus, nempe *ex cap. bonæ memoriæ*, &c.comprobatum fuit.

8 Dices 1.obstat textus *in l. si quis mihi bona,§.sed quid si mandavit,vers.aut quid si petitum, ff.de acquirenda hæreditate*;igitur,&c.

9 Textus cujuscemodi in alia extat facti specie:in nostro porro casu pro actus robore specialis regius reposcitur assensus.

10 Hinc est explodendus Joannes Vincentius Anna *super repet.constitutio.divæ memoriæ n.* 255.*usque ad* 257. autumans,constitutionem istiusmodi interpretandam fore,dumtaxat de venditore feudi,feudum absque assensu regio alienante, secus vero de emptore: siquidem

11 utrobique par urget ratio,inde est eadem juris prædefinitio, *l.illud, ff.ad leg.Aquiliam, l. his solis, vers.satis etiam cautè putamus,Cod. de revocandis donationibus, l.item veniunt,§. ait Senatus, ff.de petition.hæreditatis, l.si postulaverit, §.2. ff. ad leg. Juliam de adulter. l. quidam nummularios, ff.de edendo,l.nautæ, §.finali, ff.nautæ caup.l.à Titio, ff.de furtis, l. illud, Cod.de Sacrosanctis Ecclesiis, §. si igitur institutionibus,quod cum eo*,argum.*l.inter stipulantem, §.sacram, ff. de verbor. obligationibus, l.finali, ff. de ritu nuptiarum*; hinc Cic. 2.*Tusculanarum*; ibi: *Nihil potest esse æquabile, quod non è certa ratione proficiscatur*; & ad Brutum 16. *Nihil per se amplum est,nisi in quo judicii ratio extat*, & *Paradox.* 1. *Plus apud nos vera ratio valeat, quàm vulgi opinio*, quandoquidem si constitutionis verba, ac ipsius Federici Imperatoris mentem inspicere velimus,quippe & venditorem,& emptorem amplecti necessum est: nam Federici finis est in constitutione hujuscemodi quoslibet contrahentes absque assensu regio amplecti,sive sint vẽditores, sive emptores,quod certè (per ly contrahentes) demonstratur, alioqui fraudibus aditus pãderetur, quod per absurdum esset, *l.cum hìc, §.si cum lis,ff.de usucap. l.qui sub prætextu, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis, cap.porrò de divor.clementina 1. de usuris clementina* 1. §. *finali de concess. præbend.* ne silente feudi venditore absque assensu regio, emptor feudi alienationem revocare haud posset, quod per absurdum foret; neu naturali consonum foret juri, ut ex contrahentibus unus à contractu celebrato pro ejus libito recedere posset; alter vero utputà emptor nequiret, cum in contractibus pactiones, juraque servanda sint, *l.* 1.*§.si an veniat, ff.depositi, l.*1. *ff. de pactis, l. jurisgentium, §.Prætor ait, ff.eod.tit. l.*1. *ff.de constit. pecun.l.cùm amplius in fine,ff.de regulis juris, l.contractus,ff. de regulis juris, l. lege, ff.de pactis convent. l.* 1. *Cod. de operibus libertor.l.*1. *Cod. commodati, c.contractus* 85.

12 *de regulis juris,cap.*1.*de pactis*; Inde est,quod tametsi contractus à primordio sit liber, verumtamen ex post facto fit necessarius, *l. non idcirco, in fine, ff.de contrahenda emptione,l. si mandavero, §.sicut,ff.mandat.l.cujus bonis, in princip.ff.de curator.furiosi, l.sicut ab initio, Cod.de actionibus, & obligationibus, l. de contractu, Cod. de rescindenda venditione, l. quamvis, Cod.de transactionibus, l. eo quod, Cod.si certum petatur, l.si quis argentum,§.finali, Cod.de donationibus*.

13 Dices 2. tametsi venditor,emptorque correlativa esse prædicantur, cum intelligi nequeat unus independenter ab altero, *l. finali, ff. de acceptilationibus, l.finali, Cod. de indict.viduit.tollen.l.si quis servo, Cod.de furtis, l.*1.*Cod.de transactionibus, l.*1.*Cod.de cupressis, lib.*11.*l.*1.*in fine, l.*2.*ff.de contrahend. emption.institut.de obligat.ex cons.l.*1.*§.*1.*ff.de pactis, l.contractus de fide instrumentorum, l.necessariò, ff.de periculo,& commodo rei venditæ*; inspicito Donellum *in l. emptionem* 2. *Cod.de contrahenda emptione in princ.& in l.post perfectam* 1. *Cod.de pericul. & commod. rei venditæ num.*24. atque adeo in correlativis quicquid est in uno prædefinitum, etiamnum in alio autumatur, *l.*2.*Cod.de in dicta viduitate tollenda*, cum eorum idem sit judicium, ac disciplina, *d. l. finali, Cod. de acceptilationibus, & d. l. si quis servo*, attamen id ritè interpretandum erit, ubi eadem utrobique militat ratio, *d. l. illud, ff. ad l. aquiliam*; idque genus, secus vero in nostra facti specie; cum de emptore, & venditore diversa urgeat ratio, *l. si ita, ff.de manumis.testam.l.servus, ff.de statuliber, l.inter stipulantem, §.sacram, ff.de verbor.obligation. l.finali, ff. de ritu nuptiarum*, siquidem præfata constitutio *divæ memoriæ* de alienante feudũ suum dumtaxat loquitur, secus vero de emptore, supralaudatus Vincentius Author est; igitur, &c.

14 Uno igitur verbo argumentum istiusmodi solvitur: siquidem ex commonstratis utrobique eadem prorsus urget ratio; oppositumq; asserere gratis potius foret,quam absque fundamento ullo discurrere, utpote discurrit Vincentius absque ulla prorsus probatione.

15 Dices 3. rogitare queunt adversarii quid revocare possit emptor,si ante assensum nullum reale habeat jus in re?

16 Tametsi in re nullum reale supponitur jus adusq; impetratus haud prædicetur assensus: verumtamen illud externum pactum, conventionemque rescindere potest, ac rescissam irritamque enodare, cum inter paciscentes, si juribus haud obversentur,vim obtineant, utpotè supra commonstratum fuit, *per d. l.*1. *§.si conveniat, ff.depositi, l.*1.*ff.de pactis,l.cum amplius in fine, ff.de regulis juris,&c.*

Pro decisionis hujuscemodi illustratione.

CAPUT UNICUM.

Feudi alienatio judicialiter cum alienantis velle absque regio assensu facta: numquid à feudatario alienante revocari possit.

Alienatio feudi cum regio assensu in memoriali per verbum (fiat) interposito, facta: si priusquam juxta Cancellariæ stilum assensus expeditioni demandetur, in alium alienatum fuisse feudum edisseratur: etiamnum alio regio interposito assensu, cum revocatione alienationis prius gestæ: an secunda isthæc, firma ducenda sit alienatio?

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ decisio.
Num. 2. ejusdem probatio.
Num. 3. Thesis secundæ prædefinitio.
A num. 4. usq; ad finem, ejusdem probatio.

1 Feudi alienationem judicialiter cum alienantis velle absque regio assensu, factam, à feudatario alienante revocari posse, haud dubie censeo 1. est Thori *compend. decis. tomo* 1. §. *alienatio feudi judicialiter facta*, edocentis sic per S.C. prædefinitum fuisse, aliorumque.

2 Probatur quicquid procul ab assensu regio fit, nulliter actum esse supponitur, Hotmanus *lib.* 1. *feudorum, de alienat. feudi, tit.* 13. *pag.* 660. *& in consil.* 32. *num.* 16. *pag.* 152. de Marinis 2. *resol. cap.* 84. *num.* 1. *pag.* 181. siquidem id expressè per Imperatorem Federicũ in prælaudata constitutione divæ memoriæ vetitum memoriæ proditum est; nec aliquid suffragatur fuisse iudicialiter gestum, siquidem id mere materialiter se habet: quod autẽ ex diametro iuribus positive opponi prædicatur infirmum ducitur, secus è transverso, Cuiacius *tomo* 2. *de just. & jur. l.* 6. *pag.* 164. igitur alienatio isthæc, perinde se habet, ac si celebrata haud fuisset.

3 Alienatio Feudi cum Regio Assensu in memoriali per verbum (*fiat*) interposito, facta: si priusquam juxta Cancellariæ stylum assensus expeditioni demandetur, in alium alienatum fuisse Feudum edisseritur; etiamnum alio Regio interposito Assensu cum revocatione alienationis prius gestæ, infirmam fore hanc secundam alienationem; primævam verò in robore restare suo haud dubiè censeo 2. est Afflicti *decis.* 253. *à num.* 8. *usque ad finem.* de Franchis *decis.* 326. *&* 509. Reg. de Ponte *in tract. de potestate Proregis, tit.* 7. §. 9. *num.* 1. aliorumque. Thorus Author est *compend. decis. tomo* 1. §. *alienatio Feudi facta cum Assensu Regio interposito*; referens sic per S. C. sancitum fuisse.

4 Probatur 1. Quicquid in isthæc facti specie essentiale reputatur, est ly (*fiat*) in memoriali obsignatum; reliqua verò per Regiam Cancellariam expedienda, quæ de ejusdem stylo reposcuntur, pro actus firmitate merè materialiter se habent: siquidem ad actum consequuntur; se habent enim ut quid accessorium ad suum principale, *l. etiã, C. de jure dotium, reg. accessorium, de regul. jur. lib.* 5. quod in suo perfecto esse constitutum supponunt; igitur, &c.

5 Probatur 2. Memoriale per verbum (*fiat*) stabilitum, vel ab habentibus facultatem decernendi sancitum habetur, vel non: si non; quippe disputationi aditus clauderetur; cum de subjecto minùs supponente elocutio foret, ut perpẽdẽti liquet. Sin autẽ à jurisdictione fulgente fiat, & tunc firmiter gestum disseritur: siquidem per Ministros hujuscemodi à Rege designatos res perfectè examinata fuit; atqueadeò ipsorum assensum dein Regis nomine præstiterint per verbum *fiat*; igitur nil aliud ex Judicum parte desideratur; dumtaxat verò, quæ juxta Curiæ stylum reposcuntur, uti est Regis sigillum, idque genus, quæ de consequenti, ac accidentaliter pro actus firmitate postulantur. si quæ alia exposcas inspicito quæso Afflictum, & de Ponte *locis supralaudatis*.

DECISIO CI.

IN Causa Andreæ Vives agentis ex persona quondam Albinæ de Corduba ejus Matris contra Dominam Reginam Joannam possessorem Massariæ, quæ fuit quondam Loysii Benet, & fuerat dicto Loysio adjudicata pro quodam debito Pauli Vives Patris dicti Andreæ, opponitur quod dictus Andreas est hæres quondam d. Pauli, & quod non possit ad dotes, seu ratione dotium maternarum agere contra eum qui tenet propter debitum paternum; nam ipse est hæres Patris, & teneretur, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

Filius paternam adiens hæreditatem, invẽtariumque conficiens: numquid sat sit per proclama generale, suum citare Creditorem, si de crediti certitudine hæsitatio habeatur; inventariique tempestate Creditor ipse contra ipsum hæredem judicium intentasse; an verò Creditores cuncti qui specialiter haud ignorantur, specialiter citandi sunt, ac per consequens etiamnum Creditor ille, de quo hæsitatio habetur: num verus sit Creditor nec nè; citandus sit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A num. 2. usq; ad finẽ, ejusdem probationes.

1 Universos specialiter Creditores fore citandos, de quibus notio habeatur, ac per consequens Creditorem etiãnum illum, de quo hæsitatur: num verus Creditor sit, nec nè, haud dubiè reor: quare jure meritò nil prodesse ducitur, si hæres inventarium conficiens, se Creditores per generale proclama citasse excipiat. est Capicii *hìc in fine* describentis sic per S. C. prędefinitum fuisse; ibi: *Et sic votatum est contra inventarium.* Ursilli ad Afflictum *decis.* 262. *n.* 5. aliorumque. Author est Thorus *compend. decis.* §. *invẽtarii exceptio opposita per hæredẽ.*

2 Probatur 1. Ubi de aliquo Creditoris interesse peragitur, toties necessum ducitur, ut sit citandus, ne indefensus quis damnetur, quod naturali obversaretur juri. Clemẽt. *pastoralis,* §. *cæterum, de re judicat. l.* 1. §. *cum arietes, ff. si quadrupes pauper. l.* 4. *in princip. l. scientiam* 45. §. *qui cum aliter, ff. ad leg. Aquil.* Gonzalez *in cap. cum inter* 5. *num.* 8. *de except.* ne ignorare feratur quicquid de interesse peragitur; alioqui pænæ adversus inventarium non conficientem in-
3 flictæ, frustra æditæ forent; quicquid enim superfluum est, omnino explodendum est, *l.* 1. §. *quibus, Cod. de novo Cod. l. finali, Cod. qui admitti ad bonor. possess. & in proœm. decretal.* ibi: *resecatis superfluis.* Clement. *exivi,* §. *quamvis, de verbor. signific. l. hæc stipulatio,* §. *Divi ff. ut legator. nomine caveatur*: in nostro porrò themate, & de certi, & de dubii Creditoris interesse peragitur; igitur quilibet ipsorum specialiter per inventarium conficientem citandus foret.

4 Probatur 2. Tametsi dubius vocitatur Creditor, ille, de quo in presentia est sermo, verumtamen quia tractu temporis evenire posset ut suum haud obscurè, exploratèque, probaret creditum, consequenter ad dissidia effugienda, quæ evenire possent inter ipsum, & debitorem, allegando minùs fuisse cuncta in inventario bona descripta; idque genus: jure meritò nil mirũ ad discordicula effugienda, quilibet sive certus sive hęsitabilis, per inventariũ conficientẽ citandus erit Creditor.

5 Probatur 3. Tametsi dubius nuncupatur Creditor iste quoad sui creditum probandũ; verumtamen certus suo in genere etiamnum proditur; quatenus in jure dicendo comparuit, debitorem citando suum, instando firmissimis potiri, fulcirique rationibus, adeoque possessio pro ipso extare supponitur, donec secus commonstretur, *l. si debitor, ff. de pignorib. l. is qui destinavit, ff. de rei vindic. l. finali, Cod. eodem tit. l. qui accusare, Cod. de edendo,* §. *retinendæ, vers. commodum.* Instit. *de interdict. cap. pro possessore, de regul. juris in* 6. igitur, &c.

6 Probatur 4. Creditores per generale citare proclama; quippe id agnitum cunctis haud esse potest, ac per consequens summa deinde perturbatio suboriretur; tametsi vera citatio sit. Cujacius 20. *observat. cap.* 11. *ad interpetrationem, l. inter, ff. de publ. jud. lit. C. & D. pag.* 1867. siquidem Creditores quibus inventarii confectio ignorata fuit, nonnullas opponerent exceptiones, quatenus universa testatoris bona in inventario haud descripta forent: ne igitur dissidia isthæc gignantur; neu lites in infinitum protrahantur. Ciron. *in paratitl. tit. de appellat. pag.* 160. Cujacius *lib.* 12. *observat. cap.* 4. quod juribus obversatur, *l. quidam* 13. *ff. de servit. rustic. l. etenim ff. de minor. l. illud* 7. §. 1. *ff. de tributor. l.* 4. §. 1. *ff. de alienat. judic. cap. placuit, cap.* 1. §. *ecce* 46. *dist.* Osualdus *lib.* 17. *Donelli, cap.* 1. *lit. B.* inde est, quòd minuendarum litium studium utroque commẽdatur jure, *l.* 3. §. 1. *ff. de receptis, l.* 1. *ff. de jurejurand. l. ultima, ff. pro suo, l.* 1. §. *unde quæritur, ff. de novi oper. nunciat. l. quidam* 21. *in fine, ff. de rebus creditis, l. properandum* 13. *in principio, Cod. de judiciis, cap. finem* 5. *de dolo, & contumac. cap.* 2. *de re judic.* enimverò per lites foventur simultates, accusationes, odiaque, idque genus. Plinius *lib.* 2. *epistol.* 3. Divus Ambrosius *lib.* 3. *de virgin.* Seneca 2. *de ira, cap.* 7. Robertus *lib.* 2. *rer. judic. cap.* 16. Solorzanus *de jure Indiar. tomo* 1. *lib.* 3. *num.* 7. *& in polit. lib.* 3. *cap.* 31. *& emblemat.* 68. quare optimi Principis est lites finire, ac minuere *cap. jurgantium, de re judic. l.* 3. §. 1. *ff. de receptis, l.* 1. *ff. de jurejur. l. ult. ff. pro suo, l.* 1. §. *unde quæritur, ff. de novi operis nunc. l.* 4. §. 1. *ff. de alienat. judic. l. quidam* 21. *in fine, ff. de rebus creditis, l. procurandum* 13. *Cod. de judic. leg.* 21. *C. de fide instrum. l. litibus* 20. *C. de Agricolis, lib.* 11. *l. jam tamen,* §. *si tamen plures, ff. judicatum solvi, l.* 31. §. 1. *de pignoribus, l. servus* 19. *ff. de O. & A. l.* 1. *Cod. de novo Cod.* Clem. *dispendiosam, de judic.* Osualdus ad Donellum *lib.* 17. *cap.* 1. *lit. C.* Lipsius *lib.* 2. *de civil. discipl. cap.* 11. Robertus *lib.* 2. *rerum judic. cap.* 16. *à princip. & cap.* 19. *post medium*; jure meritò Creditores cuncti, quorum notio habeatur, expressè coram Judice, idque genus devocandi sunt, sive certi, sive dubii sint; dummodo in judicio actu sistere edifferantur.

Pro

Pro decis. hujusce illustratione;

CAPUT UNICUM.

INventarii discussio cum uno ex hæreditariis Creditoribus ab hærede cum beneficio legis, & Inventarii inita: numquid aliis obesse, vel prodesse Creditoribus prædicatur?

Inventarium ab hærede factum cum cunctis juris sollemnitatibus, extante Creditorum citatione, ex suppositione, quod ignoratur in particulari, si unus ipsorum absens citatus haud fuisse prædicetur; sed ipsius loco consanguineus aliquis: an hæredi prodesse feratur, ut ultra hæreditatis vires minùs obstringendus sit?

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ decisio.
A' num. 2. usque ad 6. ejusdem probatio.
Num. 6. Thesis secundæ prædefinitio.
Num. 7. & 8. ejusdem probatio.

1 INventarii discussionem cum uno ex hæreditariis Creditoribus ab hærede cum beneficio legis, & inventari initam: aliis obesse, vel prodesse Concreditoribus puto; adeoque amplius haud reiterandam fore; dummodò discussio isthæc cum uno Creditore hæreditario ritè, ac per consequẽs procul à fraude, idque genus gesta esse feratur. est Reg. de Ponte *consilio* 71. *num.* 4. Reg. de Marinis *lib.* 2. *resol. cap.* 11. *in fine, & observat. ad decis.* Reg. Revert. 74. *num.* 8. *&* 307. *nu.* 8. Antonii Fabri *in tit. Cod. res inter alios acta, vel judicata non nocer. definitione* 1. edisserentis sic per Senatum Sabaudiæ prædefinitum fuisse.

2 Probatur 1. Sententia namque quæ personæ statum efficit, quòad cunctos jus facessere edisseritur, *l. ex causa* 8. ubi Bartolus, *ff. de postulãdo, l. de ætate* 43. *ff. de minorib.* secus verò si per collusionem, aut per sordes, idque genus lata fuisset, qua in facti specie haud ferendum est, ut ex unius facto alius lædatur, *l.* 1. *ff. de alienat. judic. mut. caus. fact.* Author est supralaudatus Antonius Faber.

3 Probatur 2. Paritate in status causa deprompta, *l. ex causa*, ubi Bartolus *ff. de postulando, l. de ætate, ff. de mino.* siquidem si sententia in filiationis causa inter patrem, & filiũ prolata foret, quippe cunctis aliis obesse, vel prodesse dicitur: quandoquidem cũ legitimo actum esse supponatur contradictore, utputà cum patre, à quo filiationis causa in cunctos alios derivatur: quare nil mirum si cæteris etiamnum haud citatis; nec scientibus, prosit, & præjudicat, *l.* 1. *§. finali, cum*
4 *lege sequenti, ff. de liberis agnoscendis*: quod etiamnum liquet ubi quis fuerit pronunciatus, sive ingenuus, sive libertus, sive liber, aut servus, toties sententia isthæc cunctis aliis proderit, vel obierit, *l. ingenuũ, ff. de statu hominum*; cum sentẽtia hujuscemodi indivisibilis sit unum, continens caput, *l. etiam si* 29. *§.* 1. *ff. de minor. l. quædam mulier* 41. *ff. familiæ erciscundæ, l. labeo* 25. *in princip. de recept. qui arbitr. l. ult. ff. de jure patronatus.* Antonius Faber 3. *Cod. tit.* 11. *de sportul. & sumpt. def.* 7. *num.* 7. *in allegat. pag* 168. igitur sic nostro in casu prædefiniendum erit, cum utrobique par urgeat ratio, ut perpendenti liquet, ac per consequens eadem legis statuitio, *l. illud, ff. ad l. Aquiliam, l. si postulaverit, §.* 2. *ff. ad l. Jliam, de adulter. l. qaidam nummularios, ff. de edendo* inspicito Reg. de Marinis *observat. ad decis. Revert.* 64. *num.* 8. *&* 9.

5 Probatur 3. Ubi judicium ritè cum uno actum fuisse feratur; ac per cõsequens utriusque partis rationes rectè examinatæ fuere; toties cum consociis idem rursus examinare tempus frustra terere foret: siquidem rectè actum; iterum ageretur, quod perabsurdum foret, *l. hæc stipulatio, §. Divi, ff. ut legator nomine caveatur, l.* 1. *§. quibus, Cod. de novo Cod. l. finali, Cod. qui admicti ad bonorum possess. & in proœmio decretal.* ibi: *resecatis superfluis.* Clement. *exivi, §. quamvis, de verbor. signific.* igitur, &c.

6 Creditores absentes per hæredem inventarium conficientem haud fore specialiter, viritimque citandos opinor; ast sat est, si per publicum proclama citantur, ac per consequens neu necessum ducitur, ut absentis consanguinei ad jus devocentur. est Cacherii *decis. pedemon.* 68. *num.* 89. *&* 20. memoriæ tradentis sic per eumdem Senatum prædefinitum fuisse, aliorumque. Author est Thorus *compend. decis. parte* 3. *§. inventarium ab hærede factum cum omnibus juris sollemnibus,* memorans identidem per S. C. sancitum fuisse.

7 Probatur: Si Creditores extra Urbem extantes expresse per hæredem inventarium conficientem citandi forent: profectò cum inventarii confectio ulterius protenderetur propter citationem, moram, intercapedinem, vicissitudinemque, juremeritò hæreditati summum foret detrimentum, hæresque irrationabiliter oneretur, quod perabsurdum esset, uti speculanti liquet *l. in causa, in fine* 1. *respons. ff. de Procurator, l. non debet alteri, ff. de regul. juris. l. factum, ff. de regulis juris.* Argum. *legis si universæ de legatis, l.* 7. *§. denique ad Trebell.* 1. *§. in quibusdam, ff. si cui plusquam per leg. Falcidiam, lib. &c.* Argum. Authent. *sed cum testator, in fine, l. ultima, de jure deliberandi, l. ex promissione* 15. *de obligat. & actio. l. unica, Cod. de imponen. lucr. l. si quis pro dote* 24. *§.* 1. *ff. de donat. inter vir.* Hotmanus *consilio* 248. *num.* 10. Donellus *ad l. actor* 23. *num.* 54. *Cod. de probat. pag.* 234. *& ad leg. successores* 16. *nu.* 3. 4. *&* 6. *C. ad leg. Falcid. pag.* 734. *&* 735. quare juremeritò circa hos sat est; si per publicum proclama citentur: siquidem citatio hæc sat est, ne quis indefensus restaret, quæ

cuicumque naturali debetur juri. Clement. *pastoralis, §. cæterum, de re judic. l. 1. §. cum arietes, ff. si quadrupes pauper. l. 4. in princ. l. scientiam 45. §. qui cum aliter, ff. ad leg. Aquil.* Gonzalez *2. decretal. de except. in cap.*
8 *cum inter 5. nu. 8.* inde fit, quòd exceptio defensio est, *cap. significaverunt 11. de except. l. siquidem 9. l. defensionis 11. Cod. de except. l. defensionis 7. Cod. de jure Fisci.*

DECISIO CII.

IN Causa Hippolytæ Squera cum Carolo Antonio de Limata: fuit dubitatum, utrum donatio Causa mortis facta per quondam Abbatem Melchionem de Limata in dictam Hyppolitam valeat: ex quo prætenditur, quòd fuit Concubina donantis, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

DOnatio causa mortis per Clericum concubinæ facta: numquid firma ducenda sit.

SUMMÆ.

Num. 1. primę Thesis partis decisio.
A' num. 2. usque ad 9. ejusdem probatio.
Num. 9. secundæ Thesis partis prędefinitio.
A' num. 10. usq; ad 14. ejusdē probationes.
Num. 14. tertiæ Thesis partis finitio.
Num. 15. ejusdem probatio.

1 Istinguas: vel donationis tempestate concubinatus haud per adversarium probatur, tuncque firmam fore donationem, duco 1. est Thesauri *decis. Pedemo. 111.* ubi sic per eumdem Senatum prædefinitum fuisse, memorantis. Riccii *collect. decis.* 149. Antonii Capicii *hìc in fine*, referentis idem per S.C. decisū fuisse; ibi: *Fuit nihilominus consideratum in dicta Causa quod nō apparebat, quòd tempore mortis donantis, & sic tempore donationis concubinatus durabat, unde votatum est pro Actrice.* Thorus Author est *compend. decis. §. donatio causa mortis facta per Clericum concub.*
2 Probatur Ideo donatio hujuscemodi per Clericum concubinæ facta, infirma ducenda foret; non nisi ratione concubinatus. Justinianus *novella 89. & novella de liber. nat. 82. l. 1. Cod. de concubinis.* Franciscus Hotmanus *consilio 84. num. 16. & disput. juris civil. cap. 7. lit. E. pag. 611.* Argum. *leg. Titia 35. in princ. de aur. & argent, l. 3. §. 1.*
3 *ff. de donationib. inter*, qui juxtà melius placitum omni inhibitus est jure, adeoque naturali, cum conjunctio isthæc haud sit ob votū procreationis liberorum, sed explendæ libidinis, quæ homini, ut animali rationali haud congruit, quod liquet ex Div. Augustin. *lib. 4. confession. cap. 2.* ibi: *In illis annis unam habebam non eo quod legitimam vocatur conjugio cognitam, sed quam indagaverat vagus ardor, inops prudentiæ, sed unam tamen ei quoque servans Tori fidem: in qua sanè experirer exemplo meo, quid distaret inter conjugalis placiti modum, quod fœderatum esset generandi gratia, & pactum libidinosi amoris, ubi proles etiam contra votum nascitur, quāvis jam nata cogat se diligi.* & canonico, *cap. nemo, & cap. licat aliquis 32. quæst. 3.* Hotmanus *ibid.* quo attento nonnullæ inflictæ sunt pænæ, scilicet, & excommunicationis, *cap. si concubinæ, de sentent. excomm.* detrusionis in Monasterium, *cap. fraternitatis 38. distinct.* & ex suppositione, quòd in crimine perseveraverit, in servitutem redigatur, *cap. eos 32. distinct.* Concilium Hispal. 1. *can.* 3. idque genus. Trident. *sess. 25. de reform. cap.*
4 *14.* inde est, quòd Clerici concubinarii per suspensionis, depositionis, excommunicationis, & privationis beneficii, pænas, cogendi sunt concubinas dimittere; eas autem abjurare, astringi fas, juraque haud sinunt, *cap. si autem 6. de cohabitat. Cleric. &c. Canon. 24. & 25. Apost. cap. Presbyteri 8. 27. distinct. cap. 2. cap. Presbyter 28. distinct. cap. Presbyter 12. 81. dist.* idque non nisi ob perjurii periculum, ac lapsus facilitatem. Petrus Gregorius *lib. 4. partit. tit. 14. cap. 7. & de beneficiis, cap. 25.* Basilius *de matrimon. lib. 7. cap. 33.* Germonius *lib. 1. animadv. cap. 8.* Antonius Augustinus *in epit. lib. 6. tit. 34.*
5 *& 35.* enimverò sæpènumero Legislatores curaverunt à periculo pejerandi mortales
6 arcere; quare jurememitò jurisjurandi conditio novissimis adjecta voluntatibus, à Prætore remittitur, *l. si quis 112. §. penult. & ult. ff. de legat. 1. l. facta, §. quod si. ff. ad Trebel. l. si à milite 29. §. edictum, ff. de testam. milit. l. 62. §. si dandæ ad Trebell. l. quæ sub conditione 8. ff. de conditionib. institut. l. non dubitamus 20. l. hac 26. ff. eod. l. libertus 20. de bon. libert. l. si post diem 5. §. sed si ea, ff. quando dies legati, l. 1. §. 2. ff. ad leg. Falcid. l. si quis 13. §. qui ita 3. ff. de statu lib. l. ult. ff. de liberal. caus.* Consule Donellum *lib. 6. comment. cap. 18. & lib. 8. cap. 32.* ubi Osualdus *litera M.* Idem *lib. 24. cap. 20. lit. C.* Cujacium *lib. 5. observat. cap. 1. & ad*

no-

novell. 1 Justin. *& lib.* 54. Pauli *ad edict. in l.* 2. *§. si à pupillo, ff. pro emptore, & in d. l.* 8. *ff. de condit. instit.* Duarenum *ad eundem tit. cap.* 4. Molinam *lib.* 2. *de primog. cap.* 12. *num.* 45. *&* 947. Sarmiento 1. *select. cap.* 10. *per tot.* Goveanum *in l.* 1. *§. ad eos, ad leg. falcid.* Basilium 3. *de matrim. cap.* 8. Valentiam *ad tit. de liber. & posth. cap.* 5. *num.* 5. Arnisæum *de jure connub. cap.* 4. *sect. ult.* Fabrum 8. *tit.* 19. *&* 20. *c.* 2. *& in l.* 7. *§. item, de dolo:* igitur adusque concubinatus donãtis tempestate, haud compro-
7 betur firma ducenda sit: siquidem possessio pro donante extare supponitur, adusq; secus per adversarium commonstretur, *l. ult. Cod. de rei vindic. l. qui accusare* 4. *Cod. de edendo, l. negantes* 9. *Cod. de obligat. & act. l. actor quod asseverat* 23. *Cod. de probationibus,* Antonius Faber 3. *Codic. tit.* 1. *de judic. defin.* 19. *num.* 4. *in allegat. & tit.* 20. *de petition. hæredit. defini.* 1. *num.* 7. *&* 4. *ejusdem tit.* 1. *de rebus credit. & jurejur. def.* 45. *num.* 7. *in allegat.* cum melior sit possidentis conditio, *l. si debitore ff. de pignoribus, l. is, qui destinavit, ff. de rei vendicat. l. finali, Cod. eodem tit. §. retinendæ, vers. commodum, institut. de interdict. d. l. qui accusare* 4. *Cod. de edendo, cap. pro possessore, de regulis juris lib.* 6. *l. apud Celsum, §. Marcellus, ff. de doli mali exception. l. si servum, §. sequitur. ff. de verborum obligation. l. finali, Cod. de rei vindicat. cap. in pari de reg. juris, lib.* 6. *l. cum per delectum, ff. de reg. jur.* Menochius *de præsumpt. lib.* 6. *præs.* 66. *num.* 7. Tiraquellus *de jure primog. quæst.* 17. *opin.* 11. *num.* 20. *cum seq.* nec sat est per tempus aliquod fuisse con-
8 cubinatum: quandoquidem donationis tempus inspiciendum est, *l.* 85. *de reg. jur.* §. 1. *l. si qua, & l. oratione, de ritu nuptiar. l.* 3. *Cod. de interdictis;* Inspicito quæso Cujacium *lib.* 12. *respons. Papin. ad l.* 31. *de donation. per totum, pag.* 1191. *tomo* 4.

9 Vel donationis tempore concubinatus per adversarium probetur; & tunc infirmam fore donationem duco 2. est Bartoli, Angeli *in l. affectionis, ff. de donat.* eorumdemq;

10 Probatur 1. *ex l.* 2. *Cod. de donat. inter virũ, & uxorem,* ubi cautum habetur donationem per militem suæ concubinæ factam, irritam fore, consule *novell.* 89. *& novell. de liber. nat.* 82. Franciscus Hotmanus *consilio* 84. *nu.* 16. *tomo* 2. *& disputat. jur. civil. c.* 7. *pag.* 611. *tomo* 1. igitur de clerico identidem nostro in themate stabiliendum erit: siquidem utrobique par urget ratio, ac per consequens eadem legis prædefinitio, *l. illud, ff. ad l. Aquiliã; l. si postulaverit, §.* 2. *ff. ad l. Juliam de adulter. l. quidam nummularios, ff. de edendo;* Hinc Cicero 3. *de natura Deor.* ibi: *Ut patrimonium homini ab homine relinquitur, sic ratio homini à Deo;* & 2. *Tuscul.* ibi: *Nihil potest æquabile, quod non ex certa ratione proficiscatur;* & 1. *de legibus: Ratione præstamus belluis.*

11 Probatur: consequentia ideo militis donatio suæ concubinæ facta irrita ducatur, non nisi ne miles ob concubinæ dilectionem à militaribus distrahatur negotiis, arg. *l.* 1. *& ultima, ff. de militari testam. l.* 3. *l. Lucius* 40. *l. penul. l.* 1. *ff. de bon. poss. ex test. milit. l. ult. Cod. de jure deliber. l. impuberi, ff. de admin. tutor. l. ultima, C. de resti. mil. l. ult. Cod. quibus nõ obiicitur, lon. temp. præscript.* Consule Hotmanum Balduinum; idque genus 2. *institut. tit.* 11. *de militar. test. in princ. textus*, cum rei militaris virtus cæteris præstet virtutibus; Hinc Cicero *pro Muræna*; ibi: *Rei militaris virtus præstat cæteris virtutibus: omnia nostra studia, & hæc forensis laus, & industria latent in tutela, ac præsidio bellicæ virtutis: & simulatque increbuit suspitio tumultus, artes illicò nostræ conticescunt. Omnia denique, quæ sunt in Imperio, in statu Civitatis, ab iis defendi, & firmari putantur, qui militari virtute antecellunt*, neu militaris pecunia in
12 pravos erogetur abusus, cum militis corpus quam maximè servandum sit, quod asservari nequit, si pecunia in pravos cõvertetur usus, ast cuncta isthæc in Clerico suo in genere militare perhibentur, ut perpendenti liquet, cum clericalis militia laicali æquipollens sit;
13 inde fit, quod Clerici patrimonium beneficiumque. & pro suo corpore, ac pro consanguineis, affinibus, pauperibusque sustentandis erogandum sit; igitur, &c.

14 Vel donatio isthæc à Clerico Concubinæ suæ facta esse prædicetur; non nisi ob benemerita, ac servitia ab ipso Clerico præstita; tuncq; firmã fore duco 3. est Afflicti *decis.* 102. Thorus Author est *nu.* 6. dummodo beneficia hujuscemodi, benemeritaque aliunde probẽtur; quam per donantis confessionem. est Authorum apud supralaudatum Thesaurum *num.* 6. *&* 7.

15 Probatur: ideo donatio à Clerico Concubinæ facta inhibita habetur; non nisi concubinatus ratione, ceu supra cumulatius demonstratum fuit: in nostra porrò facti specie donatio hæc haud Concubinæ, sed ipsius meritis; servitiisque facta esse supponitur, quæ summoperè inspicienda sunt, alioquin Clericus ingrati vitio damnaretur; Hinc Cicero *Philipp.* 2. ibi: *Cum gratia referri non potest quanta debetur, habenda tamen est quantam maximam animi nostri capere possunt. & de Provinc. consul. Non solùm gratus debet esse, qui accepit beneficium, verumetiam is cui potestas accipiendi fuit;* ast postmodum pro Planco, *nihil*, inquit, *est tam inhumanum, tàm immune, tàm ferum, quàm committere ut beneficio, non dicam indignus, sed victus esse videare,* quemadmodum si ab aliis servitia cujuscemodi gesta esse fuissent, sane firma foret, igitur idẽtidem nostro in casu, cum utrobique par urgeat ratio, *d. l. illud, ff. ad l. aquiliam;* hinc Cicero 3. *Tusculan.* ibi: *Munus animi est ratione uti;* & 1. *de legibus, domina omnium,* inquit, *& Regina, ratio: connexa per se, & progressa longius, fit perfecta virtus: hæc ut imperet illi parti animi, quæ obedire debet, id videndum est viro, vel ut servo dominus*

nus, vel ut Imperator militi, velut pares filio,

Pro Decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

Donatio causa mortis Concubinæ à Clerico facta: numquid si juramentum intercessisse feratur firma ducenda sit.

Illo in casu quo donatio Concubinæ facta à Clerico, firma sit juxta supradicta: utrum ex ipsa falcidia deducenda sit; vel in ipsa jus accrescendi locum habere valeat.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.
Num. 2. & 3. ejusdem probatio.
Num. 4. Thesis secundæ decisio.
A num. 5. usque ad 9. ejusdem probatio.
Num. 9. Thesis tertiæ finitio.
Num. 10. & 11. ejusdem probatio.

1 Donationem causa mortis Concubinæ à Clerico factam, etiamsi juramentum intercessisse feratur infirmam fore identidem, haud dubie docent Romanus, Gravetta, Afflictus *decis.* 102. ubi Ursillus, aliique Author est Thesaurus *decis.* 111. *num.* 4. adversus Ripam aliosq;

2 Probatur 1. juramentum iniquitatis vinculum esse nequit, *cap. quanto* 18. *de jurejurando, cap. ad nostram* 5. *cap. venientes* 19. *c. ex te credimus* 22. *cap. quintavallis* 23. *cap. quemadmodum* 25. §. *illudentem, cap. sicut* 27. *de jurejurando*, Grannanieto *tot. tit. de jurejurando*, Cironius *de jurejurando pag.* 147. proptereaquod Deus in veritatis, secus verò in falsitatis testem vocitandus est, *c. quantumlibet* 47. *distinct. cap. debitoress*; ibi: *cogendi sunt reddere domino juramenta, cap. etsi Christus de jurejurando*, Grannanieto *de jurejurando in cap. ex administratione* 1. *num.* 3. *pag.* 172. Cironius, *& jura loco sup. laudata*, in nostro porro casu iniquitatis vinculum foret; igitur, &c. major supponitur, minor verò probatur: quandoquidem pauperum patrocinium, ac Ecclesiastica bona concubinis largirentur, quod peccatum foret,
3 quicquid enim absurdum est, prorsus effugiēdum, *l. ita si* 39. *in fine, ff. de operibus libertor. l. nam absurdum, ff. de bonis libert. cap. in genesi de electione, l.* 2. *Cod. de noxalibus actionibus*, cum à recta ratione dissonum esset, adeoque pro nihilo ducendum, neu peccandi ansa tribuenda sit, quod juribus obversatur, *l. quæ sub conditione* 8. *ff. de conditionibus, & demōstrationibus, l. Antistius* 62. *ff. de acquirend. hæreditat. l. civitatibus* 112. §. *ult. ff. de legatis* 1. *l. facta* 63. §. *si dandæ, ff. ad Trebellianum, l. libertus* 20. *ff. de bon. libertor. l. cùm pater* 77. §. *filius matrem* 23. *ff. de legat.* 2. *l. si quis decedēs* 37. §. 5. *ff. de legatis* 3. *l.* 1. §. *ad eos, ff. ad legem falcid. l. municipibus*, §. *l.* 20. *&* 26. *ff. de conditionibus, & demonstrationibus, l.* 14. *ff. de condit. institut. l.* 1. §. *ad hæc, Cod. de bonor. possess. l.* 7. *vers. planè, de operibus libertor. l.* 3. *de jure jure fisci, l.* 1. §. *si parenti, l. si filius* 13. *de condictione caus. dat.* consule Cujacium, *lib.* 5. *observation, cap.* 1. *& ad novell.* 1. Justin. *& lib.* 54. Pauli *ad edict. in l.* 2. §. *si à pupillo, ff. pro emptore, & in supralaud. l.* 8. *ff. de condit. instit.* Donellum *lib.* 16. *comment. cap.* 18. *& lib.* 8. *c.* 32. ubi Osualdus *lit. M.* Idem *lib.* 24. *cap.* 20. *lit. C.* Sarmiento 1. *select. cap.* 10. *per tot.* Fornenerium *lib.* 3. *rer. quotid. cap.* 22. Goveanum *in l.* 1. §. *ad eos, ad l. Falcidiam*, Basilium 3. *de matrimon. cap.* 8. Costa *lib.* 1. *select. c.* 10. hinc Cicero *Parad.* 3. ibi; *Peccare est tanquam transilire ad lineas*, & indidem: *Peccare certè nemini licet*, ac *postmodum ad Attic.* 11. *Peccati dolor maximus, & æternus est*, neque peccata munere efficienda sunt, neve juramentum peccatum fovens servandum sit, supralaudata jura, & Auctores, *cap. querelam* 10. *cap. cum quidam* 12. *cap. brevi* 17. *c. quanto* 18. *cap. ad nostram* 21. *cap. cum contingat* 28. *& pass. fere per tot. de jurejur.* igitur, &c.

4 Illo in themate, quo firma autumatur donatio, Concubinæ facta à Clerico, ex ipsa optimè deduci posse falcidiam haud dubiè reor 1. est nonnullorum Authorum, quos laudat Verde *instit. lib.* 2. *de donat. lemma* 10. *n.* 566.

5 Probatur 1. ex textu *in l. cum de mortis, C. de mortis causa donat. l. cum pater*, §. *eorum, ff. de legatis* 2. *l. penultim. Cod. ad legem falcidiam, l. ubi ita, ff. de mortis causa donat.* proptereaquod falcidia ideo ortum habuisse fertur, non nisi ut hæres hereditatem adeat, quod certe bonum commune respicere videtur, ne testator ab intestato decedat, *l.* 1. *ff. ad legem falcidiam, l.* 1. §. 1. *ff. de cant. tabul. l. si*
6 *quis* 17. *ff. si quis omissa causa*: enimvero lex 12. tabularum neque modum, neu fidem legatis imponebat, furia, & voconia modum quidem facessebat; finem vero haud faciebat: falcidia postmodum & modum, & finem imposuit Hotmanus 2. *instit. de lege falcidia tit.* 22. *à lit. A. usque ad finem pag.* 433. *&* 434. Franciscus Balduinus, Vultejus, Budeus; aliique ibidem. Consule Ciceronem *in oratione pro* L. Corn. Balbo. igitur, & ex legatis, & ex donatione causa mortis deducenda sit, cum isthæc à cunctis novissimis voluntatibus deducenda sit, ne defunctus ab intestato decedat, quod, & juribus, & bono obversatur cōmuni; inde est, quod novissimæ voluntates
7 favorabiles extant, quæ si ab hæredibus haud efficiantur juxtà nonnullos lætaliter peccāt, quod commonstrat Gonzalez 3. *decretal. in c. judicante* 4. *num.* 7. *in notis* ex textu *in cap. ultima voluntas* 13. *quæst.* 2. *cap. cum esses de testam. l. fideicommissum, Cod. de condict. inde-*
8 *biti*: quare si hæres per annum negligens sit, tunc ejus executio ad Episcopum loci devolvitur, *cap. nos quidem* 3. *de testamentis, cap. ult.* 13. *qu.* 2. *cap. admonere* 16. *qu.* 1. *cap. de*

Lai-

Laicis 17. qu. 2. cap. si hæredes, cap. tua nos, c. Joannes 19. de testamentis. Clement. unica de testamentis. Clement. quia contingit, de relig. domibus, cap. 1. de testamentis in 1. collect. dūmodo tamen quicquid testator præcipiat, legibus haud obnoxium sit, nam tunc neqnaquam efficiendum sit, l. conditio 14. l. filius 15. ff. de condit. instit. l. nemo 55. l. si quis inquilinos 112. §. ult. cum l. sequenti, §. ult. ff. de leg. 1. l. filium 24. C. fam. ercisc. l. si ita qui 74. ff. de hæred. Instit. l. 1. & 2. Cod. de testam. milit. l. servo 113. §. ult. ff. de legat. alioqui ansa refunderetur, ne hæreditas per hæredem adiretur, quod & juribus, & defunctorum voluntati dissonum foret, uti supra cōmonstratum fuit.

9 In mortis causa donatione in isthac facti specie accrescendi jus locum habere plusquā manifestū reor 2. et Verde loc. sup. laud. n. 563.

10 Probatur ex l. unica, §. ultimo Cod. de jure accrescendi: siquidem ubi in novissimis voluntatibus aliquid inhibitum haud reperitur, toties ipsis favendum est, cum novissimæ voluntates, ex supra probatis, favorabiles sint, in nostro porro casu accrescendi jus vetitum minùs cautum habetur, igitur novissimis voluntatibus favendum est, cum testatoris velle tale præsumatur fuisse, quale lex esse jubet, Bald. in l. 1. Cod. de Sacros. Eccles. & in l. præcibus, Cod. de impub. & al. subst. Paul. de Castr. in consil. 417. Hotmanus consil. 35. nu. 11. pag. 168. inde est, quod novissimum velle quoquo modo declaratum, pro testamento habetur, l. 1. l. 40. ff. de mil. test. l. 3. Cod. eodem, l. 1. ff. de bon. poss. ex test. milit. Hotmanus consil. 37. nu. 27. pag. 190. ac per consequens in donatione causa mortis jus accrescendi dandum est, l. si sponsus 5. §. si quis rogatus, ff. de donationibus inter virum, & uxorem, Petrus Faber de

11 divers. reg. juris ad l. 12. pag. 69. quod in cunctis ultimis voluntatibus refunditur, secus vero in aliis, quæ respectu juris accrescendi ætherogenea sunt. argum. leg. 1. Cod. de caducis tollendis, l. 2. §. 4. ff. de stipulatione servorum, l. 9. in fine, ff. de liberali causa, l. 8. ff. de rei vindic. l. 1. §. 2. ff. si pars hæreditatis petatur, l. quoties 9. §. si duo, & l. sequenti, ff. de hæred. instituendis, l. cohæredi 41. §. ult. ff. de vulgari substitut. Hotmanus 2. instit. tit. de hæredibus instituendis 14. lit. E. idem Author cons. 37. n. 17.

DECISIO CIII.

IN Causa Magnifici Vincentii Barrilis, cum Vincentio Dente, ac nonnullis aliis super devolutione nonnullarum Terrarum, & Domorum redditiarum Feudo Casalis Pumigliani, cuius ipse Vincentius est utilis Dominus, ob alienationem dictarum Terrarum factam eo irrequisito. constabat ex processatis, quod de dictis Terris solvebat redditus actori, ut Domino Feudi, seu Casalis. item, & quod fuerant alienata pro franchis irrequisito dicto utili Domino Casalis, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

DECISIO CXCVI.

IN Causa dubitatum est: an censualis cadat ob alienationem rei censualis factam non requisito eo, cui census debetur, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

CEnsuarius feudalem censui subjectam, seu francam irrequisito censualista à se abdicans rem: numquid in commissum incidere, ac per cōsequens illam deperdere prædicetur.

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. Thesis prædefinitio.
A num. 3. usque ad ejus finem probationes.

1 HAud incidere censeo, utpotè defactò per S.C. fuisse prædefinitum litteris prodit Antonius Capicius, hìc in fine; ibi: *votatum est ergo, & judicatum illos conventos esse absolvendos ab impetitione dicti Vincentii, salvo eidem Vincentio jure petendi ab eis redditum si quod*

2 *competit*: tametsi bis secus per idem Tribunal prius fuisse sancitum memorat. est Capiblanci *in prag.* 11. *num.* 48. *de baron.* Follerii *in pract. censualist. vers. hujusmodi census super rebus num.* 89. Reg. de Ponte *in tract. de potestate Proreg. tit.* 3. *de elect. offic.* §. 4. *num.* 27. Grammatici *decis.* 77. *nu.* 11. Molfesii *in consuetud. Neapol. parte* 2. *quæst.* 10. *num.* 2. aliorumque apud Capicium *hìc*, & Thorum *compend. decis. parte* 1. §. *censualia bona alienata per dominos ipsos*, & *vers. censualis res an judicetur*, adversus Aretinum, Bartolum, Jasonem aliosve.

3 Probatur 1. quemadmodum quis si in contra-

tra-

tractu censuali minus solvendo esse perhibeatur, jure haud privatur suo, cum ex iterata sæpè sæpius solutione, census jam constitutus arguatur: sat est enim, si per triennium persolverit, *l. cum de in rem verso 6. ff. de usuris, l. creditor 7. Cod. eod. tit. l. 1. Cod. de fideicomm.* Cujacius *ad tit. Cod. ne uxor pro marito.* Faber *lib. 7. conject. cap. 9.* Schifordeg. ad Fabrum *tract. 15. quæst. 5.* Amaya *in l. 3. Cod. de apochis, lib. 10.* Merillus *lib. 2. observ. cap. 39.* sic etiamnum nec alienando, cum utrobique eadem urgeat ratio, adeoque eadem juris statuitio, *l. illud, ff. ad leg. aquiliam, l. si postulaverit, §. 2. ff. ad leg. jul. de adulter. l. quidam nummularios ff. de edendo, l. nauta, §. finali, ff. nautæ, caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, Cod. de Sacrosf. Eccles. §. si igitur,* Instit. *quod cum eo,* secus è diverso, *l. si ita, ff. de manumiss. testam. l. servus, ff. de statu liber.* Hinc Cicero 3. *Tuscul.* ibi: *Munus animi est ratione uti;* dũmodo requisita in pactione servet, quæ vim legis habent, *l. 1. §. si conveniat, ff. depositi, l. 1. ff. de pactis, l. jurisgentium, §. Prætor ait, ff. eodem tit. l. 1. ff. de constitut. pecun. l. cum amplius, in fine, ff. de*
4 *reg. juris, cap. 1. de pactis.* inde est; quod etsi ab initio contractus sunt voluntarii, ex post facto tamen extãt necessarii, *l. nõ idcirco in fin. ff. de contrah. empt. l. si mandavero, §. sicut, ff. mandati, l. cujus bonis in princip. ff. de curat. furiosi, l. sicut ab initio, Cod. de actio. & oblig. l. de contractu, Cod. de rescind. vendit. l. quamvis, Cod. de transact. l. eo quod, Cod. si certum petatur, l. si quis argentum, §. finali, Cod. de donation.* propterea quod isthæc æquipol-
5 lentia sunt, *cap. potuit de locato,* quæ enim æquipollentia sunt, idem involuũt judicium, *l. 1. ff. de legat. 1.* Author est supralaud. Decius.

6 Probatur 2. de census natura est fundum consectari utpote accidens subjectum suum, *l. 4. in fine, ff. de actionibus empti,* igitur ad quodlibet transit subjectum, cum onere hoc transilire perhibetur, igitur in censualistæ ditione est adversus utrosque, utputà & vendi-
7 torem; & emptorem agere: etenim unusquisque sua defendere debet jura, quod naturali attento jure sibi concessum esse supponitur. Cleme. *pastoralis, §. cæterum, de re judic. l. 1. §. cum arietes, ff. si quadrupes pauper. l. 4. in princip. l. scientiam 45. §. qui cum aliter, ff. ad leg. aquil.* adeoque per exceptionem, si opus fuerit, cum exceptio defensio sit, *cap. significaverunt 11. de exceptionibus, l. si quidem 9. l. defensionis 11. Cod. de exceptionibus, l. defensionis 7. Cod. de jure fisci lib. 10.* nec in ipso censuario ulla subjectio ad instar feudatarii respectu
8 censualistæ habetur, quandoquidem in feudatario, & personale servitium, & fidelitas reposcuntur. Cironius *in paratitl. 5. decr. tit. de feudis 20. pag. 216.* subjectio nãq; foret,
9 dumtaxat census persolutio, inde est quod apud Romanos, & Civium facultates æstimabantur, & in publicas referebantur tabulas, eorumdemq; capita, juxtà illud Ciceronis *lib. 1. de legibus;* ibi: *Censores Populi, Civitatis Soboles, familias, pecuniasque censento,*
10 quare longe discriminantur bina isthæc: & census persolutio, & feudi subjectio: in censu namque nulla supponitur subjectio; solummodò mera, simplexque solutio; in feudo verò cum personale servitium, tum reliqua resposcuntur, quæ quammaximam arguunt fidelitatem, Authores supralaudati; igitur nil mirum si quis proprio alienans, feudum authoramento, in commissum labere prædicatur, ideoque in ejus alienatione Regius postulatur assensus, alioquin alienatio nulla foret. Hotmanus *lib. 1. feudorum, de alienat. feudi, tit. 13. pag. 660. & cons. 32. num. 16. pag. 151.* de Marinis *2. resolut. cap. 84. num. 1. pag. 181.* propterea quòd inobedienter se gerit, obversando conventioni in feudi investiturâ adjectæ, quæ vim legis obtinet, *dicta l. 1. §. si conveniat, ff. depositi, & l. 1. ff. de pactis, & l. juris gentium, §. Prætor ait, ff. eodem tit.* secus verò in census solutione, *cap. sancitum est 1. de censibus, &c.* quæ longæva tempestate factitata expresè probatur census, *l. cum de inven. verso, ff. de usuris, l. 1. Cod. de fideicommissis, l. litibus 20. Cod. de agricolis, lib. 11. l. 3. Cod. de apochis eod. lib. l. 1. ff. de itinere, actuque privato, cap. quærelam, de electione.* Giphanius *in dicta l. 1. Cod. de fideicommissis.* Giballinus *de usuris lib. 4. cap. 6. art. 5.* Castillo *de tertiis, cap. 3. num. 27.* Avendano *de censibus, c. 15.* Menchaca *usu freq. cap. 43. num. 30.* Gaspar Rodiquez *lib. 1. de annuis reddit. cap.*
11 *15. num. 5.* quæ profecto solutio haud augenda est, si fructus augeantur, *l. finali, Cod. de alluvion. l. penult. Cod. de omni agro, lib. 11. l. 2. Cod. de fundis rei privatæ, eodem libro;* ibi: *Unaquæque Villa cum eo onere, cui nunc habetur obnoxia ad novi domini jura migrabit, ut si quid adjecerit sumptus, cura, vel solertia, quicquid mancipiorum, vel pecoris accreverit, capitationis, aut canonis augmenta non patiatur, sed solis dominis, hæredibusve dominorum sit cessura felicitas, & l. si merces 25. §. vis major, ff. locati, l. 1. Cod. in quibus causis coloni, lib. 11. l. cum satis 23. §. caveant, Cod. de agricolis, lib. 12.* Amaya *in l. 1. C. de annonis, & tribut. & in l. unic. Cod. de collat. donat. num. 16.* Valascus *de jure emphyt. quæst. 16. num. 7. & quæst. 27. in fine.* Rodriguez *de annuis redditibus lib. 1. quæst. 12. ex num. 9.*

12 Probatur 3. ob census hujuscemodi namq; constitutionem feudalia bona desunt esse feudalia, atque adeo censualia fiunt, cum singulis annis census persolutio verificetur. argum. *legis cum de in rem verso, ff. de usufructu, l. 1. Cod. de fideicom. l. litibus 20. Cod. de agricolis, lib. 11. l. 3. Cod. de apochis eodem lib. l. 1. ff. de itinere actuque privato, c. quærelam de elect.* adeoque census feudalis restat, ac per consequens bona illa consuetudinem stabilitioni subjecta extant. Author est Molfesius supralaudatus *num. 1. & 2.*

Pro Decis. hujusce illustratione:

CA-

CAPUT UNICUM.

Censuarius, si rem stabilem censui subjectam irrequisito censualista alienasse feratur: numquid jure cadat suo.

Dominus census an finitimo, vel cōsanguineis, vel affinibus respectu rei alienatæ censui subjectæ sit præferendus.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.
Num. 2. ejusdem probatio.
Num. 3. Thesis secundæ decisio.
A num. 4. usq; ad finem, ejusdem probatio.

1 Censuarium rem stabilem censui subjectam, irrequisito censualista alienantem, suo haud cadere jure, duco. est adversus Marantam *in suis singul. lit. C.* incipient. *censuarius.* Author est Thorus *compend. decis.* §. *censuarius si alienaverit.*

2 Eodem prorsus medio, quo facti species Capiciana hujuscemodi 103. commonstrata fuit, probatur: siquidem utrobique par urget ratio, ac per consequens eadem legis dispositio, *l. illud, ff. ad l. Aquiliam, l. si postulaverit, §. 2. ff. ad l. Juliam de adulter. l. quidam nummularios, ff. de edendo,* & à fortiori in isthac; nam nulla feudi umbra habetur.

3 Dominum census finitimo, vel consanguineis, vel affinibus respectu rei alienatæ censui subjectæ esse nostro in Regno præferendum duco. est adversus Cenci *de censibus quæst.* 66. *in novissimis*, aliorumque consule de Marinis *tomo 1. resol. quot. cap.* 232. *n.* 9. *&* 10. *& in observat. ad decis.* Reg. Reverte. 35. *num.* 5. *&* 6.

4 Probatur: ex Bulla Pii V. constit. ubi secus prædefinitum extitit; siquidem census dominus, præsertim si sit reservativus verè rei censui subjectæ dominus est: enim vero rem refundit suam in alium quoad dominium directum, & utile, reservata sibi super eadem re annua pensione Reg. de Marinis *tomo 1. cap.* 232. Covar. 3. *var. cap.* 7. *nu.* 5. Cenci *de cens. quæst.* 1. *num.* 6. Duard. *de cens. quæst.* 12.

5 aliique; inde fit, quod dominium directum est penes census dominum, adeoque nil mirū si cunctis in thematibus præferendus sit; nec de hoc ulla habenda sit hæsitatio; cum semper respectu domini cēsus directum inspiciatur dominium, quod cunctis præstare, anteireque debet. idem profectò de domino cen-

6 sus consegnativi prædefiniendum est: quandoquidem census consignativus est, quo quis retenta re sua, ejusque usu, dat alteri jus exigendi in illa re certam pensionem menstruā, vel annuam. Reg. de Ponte *decis.* 32. *num.* 2. Menochius *consil.* 983. *nu.* 12. Leotardus *consil.* 162. Reg. Petra *ritu* 20. Sotus *de justit. qu.* 5. inde fit quod rem detinet suam, etsi cum onere censum persolvendi, igitur nil mirum si census dominus cujuscumque conditionis sit præferendus veniat; cum pactionibus standum sit, initis cum subjectante rem suam censui consignativo, *l. 1. §. si conveniat, ff. depositi, l. 1. ff. de pactis, l. juris gentium, §. Prætor ait, ff. eodem tit. l. 1. ff. de constit. pecun. l. cum amplius in fine, ff. de regulis juris, cap. 1. de*

7 *pactis*: siquidem etsi contractus à primordio sunt voluntatis; verumtamen ex post facto fiunt necessitatis, *l. non idcirco in fine, ff. de contrahenda emptione, l. si mandavero, §. sicut, ff. mandati. l. cujus bonis in principio, ff. de curat. furios. l. sicut ab initio, C. de actio. & oblig. l. de contract. Cod. de rescind. vendit. l. quamvis, Cod. de transact. l. eo quod, Cod. si certum petatur, l. si quis argentum, §. finali, Cod. de donat.*

8 idem postmodum de domino census emphyteutici est differēdum, cum eadem ratio; quin

9 potius major urgeat: nam dominus census emphyteutici rigorosus dominus directus est, tranferens utile dumtaxat in emphyteutam dominium, *l. 1. Cod. de jure emphyt.* Sarmiento *lib. 3. select. cap. 2. à num.* 31. Faber *decade* 65. *error.* 3. *&* 5. *& lib. 20. conject. cap.* 11. Connanus *lib. 7. comment, cap.* 12. *num.* 2. Duarenus *lib. 1. disput. cap.* 14. Donellus *lib. 9. comment. cap.* 13. Besoldus *in delibatis juris ad lib. 6. pandect. tit. si ager vectigalis,* Valascus *de jure emphyt. quæst.* 13. 18. *&* 29. Julius Clarus *lib. 4. recept. sentent.* verbo *emphyteusis quæst.* 1. *num.* 2. quod interpretes *bonitarium* nuncupant, *l. sciendum is, §. qui satisdare, l. 1. & ultima, ff. si ager vectigal, l. cum sponsus* 12. *§. in vectigalibus, ff. de public. l. 3. §. si ego, ff. de novi operis nunciat. l. 1. §. quod ait 3. l. 3. ff. de super-*

10 *fic.* inde est, quod sic à jure consultis emphyteusis definiri assolet. est *contractus, quo res immobilis in perpetuum, sive in longum tempus quoad dominium utile conceditur, sub certa pensione præstanda domino directo,* Donellus *lib. 9. commentar. cap.* 14. Brōchorst. *centuria* 1. *assert.* 80. Julius Clarus *lib. 4. sent.*

11 *§. emphyteusis.* aliique: quare juremerito si per biennium in canonis solutione desinat, vel meliorationes irrequisito domino directo divendat, quippe jure cadit suo, *l. 2. & 3. Cod. de jure emphyteut. auth. qui res, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis, novella* 12. §. 2. *collat.* 9. *cap. potuit* 4. ubi Cujacius *de cens. & in l. 3. Cod. de jure emphyteut.* Sarmiento *lib. 3. select. cap.* 8. Cancerius *tomo 1. var. cap.* 11. Olea *de cess. juris tit. 3. quæst. 2. num.* 19. Corasius *tomo 2. ad tit. Cod. de jure emphyteut. in l. 2.* Faber *de error. decade* 95. in commissum incedendo, idque non nisi ob injuriam directo domino illatam, *l. finali, Cod. locati,* Faber *decade* 95. Coras. *tomo 2. fol.* 366. Hunnius *volum. 1. disp.*

12 2. *quæst.* 31. neu dominium, quod habet emphyteuta utile verum dominium sit, sed servitus, de cujus conceptu sit utilitatem in re aliena prensare; igitur cujuscumque conditionis sit census, dominus in rei divenditione præferendus est

DECISIO CIV.

IN Causa Domini Comitis Montellæ, cum Domino Comite Noiæ, fuit dubitatum, an quidam Vassallus Comitis Montellæ, qui in ejusdem Domini sui Territorio furatus fuerat unum iumentum de manè, & de serò, dum applicuisset in Territorio Comitis Noiæ, videlicet in aguadia, in quadam taberna ibidem captus fuit cum iumento, debeat remitti ad comitem Montellæ, ex quo in eius Territorio furtum commissum est, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

ALiquibus in locis furans quis, utputà Neapoli; si cum re furata; scilicet Puteolis cõprehensus esse perhibeatur, à quonam Judice fur plectendus sit? à Neapolitano, ne in cujus Territorio furtum patrasse supponitur? an vero à Puteolano, in cujus jurisdictione comprehensus fuit?

SUMMÆ.

Num.1. Thesis prædefinitio.
A'num.2. usque ad 10. ejusdẽ probationes.
A'num. 10. usque ad finem, Thesis oppugnationes, & solutiones.

1 TAmetsi bis per S.C. fuisse prædefinitum literis prodit Antonius Capicius hìc in hæc verba: *S. C. habuit, & habet opinionem Bar. pro vera saltem in practica*; & *num.3.* ibi: *Et dum alia vice hic casus occurrisset in persona cujusdam capti à Capitaneo Puteolano in Territorio Puteolorum, eomet die, quo furtum Neap. commissum erat, & ante capturam illo met die dictas res furatas Puteolis vendiderat, S.C. votavit causam esse cognoscendam per Capitaneum Puteolorum, non obstante, quod illomet die furti Neap. facti apud Puteolos contractasset, ac vendidisset, & in loco contractionis residentiam per unum diem non fuisset*, quam prædefinitionem sectari fuere Julius Clarus *in §. finali, quæst.38. num.15.* Franchus *decis.681.* Anna *in singul. 438. remissio* Follerius, Capiblancus, Mastrillus, Peguera, aliique Author est Thorus *compend. decis. parte 1. vers. fur delinquens in uno Territorio.*

2 Verumtamen in juris puncto secùs quispiã publicis in thesibus defensitare potest. est Fulgosii, Soccini, Vvesembecii *3. Cod. tit. ubi de crim. agi oporteat*, Antonii Fabri *3. Cod. tit. 14. ubi de crim. agi oport. definit. 1. in allegat. num. 3.* referentis sic suo in Senatu prædefinitum fuisse, Donelli *de jure civili lib.17. cap.16. vers. alterum*, Auguft. Barbosa *in l.1. C. ubi de crim. agi oport. tit.15.* aliorũq;

3 Probatur 1. ibi fur pænam luere debet, ubi formaliter, secus verò materialiter reus vocitatur, quicquid enim materialiter venit, pro nihilo ducendum est, in nostro porrò casu formaliter delinquens differitur, ubi furtum patravit, merè materialiter verò, ubi cõprehẽditur, cum haud delinquere, ast deliquisse perhibeatur; secusque differere id gratis potius foret; quam commonstrare, igitur ibi, secus

4 verò alibi pænarum pensumdare par est. Major uti vera supponitur, nec ulla indiget probatione; minor vero probatur: propterea quod illo in loco, in quo furtum patraverit, vere deliquisse fertur, ac per consequens verus efficitur reus, secus verò illis in oris, in queis comprehensus fuit, quandoquidem ibi materialiter extare, nec revera actu delinquere, (ceù somniarunt adversarii), quod gratis, ac procul à fundamento aliquo dictitant, secus verò probant; igitur, &c.

5 Probatur minor, illo in loco quis formaliter reus habendus sit, ac per consequens ab eodem erit plectendus Judice, in quo illum injuria affecit, inobedienter se gerendo delictum in suo patrando situ, quod de Judice loci, in quo in vincula conjicitur, haud verificatur: siquidem ibi nullum patrasse traditur delictum: quãdoquidem patratum supponitur, alioqui plura cica idem eodem pacto admittere perhiberentur delicta, quod per absurdum foret; etenim unus furandi actus fuit; igitur, &c.

6 Probatur 2. bono prodest publico, ut crimina plectãtur, *l. ita vulneratus, §. quod si quis, ff. ad leg. aquil. l. licitatio, §. quod illicitè, ff. de publican. l. congruit 13. ff. de offic. Præsidis, l. stichum, §. tametsi, ff. de solut. extravag. ad reprimen. in principio, cap. est injusta 23. quæst.4. cap. ut fame 35. §. 1. de sententia excomm.* illis in regionibus, ubi admissa fuere: nam ibi inobedientia, scandalove populum per delictum cujuscemodi offensus fuit, quod non nisi ad populi pavorem, metumque efficiendũ est, ne consimilia patrentur delicta, quod commune offensaret bonum. hinc Cicero *paradox. 1. quod rectum, & honestum, & cum*

7 *virtute est, id solum opinor bonum*, quod quippe deesset, si alibi plecteretur, cum fur per delictum jam patratum defactò contraxit fo-

8 rum, & Iudici loci factus est competens; inde fit, quod jurisdictio eidem acquisita est, à qua injustè despoliaretur, si fur alibi pænas expẽderet, quod juribus obnoxium foret: etenim ju-

jura docent per delictum quis sortitur forum, *cap. ultimo de obligat. l. capitalium* 28. *§. penult. de pœnis, l. 3. ff. de offic. Præsid. 3. quæst. 6. can. 1. cap. 1. extrav. de raptor. cap. postulasti, & cap. finali extr. de foro competenti*, Vvesembecius *in paratitl. Cod. lib. 3. tit. ubi de crimin. agi oportet*: inde fit, quod ad loci Iudicem remitti fas, juraque sinunt, *auth. qua in provincia, ubi de criminibus agi oporteat, l. capitalium in fine de pœnis.* Author est idem supralaudatus Vvessembecius; igitur, &c.

9 Probatur 3. ex textu *in l. 3. ff. de offic. Præsidis, l. venditur, ff. de judiciis, l. 1. Cod. ubi de criminibus agi oportet, l. ultima, ff. de accusationibus, l. soleat, ff. de custod. & exh. reor. l. si cui, §. penult. ff. de accusationibus*, Justinian. *in novella, ut nulli judicum* 134. *§. si verò quis*, argum. *in l. in omnibus, ff. de reg. jur. l. non dubium, §. 1. ff. de custodia, & exhibit. reor. l. 3. in princ. ff. de re militar.*

10 Dices 1. obstat tex. *in l. 1. Cod. ubi de criminibus agi oportet*, ubi secus predefinitum est; ibi: *vel ubi reperiuntur, qui rei esse perhibētur criminis, perfici debere satis notū est*; igitur, &c.

11 Hujuscemodi textus commentatur, ubi de reo per Judicem à quo nulla fit rogitatio, secus verò si de ipso petatur; inspicito Donelli verba in commentat. hujusce tex. *de jure civili, lib. 17. sub num. 56.* ibi: *Non adversatur huic sententiæ, l. 1. Cod. ubi de crimi. &c. qua cavetur quæstiones criminum ibi perfici debere, ubi inchoata est accusatio, vel ubi reperitur is, qui perhibetur reus criminis. Generaliter enim hoc scriptum est. Diversum cautum in ea specie, cùm magistratus ejus loci, in quo crimen admissum est, reum ad se remitti desiderat, ut ibi in eum vindicaret legibus. Certi juris est, in toto jure generi per speciē derogari, l. in toto jure, ff. de regu. jur. &c.*

12 Verùm si hæc solutio te haud lubeat, scito textum hunc esse correctum per Justinianum *in auth. qua in Provincia, Cod. ubi de possess. agi oporteat*; ibi: *Qua in Provincia quis deliquit, aut in qua pecuniarum, aut criminum reus sit, sive de terra, sive de terminis, sive de possessione, sive de proprietate, sive de hypotheca, aut alia qualibet occasione, vel de qualibet re fuerit reus, illic etiā juri subjaceat, quod jus perpetuum est.* & in novella *ut nulli judicium* 134. *§. si verò quis*; ibi: *Si verò quis comprehensorum criminum latuerit, aut reliquerit Provinciam illam, in qua crimina deliquit: jubemus legitimis edictis à Judice evocari eum: etsi non obediat, illa in eum procedere, quæ nostris legibus definita sunt. Si verò cognoscatur, quod in alia Provincia degit, jubemus Provinciæ illius Judicem, in qua peccati, quod hujusmodi contingerit, epistola publica uti ad Provinciæ illius Judicem in qua delinquens persona degit: illum verò, qui publicas susceperit litteras, & periculo suo, & officii sui comprehendere hujusmodi, & ad Judicem Provinciæ trāsmittere in qua peccavit, suppliciis legitimis subiiciendum. Si verò qui publicam epistolam susceperit, neglexit sit hoc facere, aut officium, & tradere, aut imperata neglexerit: tunc & ipsum Judicem tres auri libras, & officium ejus alias tres pro pœna inferre jubemus. Si verò Judex lucrum hujusmodi personam non comprehendat, aut comprehendens non transmittat, & hoc agens convincatur: spoliatus cingulo, exilio tradatur.*

13 Si postmodum correctio isthæc tibi displiceat, differito textum *in d. l. 1. Cod. ubi de crimine agi oporteat*, cōmmētādū esse, vel si nulla à Judice, à quo petitio facta sit, nam tunc videtur juri cedere suo, *l. si quis in conscribēdo, l. 2. §. voluntatem, ff. soluto matrim. l. qui tacet, ff. de reg. jur. l. 2. Cod. de acquir. possession. l. si sine, Cod ad Vellejanum*, cui quilibet resignare potest, *l. si quis in conscribendo, Cod. de Episcop. & Cleric. l. penult. Cod. de pactis, c. tuis* 39. *vers. nisi de testibus, cap. ad Apostolicam, de regular. cap. si de tertia, de privileg.* neminique injuriam irrogans, *l. injuriam, §. 1. ff. de injur. l. 3. §. is tamen, ff. de libero homine exibend. l. qui injuriarum, §. is qui, ff. de jurejurando, l. jurejurando, l. quod Reipubl. l. injuriam, ff. de injur. l. fluminū, §. ult. ff. de damn. infecto, l. Proculus, ff. eod. tit. l. donaturus, §. si quis indebitū, C. de condit. ob caus. l. si meo, ff. de aqua pluvia arc. c. cùm Ecclesia* 21. *vers. quia, de elect.* vel quoadin vincula injectionē; idq; gen. igitur, &c.

14 Dices 2. ratione novæ cōtractionis illis in locis, quibus comprehenditur plecti potest. Author est supralaudatus Capicius hìc, aliiq;

15 Rogitandum ab adversariis quid sit ly ratione novæ contractionis, si enim hunc facessat sensum, quod adusque in illo mansitat loco, delictū assiduare dicitur, ac per cōsequens injuriam inferre Iudici loci, adeoque novæ contractionis reus pœnarum pēsumdare debet, id gratis procul à fundamento aliquo edifferunt, ac per consequens merum ad-

16 versariorum refugium est: quandoquidem ibi extans haud delinquit, neū delictum assiduat, ast dumtaxat rem alibi furatam penes se detinet, vel illum, qui alibi furatus fuit comprehendit, quare juremeritò respectu Iudicis à quo in vincula coniicitur, id merè materialiter se habet, cum se habeat, ut instrumentum ad ejusdem in vincula conjectionē, igitur ad competentem mittendus sit Judicē, atque adeo ab eodem plectendus. Quare thesis nostra pluribus in foris est in praxi, Author est supralaudatus Clarus, quinimo nonnulli commune vocitant placitum.

17 Thesis nostra isthæc commentanda est, sive fur simpliciter in alio absque re furata comprehendatur territorio, sive cum re furata; siquidem ly, ratione novæ contractionis, haud eodem pacto ab adversariis enodari assolet: etenim nonnulli pro fure in vincla cōjecto, alii pro re furata commentantur.

18 Dices 3. Bartoli opinamētum per universū, utpotè Evangeliū servatur orbē, quod in Regio criminali consilio Cathaloniæ etiamnum servari edocet *Peguera decis.* 28. igitur, &c.

19 Authores Bartoli placitum communiter fuisse reprobatum fatentes, inspiciendi sunt apud Mastrillum *decis.147.à num.3.usque ad* 8.quare in causis decidendis; potius ratio firmior nos, quã doctorum sarcina movere de-
20 beat: siquidem isti pecudum more quandoq; assentari videntur; propterea quod in dies experientia nobis commonstrat, quod qui infirmi consilii, infirmæque virtutis extant, à doctorum caterva discedere haud assolent, secus verò qui firmi sunt ingenii, minervęque.
21 Dices 4. ex nova contractione, nova subnascitur furti actio. Author est supralaudatus Reg.Revert. igitur, &c.
22 Id gratis, proculve à fundamento aliquo, edocet supralaudatus Author: si quidem ibi furari minus perhibetur, sed alibi furtum patrasse, uti ex supra comprobatis liquet; quare juremerito nulla actio Iudici loci, in quo quis in vincula conjicitur suboritur; dũtaxat
23 vero mera rei in vinculis cõjectio: quare ridiculæ sunt Authorum limitationes illę, utputà per unum diem; vel si per istiusmodi dumtaxat transeat loca: quandoquidem juxtà nostra principia id merè materialiter se habet, sive sit per transennam, sive ibi per aliquam moratur tempestatem: nam fur per delictum cujuscemodi jam patratum, defacto forum contraxerit, *d.l.3.ff.de officio Præsid.l. capitalium* 28. §.*penult. de pœnis 3. quæst.* 6. *can.*1.*cap.*1.atque adeo loci Iudex factus jam est competens, Auctores supralaudati.neù obstat, quod in vinculis ab alio cõniicitur Iudice: siquidem id effici debet, cum ad bonum commune spectet delicta puniri, *d.l. ita vulneratus,* §.*quod si quis,verf.cùm neque impunita,ff.ad leg.Aquil.l.licitatio,*§.*quod illicitè, ff.de publican.* idque genus,
24 Dices 5. fur rem alibi furatam secum exportans, ibi novum patrare differitur crimen; igitur, &c.
25 Id gratis assumis, ast haud probas, alioqui infinita patraret delicta, cum per infinita trãsiret loca, quod ridiculum foret, ideoque pro nihilo ducenda extant argumenta isthæc.

Pro Decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

Res furata penes aliquem reperta, si à quo habuerit haud edocere prædicetur: numquid præcisè per hoc torquendus erit.

Delegatio Magnæ Curiæ Vicariæ contra fures, furta in Urbe Neapolitana, & in suburbiis patrãtes, divulgata: an ad in vincula conjectos cum re furata, quam alibi furati fuere extentio facienda sit.

Quis penes se rem raptam haud ignoranter detinens: qua inspecto Regni jure est plectendus pæna.

SUMMÆ.

Num.1.Thæsis primæ prędefinitio.
Num.2.ejusdem probatio.
Num.3.Thæsis secundæ decisio.
Num.4.ejusdem probatio.
Num.5.Thesis tertię finitio.
Num.6.ejusdem probatio.

1 Res furata penes aliquem reperta si à quo habuerit haud edocere prædicatur, præcisè per hoc aliis concurrẽtibus adminiculis fore torquendum, haud dubiè reor 1. est nonnullorum, quorum Author est Thorus *compend. decis.par.*1.*vers. furtiva re reperta penes aliquem*, edocens sic per M.C.V.fuisse prædefinitum.
2 Probatur: res furata penes se detinens quis; ubi de Authore haud edoceat, toties ceù Author est habendus: propterea quod commõstrare debet: quo pacto res apud se sit: verùm enimverò Author rei furatæ & torquendus,& suspendendus est; igitur hoc in themate idem est prædefiniendum; cum utrobique par urgeat ratio, ac per consequens eadem juris dispositio, *l.illud,ff.ad legem Aquiliam, l.si postulaverit,* §.2.*ff.ad Juliam de adulter. l. quidam nummularios, ff.de edendo.*
3 Delegationem Magnæ Curiæ Vicariæ contra fures, furta in Urbe Neapolitana,& in Suburbiis patrantes divulgatam: ad in vincula conjectos cum re furata, quam alibi furati fuere extentionem, haud fore faciendam dubio procul reor 2. est Reg.Sanfelice *decis.* 41. litteris prodentis, sic per Collaterale Consilium fuisse prædefinitum.
4 Probatur: delegatio namque Magnę Curię concessa, fuit non nisi de delictis, sive in Urbe Neapolitana, sive in ejusdem Suburbiis; secus vero extrà ubi fur exter rẽ Neapoli furatam suum asportaret; quippe juxtà supra commonstrata minus furari perhibetur, ast dumtaxat penes se furatam detinere rem, ut feracius supra cõmonstratum fuit; igitur,&c.
5 Aliquem penes se rem raptam, haud ignoranter detinentem, inspecto Regni jure triremium pæna per decennium fore luendum prædefinitũ memorat Reg.Sanfel. *dec.*36.*n.*8.
6 Probatur: scienter rem furatam detinens quis; profectò aliquo pacto delinquere edifferitur; igitur aliqua est luendus pæna, quæ variatur juxta varias regionũ dispositiones, cum jura varia apud diversas gentes sint; ideoq; nil mirum si pænæ infligendæ ab hisce, variæ esse perhibeãtur; igitur,&c.

DECISIO CV.

IN Causa Monasterii Sanctæ Claræ, cum Ferdinando de Merculiano, & Consortibus apparebat, quod olim sunt elapsi quinquaginta anni Monasterium Sanctæ Claræ concessit in emphiteusim quondam Salcno de Merculiano Patri

tri præfati Ferdinandi quasdam domos cum horto prope domos Comitis fundorum pro ipso Saleno, suisque hæredibus, & successoribus, & quod in hac cōcessione defuerat decretum: & quod tunc temporis erat domus sterilis, idest quæ non locabatur, & in horto proiiciebantur morticina, & quod Salenus ipsas domos cum horto ædificavit meliorando, expenditque ducatos trecentos, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

Sive alienatio rei Ecclesiasticę, sive in emphyteusim permissa, haud in totum sterilis alicui pro se, ejusque hæredibus, & successoribus facta absque tamen decreto à jure requisito: utrum firma deducenda sit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A num. 2. usque ad 7. Thesis probationes.
Num. 7. exploduntur Authores nonnulli.
A num. 8. usque ad finem, oppositiones, earumdemque solutiones.

Infirmam fore indubiè reor, est Antonii Capicii *hic in fine* edocentis sic per S.C. prædefinitum fuisse, ibi: *votatū est pro Ecclesia* Fabii Annæ *consilio* 97. *num.* 31. Antonii Fabri *in Cod. de rebus alienandis non alienandis def.* 6. Martæ *voto* 86. *num.* 5. Stephani Quaranta *in summa bullarii, verbo alienatio rerum Ecclesiast. num.* 41. aliorumque Author est Thorus *compend. decis. vers. alienatio rei Ecclesiæ facta alicui pro se, ejusq; hæredibus*.

2 Probatur 1. *ex textu in cap. nulli, de rebus Ecclesiæ alienandis, vel non ibi nulli liceat alienare rem immobilem Ecclesiæ suæ sive agrum, sive rusticum mancipium, neque specialis hypothecæ titulo obligare*: siquidem emphyteuticus contractus alienationis species est, *l. ultima, Cod. hoc tit. cap.* 1. *&* 2. *de rebus Ecclesiæ non alienandis in* 6. *cap.* 1. *& cap. tua de his quæ fiunt à Prælatis, sine consensu Capituli, Can. sine exceptione* 12. *quæst.* 2. Clem. 3. *de rebus Ecclesiæ non alienandis*, Novella 7. *de non alienandis, aut permutandis rebus Ecclesiæ, §. emphyteusim*. Hotmanus *cons.* 31. *num.* 38. *& cons.* 32. *num.* 16. de Marinis 2. *resol. cap.* 84. *nu.* 1. *cap. nulli liceat* 5. *de reb. Ecclesiæ, &c. cap. quisquis* 19. *cap. Apostolicos* 33. *cap. Diaconi* 35. *cap. quisquis* 37. *cap. Abbatibus* 41. *cap. sicut* 49. *cap. non liceat* 62. *& ferè per totam* 12. *quæst.* 2. *cap. infames* 17. 6. *quæst.* 2. *cap.* 1. 10. *quæst.* 2. *cap. possessiones* 92. 16. *quæst.* 1. *cap. si Sacerdos* 10. 16. *quæst.* 3. *cap. quicunque* 2. 17. *quæst.* 4. *cap.* 1. *cap. tua, de his quæ fiunt à Prælat. cap.* 2. *de donation. cap.* 1. *& per totum, de reb. Ecclesiæ, &c. lib.* 6. Clementin. 1. *eod. tit. extravag. ambitiosæ, eod. tit.* neu quicquam refert,
3 numquid sterilis, inutilisve sit; nec nè: quandoquidem nec quæ sterilis est, procul à solemnitatibus alienari fas est, *cap. ut super* 8. *§. possessiones vero, & cap.* 7. *de rebus Ecclesiæ, &c. cap.* 1. *ibi prædium Ecclesiæ magnum, vel exiguum* 17. *quæst.* 4. Argum. *legis si fundus* 13. *in princip. ff. de rebus eorum*. Duarenus *lib.* 7. *de sacris Eccles. cap.* 9. Rebuffus *in compend. alienat. num.* 60. Gonzalez *in laudato cap. ut super aliqua, §. possessiones verò*. Cironius *in paratitl. in tit. de rebus Ecclesiæ*
4 *alienandis, &c.* inde fit, quòd Ecclesiastica nec identidem ad longævā tempestatē cujuscūq; conditionis sint locari valent, *cap. nulli* 5. *&* 7. *de rebus Ecclesiæ alienand.* Clement. 1. *extravag. ambitiosæ, eodem tit.* foret enim alienationis species, cum ex locatione ad longum tempus facta utile transferatur dominium, *l.* 1. *§. quod autem, l. finali, ff. de superficiebus, l.* 1. *&* 2. *ff. si ager vectigal.* Cujacius *lib.* 12. Pauli *ad edictum in l. id est* 74. *ff. de rei vindic.* Valentia *lib.* 2. *illustr. tract.* 1. *cap.* 6. *num.* 1. Amaya *in l.* 1. *Cod. de fide, & jure hastæ, num.* 31. tametsi sterilia in emphyteusim permitti possint, *cap. si quis Præsbyterorum* 6. *de rebus Ecclesiæ, cap. ad aures* 7. *cap. ut super* 8. *§. possessiones, tit. eodem, cap. per tuas* 5. *de donationibus, cap.* 2. *de feudis, cap. terrulas* 12. *quæst.* 2. Authores apud Grannanieto 3. *decretal. in supralaudato cap. si quis Præsbyterorum* 6. *num.* 1. Cironius, Gonzalez, ibidem, quemadmodum nec fundus pupillaris, *l. si fundus* 13. *ff. de rebus eorum qui sub tutel. l. final. §. ultim. de legatis* 2. Argum. *l.* 3. *§.* 1. *& §. item quæ in potest. ff. de reb. eor. qui sub tutel. l.* 1. *Cod. de præd. & aliis reb. minor. l. magis puto* 5. *ff. de reb. eor. qui sub tutel. l. si fundus* 13. *in princ. ff. eod. tit. l. ult. ff. eod. tit. de reb. eor. qui sub tut.* Antonius Faber *in Jurisprudentia Papinian. tit.* 13. *de tutelis, princ.* 7. *ad illat.* 83. *usque ad* 90. Cironius *in paratitl.* 5. *lib. decret. tit.* 13. *de reb. Eccles. alienand. vel non*. Gonzalez 3. *decretal. tit.* 13. *de reb. Eccles. &c. in cap. ut super* 8. *§. possessiones*, igitur, &c.

5 Probatur 2. Ideò decreti solemnitas jure reposcitur, non nisi, ut Pontifici liqueat, num rei Ecclesiasticæ alienatio Ecclesiæ expediat nec nè; quò ritè discusso, perpensoque decretum vulgat Pontifex (fas est) quod & de re aliqua ex parte, ac in totaliter sterili verificatur, igitur sive res in totum alienetur, sive in emphyteusim permittatur, sive totaliter, sive aliqua ex parte sterilis sit, nunquamnon Pon-

Pontificis indultum postulatur, alioqui ceù subreptitia, ac per consequens procul à juris solemnibus celebrata infirma ducenda sit, *d. cap.nulli 5.ex extravag. ambitiosè, cap.sine exceptione 12.quæst.2.* utpotè supra cumulatiùs demonstratum fuit.

6 Probatur 3. Ubi aliquod juris solemne essentialiter autumatur, toties eo desinēte actus infirmus ducendus est: exemplo esto de Parochi, atqueadeò binorum testium in nuptiis præsentia, idque genus. Tridentinum *sessione 24. de reformat. cap. 1.* in nostro porrò casu Pontificis velle, ut res Ecclesiastica alienari fas sit, essentialiter reposcitur, utpotè ex ipsismet liquet verbis, ut supra probatum fuit, igitur, &c.

7 Hinc explodendi sunt Authores illi, edifferentes, quod ubi justa alienandi rem Ecclesiasticam haberetur causa; toties firma ducitur alienatio isthæc, tametsi Pontificis decretum desideratur: proptereaquod infirma censenda sit, adusque Pontificis velle, permissioque habeantur: quandoquidem utilitas isthæc legitima, universalium rerum Ecclesiasticarum administratori agnita esse debet, alioqui quamplurima sectarentur absurda, scilicet Episcopi jurisdictionem ob hanc apparentem, seu necessitatem, seu utilitatem sibi usurparent; idque genus, quod profectò absurdum ab Ecclesia omnia eradicandū est, cum Ecclesiastica bona potius asservanda, quam pessundanda sint.

8 Dices 1. *Obstat textus in cap. 1. extra de in integrum restitutione*, ubi sancitum habetur, quòd si Ecclesia in alienatione læsa fuisse feratur, tunc ei in integrum restitutio permittitur, *cap.requisivit 1.cap.auditis 3.de in integrum restit. cap.cùm causa 8. de re judicata,cap.ad nostram,de reb.Ecclesiæ, cap.1. de in integrum restit. lib. 6.* Consule Donellum *lib.21.commentar.cap.19.* Hotmanum *consil. 125.* Vultejum *lib. 4. de judiciis.* Garcia *de nobilitat. glossa 6. §. 2.* ast in integrum restitutio actum firmum supponit: alioquin haud refunderetur læsum; igitur, &c.

9 Textus supralaudatus, Pontificis decretū interpositum fuisse supponit, ac per consequēs alienationem firmam; tametsi restitutio facienda sit in illo, in quo læsa fuit Ecclesia.

10 Dices 2. Obstat textus *in cap.ad aures, de rebus Ecclesiæ alienandis*, ubi Alexander III. vig. Episcopo responsitat posse nonnullas sub annuo censu in emphyteusim concedere terras, dummodo id Ecclesiæ utile sit, igitur decretum istiusmodi haud essentialiter reposcitur, quandoquidem de ipso nihil mentionatur in supralaudato textu.

11 Ex hoc ipso textu arguitur thesis nostræ firmitas: siquidem Pontificis supponit decretum: proptereaquod addubitabat Episcopus, num Terræ illæ in emphiteusim permitti quiverant? respondit posse, *nisi* (en textus verba) *forte tunc aliis possint ad majorem Ecclesiæ utilitatem cum eodem labore, & onere conferri*; en quo pacto Pontificis velle pro actus robore postulatur.

Pro decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

Alienatio rei Ecclesiasticæ universis haud adhibitis juris sollemnibus, concurrente etiamnum læsione: numquid infirmanda sit, ac per consequens ad rei restitutionem, unà cum fructibus astringendus sit emptor?

Alienatione permissa: an concessa identidem pignoratio ducatur?

Alienatio rei emphyteuticæ Ecclesiasticæ alicui sub assuetis pactis permissa, si per ejus hæredem irrequisito Domino directo, pro libero, pro certo convento pretio cum emptore alienata fuisse prædicetur: num firma ducenda sit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.
Num. 2. ejusdem probatio.
Num. 3. Thesis secundæ decisio.
Num. 4. ejusdem probatio.
Num. 5. Thesis tertiæ finitio.
A' num. 6. usque ad 9. ejusdem probatio.
A' num. 9. usque ad finem oppugnatio, & ejusdem solutio.

1 Alienationem rei Ecclesiasticæ universis haud adhibitis juris solemnibus, concurrente etiamnum læsione, ipso jure infirmam, ac per consequens ad rei restitutione unà cum fructibus astringendum esse emptorem, tametsi infirmitatis declaratio reposcitur, reor; est Grammatici *decis.79.* Cacher. *decis. pedemont. 50. num.2.& 173.num.10.* Stephan. Quaranta *in summa gullarii verbo alienat.rer. Eccl.nu. 16.* Riccii *in collect. decis.91.* aliorumque. Auctor est Thorus *compend. decis. tomo 1. §. alienatio rei Ecclesiæ non adhibitis omnibus solemnitatibus*, litteris mandans, sic per S.C. prædefinitum fuisse.

2 Thesis isthæc probatione minus indiget siquidem in Capicianæ decisionis 105. examine id fusiùs commonstratum fuit.

3 Alienatione permissa, etiamnum datam pignorationē, haud dubiè duco, sive permissio isthæc à lege, vel ab homine data prædicatur. est adversus Thorum *cōpend.decis.tomo 2. §. alienatione permissa an censetur permissa quoque pignoratio*, Gizzarellum *decis.77.*

4 Probatur: utrobique namque eadem urget ratio, ac per consequens eadem juris statuitio, *l.illud, ff.ad l.Aquiliam, l.si postulaverit, §.2. ff.ad l.Juliam de adulteriis*, cui enim conceditur plus, in ea ratione à fortiori & minus ei copiā fieri plusquam manifestum est, *l.multo magis, Cod.de Sacrosanct. Eccles. cap.cui licet 53.de regulis juris, lib.6.l.non debet, ff.de reg. iur.*

Jur. l. in toto 113. *ff. eodem, l.* 3. §. *si plusquam, ff. de statu lib. l. in eo quod* 110. *ff. de diver. reg. juris*. Consule quæso Petrum Fabrum *ad d. l. non debet* 21. & *d. l. in eo quod* 110. Antonium Fabrum *in jurisprud. papinianea tit.* 13. *de tutelis, princ.* 7. *illation.* 87. *circa medium*; igitur cum nostro in themate alienatio illa ducatur, à fortiori oppignoratio, quæ alienationis species est, cum ad alienationem via sit, *l. pignoris* 17. *ff. de pignoribus, l.* 31. & *quamadmodũ* 15. §. *quod dicitur, de pignor. l. ante omnia* 23. *ff. de probat.* Antonius Faber 3. *Cod. tit.* 22. *de rei vindicat. definit.* 3. *num.* 5. *in allegat.* & 4. *ejusdem tit.* 36. *defin.* 2. *in allegat. num.* 9.

5 Alienationem rei emphiteuticæ Ecclesiasticæ alicui sub assuetis pactis permissam, si per ejus hæredem irrequisito domino directo pro libera pro certo convento pretio, cum emptore alienata fuisse prædicetur: firmam fore alienationem istiusmodi indubiè duco: tametsi alienans ad census decursos, ac decurrendos astringendus sit, si in rei emphiteuticę concessione illam alteri alienandi facultas à domino directo haud data sit; & in solutionis desinentia ad priscũ revocare rem in emphiteusim datam, valet, uti per S. C. sancitum fuisse refert Thorus *tomo* 2. *compend. decis.* §. *alienatio rei emphiteuticæ concessæ alicui*, est contra Decium, Ruinum, Rolandum, aliosq; apud eumdem Thorum.

6 Probatur: longe namque dispar est ratio de feudi alienatione irrequisito domino directo eloqui, ac de emphiteusi: propterea quod tametsi in feudi alienatione expressus domini directi assensus reposcitur, alioquin alienans feudum, illud deperderet, *cap. Imperialem in principio de prohibita feudi alienatione, l.* 2. & *passim, Cod. si alien. res pign. cap. ult. de invest. de re al fact.* §. *ult. in quibus causis feud.* argum. *l. interest* 6. *Cod. de usufruct. l. falsus* 43. *ff. de furtis.* Hotmanus *cons.* 31. *per totum*, verumtamen secus in de emphiteusi erit edisserendum; disparitatis ratio est, quandoquidẽ in feudo summa vassalli fidelitas exposcitur, *lib. feud.* 2. *tit.* 26. §. *omnes,* & *tit.* 55. §. *ducatus*: ubi Federicus statuit, ut omnes qui partẽ feudi habent, jam divisi, vel dividendi, fidelitatẽ faciat, Hotmanus *de feudis disput. c.* 26. *lit. C.* atq; adeo personale quiritatur servitium, Cironius *in paratitl.* 5. *decret. tit. de feudis* 20.

7 exemplarium esto de tribus viris robustissimis fideliter defensitantibus David, pugnantem contra Philiisthim, & attulerunt ei de aqua cisternæ Bethelem, quam cum desiderio magno petierat, 2. *Regum* 23. 1. *par.* 11. quemadmodum identidem noluere, ut exiret cum eis ad Prælium, dicentes: *Tu unus pro decem millibus computaris* 2. *Regum* 18. quod in re in emphiteusim data haud perhibetur: etenim in re emphiteutica nullum personale reposcitur servitium, dumtaxat vero canonis persolutio, cum emphyteusis sit *contractus, quo res immmobilis in perpetuum, sive in longum tempus quoad dominium utile conceditur, sub certa pensione præstanda domino directo, l.* 1. *Cod. de jure emphiteutico. l. sciendum* 15. §. *qui satisdare, l.* 1. & *ultima. ff. si ager vectigal. l. cum sponsus* 12. §. *in vectigalibus, ff. de public. l.* 3. §. *si ego, ff. de novi operis nunciat. l.* 1. §. *quod ait* 3. *l.* 3. *ff. de superfic.* Donellus *lib.* 9. *commentar. cap.* 14. Bronchorst. *centur.* 1. *assert.* 80. Julius Clarus *commentar. lib.* 4. *sente.* §. *emphyteusis,* pro qua efficienda, res subjecta esse supponitur, cum quęlibet res de uno ad alium transiens, cum reali onere transire perhibeatur; quare juremeritò dominus directus, & adversùs alienantem, & emptorem unà agere quit pro cẽsus, seu canonis executione;

8 enimverò census fundum, utpotè accidens subjecto inhęręt suo, *l.* 1. & 2 *ff. si ager vect. vel emph. per pet.* Donellus *lib.* 20. *de jure civili, c.* 8. *sub num.* 30. ac per consequens rem in emphyteusim datam sequestro subdere potest, cujus finis, crediti assecuratio est, *l. sequester* 119. *ff. de V. S. l. ei apud quem,* §. 1. *l. etsi in Asia, ff. depositi, l. interesse* 39. *ff. de acquirenda possessione, cap. examinata de judiciis*; Consule Cujacium, *lib.* 9. *observat. cap.* 33. & *in d. l. interesse* 39. ubi Giphanius *num.* 6. Donellum *lib.* 5. *cap.* 13. Hotmanum *ad tit. de deposito, num.* 16. Connanum *lib.* 3. *commentar. cap.* 10. D. Franc. Ramos *in memor. ad Alex.* 7. *propos.* 2. §. 2. *num.* 26. D. Josephum de Retes *in repetit. prælect. ad tit. de acquirenda possessione, cap.* 2. *consect.* 4 igitur, &c.

9 Dices emphiteuta canonem haud persolvens, vel rem deteriorans jure cadit suo, *auth. qui rem, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis, l.* 2. & 3. *Cod. de jure emphyteut. auth. qui res, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis, novella* 12. §. 2. *collat.* 9. *cap. potuit* 4. *de locat.* & *conduct.* ubi Barbosa, Cujacius, Gonzalez, idque genus; Inspicito Sarmient. *lib.* 3. *select. c.* 8. Bronchorst. *enantioph. centur.* 1. *assert.* 83. & *miscel. assert.* 45. & 46. Cujacium *in l.* 3. *Cod. de jure emphytheuth.* Antonium Fabrum *de error. pragm. decade* 95. Corasium *tomo* 2. *ad tit. Cod. de jure emphyteuth. in l.* 2. Elsrinum Hunnium *in encyclop. par.* 3. *tit.* 2. *cap.* 2. Velascum *de privile. pauper. par.* 1. *quæst.* 33. *per totum*, igitur si rem irrequisito domino directo identidem alienet, illam deperdere debet.

10 Disparitas liquet; deteriorando namque rem, vel canonem haud persolvens in essentialibus deesse perhibetur, alioquin emphyteusis prædefinitio proculdubio pessundaretur, ut perpendenti liquet: quare juremerito infirma ducitur illatio de feudi alienatione ad emphytheusim, vel è diverso, ut sæpè sæpius suprà commonstratum fuit.

DECISIO CVI.

IN Causa Diomedis de Marinis, cum Francino Morello, promiserat prædictus Francinus defendere, & de evictione teneri dicto Diomedi, de quibusdam

dam domibus,& horto sitis in pertinentiis Nuceriæ Paganorum. Diomedes conventus iudicio assistentiæ, & adiudicationis à quodam tertio, omisit denunciare iudicium Francino, quinimò tulit sententiam contra se; nec appellavit, & etiam executionem passus est; nunc agit contra dictum Francinum pro interesse passo ex causa dictæ evictionis. Per Francinum opponitur, quòd ei non fuerat denunciatum,& quod quantũcumq; de hac lite Francinus notitiam habuisset,ex quo apparet, quòd actor qui obtinuit adversùs Diomedem, fecit intimari iudicium etiam ipsi Francino,si sua interesse putaverit; tamen hoc non sufficeret, sed debet vocari, & requiri specialiter per emptorem, ut veniat ad defendendum, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti Species,

SUam alienans alicui domum, polliciensque ejusdẽ emptori, & ex suppositione quod ad judicium citaretur,evictionem, si eam deperdidisse, nec ab ea appellasse, quinimò executionem passus fuisse, nec de hoc certiorem fecisse tradatur emptorem: tametsi per actorem de lite excita edoctus fuerit venditor,qui deinde in foro comparuerit, allegando se habere scripturas,easque ad præsentandum terminum rogitans: numquid venditor ad damnum illatum ab emptore astringendus sit.

SUMMÆ.

Num.1.primæ Thesis partis primæ decisio.
Num.2.ejusdem probatio.
Nu.3.secundæ Thesis 1.partis prædefinitio.
Num.4.& 5.probationes.
Num.6.Thesis secundæ,& tertię finitio.
Num.7.& 8. probationes.

1 DIstinguas: vel de lite excita, & per emptorem, & per actorem venditor nullo pacto certior factus fuisse dicatur, tunc hoc in casu alienantẽ ad nil astringendum esse reor 1.est Io:Andreæ, Bartoli, Saliceti, Alexandri, aliorumque Author est Antonius Capicius *hic nu*.2.

2 Probatur: totum quod accidisse feratur, id non nisi ex emptoris,secus vero venditoris culpa evenisse supponitur, ac per consequens ad nil astringẽdus sit;siquidem emptoris muneris erat de lite concitata venditorem monitum facessere, ut sua defensitare quiret jura.

3 Vel si de lite per actorem excita, secus vero per emptorẽ admonitus dumtaxat fuisset venditor; tunc in isthac facti specie etianum ad nil astringendum esse venditorem reor 2. est eorumdem supralaudatorum Authorum, apud Capicium *hic n*.5.edocentem, sic per S. C.prædefinitum fuisse. Ursil.ad Afflictum *decis*.49.de Franchis 523.*nu*.4. Thorus Author est *compend. decis*. §. *promisit venditor, qui de evictione rei venditæ*.

4 Probatur 1.ubi excita emptori esse perhibeatur lis: nec de hoc certiorem faciat venditorem,toties suo cedere videtur emptor juri, cum quilibet juri privato cedere valeat suo, ac nemini injuriam infert,*l.injuriarum*, §.1.*ff.de injur.l*.3.§.*is tamen,ff.de libero homine exhib.l.qui injuriarum*, §.*is qui,ff.de jurejurando, l. jurejurando, l. quod Reipublicæ, l. injuriam,ff.de injuriis, l.fluminum*,§.*ultimo, ff. de damno infecto, l. Proculus, ff. eodem, l.si donaturus*,§.*si quis indebitam,Cod.de condict. ob causam, l.si meo, ff.de aqua pluvia arcen.c. cum Ecclesi*.21.*vers.quia de elect*. ac per consequens se abdicare jus, quod ad venditorem ut se defensaret astringendum habebat;siquidem haud se fugiebat venditoris vinculum ad ipsum emptorem tutandum; neu edisse suffragatur per actorem, vẽditorẽ fuisse monitum: quandoquidem id merè materialiter

5 se habet: obligatio namque in emptore certiorandi venditorem de lite excita; secus vero in actore residet, *cap. si venditori ult.de empt.& vendit.l.si ideo, l.si per imprudẽtiam, l.si ab emptore* 49*.l.fundo* 53.§.1. *l.actore* 7*.l. emptor* 8*.l.si controversia* 9*.l.si cum quo* 19.*C. de evict.l*.1. *Cod.de periculo, & commodo,l.libera* 8.*Cod.de sent.& interl*.Petrus Gregorius *lib*.3.*partit.tit*.13.*cap*.9.Antonius Faber *lib*. 2.*coniect.cap*.3.*&* 5.*& de error.decade* 1.*errore* 10. Bachovius ad Treult. *disput*. 2. *thesi* 7. *lit.A*.Julius Pacius *de emptione nu*.206. Donellus *in l*.8.*Cod.de evict.& in tract. de evict. cap*.5.Petrus Faber *lib*.5.*syntag. cap*.21. Fachineus *lib*.2.*controvers.cap*.35.*& lib*.7. *cap*. 14.Arias de Mesa *lib*.2.*var.cap*.32. idque ge-

6 nus; inde est, quod si de hoc monitum, haud facessit venditorem,tunc in culpa est,quæ suũ sectatur Authorem, *l.sancimus,Cod.de pœnis, cap.quæsivit, de iis, quæ fiunt à majori parte capituli, cap.romana in fine de sentẽn.excommunic.in* 6. igitur, &c.

7 Probatur 2.ex textu *in l*. 1. *C.de periculo, & cõmodo rei venditæ,l.emptor,& l.si parentes viderit, Cod. de evictionibus*, Author Regens de Franchis *decis*.523.*num*.3.*usque ad* 10. *l.carbonianum*, §. *sed si quis de carboniano edicto*. inspicito Ursill. supralaud. *nu*.2.

Se-

Secunda Facti Species.

INstrumentum, in quo evictio promittitur, si in pollicentis læsionem celebratum fuisse feratur, utputà si rem alienatam defensare polliceretur non nisi ob puram emptoris pecuniarum promissionem, numquid ad evictionem astringendus sit venditor.

Tertia Facti Species.

SI res, quæ evicta esse supponitur, hæsitetur num sit res illa, de qua evictio pollicita fuit, nec ne, an ad evictionem etiamnum sit astringendus alienans.

6 Eodem binæ facti species negativo solvuntur responso, ac per consequens ad evictionẽ, haud fore astringendum venditorem, indubiè autumo, ceu defactò prædefinitum per S. C. memorat Capicius *hic, in fine*; ibi: *item non apparebat, quod hæc eadem res, quæ evicta est, fuit illa de cujus evictione promissum fuerat ideo judicavit pro Francino*. est Ursilli *decis.* 49. de Franchis *decis.* 523. *num.* 4.

7 Probatur: evictionis pollicitatio, & facti adeoque probatione indiget juxtà triviale brocardicum illud: quicquid facti est probatione indiget, *l. in bello, §. facta, ff. de captivis, & postlim. reverf. l. si emancipati* 9. *Cod. de collat. l.* 1. *Cod. de probat. l. quacumque, §. finali, ff. de publican. l. assecuratio, Cod. de non numerata pecunia, cap. cum Joannes, §. verùm de fide instrum. cap. licet de constit. in* 6. & obligatio est. argum. *legis cum servus* 11. *ff. de judic. solvi, l. ultima, Cod. de assert. tollenda, l.* 2. *ff. judic. solvi*. Consule Donellum *in l. si quis* 26. *Cod. de evict.* cum evictio sit rei, quæ apud nos ex justa causa erat ablatio ab alio dominii, vel hypothecæ jure sine culpa nostra per Judicem facta. Donellus loco supralaudato. Duarenus *in ff. de evictio*. Petrus Gregorius *lib.* 25. *syntag.*

8 *cap.* 22. *num.* 3. inde est, quod ad evictionem ablatio cum effectu præcedere debet, *l. ubi* 16. *ff. de rei vindic. l.* 4. *ff. de actio. empti, l. evictus* 35. *l. habere* 57. *l. plus* 74. *§. mota, ff. de evict. l. qui rem* 3. *Cod. eodem, l. ex his* 5. *Cod. de evict.* Gomez *lib.* 2. *var. cap.* 2. *num.* 39. ac per consequens, & instrumenti firmitatem, & pecuniam solutam, & rei certitudinem super qua pollicita fuit evictio supponit; alioqui de subjecto haud supponente eloqueremur, quod perabsurdum foret; verum enimverò nostro in themate cuncta isthæc deesse supponuntur, igitur, &c.

Pro decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

CUinam facienda sit denunciatio, si extinctus prædicetur testator?

Denunciatio numquid venditoris fideiussori fieri sat sit?

Quisnam evictionis Judex competens esse prædicatur?

Venditor: utrum emptoris rem defensitare debet.

Emptor: num venditorem, ut ad evictionem se obliget, astringere queat: quidve prędefiniendum, si in venditionis contractu de evictione nulla facta fuerit mentio.

Si venditor pactum iniisse feratur, ut ne ad evictionem astringatur: an identidem re evicta precium restituere, sit cogendus.

Venditor: numquid fidejussoriam cautionem pro evictione præstare sit adstringẽdus.

Quidve prædefiniẽdũ, si post rei alienationem ante pretium persolutum super re vendita excita fuit lis: utrum ad evictionẽ astringendus sit venditor; ac per consequens pretium persolvere minùs teneatur emptor.

SUMMÆ.

1 Enunciationem esse faciendam hæredi si demortuus sit testator autumat Verdæ *lib.* 3. *instit. tit. de emptione, & venditione, lemma* 66. *num.* 1790.

2 Probatur 1. ex *lege cum successor, Cod. de evictionib. l. si rerum quæ* 62. *ibi si ei, qui mihi vendidit, plures hæredes extiterint, una de evictione obligatio est, omnibusque denunciare, & omnes defendere debent, ff. de evictionibus, cap. si venditori ultimo de empt. & vendit. l. si ideo, l. si per imprudentiam, l. si ab emptore* 49. *l. fundo* 53. *§.* 1. *Cod. de evictio.* uti feraciùs suprà commonstratum fuit. Larrea *decis.* 73. 74. & 75. Giballinus *tomo* 2. *de negotiat. lib.* 4. *cap.* 6. *art.* 5. Caldas Pereyra *de empt. & vendit. cap.* 32. Thomas Manlius *de empt. tit.* 11. *fol.* 375.

3 aliiq; siquidẽ individua est persona, cum tale sit tuitionis jus, ac per consequens quilibet suũ tutari astringitur, *l. si cum uno, ff. si ex noxali causa*, Gaillus 2. *observat.* 14. *num.* 2. igitur, &c. tum quia defunctus cum hærede suo una ducitur persona.

4 Denunciationem venditoris fideiussori, haud esse faciendam, existimant Verdæ *ibidem lemma* 48. *n.* 1791. aliiq; pænes ipsum.

5 Probatur: ex *l. Authore, Cod. de evictionibus*, tum quia denunciatio principali facienda est: propterea quod fideiussor, haud principalis, ast accessorius est, quod idem æquipollens est, ac si principalis persolvere impotens fieret, ipse pro ipso satisfaceret, cum isthæc sit ejus obligatio, *l. amissis 17. de fidejuss. tut. l. si ita 6. Cod. de novat. l. fidejussores, de fidejuss. tut. l. 1. Cod. de magistrat. conven. l. 1. Cod. de conveniend. Fisci debit. l. 2. l. non rectè 3. l. liberum 16. l. rei 23. l. ultima, Cod. de fidejussor. l. si mandavero 22. §. interdum, ff. mandati, novella 4. de fidejuss. cap. 1. auth. præsenti, Cod. de fidejussor.* argum. textus *in cap. pervenit 2. de fidejussor. cap. olim el 2. de restit. spoliat. cap. pervenit de arbitris, cap. 3. de fidejus. cap. finali de fidejuss. l. Lucius 38. §. 1. ff. mandati, l. si ab arbitrio 10. §. si ex causa, ff. qui satisdare cog. l. si is, à quo, §. semel juncta, l. plane sequenti, ff. ut in possess. legat. l. in omnibus, ff. de judiciis, l. si creditores 31. ff. de privileg. credit. l. 3. ff. de fidejuss. l. 1. & 2. ff. qui satisdar. l. 1. ff. si quis in jus vocatus*, idque genus consule Osualdum *lib. 15.* Donelli, *cap. 48. lit. S.* Parladorium *lib. 2. rer. quotid. cap. ultimo 4. par. §. 7. num. 10.* Cujacium *in novella 4.* Salgado *1. p. labyrinthi c. 83. nu. 85. & 3. par. c. 11. ex n. 56.* Donellum, & Cujacium *in l. 10. Cod. mandati*, Vinium *lib. 2. select. cap. ultimo*, Gayllum *lib. 2. observat. cap. 29. num. 2.* aliique; igitur, &c.

6 Emptoris conventi Iudicem esse competētem, ac per consequens coram quo rem venditor tutari debeat suam; atque adeo emptoris declinatoria uti posse docet Afflictus *decis. 227.* Grammaticus *decis. 21.* Giurba *decis. 8. num. 28. & 29.* Surdus *decis. 315. nu. 21.* Gomez *2. variar. cap. 2. num. 39.* Author est Verde *instit. lib. 3. tit. de empt. & vendit. lemma 48. num. 1792.*

7 Probatur: ex *l. venditor, ff. de judiciis*, quod identidem ratione liquet: unusquisque enim coram suo competenti Judice sistere debet, *cap. si diligenti 12. de foro competenti, cap. inolita 42. cap. placuit 43. 11. quæst. 1. cap. 2. & 3. 9. quæst. 2. cap. significasti de foro competenti, cap. significaverunt de judiciis*, Synod. Carthag. *can. 107. cap. penult. de foro competent.* idque genus, Faber *lib. 22. coniectu. cap. 7.* Fachineus *8. controv. cap. 4.* Petrus Gregorius *lib. 2. partit. 9. cap. 11.* Donellus *lib. 17. comment. cap. 20. vers. illud.* Cironius *ad tit. de pactis*, aliique: in nostro porro casu emptoris conventi Judex secus ducitur; igitur, &c.

8 Secus vero edisserendum ubi venditor ante occæptum judicium cum emptore comparuisse feratur: propterea quod tunc ut reus ad propriū trahere litem dicitur forū, *l. in criminali, Cod. de jurisdict. omnium, l. juris ordinem, Cod. eodem tit. l. finali, Cod. ubi, & apud quem, cap. experientiæ, & cap. si quisque 11. quæst. 1. cap. sane, cap. cum sit generale, cap. si Clericus de foro competenti.* hinc Cicero *lib. 2. de oratore: reos appello non modo eos qui arguuntur, sed omnes de quorum re disceptatur*, cum ipsi potius, quam actori favendum sit, *l. favorabiliores, ff. de regul. jur. §. retinendæ instit. de interd. c. cū sūt partiū de regul. jur. lib. 6.* idemq; juris est si ab ipso judiciū incæptet, ac se obliget, ut in re petita executio fiat, *l. sed etsi, §. item rem, ff. de petitione hæreditatis, l. plane, ff. familiæ ercíscundæ.*

9 Venditorem emptoris rem tutari debere impensis propriis, censent Gratianus *decis. 33. num. 7.* Cevallos *tomo 1. quæst. 321.* Author est Verde *instit. lib. 3. de empt. & vendit. lemma 49. nu. 1795.* quod locum obtinet suum: tametsi res haud evicta sit.

10 Probatur 1. ex textu *in l. non dubitatur, Cod. de evictionibus, l. venditores 102. ff. de verbor. oblig. l. si plus, §. mota, ff. de evict.* igitur, &c.

11 Probatur 2. quemadmodum venditor liquidum rei alienatæ precium reciperare supponitur; ita identidem liquidam rem, ac per consequens haud tricis involutam emptori refundere debet; alioqui justitia inter venditorem, emptoremq; haud verificaretur, quod perabsurdum foret, cum naturali opponatur juri, justitiam asservari jubenti, quæ in cunctis servanda est. hinc Cicero *1. offic. justitiæ inest splendor virtutis maximus, ex qua boni viri nominantur: cujus primum munus est, ut ne cui quis noceat, nisi lacessitus injuria: deinde ut communibus pro communibus utatur; privatis autem, ut suis*; igitur, &c.

12 Hinc esse explodendos existimo Authores illos edisserentes venditorem de evictione haud esse astringendum, si emptor adversariū vincat suum, *ex l. si controversia, C. de evictionibus*, propterea quod liquidam, emptori tradere debet rem, ac per consequens ad universum ratione rei venditæ damnum passum obstringendus foret.

13 Emptorem obstringere posse venditorem, ut ad evictionem se obliget, opinatur Verd. *instit. lib. 3. de empt. & vend. lēma 46. n. 1781.*

14 Probatur: ex textu *in l. non ex eo 3. Cod. de evictionibus*, quod identidem ratione commonstratur: emptor namque liquidum refundit precium, sic etiamnum venditor liquidam debet dare rem, ac per consequens, & illam propriis impensis defensitare cogendus sit, alioqui debitus justitiæ locus haud daretur, quod per absurdum foret, quinimò fraudibus aditus fieret, quod juribus obversaretur, *l. in fundo, ff. de rei vindic. l. cum is, §. si cum lis, ff. de transact. l. qui sub prætextu, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis, cap. porro de divort.* Clem. *1. de usuris, §. finali de concess. præbend.* cum nemini patrocinari debeant, *l. itaque fullo, ff. de furtis, cap. dictum 30. quæst. 1. cap. intelleximus de judiciis, cap. tuæ 12. de Clericis non resident. cap. sedes cap. ex tenore de rescriptis, cap. 2. de dolo, c. 2. de cognat. spirit. c. 1. de collu. deteg. c. tuus de usur.* igitur, &c.

51 Tametsi in venditionis contractu de evictione nullum initum fuit pactum, adhuc esse cogendum venditorem per emptorem tradunt

dunt Verde *in supralaudato loco num.* 1781. Decius *consilio* 1483.*nu.*15.

16 Probatur: ex continenti, ac quis rem alteri dat, illius rei possessionem defensare debet: alioqui injustus autumaretur, rem dando litigiosam: quandoquidem ipse rem haud litigiosam prænsavit, *l. in venditione, ff. de evictionibus, l. in vendendo* 66. *ff. de contrahenda emptione*: quare ratione cujus evictionis sententiæ, re evicta emptor actione ex empto ad interesse agit, *l.* 1. *ff. de actionibus empti*.

17 Si venditor pactum iniisse feratur ut ne ad evictionem astringatur, tum precium dumtaxat restituere, secus vero expensas ab emptore in rei divenditæ tuitione fore adstringendum, ducunt Baldus *in l.* 1. *col. final. Cod. de periculo, & commodo rei venditæ*, Giurba *decis.* 87. *num.* 12. Vivius *decis.* 24. *nu.* 6. de Franchis *decis.* 239. Thesaur. 1. *for. quæst.* 77. Covar. 3. *resol. cap.* 17. *num.* 1. Maranta, aliique Author est idem Verd. *ibid. n.* 1782.

18 Probatur: ex *l. emptor, §. finali, ff. de actionibus empti*: quod identidem ratione liquet: propterea quod tametsi venditor de sui natura ad rei venditæ evictionem sit adstringendus, *l. ex empto in princ. ff. de act. empt. l. si status, l. si non injuria, Cod. de evictionibus*. Consule Donellum *lib.* 15. *de jure civili, cap.* 40. *vers. quarta species, sub num.* 50. cum emptorē defensare teneatur, *l. plus, §. mota, C. de evictionibus, l. qui absenti* 75. *ff. de procurat.* vel suscipiendo in se defensionem, vel exceptiones, idque genus emptori refundēdo, juxtà cū eodem inita pacta; Inspicito textum *in l. si parentes* 20. *Cod. de evictionibus*, dummodo tamen emptor eum monitum fecerit, secus vero edisserendum, si denunciationem omiserit, *cap. si venditori ult. de empt. & vendi. l. si ideo, l. si per imprudentiā, l. si ab emptore* 49. *l. fundo* 53. §. 1. *l. actore* 7. *l. emptor* 8. *l. si controversia* 9. *l. si cum quo* 19. *Cod. de eviction. l.* 1. *Cod. de periculo, & commodo, l. libera* 8. *Cod. de sentent. & interloc.* Consule Petrum Gregorium *lib.* 25. *syntagmat. cap.* 21. Fachineum *lib.* 2. *contr. cap.* 35. *& lib.* 7. *cap.* 14. Iulium Pacium *de emptione num.* 260. Bachov. ad Treut. *disput.* 2. *thesi* 7. *lit. A.* Antonium Fabrum *lib.* 2. *conjecturarum, cap.* 3. *&* 5. *& de errore decade* 1. *errore* 10. Verumtamen si pactum ineatur, quominus adstringatur, pactio isthæc obligat; ac per consequens juri cedit suo emptor, cui optime cedere quit, cum privatū sit, nulliq; injuriam inferat, *d. l. injuriar.* §. 1. *ff. de injur.* idq; genus. Quod autē rei venditæ preciū à vēdi-

19 tore restituendum sit probatur: siquidē alioqui naturali obversaretur juri, neu justitiæ actus in contractu servaretur, quod juribus

20 obnoxium esset: etenim pacta, contractusve, si juribus haud obversentur, utpotè leges asservanda sunt, *l.* 1. § *si conveniat, ff. depositi, l.* 1. *ff. de pactis, l. jurisgentium, §. Prætor ait, ff. eodem tit. l.* 1. *ff. de constit. pecun. l. cùm amplius in fine, ff. de regulis juris, cap.* 1. *de pactis, l. contractus, ff. de reg. juris, l. lege, ff. de pactis conventis, l.* 1. *Cod. de operibus libertorum, l.* 1. *C. commodati, l. non idcirco, in fine, ff. de contrahenda emptione, l. si mandavero, §. sicut, ff. mandati, l. cujus bonis, in principio, ff. de curat. furiosi, l. sicut ab initio, Cod. de actionibus, & obligationibus, l. de contractu, Cod. de rescindenda venditione, l. quamvis, Cod. de transactionibus, l. eo quod, Cod. si certum petatur, l. si quis argentum, §. finali, C. de donationibus*, cum de ipsius conceptu formali sit, ut æqualitas inter contrahētes servetur, *l.* 1. *de contr. empt. l.* 2. *&* 3. *Cod. comm. divid. l.* 2. *Cod. de rescindenda venditione, l.* 3. *comm. utriusq. judic.* Consule Vvessembecium *lib.* 1. *digestor. tit.* 1. *de justitia, & jure, num.* 11. & ibi Henricum, Hahnium, Corasium *eodem tit. num.* 6. Cicero 1. *de orator.* Aristotel. 5. *ethicor. cap.* 3. *&* 4. alioquin justitiæ actus proculdubiò læderentur; quare jure meritò *in append. sentent. ex apophe.* literis proditum est; ibi: *nihil præter æquum faciendum est*, & indidem: *Fortitudinis nullus usus est, nisi adsit justitia*, ac per consequens si rem emptor minus habuisse tradatur, haud incōgruum erit, neu prætium venditorem habere debere, cum emptoris res, venditoris vero præcium sit, *d. l.* 1. *ff. de contrahenda emptione, l.* 2. *&* 3. *Cod. comm. divid.* Vvessembecius loco supralaudato; Hotmanus *epitom. in pand. lib.* 18. *tit.* 1. *de contrahenda emptione, & venditione lit. A. & lit. C. tomo* 1.

21 Venditorem rei fidejussoriam pro evictione, haud præstare debere cautionem, nisi cum speciali pacto id polliciatur, opinatur Baldus *in l. illud, ff. de evictionibus*, apud Joannē Vincentium de Anna *singulari* 570.

22 Probatur 1. ex *l. illud, ff. de evictionibus*, quod etiamnum ratione liquet: nam fidejussoria cautio de sui conceptu onus reputatur, ad quod specialis postulatur obligatio, *cap.* 6. *Proverbiorum. Fili, si spoponderis pro amico, defixisti animam tuam.* Facit *Proverbiorum cap.* 11. ibi: *Affligetur malo, et qui fidem facit pro extraneo*. & cap. 17. juxtà vulgatam editionem: *Qui stipulatur manu, & pro proximo fidejussor spondet, imprudens est.* & *cap.* 20. *Tolle vestimentum ejus, qui fidejussor extitit alienis, & pro extraneis aufer pignus ab eo.* Eamdem sententiam repetit *cap.* 22. *&* 27. unde emanavit Thaletis Milesii præceptum, *ne spondeas*: & in veteri proverbio, *sponsioni noxa præsto est.* Vvissembachius *disputat.* 14. *num.* 13. igitur venditoris expressum reposcitur velle.

23 Ubi super re divendita lis excita fuisse feratur, toties in emptoris ditione est pretiū sive in totum, sive in partem (si pars altera soluta esse supponatur) haud venditori solvere, si ei debita satisdatio haud præbeatur, censet Thorus *compend. decis. par.* 1. *§. venditor an teneatur cavere de evictione si evictio immineret*, describens sic per S.C. fuisse predefinitum.

24 Probatur ex textu *in l. si post perfectam venditionem, C. de evictio.* ibi: *Si post perfectā* ven-

venditionem ante precium numeratum, rei venundatæ excita fuerit quæstio, vel mancipia vendita. proclament in libertatem, cum in ipso limine contractus immineat evictio; emptor si satis ei non offertur ad totius, vel residui pretii solutionem non compelli juris authoritate commonstratur, &c.

DECISIO CVII.

IN Causa Marci Saxi cum Magnifico Joanne de Tupho, & Joan. Baptista de Ponte; fuit dubitatum, an acta facta, & sententia lata cum liquidatione secuta inter Marcum prædictum, & Petrum Saxi super actione personali, in qua Marcus fuit victor, & obtinuit contra Petrum pro certis summis, faciant fidem, & probent ipsum Petrum esse debitorem in hoc judicio, in quo pro quātitatibus tunc liquidatis, & judicatis petitur per Marcum contra prædictos Dominum Joannem de Tupho, & Joannē Baptistā de Ponte assistentia super certis bonis, quæ fuerunt d. Petri, & præsupponitur quod hìc iam constat, & probatū sit, quod ista bona, super quibus adjudicatio petitur, fuerint dicti Petri: unde nō sumus in terminis, de quibus *in l. à Divo Pio, §. si super rebus*, eò magis quia hìc non est actum via executiva, sed actione hypothecaria. Pro Reis quod acta prædicta non probent Petrum fuisse debitorem facit: nam in dicto judicio agitato contra Petrum, non fuerant citati hi tertii possessores, unde eis non præiudicatur, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Prima facti species.

SEntentia super actione personali contra debitorem lata: numquid adversùs tertios possessores haud citatos super rebus fidem faciat, sicut acta inter diversos celebrata.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.
Num. 2. ejusdem probatio.
Num. 3. Thesis secundæ decisio.
Num. 4. ejusdem probatio.

1 HAud fidem producere per S.C. fuisse prædefinitum, memoriæ prodit Antonius Capicius *hìc, num. 9. ibi: Unde S.C. quòad istud dubium inclinabat pro reis per d. limitationē.* est Alexādri, Gabrielis *lib. 2. de cit. conclus. 1. num. 324. & 333.* Thorus Author est *tomo 1. comp. decis. §. sententia lata super actione personali.*

2 Probatur: Judicium namque cum debitore celebratum, extraneum, ętherogeneumque relatè ad tertios possessores minùs citatos ducitur, ac per consequens, cum tertiis possessoribus aliud efformandum erit judicium, *l. absentem 5. de pænis, l. nam ita 39. ff. de adopt. l. de unoquoque 47. ff. de re judicata.* Consule Fabrum 4. *Cod. tit. 15. de testibus, definit. 3. num. 8. in allegat. & tit. 16. de fide instrument. defin. 16. num. 8. in allegat.* igitur contra hoc nullam facessit fidem.

Secunda Facti Species.

TUtoris inventarium per adultum in judicio originaliter præsentatum; licet probationis debiti vim obtineat: an si lata sententia adversus debitorem extante hujuscemodi inventario præsentato contra tertios præfatorum bonorum possessores, exequi possit?

3 Inventarium probare, ac per consequens adversùs tertios præfatorum bonorum possessores exequi posse, indubiè duco. est Antonii Capicii *hìc à num. 3. usque ad finem*; edocentis sic per S. C. prædefinitum fuisse, ibi: *at hoc non obstante S.C. votavit, quod inventarium hoc casu probaret, ex quo non sumus in tertio extraneo, sed in eo qui habet causam à conficiente inventarium, cum præsupponatur reos conventos habuisse causam à Petro in his bonis, super quorum hypotheca conveniuntur.*

4 Probatur: Tertii bonorum possessores hujuscemodi minùs extranei supponuntur, de queis nil hæsitatur, quod contra ipsos inventarium non probet, ac per consequens exequi; ast illi, qui causam habent, non nisi à cōficiente inventarium: siquidem reus istiusmodi tertios conventos à debitore, in iis bonis super quorum hypotheca conveniebatur, causam habuisse supponebatur; igitur, &c. est namque idem, secus verò diversum efformatum judicium, ac per consequens cunctos attingens, ut speculanti liquet.

Pro

Pro Decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

INventarium cujus impensis conficiendum erit? Tutoris nè? an Pupilli?

Sententia lata, Procuratore, cum quo lis contestata fuisse feratur minùs citato: numquid irrita ducenda sit?

Inventarii discussio, cujus expensis fieri debeat? hæredis nè? an Tutoris? vel Creditoris Pupilli?

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.
Num. 2. & 3. ejusdem probatio.
Num. 4. Thesis secundæ decisio.
Num. 5. & 6. ejusdem probatio.
Num. 7. Thesis tertiæ finitio.
Num. 8. ejusdem probatio.

1 PUpilli, secus verò Tutoris expensis cōficiendum fore inventarium autumo. est Andreæ de Isernia *in sing. 5. utrum Burg.* Misingerii, aliorumque. Author est Thorus *compend. decis.* §. *inventarium cujus expensis erit conficiendum*.

2 Probatur: In inventario namque universa pupilli bona, secus verò Tutoris esse descripta supponuntur, *l. ultima, Cod. de jure delib. l. quod sæpè 35. §. in his de contrah. empt.* Antonius Faber 6. *Cod. tit.* 11. *de jure deliber. definit.* 25. *num.* 1. 2. *&* 3. *in allegat.* tametsi enim ad Tutorem inventarii confectio spectet, *l. Tutor qui repertorium* 7. *ff. de administr. Tut.* Antonius Faber 5. *Cod. tit.* 25. *de suspectis tutor. vel curator. def.* 1. *num.* 5. *in allegat.* in quo omnes Creditores, quorum interest, *l. nam ita* 39. *ff. de adopt. l. de unoquoque* 47. *ff. de re judicata*; certi specialiter citandi incerti verò per generale proclama. idem Faber 5. *Cod. tit.* 31. *arbitr. tutel. def.* 8. *num.* 2. *in alleg.* verumtamen impensæ pro ipsius confectione à pupillo efficiendæ sunt. Arg. *l.* 1. §. *ult. Cod. de bon. mat. l. ult.* §. *ubi autem, &* §. *non autem licentia*; *C. de bon. quæ liber.* quandoquidem sin ex Tutoris impensis inventarii celebratio efformanda erit, sanè ejusdem salarium pinguius foret, quod idem esset, ac si ex pupilli impensis efformaretur; ut speculanti liquet; alioqui si in tutelæ administratione potius onus, quā competens lucrum haberetur, quippe nullus in Orbe mortalis haberetur, qui onus istiusmodi reciperaret, quod bonum offensaret publicum: etenim nemo foret qui pupillos defenderet, adeoque indefensi restarent, quod juribus obversatur, *l. tutoris* 30. *ff. de administrat. tutor. l.* 1. *ff. de tutelis, l.* 56. §. 3. *ff. de furtis, l. qui fundum* 7. §. 3. *ff. pro*
3 *empt.* §. 1. *instit. quib. mod. tut.* pupilli namq; per se satis non sapiunt, inde est, quòd alterius prudentioris consilio uti debēt, cum par sit ut sapientiores opitulētur imperitioribus, præcipuè ætati imbecilliori; cujus etiam hostes misereri asolent: eòque diligentius, quo magis insidiis, & captionibus est exposita, *l.* 1. *ff. de minoribus*, non sine magno Reipublicæ periculo, siquidem ejus spes est in recta institutione juventutis. Consule text. *in l.* 1. *ff. de minoribus, l. cum in plures, §. cum tutor, ff. de administrat. tutor. l. sæpè, ff. de verb. signif. l. in copulandis, C. de nuptiis, l. consilio, ff. de Curator. furiosi*, Justinianum *in nov. Constit.* 72. Hotmanum, Balduinum, idque genus, *institut. de tutelis, in princ.* igitur, &c.

4 Sententiam latam Procuratore, cum quo lis contestata fuit, minùs citatio; infirmam fore censeo. est Thori *tomo* 2. *compend. decis.* §. *sententia lata non citato Procuratore*, referentis sic & in Magno Vicariæ Foro, & in S.C. prædefinitum fuisse, aliorumque.

5 Probatur. Sententia namque prolata indefensa parte irrita ducitur, *cap. significaverunt* 36. *de testib. l.* 2. *ff. de quibus apud eumdem Judicem, l. liberi* 7. §. *finali, ff. de liberali causa, l. exitus* 35. *de acquirenda possess. l. is qui destinavit, ff. de re judic. l. ubi captum, ff. de judiciis, l.* 12. *tit.* 5. *parte* 2. *cap. nos in quemquam* 2. *quæst.* 1. *cap. inter quatuor, de major. & obed.* Clem. *pastoralis*, §. *cæterum, de re judicata, cap. cum inter, de exception. cap.* 1. *de testibus, cap. susceptis* 1. *de causa poss. & propriet.* Sarmient. *lib.* 3. *select. cap.* 14. *nu.* 17. Cujacius *lib.* 2. *observat. cap.* 35. *& lib.* 5. *observat. cap.* 20. *& lib.* 5. *cap.* 15. *&* 19. idque genus. Author est Grannanieto 2. *decretal. de causa possess. & propriet. tit.* 12. *in cap. susceptis* 1. *num.* 1. *cap. cum sit Romana*, §. *finali, de appell.* idem. Author ibidem, *nu.* 14. cum defensitatio non nisi jure naturę debeatur, Caramuel *in Theologia morali, quæst.* 8, *cap.* 37. *pag.* 124. Cironius *in paratitl.* 5. *decretal. tit.* 28. *de appellat. pag.* 159. *l.* 1. §. *cum arietes, ff. si quadrupes pauper. l.* 4. *in princ. l. scientiam* 45. §. *cùm aliter, ff. ad l. Aquiliam.* Clem. *pastoralis*, §. *cæterum, de re judicat.* Vvessembecius *in paratitl. de except. num.* 8. Cujacius *ad cap. cum inter* 5. *eod. tit.* in nostra porrò facti specie sententia parte indefensa promulgata esse feratur: siquidem per suum tutari debet Procuratorem, qui hoc in themate minimè citatus fuisse supponitur, ut clientis sui rationes defensare posset;
6 Inde est, quòd Procuratoris muneris est suum defendere clientem, *l. fin.* §. *si ita maluerint, C. de Procurator. cap. intelleximus, de judiciis.*

7 Inventarii discussionem Pupilli hæredis expensis, secus verò pupilli Creditorum faciendam fore, autumo. est Andreæ de Isernia *in singul.* 5. aliorumque. Thorus Author est *compend. decis. tom.* 3. §. *inventarii discussio, cujus expensis fieri debeat*, referentis sic per S. C. decisum fuisse.

8 Probatur ex textu *in l. ultima*, §. *in computatione, Cod. de jure deliberandi*, nam cuncta hæreditatis onera non nisi ad hæredē spectare perhibentur: siquidem ad ipsum & pas-

passivæ actiones, *l.hæres in omne, ff.de acquirend. hæred.l.cum hæredes, ff. de acquirenda hæreditate, l.hæreditas 28.ff.de reg.jur.l.Aristo, ff. de jure deliberandi, l.1.& 2.ff. de bon. poss. l.more, ff.de acquirenda hæreditate.* Donellus *in l. si à patre 5.C.de condictione indebiti,num,1.* inventarii porrò discussio onus reputatur, ut ex ipsismet terminis liquet, cum præter impēsas, molestias involvat suas, igi.&c.

DECISIO CVIII.

IN Causa Magnifici Francisci Marramaldi cum Magnifico Joanne Baptista Marramaldo presupponendum est, quod quondam D. Franciscus Marramaldus Pater quondam Jacobi Antonii Marramaldi sui primogeniti, à quo descendit dictus Franciscus, & quondam Antonii Marramaldi à quo descendit dictus Joannes Baptista in suo ultimo testamento fecit primo legatum infrascriptum, videlicet; & dictæ domus, in quibus ad præsens habitat ipse Dominus Franciscus sint, & esse debeant dicti Antonii præter, & ultra partem eum tangentem de hæreditate ipsius Domini Francisci cum hac conditione, quod dictus Antonius durante eius vita non possit domos ipsas vendere, alienare, obligare, dividere, nec in alium extraneum transferre, ita quod si decesserit sine hæredibus masculis ex suo corpore legitimè descendentibus, quod dictę Domus sint, & esse debeāt ipsius Iacobi Antonii si vixerit, & si non vixerit filii sui Primogeniti, ita quod dictæ domus non exeant de Domo de Marramaldis. Ioannes Baptista Marramaldus filius præfati Antonii possessor domorum prædictarum pretendit sibi jus esse alienandi domos ipsas: nam aut volumus attendere prohibitionem de qua supra; & illa fuit facta Antonio sua vita durante, qui non est casus noster, aut fideicom. quod si decesserit Antonius sine liberis, ut suprà; & minime est casus noster, ex quo Antonius decessit cum liberis masculis, videlicet ipso Ioanne Baptista, ac Francisco, & Antonio filiis Ioannis Loysii nati ex dicto Antonio, prætenditque idem Ioannes Baptista, quod illa verba *ita quod dictæ domus &c.* referātur ad proxima præcedētia, videlicet ad substitutionem factam Antonio de Iacobo Antonio, & filio eius Primogenito: è contrariò præfatus Franciscus filius Iacobi Antonii præfati vult impedire alienationem domorum prædictarum, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

ALienationis inhibitio per Testatorem de aliqua re, utputà de domo, idque genus divulgata, specialiterque alicui vita ejus superstite, postque ejus extinctionem filio primogenito, si absque liberis decesserit, legata, cum clausula isthac, *ne præfata domus extra familiam alienetur*; numquid aliis desinentibus conditionibus, minùs obstāte isthac clausula, etiamnum domus alienari valeat?

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.
Num. 2. 3.& 4.ejusdē Thesis probationes.
Num. 5. Thesis secundæ decisio.
Num.6.& 7.ejusdē Thesis secūdę probatio.

1 Aud alienari posse domum, idque genus, ac per consequens etiamnū fideicommissum durare haud dubiè reor. est Decii *cons. 23. col. 3. vers. conclusio prædicta, & cons. 38.* Alexandri Curtii junioris, Ruini, Antonii Capicii describentis *hīc, in fine,* sic per S.C. prædefinitum fuisse; ibi: *Fuit votatum per omnes, qud dictū fideicommissum adhuc duret, ut Ioannes Baptista non possit alienare per clausulam illam ita quod dictæ domus, &c.* de Franchis *decis. 523. & 524.* Peregrini *de fideicommissis, ar. 52.num.159.* Reg.de Ponte *consil.46.num.29.* Antonii Gabrielis *lib.4. tit.de fideicommissis, conclus.9.nu.44.* aliorumque. Thorus Author est *comp.decis.tom.1.§.alienationis prohibitio.*

2 Probatur 1. ex textu *in l.ita tamen, ff.ad Trebellianum, l.libertas, §.11. de manu. testa.* Clem. 1. *de foro competenti, cap. cum de constit.cap. significatum, de præbendis, l.peto, §.finali ff.de legatis 2.l.cum pater, §.dulcissimis, ff.de legatis 2.* Authores extant Antonius Capi-

picius *hic num.*2.*&* 6. Reg. Ponte de supralaudatus *num.*29. igitur,&c.

3 Probatur 2. Testatoris namque intentio hoc in themate est,ut præfata domus,idque genus in sua asservetur familia, quod ritè ex Testatoris verbis illis arguitur,*ita quod præfatæ domus in familia de Marramaldis manstent*: verum enimverò ubi testatoris velle juribus haud obnoxium esse supponitur; toties pro lege ab hærede servandũ est; igitur si alienatio isthæc verificaretur; profectò pro infirma habenda erit.

4 Probatur 3. Cunctis ex textibus illis,quibus bona servari debent in familia, *l. sororis* 39.*l.nuptiæ* 53.*ff.de ritu nuptiar.l.cum acutissimi* 30.*C.de fideicommiss. l. Lucius* 85. *in fine,ff.de hæredibus instituendis,l.sicut certi,* 9.*&* *l.sequent.C de militar.testam.l.cum alienam* 10. *C.de legatis, l. generaliter* 6. §. *cum autem,Cod.de institution. & substitut. l. cum alius,ff.de condition.& demũstrat.*Hotmanus *consi.* 127.*num.* 10. *tom.* 2. Jacobus Gothofredus *in* 2.*Cod.Theod.tit.*13.*de actionibus ad potentes translatis.tom.* 1. inspicito sodès supralaudatum Fusarium.

Secunda Facti Species.

Res alienari vetita; numquid etiam alienari possit sub conditione isthac,*ut res alia ab alienante illius rei alienatæ loco,emenda, fideicommissi oneri subdatur*.

5 Alienare haud posse,ac per consequens cõditionem hanc fore explodendã, indubiè puto. est Peregrini *de fideicommissis,ar.*52.*num.* 159. adversus Thorum *compend. decis. part.* 1. §. *res prohibita alienari an possit alienari*, memorantem in M. C. V. secus fuisse prædefinitum,laudandãtẽ falsò Capicium *hìc,nu.* 17. edocentem identidem per S. C. sic fuisse prædefinitum: propterea quod de hac decisione hoc in themate nil à Capicio mentionatur,dumtaxat verò per Capicium refertur.

6 Probatur: Ideo Testator rem illam alienari inhibuisse perhibetur; non nisi ratione affectus, quem erga illam habere supponitur
7 rem; inde est, quod prisci mortales bona antiqua semper venerati fuere, præsertim sepulchra. Consule Xenophontẽ *lib.*8.*de Cyro*, aliosve:verum enimverò ubi res alia empta, illius loco suffecta esse edisseritur,toties circa rem hanc fideicommisso subjectata, alienans adversus Testatoris velle se gerere ducitur: ast Testatoris voluntas si legibus obstare haud supponitur,ceu lex servanda est, *l.quidam in suo, ff. de conditionib. & demonstr. l. nemo potest,ff.de legatis* 1. *l.verbis civilibus, ff. de verbor. signific. l. hæreditas etiam, ff. de petitione hæreditatis,l.vel negare, ff. quemadmodum testamenta aperiantur,l.ex facto,ff.de vulgari, & pupillari,l.ult. ff de rebus eorum, qui sub tutel. sunt,l.in testamento, ff.de fideicommiss.libertatibus,l.cum quis* 37.§.*Titia, ff.de legat.*3.Consule Balduinum 2.*institut.in proæm.tit.*10.*de testam.ordinãdis*; igitur,&c.

Pro Decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

Res fideicommisso subjecta: numquid in Principis ditione sit, eam cõmutare posse.

Res fideicommisso subjecta: an utilitatis ratione alienari, preciumque loco ipsius subrogari queat.

Res Ecclesiastica absque assensu Apostolico alienata, verificata enormissima læsione: utrum ob alienationis nullitatẽ sit restituẽda.

Alienare vetitus in fideicommisso quis: num in unum de familia, etiamnum remotiorem alienare queat.

SUMMÆ.

Num 1.Thesis 1.decisio.
Num.2.usque ad 6.ejusdem probatio.
Num.6.& 7.Thesis 2.definitio.
A'num.8.usque ad 11.ejusdem probatio.
Num.11.Thesis 3.prædefinitio,& probatio.
Num.12.Thesis 4.finitio.
Num.13.ejusdem probatio.
Num.14.Thesis 5.decisio.
Num.15.ejusdem probatio.

1 Res fideicommisso subjecta: numquid in Principis ditione sit eam cõmutare posse, dissentio est apud Authores;tu vero distinguas, vel testatoris mens hoc in themate est,bona in familia velle servari sua, tuncque in Principis manu, haud est bona hujuscemodi in alia commutari re,permittere posse. est Peregrini *de fideicommissis art.* 52. *num.* 159.

2 Probatur: facultate ordinaria inspecta,ordinationes testamentarias Princeps haud cõmutare quit, *l. si testamentum*, *Cod. de testamentis*, cum juri tertio, seu testatori quæsito derogare nequeat,*l.*2.§.*merito, &* §. *si quis à Principe, ff.ne quid in loco publico, l.*4.*Cod.de emancipat.liberor.*Antonius Faber 6.*Cod. tit.* 5.*de testam.def.*2.*in allegat.num.*21. Coras.*in ff.de constitut.princ. ad leg. benefic.* 3. *num.*4.

3 nec Principis beneficia debent esse cuiquam captiosa, *l.Paulus notat* 8.*ff.de Prætor. stipulat.* idem supralaudatus Faber: etsi testandi formam,sollemnitatesque præscribere,definireque valeat, *l.omnium* 19. *Cod.de testamen.* cum jus testandi sit ex legibus, *l. verbis legis* 120.*l.lege obvenire* 130.*ff.de verbor.significat.* enimvero Princeps est supra leges, *vulgata*

4 *lege Princeps* 31.*ff. de legibus*; inde est, quod facessere quit,ne leges testamentariis in tabulis, quoad sollemnia haud serventur, *l. nemo potest* 55.*ff.de legatis*; idem supralaudatus Faber *def.*22. *num.*1. *&* 3. *in allegat. volum.*2. quare juremeritò directivè jura, secus vero coactivè servare cogitur, *l.digna vox, Cod.de legibus,l.finali, Cod.de quatriennali præscript.*

tis,

l. quod Principi 56. *ff. de legatis* 2. *l. ex imperfecto* 23. *ff. de legatis* 3. *l. Papinianus* 8. §. *si Imperator, ff. de in offic. l.* 3. *Cod. de testam. l.* 4. *Cod. de lege falcidia, l. si quis Imperator* 6. *&* 7. *Cod qui testamenta facere, cap. justum* 9. *dist. cap. finali de rescript. lib.* 6. Paulus *lib.* 4. *sent. tit.* 5. *& lib.* 5. *tit.* 12. Osualdus *lib.* 1. *comment. cap.* 17. *lit. A.* Petrus Gregorius *in cap.* 5. *de rescript.* Cassiodorus *lib.* 3. *var. cap.* 18; Amaya *in l. unica, Cod. ne Fiscus, & lib.* 1. *observat. c.* 1. aliique; naturale vero, & divinum identidem coactivè cum hisce inferior sit, ut ritè speculanti patet. Consule Hotmanum *consil.* 131. *num.* 2. *lit. D.* in nostro porro casu quippe id verificaretur, Authores sunt supralaudati; enimverò ubi legibus obnoxium testatoris
5 velle nõ est; toties utpotè lex servandũ: propterea quod à testatore ad legem firmum ducitur argumentum, Alciatus Author est *in l. si filius ejus num.* 5. *vers. ita etsi, ff. de liberis, & posthumis,* quemadmodum à testatore ad statutum. Authores sunt penes Augustinum Barbosam *tract. var. loc. arg. juris* 112. *à testatore*: in nostra porro facti specie minus juribus obstat; quinimò cõformis esse edifferitur; igit. &c.

6 Vel ejusdem testatoris mens alium habuisse supponatur finem, quam ob præcisam in familia asservationem, & subdistinguendũ est, vel utilis est hæredi commutatio isthæc, & tunc constito id Principi ex tacito defuncti velle esse permissum commutationem hujuscemodi concedere posse plusquam manifestum est idem Peregrinus loco supralaudato;
7 sin autẽ secus, minus posse dubio procul duco:
8 Utraque thesis pars eodem probatur medio; Principi justa extante causa in novissimis dispensare voluntatibus maximèque ubi ex tacita defuncti voluntate id ritè arguitur; cũ sui muneris sit, & leges condere Corasius *in ff. de leg. & Senat. ad legem non ambigitur* 9. *num.* 4. & commentari, inde fit à fortiori defuncti velle, quod utpote lex se habet Alciatus *in l. si filius, num.* 34. *de lib. & posthumis*: in nostro porro casu res sic se habere supponitur, cum utilis commentatio isthæc hæredi esse supponatur, in quo identi-
9 dem tacita defuncti voluntas arguitur: secus vero edifferendũ si res aliter se habeat: nam tunc defuncti velle, ceu lex servandum est; quoties juribus obnoxium non est, inde
10 est, quod in alterius voluntatem conferri nequit, *l. illa* 32. *l. ex facto, l. si quis ita, l. si quis Sempronius* 66. *ff. de hæred. instit.* idque genus Cujacius 2. *observat. cap.* 2. Connanus *lib.* 10. *commentar. cap.* 6. Robertus *lib.* 2. *recept. sentent. cap.* 11. Sarmient. *lib.* 1. *select. cap.* 11. Antonius Augustinus *lib.* 4. *emendat. c.* 10. aliique, nec in Principis ditione est mutari posse; nisi justa extante causa, ut supra perabundè demonstratum fuit.

11 Res fideicommisso subjecta: an utilitatis ratione alienari, preciumque loco ipsius subrogari queat; eodem responso utendum hoc in casu, ac supra datũ fuit respõsum, cũ utrobique eadem urgeat ratio, inde fit eadem juris statuitio, *l. illud, ff. ad leg. aquiliam, l. si postulaverit,* §. 2. *ff. ad leg. juliam de adulter.* idq; genus: quare juremeritò explodendus est hic Thorus *compend. decis. parte* 1. *vers. res fideicommisso subjecta an possit alienari.*

12 Rem Ecclesiasticam absque assensu apostolico alienatam verificata enormissima læsione: ob alienationis nullitatem fore restituendam etiamnum non verificata enormissima læsione reor: tametsi in M.C.V. in S.C. stante enormissima lesione restitutionem faciendam esse prædefinitum litteris prodit Thorus *compend. decis. parte* 1. §. *res ecclesiastica alienata absque assensu apostolico.*

13 Probatur ex templò ac assensus minus verificatur apostolicus, quælibet res ecclesiastica alienata pro infirma habenda sit, ceu ex supra commõstratis liquidò cõstat, extravag. ambitiosè de rebus Ecclesiæ alienandis vel non Trid. *sess.* 22. *cap.* 21. *cap. nulli* 5. *de rebus Ecclesiæ, &c. cap. quisquis* 19. *cap. apostolicos* 33. *cap. diaconi* 35. *cap. quisquis* 37. *cap. abbatibus* 41. *cap. sicut* 49. *cap. non liceat* 62. *& fere per totam* 12. *quæst.* 2. idque genus Germonius *lib.* 2. *animad. cap.* 20. Gregorius *lib.* 1. *de Republica cap.* 31. Olea *de cess. juris, tit.* 7. *qu.* 1. *num.* 2. Trentacinquius *lib.* 3. *var. tit. de rer. alienat. resol. unic. per tot.* de Marinis *lib.* 1. *resol. cap.* 4. *usque ad* 7. perinde enim se habet, ac si alienata haud fuisset; quandoquidẽ quicquid adversus jura gestum fuisse supponitur; pro nihilo habendum erit, cum contrarietas effugienda sit; imo in omni concilianda dispositione, *l. ubi repugnantia, ff. de regulis juris, cap. cum expediat de elect. lib.* 6. quandoquidem esse nequit, *l. mutuis, ff. pro socio, l.* 1. *Cod. de furtis*: quare juremeritò adversa allegans; haud est audiendus, *l. Titiæ, ff. de condit. & demonstr. l.* 1. *Cod. de furtis, l. transactione, Cod. de transact. cap. amputari de fide instrum. cap. sollicitudinem de appell.* in nostro porro casu in ecclesiasticarum rerum alienatione apostolicus essentialis reposcitur assensus, dicta extravag. ambitiosè, & Trid. loco supralaudato; idque genus; igitur, &c.

14 Alienare vetitum in fideicommisso, in unũ de familia etiamnum in remotiorem alienare posse duco, ut defactò per S.C. fuisse prædefinitum memoriæ mandat Thorus *decis. part.* 1. *vers. alienare probibitus in fideicommisso poterit alienare.*

15 Probatur: testatoris namque velle est, ut ejus bona extra familiam haud alienentur, ac per consequens in familia debere asservari sua: in nostro porrò facti specie uni identidem remotiori alienata bona isthæc, haud extrà familiam alienata esse differuntur; igitur defuncti velle salvaretur; ergo, &c.

D E-

DECISIO CIX.

IN Causa d. Ducis Hadriæ hæredis quondam D. Catharinæ de Rapta suæ Uxoris, cum Universitate Salerni, fuit primo dubitatum, an ipse d. Dux volens prosequi litem, quæ agitabatur inter istam Ducissam, & Universitatem possit petere beneficium ad faciendas probationes. mortua enim fuerit Ducissa post publicationem in causa, &c. *Hactenus Antonius Capicius*.

Secundo dubitatum est in Muliere, vel Ecclesia litigantibus an lapso quatriennio à tempore dati termini, seu publicationis in causa possint petere beneficium, utputà quia instantia fuit restaurata, vel erat facta citatio ad dicendum, & sic perpetuata, &c. *Hæc Antonius Capicius hic num.* 3. 4. *&* 5.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

REstitutionis in integrum beneficium (quod in Regno primum secundumque beneficium vocitari assolet): numquid hæredi, qui in privilegiati locum suffectus esse prædicatur conveniat: utputà si in minoris, vel mulieris, vel Ecclesiæ locum successerit.

SUMMÆ.

Num. 1. primæ Thesis partis prædefinitio.
Num. 2. & 3. ejusdem probatio.
Num. 4. secundæ Thesis partis decisio.
Num. 5. ejusdem probatio.
Num. 6. tertiæ Thesis partis finitio.
Num. 7. ejusdem tertiæ partis probatio.
Num. 8. quartæ Thesis partis decisio.
A' num. 9. usq; ad finem, ejusdem probatio.

1 DIstinguas: vel privilegium merè personale sit, ac per consequens respectu istiusmodi numero personæ permissum esse supponitur; tuncque extincta persona, privilegium identidem fore peremptum, adeòque ad hæredes minus transilire posse haud dubiè reor 1.

2 Probatur personalia jura utpotè merè personalia de ipsorum conceptu est, de uno ad aliud subjectum haud transire posse, *l. exceptiones quæ personæ, ff. de exceptionibus, l. finali Cod. de fidejuss. minor. l. 4. in fine, ff. de actionibus empti, l. ejus artificii, Cod. de oper. libert. lege ejus qui in Provincia* 41. *§. quod si stipulatus, ff. si certum petatur*; siquidem accidentiū

3 naturam consectantur; inde fit, quod quæ accidentaliter eveniunt, rei substantiam haud immutant, *l. naturalem* 5. *§. pavonum, ff. de acquirend. rer. domin.* in nostro porrò casu merum personale supponitur privilegium, quod extinguitur extincto subjecto, Balduinus *instit. lib.* 1. *de jure naturali gentiū, & civili, pag.* 31. Gellius *lib.* 10. *noct. c.* 2. edocens esse legem, ad privatum pertinentem hominem; igit. &c.

4 Vel privilegium merè reale est, ac per cōsequens rem concomitans; tuncque ad hæredem identidem transire reor 2.

5 Probatur: *ex l. non solum, ff. de in integrum restitutione, l. minor, §. finali de minor.* privilegium namque hujuscemodi haud personæ, ast rei permissum esse supponitur; nec rem ad alium transmigrans sui naturam variare disseritur, ut suprà demonstratum fuit; igitur in cujus ditione res istiusmodi extare supponitur; privilegio uti queat.

6 Vel privilegium & rei, & personæ permissum esse supponitur: tunc etiam ad hæredem transire dubio procul reor 3.

7 Probatur: ad hæredem namque res isthæc una cum reali transire perhibetur privilegio suo; tametsi personale extinctum esse supponatur privilegium: propterea quod realia, secus vero personalia de subjecto uno ad aliud transilire supponūtur, cum personalia ad instar accidentis sint, de cujus conceptu de subjecto in subiectum transire nequit, neu sine subjecto, & substantia esse potest, *l.* 4. *in fine, ff. de action. empti*; igitur, &c.

8 Restitutionis in integrum beneficium minori mulieri; idque genus indultum & reale, & personale esse procul dubio reor 4. ac per consequens extinctis minore, muliere, hisce similibus reale privilegium ad hæredē transire.

9 Probatur 1. privilegium hujuscemodi sive minori, sive mulieri; idque genus permissum, *l.* 1. *l. minoribus, ff. de minor. l. si mulier* 31. *ff. de minoribus, l. unica, Cod. de filio familias minore, l.* 2. *Cod. si minor. se majorem dixerit* Antonius Faber 2. *Cod. tit.* 28. *defin.* 1. *num.* 8. *in alleg. pag.* 133. non nisi ratione fragilitatis in-

10 firmiq; judicii concessum esse ducitur; enimverò minoris consilium imbecille, fragile, infirmumque, quam plurimis expositum captionibus; multorūq; insidiis suppositum est,

11 inde fit, quod jura pro negotiis gerendis vigesimum quintum reposcunt annum, qua in ætate virilis, & legitimus robustus, ac perfectus hominis habetur status, *l. cum pater* 77. *§. curatoris, ff. de legatis* 2. *l. finali, Cod. de his, qui veniam, l. lex julia, ff. ad leg. juliam de* adul-

*adulter.*Cujacius *in l.1.ff.de minor.* inſpecto
12 verò Regni jure 18. tametſi haud difficilius mulieres incorruptam conſervant antiquitatem, atque adeò ſemper, quæ prima didicere tenent. Cicero 3.*de oratore*, en quo pacto perſonale eſt; quatenus verò ſive minor, ſive mulier in bonis læſus eſſe prædicatur; reale ducitur, cum in hiſce in integrum reſtitutione fruantur, *l.ait Prætor, ff.de minor. l.1.4.& ultima, Cod.ſi adverſus uſucap.l.1.& 2.Cod.ſi adverſus donationem, l.1. & 2.Cod.ſi adverſus tranſactionem, l.1.& 2.Cod.ſi adverſus ſolutionem, l.quod ſi minor 24.ff.de minor. l.ex contractu 44.ff.de re judic. cap.requiſivit 1.de in integrum reſtit. cap. auditis eodem tit. cap.1.in* 6. Julius Pacius *centuria* 3. *quæſt.*3. Duarenus *ad tit.ff.de acquirenda, cap.*10. D. Joſephus de Retes *lib.1.opuſcul.c.*10. aliique: quare juremeritò cum minoris, vel mulieris bona ad eorumdem hæredũ cum onere hoc, ſeu læſione jam patrata tranſilire traduntur; nil mirum ſi per ipſorum hæredes de læſione iſthac rogitatio fieri queat per text. *in l. quod ſi minor,§.non ſemper,l.non omnia,l.non ſolum ff.de reſtit. in integrum, l.minor, §.finali de minor.*arg.textus *in l.interdum, ff. de minor.*
13 cum univerſa jura activa, paſſivaque in hæredem tranſeant, *l. cum hæredes, ff. de acquirenda hæred.l.hæres in omne, ff.de acquirenda hæred.l.hæreditas 28.ff.de reg.juris, l.ariſto, ff. de iure deliberand.* quare juremeritò notione iſthac jura; authorumque opinationes haud difficili pacto conciliari queunt.
14 Probatur 2.reſtitutio namq; in integrum; ſive minori, ſive mulieri, idque genus permiſſa,non niſi læſionis reſpectu indulta eſſe ſupponitur, utpotè ſupralaudatis in juribus demonſtratum fuit,quod identidem liquet ex textu *in cap.auditis de in integrum reſtit.cap. cum cauſa* 8.*de re iudic. cap. ad noſtram de rebus Eccleſiæ, cap.1.de in integrum reſtit. in 6.l.1.§.minorem, & §.verum, l.ait Prætor, §. non ſolum, l.pactis 28. §.ſi pecuniam, l. ſi minor,§.finali,l.ſi tutor 48.l.ſi res 50.ff.de minor.* Hotmanus *conſil.*125.Donellus *lib.*21.*comm. cap.*19. Fachineus 10.*controver. cap.*1. quod in cauſa eſſe perhibetur; non niſi ratione infirmitatis intellectus:en quo pacto, & perſonam, & rem amplecti dicatur privilegium huiuſcemodi.
15 Probatur 3.cuncta iura & activa, & paſſiva in hæredem tranſmigrantur, *dicta l.hæres in omne, ff.de acquirenda hæred.*idque genus: ſiquidem extincti perſonam repræſentat,unaque cum ipſo ducitur perſona, ac per conſequens eadem conditione extant, ac in perſonæ principalis ditione erant,*l.ſive poſſeſſio* 14. *l.cum ſucceſſores* 23. *Cod. de evictiõn.* Author eſt Matthæus Veſembecius *in ff.de excep.&c. titulo* 3. *n.*3. igitur ius minori acquiſitum ut ſibi in integrum reſtitutio fiat; ad hæredem tranſire fertur:quandoquidem læſio in minoris rebus facta, cum læſione ad hæredem tranſiliet, inſpicito ſodes Muſcatellum *parte 6.gloſſa in integrum à num.2.uſq;ad 7.*

Pro Deciſ. hujuſce illuſtratione.

CAPUT UNICUM.

Beneficium reſtitutionis in integrum: numquid hæredi minoris defuncti, tametſi majori pendente lite convenire prædicetur.

Heres privilegiatus haud privilegiato ſuccedens:ut rum privilegio uti debeat ſuo.

Beneficium reſtitutionis in integrum: an majori, ſuccedenti minori,poſt concluſum in cauſa concedendum ſit.

SUMMÆ.

Num. 1. Theſis primæ deciſio.
Num. 2. ejuſdem probatio.
Num. 3. Theſis ſecundæ prædefinitio.
Num. 4. ejuſdem probatio.
Num. 5. Theſis tertiæ finitio.
Num.6. ejuſdem probatio.

1 Beneficium reſtitutionis in integrum hæredi minoris defuncti,tametſi majori pendente lite convenire, reor. eſt Afflicti *deciſ.*211. Maſcardi *de prob.coluſ.*1062.*num.*3. Tapiæ *in conſtit.minor.jura,num.*10.*& in conſtit.mulieribus, n.* 2. Muſcatelli *in praxi S.C.lib.1.parte 6.gloſſa in integrum, num.* 4. Riccii *collect. deciſ.* 322. aliorumque, Author eſt Thorus *comp. deciſ. §. beneficium reſtitutionis in integrum, an competat hæredi, &c.* literis prodens prędefinitum fuiſſe in S.C. haud ratione perſonę minoris, ſed quia minor læſus fuerat.

2 Eodem prorſus medio theſis iſthæc probatur, quo facti ſpecies deciſionis iſtiuſmodi comprobata fuit: ſiquidem utrobique eadem prorſus urget ratio,ac per conſequens eadem juris prædefinitio,*l.illud,ff.ad legem Aquiliã, l,ſi poſtulaverit,§.2. §. ad legem Juliam, de adulter.l.quidam nummularios,ff.de edendo, l.nauta, §.finali, ff. nautæ caup. l.à Titio, ff. de furtis,l.illud,Cod.de ſacroſ.Eccleſ.§. ſi igitur,inſtit.quod cum eo.*

3 Hæredem privilegiatum haud privilegiato ſuccedentem,utpotè hæredem minùs privilegio uti poſſe ſuo duco. eſt Afflicti *deciſ.* 212. Baldi *in auth. quas actiones, in 4. & 5. columna,Cod.de ſacroſanctis Eccleſiis, & conſ.* 332. Cornei *conſ.* 119. aliorumque. Author eſt Thorus *compẽd. deciſ. tomo 2.verſ.beneficiũ an cõcedi debeat alicui perſonæ privilegiatæ,*memorãs ſic per S.C.prædefinitũ fuiſſe.

4 Probatur: Hæres haud ſuam, aſt defuncti perſonam repræſentat, *l. hæreditas 28. ff. de regulis juris,*verum enimverò defuncti perſona haud privilegiata ſupponitur;gitur,&c.

5 Beneficium reſtitutionis in integrum majori ſuccedenti minori, poſt concluſum in cauſa: numquid concedendum ſit diſſentio, eſt apud Authores: atqui ipſe opinor. Si bene-

neficium istiusmodi merè personale sit, quippè in juris puncto, minimè majori concedendum fore duco: tametsi per S. C. secus prædefinitum fuisse testatur, Thorus *tomo 2, compend. decis. §. beneficia an concedenda sint majori Sacerdoti minori post cōclusionē in causa.*

4 Probatur: Quæ enim merè personalia ducuntur privilegia, quippe extincta persona, destructa etiamnum ipsa autumantur, *l. 4. in fine, ff. de action. empti*, neū privilegiorum ratio privilegiatis permissa, in non privilegiatis eadem urgere perhibetur: siquidem dispar ratio extat, ut perpendenti liquet; adeoq; diversa juris statuitio, *l. si ita, ff. de manumiss. testam. l. servus, ff. de statu lib. l. inter stipulantem, §. sacram, de verbor. obligat. l. fin. ff. de ritu nuptiarum.* Argum. *l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, C. de sacros. Eccles.* igitur, &c.

DECISIO CX.

IN Causa Nicolai Francisci Follerii cum Joanne Thoma Calatau, & sororibus, fuit dubitatum; an dictæ sorores, quæ in Regno propter sexum muliebrem habent primum, & secundum bebeficium; & supersedent illud petere, possint cogi ad petendum, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

MUlieres in Regno propter sexus fragilitatem primum, secundumque obtinentes privilegium, seù in integrum restitutionem; si hoc rogitare supersedere prædicentur: nūquid ad illud petendum, vel ad actum gestum cōprobandum astringi valeant, ne adversarius in suspenso mansitet.

SUMMÆ.

Num. 1. Thæsis prędefinitio.
A' num. 2. usq; ad finem, ejusdem probatio.

1 MUlieres hujuscemodi, vel ut actus cum ipsis ab adversario celebratus firmetur, ac per consequens in integrum restitutio ab ipsis postuletur; vel ut actus rescindatur astringendas fore duco. est Antonii Capicii hìc memorantis sic per S.C. sancitum fuisse. Tapiæ *in Constit. mulieribus, num.* 1. Ursill. *decis.* 369. *num.* 8. aliorumque. Author est Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *mulier invita, an compelli possit ad petendum restitutionem in integrum.*

2 Probatur: nullum profectò judicium in suspenso; nec actus quilibet inter contrahentes celebratus in hæsitatione, numquid firmus, infirmusque fit, restare debet, ne lites in infinitum protraherentur, nevè Judex illuderetur, quod juribus oppugnaret, cum Magistratus potius honore afficiendi, quam illusione; hinc Cicero graphicè sic describit; *Quid enim præclarius, digniusque inter Mortales excogitari potest, quàm unum hominem reperiri, qui communi serviat utilitati, qui communia pro suis, sua pro communibus habeat, qui velit, & sciat personam Civitatis gerere, dignitatem, decusque sustinere: quare jurementò honorantur, qui judicium, Justitiamque in omni tempore faciunt.* Psal. 105. siquidem à quolibet de actu ab ipso celebrato rogitatio fieri debet, si aliquem læserit ad in integrum restitutionem, utpotè reum dānare, *l. 2. l. voluntate, l. ad restituendum, l. dolus, C. de rescindenda venditione*, cum pæna suum sectetur Authorem, *l. sancimus, Cod. de pœnis, l. absentem, ff. eod. tit.* sin verò secus, liberum se reddi, ut mortalium mentes quiescant: enimverò quies, paxque summoperè

3 exoptandæ sunt; hinc Cic. 1. *Officior. Paci*, inquit, *quæ nihil habet insidiarum, semper est consulendum*; igitur juremeritò mulieres, vel ad in integrum restitutionem quiritandam, ac per consequens ad actus firmitatem, vel ad ipsius actus infirmitatem divulgandam obstringendæ sunt, cum id bono consulet publico, ad quod universi Cives, ut Communitatis partes naturali inspecto jure asservare coguntur, *l. 1. ff. solut. matrim.* Donell. *in l. dudum penult. C. de contrahend. empt. & vendit. n.* 14. Gothofredus 12. Cod. Theodos. *tit.* 19. *de contrahend. empt. l. volente* 3. *tom.* 4. *pag.* 619. hinc Cic. *in Vatin.* ibi: *Civis est is, qui Patriam suam diligit, ac bonos omnes salvos, incolumesque desiderat*: prop65tereàquod rectum, honestumque ducitur. Cicero *Paradox.* 1. in isthæc judicat verba: *quod rectum, & honestū, & cum virtute est, id solum opinor bonum.*

Pro decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

QUicquid de muliere in Capiciana isthac prædefinitione prædefinitum fuit: nūquid in minore, pupilloque etiamnum sanciendum erit.

In integrum restitutio: utrum mulieri seni, viduæ, & pauperi, ac ignoranti, generali in clausula convenire prædicetur, adversus reclamationem à Procuratore prætermissam.

In integrum restitutio: num minori adver-

versus tria conformia decreta concedẽda sit.

In integrum restitutio adversus sententiã inter alios latam: an mulieri virgini (ceu vulgò acciri assolet in capillo) interesse habenti in causa concedenda erit.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ decisio.
Num. 2. ejusdem probatio.
Num. 3. exploditur Capicius.
Num. 4. Thesis secundæ prædefinitio.
Num. 5. 6. & 7. ejusdem probatio.
Num. 8. primę Thesis, tertiæ partis finitio.
Num. 9. ejusdem probatio.
Nu. 10. secũdæ Thesis, tertiæ partis decisio
Num. 11. ejusdem probatio.
Num. 12. Thesis quartæ prędefinitio.
Num. 13. ejusdem probatio.

1 Quicquid de muliere in Capiciana isthac prædefinitione prædefinitum fuit: in minore, pupilloque etiam idem decernẽdum fore dubio procul opinor, est Imolæ *in Clementina unica, ultima colu. de in integrum restitut.* contrà Capicium *hìc, num.* 2.

2 Probatur ex textu *in l. Julianus, §. si quis, ff. de actionibus empti, l. si indebitum in principio, ff. rem ratam haberi, l. 1. C. crediti evict. pign. non debere*: propptereàquod eadem prorsus urget ratio, igitur eadem juris stabilitio, cum in integrum restitutio, & mulieri, & minori propter sexus fragilitatem convenire prædicetur, *l. 1. l. minoribus, ff. de minor. l. si mulier 31. eodem tit. l. unica, Cod. de filio familias minore, l. 2. Cod. si minor se majorem dixerit.* Antonius Faber 2. *Cod. tit.* 28. *def.* 1. *in allegat. pag.* 133. Cironius *in paratitl.* 5. *decretal. de integrum restit. tit.* 41. *pag.* 105. Donellus *lib.* 21. *comment. cap.* 19. Hotmanus, *consil.* 125. Cujacius *in l.* 1. *ff. de minorib.* Pacius *cent.* 3. *quæst.* 3. Duarenus *ad titul. ff. de acquirend. cap.* 10. D. Josephus de Retes *lib.* 1. *opuscul. cap.* 10. igitur, &c.

3 Hinc est explodendus Capicius hìc secus docens; enim verò Author iste addubitavit in minore ad majorem non pervenientem ætatem: nam minor (inquit) beneficio restitutionis in integrum derogare nequit, quinimò eidem convenire differitur, tametsi ipsi resignavit, Glossa *in l. si intrà, Cod. de in integrum restitutione*: exploditur (inquã) quandoquidem hoc in casu bina reposcũtur; vel actus firmus fuit, in ipsoque læsus fuisse, sive minor, sive pupillus, sive mulier supponitur; tuncque pro actus firmitate standum est; & in quo læsus fuit minor, idque genus, ei in integrũ restitutio fit, supralaudata jura apud Fabrum, *& cap. in præsentia, de probationibus, constit. Fedirici apposita in tit. Cod. si adversus vẽditionem.* Cironius *in paratitl.* 5. *decretal. de in integr. restit. tit.* 41. quæ non nisi læso permittitur, cum sit in priscum restitutio statum, *l. Divus, ff. de re judicata, cap.* 1. *de in integrum restit. in* 6. Clement. *unica, eodem tit. l.* 2. *Cod. si sæpius in integrum restit. postul. cap. beneficio, de in integrum restit. l.* 1. *ff. qui, & à quibus appellare non licet, &* his similia, *toto tit. de in integrum restit.* inspicito Cironium *in paratitl.* 5. *decretal. de in integrũ restit. tit.* 41. sin autem infirmus, & tunc actus uti infirmus à Judice vulgandus est; ne quis in jure dicendo, in suspensus mansitet, quod juribus dissonum est, sicut perpendẽti liquet.

4 In integrum restitutionem mulieri seni, viduæ, & pauperi, ac ignoranti generali in clausula convenire adversus recla mationem à Procuratore pretermissam, indubiè reor. est Arias de Mesa *var. resol. lib.* 3. *cap.* 44. *à num.* 19. *ad* 23. Thori *in supplemen. compend. decis. §. restitutio in integrũ, an cõpetat mulieri seni.*

5 Probatur: in integrum restitutionis beneficium à juribus mulieribus permissum, non nisi fragilitatis ratione esse indultum supponitur, *dicta l.* 1. *& l. minoribus*, idque genus. Antonius Faber, & Cironius *locis supralaudatis*: siquidem universæ fœminæ infirmi re-

6 putantur consilii: hinc edocent Physici apud Philonem *sermo de muliere*, quod sit mas imperfectus; quare juremeritò quidam Phylosophus interrogatus quid sit mulier? respondit viri naufragium, domus tempestas, quietis impedimentum, vitæ captivitas, quotidianum damnum, voluntaria pugna, sumptuosũ bellum, bellua conviva, solicitudo confidens, leęna complectus; exornata scilla, animal maliciosum, malum necessarium. Max. *Serm.* 9. tametsi nonnullę sunt audaces, dolosę, versipelles, seditiosæ, avaræ, cupidæ, curiosæ, in arcanis concessis infideles, importunæ, inconstantes, idque genus; atqui ratio isthæc de muliere, seni, vidua, & paupere; maximèque si sit

7 ignorans, verificatur: quandoquidem de ipsis etiamnũ animi infirmitas, ac sexus frugalitas prędicetur, neu fæminæ de hisce, quæ in foro dissertãtur edoctæ esse supponũtur; igitur, &c.

8 In integrum restitutio: numquid minori adversus tria cõformia decreta concedenda sit diffidiũ, est apud Authores; tu vero distinguas.

Vel de ipsius læsione liqueat; vel non, si primum tunc ei in integrum restitutionem convenire, reor primo.

9 Probatur: extemplò ac læsus esse perhibetur minor à jure in integrum restitutio permissa esse supponitur, idque non nisi ob fragile, infirmumque judicium, *dicta l.* 1. *& l. minoribus, ff. de minor. cap.* 1. *de in integrum restit. in* 6. Cironius, Antonius Faber, idque genus, loco supralaudato; ac per consequens haud difficulter decipi queunt, *l. non omnia, ff. de minoribus*: quandoquidem in integrum restitutio non nisi ratione læsionis enata traditur; quod accidit sive læsio isthæc in contractu interveniat, *l. ait Prætor, ff. de minoribus*; sive in sententia, *l.* 1. 4. *& ult. Cod. si adversus usucapionem*, in divisione, seu transactione, *l.* 1. *&* 2. *C. si adversus transactionem*, in solutione, *l.* 1.

l.1.& 2. C.si adversus solutionem; in aditione, vel repudiatione hæreditatis, *l. quod si minor 24. ff. de minoribus, l. ex contractu 44. ff. de re judicata.* Consule Pichardum *de vulgari, cap.*10. siquidem *restituere is videtur* (inquit Paulus) *qui id restituit quod alienum est, l. 75. ff. de verbor. signif.* in nostro porrò themate læsus esse supponitur minor; igit. &c.

10 Sin læsus minimè esse supponatur minor, & tunc ei in integrum restitutionem denegandam fore, reor 2. quare decisio in S. C. edita, quam literis prodit Thorus *in supplemento compēd. decis. §. restitutio in integrū, an concedi debeat minori*, laudans Capicium Latro *consult.*100. in facti specie isthac commentanda erit.

11 Probatur: Minor namque hoc in casu haud esse læsus supponitur; verum enimverò in integrum restitutio non nisi læso convenire supponitur, utpotè supra commonstratum fuit.

12 In integrum restitutionem adversùs sententiam inter alios latam, mulieri virgini (ceu vulgò acciri assolet in capillo) interesse habenti in causa, concedendam esse existimo. est Thori *compend. decis. tomo 2. §. restit. in integr. adversus sententiam inter alios latam.*

13 Eodem prorsùs medio, quo supra commōstratum fuit, probatur: siquidem tametsi sententia lata fuisse feratur, attamen cum mulier isthæc læsa esse supponatur, hinc est quod ei utpotè læsæ in integrum restitutio permittatur: quandoquidem jura læsis suppeditant, cū per in integrum restitutionem unusquisque suum reciperet jus, *l. quod si minor 24. §. restitutio, ff. de in integrum restit. l. unic. C. de reputat. quæ fiunt in judic. in integr. restit. l. sed etsi 26. §. quoties, ff. ex quib. caus. major.* Consule Antonium Fabrum *2. Cod. tit. 12. de in integr. restit. minor. def. 5. num. 2. pag. 109. & 4. ejud. tit. 21. ad S. C. Vellejan. defin. 18. num. 16. in allegat.* ut fusiùs suprà commonstratū fuit.

DECISIO CXI.

IN Causa Domini Antonii de Sacco cum Daniele Unico coram me extra S.C. vertente ex Delegatione Domini Viceregis, cum clausula, quod facerem iustitiam nomine Regio, & iam nomine Cesareæ Maiestatis. protuli sententiā: fuit dubitatum, an à dicta sententia possit appellari ad finem retardandæ executionis; an verò sententia ipsa habeat paratam executionem, nec possit ab ea appellari, sed solùm reclamari, prout fit in sententiis Principis, iuxtà *legem primam, ff. à quibus appellari non licet, & auth. quæ supplicatio, Cod. de precibus Imperatori offerendi, &c. Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

A Principis sententia ad Doctoris relationē causa eidem commissa cum clausula, *ut justitiam Regio promulget nomine?* numquid appellari fas est.

SUMMÆ.

Num.1. Thesis prædefinitio.
A'num.2. usq; ad 6. ejusdē Thesis probatio.
A'num.6. usque ad 10. ejus oppugnatio.
Num.10. & 11. ejusdem solutio.

1 HAud fore appellandum; ac per consequens paratam habere sententiam istiusmodi executionem: tametsi ab ipsa reclamari posse, duco, est Antonii Capicii *hìc in fine*, memorātis sic per S.C. prædefinitum fuisse; ibi: *Ego decrevi sententiam non obstante dicta objectione esse exequēdam, sicque factum est.* est Antonii Gabrielis *lib. 2. tit. de appellat. conclus.* 1. Gram. *decis.* 35. *num.* 3. Mastrilli *decis. Sicil.* 32. *num.* 6. Muscatelli *in praxi S.C. lib.* 1. *par.* 7. Glossa *condemnādo, n.* 103. Riccii *collect. decis.* 1311. aliorūq;

2 Probatur: *ex lege 1. ff. à quibus appellari non licet*, Auth. *quæ supplicatio, Cod. de precibus Imperatori offerendis*: propterea quod eadem profecto hoc in Regno extare edisseritur ratio de sententia à Consiliariis vulgata Regis nomine, ac ab uno eodemque Consiliario, eidem dumtaxat designata; siquidem Consiliarii, Regis nomen repræsentant, ac sub eodē promulgant nomine: verùm enimverò à sententia per Regios divulgata Consiliarios haud appellatio, ast reclamatio indulgetur. Consule de Marinis *in allegat.* 7. *num.* 2. inde est, quòd reclamatio ad priscos retrotrahere litem facessit terminos. Anton. Faber 2. *C. tit.* 4. *de trāsact. defin.* 5. Gōzalez 1. *decret. tit.* 41. *de in integrum restit. cap. ex literis* 4. *in notis*; igit. &c.

3 Probatur Major: Consiliarii tres, vel quatuor illi Regio sententiam promulgantes nomine per modum unius se habere perhibentur, perindè ac si ab uno vulgatio fieret: pluralitas nāq; illa in facti specie isthac merè materialiter se habet: quare facultas tota, quę per illos quatuor, vel id genus, permittitur, nostro in casu per Proregem uni data esse supponi-

4 nitur;cum in Proregis manu sit uni,vel pluribus causæ prædefinitionem indulgere: enimverò Prorex Regni hujusce Vicarius,ac Locumtenens est, de Ponte *de potest. Proreg. tit.7.§.5.num.10.pag.218.*& idem *de delegat. caus.tit.12.num.11.*

5 Probatur 2. Rogitādum ab adversariis est, appellatio isthæc cui usui foret? nisi, ut à Principe,quæ per Consiliarios sancita fuere, dignoscantur? atqui facultate isthac se abdicavit Princeps,eamque universim suo indulsit Consiliario,

6 Dices: Defensitationem inspecto jure naturæ deberi haud dubiè explorati juris esse; ast appellatio non nisi jure naturæ, debetur cum tuitio sit. Cironius *in paratitl.5.decret. de appellat.tit.28.*etenim exceptionis species est,contra sententiam efficiēs ut Judex à quo desinat esse Judex,ac ejus enervet jurisdictio-

7 nem, *l.13.* Cod.Theod. *de appellat.* inde est, quòd quicquid pendente appellatione factitatum fuerit,id omninò irritum sit & inane, *cap.1.& cap.cùm causam 62.de appellat.*Cironius supralaud.Author est: siquidē propter imperitiā, vel Judicis malitiam enata est,*l.1. ff.de appell.cap.cū in Ecclesia 37.eod.tit.* secus

8 verò si sententia sit nulla: quandoquidem tūc inutilis est appellatio,scilicet, si sententia sit, contrà Sacras Constitutiones,& Canones,*l.1. quæ sentent. sine appellat.rescind. cap.1. de sentent.& re iudicata*;vel apertam contineat iniquitatem;cum sit adversùs juris ordinem

9 essentialem; atque hinc fit, quod sit juris remedium, quo Judicis injustitia, vel id genus reprimitur, & contra sententiam definitivā, & interlocutoriam, *cap. 1. de appellat. in 6.* Cironius supralaudatus Author est;igitur,&c.

10 Distinguenda erit major:illis in casibus in quibus cautum expressè haud reperitur,vera ducitur major propositio; secus verò in illis in queis secus sancitum memoriæ proditum est,ut nostro in Regno est in praxi, ut à sententia per S.R.C.lata haud appelletur; ast reclametur; cum de reclamationis conceptu sit ad eumdem reverti Judicem, & quoniam S.R.C.nullum dignoscit superiorem, sententiam nomine Catholicę Majestatis ferens;

11 inde est, quòd dumtaxat reclamatio, secus verò appellatio datur.

Pro Decis. huiusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

IN causa per S. C. Magnæ Curiæ delegata: numquid ab eius decreto ad S.C.vel ad Delegantem detur reclamatio.

Reclamatio à Delegati Principis sententia, tametsi de alicuius Supremi Tribunalis cætu sit, cuius fori sententiæ paratam habent exequutionem: utrum iudicatum suspendat.

SUMMÆ.

Nu.1.primæ Thæsis 1. partis prædefinitio.
Num.2.secundæ Thesis 1.partis decisio.
A num.3.usq;ad 7.utriusq:partis probatio.
Num.7. 1. secundæ Thesis partis finitio.
A num.8.usq;ad fin.secūdę Thesis partis decisio,ac decisionū oppositarū cōciliatio.

1 IN causa per S.C.Magnę Curiæ delegata: numquid ab eius decreto ad S. C. vel ad delegantem detur reclamatio,distinguendum est: vel in causis arduis versamur, ac summæ ponderationis, & tunc à decreto per Magnam Curiam Vicariæ edito, instante Fisco, legitima ducitur ad delegantem reclamatio.

2 Vel de causis levioribus sermo est,& reverà à decreto per M. C. V. emanato,ad S. C. fieri reclamationem fas est.

3 Utraque eodem prorsus medio probatur thesis: ubi enim causæ arduæ esse supponuntur, ac à Principe M.C.V.designatæ fuere, toties à Delegato ad dilegantem recursus fieri debeat; cum delegantis iurisdictio non nisi à delegato dimanet, adeòque unà cum ipso autumatur persona: siquidem in arduis cau-

4 sis specialis Principis notio, ac iudicium reposcitur,ne delicta atrociora per iniquos ministros impunita restent, vel mitius plectantur, quod per absurdum foret, *l. nihil interest,ff.de adulter, l.si quamquam,in fine, C. de Episcopis, & Clericis, cap. non afferamus 24.quæst.1.l.sacrilegii 6.ad l. juliam pecul. l. ante facta 16.l.moris 9.§.finali,de pęnis, l.capitalium 28.§.finali, l.in servorum 10.de pænis, l.108.de regulis juris, l. quidam,eodem tit.§.1.in auth.ut defun. l servos 8. Cod. ad l. jul.de vi publ.l.in lege 7.de sicar.l.respiciendū 11.§.finali,de pænis, l.2.§.finali,ff.de jure Fisci*;Consule Stephanum Forcatulum *ad comment.tit.de just.& jur.in l.justitia est 10.n.7. pag.65.& 66.* Vvessembecium *eodem tit. nu. 11.*Donellum *in l.post litis unic.Cod.ex delict. defunctor.&c. num.11.* Tiraquellum *de pæn.*

5 *caus.31.num.20.* proptereàquod bono expedit publico,ut delicta haud imparem solvāt, luantque pænam, *l. ita vulneratus,ff. quod si quis, vers.cum neque impunita,ff.ad legem aquiliam, l.dicitatio, §.quod illicitè,ff.de publicanis, l.congruit 13.ff.de officio Præsidis, l. sticum, §.tametsi,ff.de solutionibus,* idque ge-

6 nus; inde est,quod tametsi pueris crimen imputari non possit, idque non nisi ob deficientiam animi peccandi, *can.unico 3. quæst.1.* adeòque in ipsis mortuum est peccatum,cum legibus subjecti non sint, D. Hieronymus *in epistola ad Romanos cap.7. l.quod infans, ff.de rei vindic.cap.2.de delictis pueror.* attamen secus est edifferendum de impuberibus doli capacibus, & pubertate proximis, qui juxtà leges 12. tabularum Prætoris arbitratu plectuntur,ast sine strepitu, & figura judicii,sine infamiæ periculo;non quæstionibus,sed ferula, & habena,idest loro,seu scutica, *l.1.§.impuberi,ff. ad syllanian.* quæ sunt arma pedagogorū:Martialis vocat ferulas tristas,sceptra pe-

pedagogorum *lib.* 10.*epig.* 62. Cironius *in paratitl.* 5.*lib.decretal.de delictis pueror.tit.* 23. *pag.* 426. igitur instante Fisco, hoc in casu ad delegantem potius, quàm ad S.C. recursus fieri debet; secus verò edisserendum ubi in cau-
7 sis infirmæ ponderationis versamur: propterea quod in hisce tacitè videtur Principis velle, ut per S.C. procedatur. inspicito Thorũ *in supplemento dec. vers. appellatio in causa delegata per S.C.M.C.V. & vers. reclamatio interposita à decreto M. C. V.* ubi sancitum refert *verbo terminus*, quod non reperi.

8 Reclamatio à Delegati Principis sententia, tametsi de alicujus supremi Tribunalis cætu sit, cujus fori sententiæ paratam habent executionem: utrum judicatum suspendat; distinguendum est, vel Princeps delegato omnimodam dederit facultatem, despoliando se prorsus à fasce hoc, itaut nomine suo sententiam ferret, & tunc reclamatio ab hac sententia haud ejusdem vim suspendit; ut perabundè supra dictitatum fuit: tametsi ad eumdem delegatum reclamatio fieri possit, utpotè in decisione isthac Capiciana prædefinitum fuit.

9 Vel Princeps tametsi Delegatum designavit: attamen haud omnimodam ipsi communicavit ditionem, ast illam simpliciter stabilierit, & tunc ad Principem indubiè fieri potest; ac per consequens reclamatio isthæc sententiæ valorem suspendit, & sic commentanda erit S.C. decisio, quam refert Thorus *compend.decis.tomo* 1. §.*appellatio à sententia delegati Principis quantumvis sit de gremio*, laudans Rovitum *in prag.* 5.*nu.* 16. *de officio S.C.* quare distinctione hac conciliatæ restant hujuscemodi S. R. C. prædefinitiones, quæ vi-
10 debantur oppositæ: siquidem Capiciana eloquitur, ubi ipsi delegato à Principe omnimoda data sit judicandi facultas; ac per consequens omninò se judicandi facultate, & ad se
11 appellandi Princeps abdicavit; decisio verò, quam refert Thorus, laudans Rovitum ritè commentanda est, ubi Princeps istiusmodi facultatem ad se reclamandi minùs à se abdicasse supponitur.

DECISIO CXII.

IN Causa Abbatis Francisci de Mastrillis de Nola Clerici, ac beneficiati inculpati, seu querelati, ac inquisiti de assassinio, in personam Domini Gentilis de Albertinis: dubitatum est, an Magna Curia Vicariæ, in qua ob causam prædictam stat carceratus, debeat ipsum remittere ad Judicem Ecclesiasticum, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

JUdex Sæcularis: numquid Clericum beneficiatum penes se in vincula iniectum de assassinii reatu incusatum noscere queat; ac per consequens per sententiam declaratoriam illum assassinii crimen patrasse divulgare, pænamq; ei debitam infligere.

SUMMÆ.

Num. 1. 1. decisionis opinatio affirmativa.
Num. 2. ejusdem Placiti fundamentum.
Num. 3. 2. prædefinitionis sẽtẽtia negativa.
A'nu. 4. usq; ad 10. ejusd. opinamẽti motivũ.
Nu. 10. argumẽti adversæ opinionis solutio.
Num. 11. Auctoris excusatio.

1 PRo hujusce prędefinitione duo extãt Authorum placita, unum affirmantium, inter quos est Capicius *hic, num.* 7. memoriæ tradens, sic per S.R.C. sancitum fuisse, ibi: *Sacr. Cons. votavit, quod Magna Curia possit procedere, & cognoscere ipsa, & sententiam declaratoriam ferre: ex quo habet causam in manu, eòquod cæpit Clericum*, quod etiamnum docet idem Author *dec.* 115. *num.* 25. quod placitum sectantur Julius Clarus *in* §.*finali quæst.* 36. *num.* 2. Farinac. *in tract. de inquisit. quæst.* 8. *num.* 86. Antonius Gabriel *lib.* 7. *tit. de malefic. conclus.* 1. *nu.* 28. Muscatellus *in pract. criminal. rubric. de homicid. med. assassin. num.* 86. Covar. *lib.* 3. *var. resol. cap.* 20. *num.* 10. Marius Italia *in tract. de immunit. Eccles. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 152. aliique. Thorus *tomo* 1. *compend. decis.* §. *Iudex secularis, an possit sententiam declaratoriam proferre, declarando Clericum inquisitum.*

2 Placiti hujuscemodi fundamentum est, ex textu *in cap.* 1. *de homicidio in* 6. ubi idem est prædefinitum. quòd etiam ratione probant, quatenus per Clerici assassinii capturam sit competens Judex.

3 Alterum verò denegantium, inter quos sũt Scaccia, Barbosa, Thesaurus, Castillo, Decius Marta; idq; genus.

4 Horum motivum est, quatenus Clerici divino inspecto jure à laicali exempti sunt jurisdictione, Belarminus *tomo* 1. *controvers. lib.* 1. *de Clericis, cap.* 28. Sotus *in* 4. *dist.* 25. *quæst.* 2. *art.* 2. Carleval. *de judiciis tomo* 1. *disput.* 2. *nu.* 395. Suarez adversus Regem Angliæ *lib.* 4. *cap.* 9. Germonius *lib.* 3. *de sacror. immunit.*
5 *cap.* 15. aliiq; id fusè probantes; inde est, quod Clericus de omni crimine coram Ecclesiastico

ſtico conveniri debet Judice, adverſa minùs obſtante conſuetudine, tex.eſt *in cap. de preſbyteris* 28.*diſt.cap.ſatis* 7.*diſt*.97.*cap*.1.*c.nulla* 6.*cap.nullus* 8.*cap.relatum* 14.*cap.Clericus* 48.*& ferè per totam* 12.*qu*.1. *c.ſicut* 15.96. *diſt.cap*.1.*cap*.2.*& fin*.21.*qu*.5.Concil.Carth. 3.*can*.15.Trid.*ſeſſ*.25.*de reform. c*.15. Anſaldus *de juriſdict.part*.1.*cap*.2.*cum ſeq*. Robertus *lib*.1.*rer.judic. cap*.6. Guazinus *de defenſ. reor.defenſ*.1.*cap*.2.Solorz.*tomo* 2. *de jure In-*
6 *diar.lib*.3.*cap*.27. idq;genus. ratio cur per S. C.ſecus prædefinitũ fuit,quatenus Clericus beneficiatus in vincula iniectus, eſt in ſecularis Judicis ditione; cum per capturam Judex cõpetens fiat,adeoq;nil mirum ſi in cauſa iſthac procedere valeat: enimverò id merum ducitur figmentum; quandoquidem pura in vinculis iniectio haud competẽtem parturit Judicem: competentem gignere Judicem eſt in iis, quæ merè extant laicalia, ſecus verò in ſpiritualibus. rogitandum ab adverſariis eſt:
7 poteſt ne Clericus ſuo reſignare privilegio? quippe negativum foret reſponſum, *cap.ſi diligenti, de foro competenti*; text.*in cap.inolita* 42.*cap.placuit* 43.11.*quæſt*.1. *cap*.2. *&* 3. 9. *qu*.2.*cap.ſignificaſti, de foro competenti,cap.ſignificaverunt, de judic.in* 5.*compil*.Faber *lib*. 22.*coniect.c*.7. P. Gregorius *lib*.2. *partit.tit*. 9.*cap*.11.Fachineus *lib*.8.*controver. c*.4. Cironius *ad tit. de pactis*, Suarez *in defen. fidei lib*.4.*cap*.31.Donellus *lib*.17.*comment. c*.20. *verſ. illud*: cum propter Clericatus dignitatem ſpiritualis facta ſit res,quę de ipſius conceptu in Dei dominio eſt, §.*ſanctæ,&* §.*ſacræ*
8 *res, inſtit. de rerum diviſione*: etſi per Secularem Clericum aſſaſſinum in vincula inÿci poſſe Iudicem, ac ad Eccleſiaſticum; ut condignam luat pænam mittere; idque non niſi ex Pontificis permiſſu, ſecus verò aliquam habere de ipſo notionem; cum reſpectu hujuſce incapax ſit,quod identidem liquidò cõſtat ex textu *in cap.cùm non ab homine, de*
9 *judic*. ſic poſtmodum ab hiſce eſt petendũ.eſt ne beneficiatus Clericus? eſt ne ſpiritualis perſona? gaudet ne canonis, foriq; immunitate? eſt ne immunis, divino attento jure à juriſdictione Eccleſiaſtica? ſi ſit ob patratum degrandus delictum: numquid per laicalem degradandus ſit Iudicem? quæ cum ita ſint laicum incompetentem fore Iudicem nemo eſt neſcius.

10 Nec obſtat textus *in cap*.1.*de homicidio,in* 6.ſiquidem alio in caſu eſt; cum in ipſo per Innocentium IV. nullus de laico Iudice ſermo habetur, qui Clericum aſſaſſinum per ſententiam declaratoriam dignoſcat; aſt dũtaxat Pontifex ibi prędefinit,quoſcumq; Eccleſiaſticos, Seculareſve aſſaſſinii crimen patrantes ipſo facto cenſurarum penſum eſſe dandos; ac in depoſitionis pęnam incidere, quem textum fortaſſis Regens de Franchis minus ritè commentavit.

11 Quid vero in hiſce placitis ſanciẽdum ſit, tu mi Lector Iudex eſto; enimvero inter ſcopulos verſamur binos.

Pro Deciſ. hujuſce Illuſtratione.

CAPUT UNICUM.

IUdex laicus circa bullas falſas per Clericos inquiſitos præſentatas: numquid competens ſit Iudex?

Iudex Secularis ſi incidens in cauſa merè Eccleſiaſtica ad Iudicem Eccleſiaſticum remittat: utrum intereà in præfata cauſa ſuperſedere debeat.

SUMMÆ.

Num.1.primæ Theſis 1.partis deciſio.
Num.2.ejuſdem probatio.
Num.3.& 4.ſecundæ Theſis 1.partis prædefinitio,authorũq; placita enumerãtur.
Num.5.primę Theſis 2.partis deciſio.
Nu.6.ſecundæ Theſis 2.partis prædefinitio.
Num.7.ejuſdem probatio.

1 IUdex laicus circa bullas falſas per Clericos inquiſitos præſentatas: numquid competens ſit Iudex; diſtinguendum eſt; vel liquidò conſtat clericali fore inſignitum dignitate, erroneaſque deinde præſentatas ſeculari Iudici ſcripturas fecerit; tuncq;per ſecularem haud dignoſci poſſe Iudicem haud dubiè reor 1.

2 Theſis iſtiuſmodi ſæpe ſæpiùs commonſtrata fuit; cum Iudex laicus reſpectu Eccleſiaſticę perſonæ incompetens,incapaxq;ſit.Conſule Gonzalez 1.*decretal. in cap.ad noſtrum* 3.*nu*.12.*tit*.4.*de conſuetudine pag*.164.

3 Vel hæſitatio habeatur: numquid Clericus ſit, nec ne, & tunc diſſentio eſt apud Authores: enimvero nonnulli ſentiunt,hanc notionem ad laicum ſpectare,edocentes, poſſeſſionem pro Iudice laico extare,cum Clericatus ſit quid facti, ac per conſequens probatione indiget: quæ enim facti ſunt, probari neceſſũ eſt, *l.in bello,* §.*facta, ff.de captivis,& poſtlim. reverſ. l.ſi emancipati* 9.*C.de collat.l*.1.*C.de prob.l.quæcumque,* §.*finali,ff.de publican.l.aſſecuratio, C.de non numerata pecunia, c.cùm Joannes,* §.*verum, de fide inſtrum.cap.licet de conſtit. in* 6. ſecus verò fatentur Doctores alii, ediſſerentes, agnitionem hanc ad Eccleſiaſticum pertinere Iudicem, cum Cle-
4 ricatus agnitio ſpiritualis ſit; inde eſt, quod ad competentem ſpiritualem ſpectat Iudicẽ. quid verò in hiſce ſententiis decernendum ſit, tu mi Lector Iudex eſto.

5 Iudex Secularis ſi incidens in cauſa merè Eccleſiaſticum ad Iudicem Eccleſiaſticum remittat: numquid interea in præfata cauſa ſuperſedere debeat; diſtringendum eſt, vel cauſæ deciſio per ipſum efficienda ab hoc incidenti pendet. vel connexionem cum ipſo obtinet; tuncq;incidens hujuſcemodi ſuperſedere cogit Iudicem; alioqui fruſtra judicaret; utpotè ex ipſiſmet liquidò liquet terminis:quare hoc in caſu S.C.deciſiones commẽtan-

tandæ sunt; præsertim de Franchis *dec.512.*
6 Vel istiusmodi incidẽs merè extrinsecum, atque adeò materialiter ad causæ decisionem se habere edisseritur; tuncq;hoc minus obstãte ad causæ prædefinitionem pergere potest.

7 Probatur: incidens hoc per Iudicem Secularem expectare, terere tempus frustra foret: quandoquidem merè impertinenter, atque extraneum ad causæ prædefinitionem se habere supponitur; igitur, &c.

DECISIO CXIII.

IN Causa Baliorum Filiarum quondam Magnifici Iacobi Carrafæ prætendentium velle alienare Castrum N. quinque millium, & partem Castri Rasi ob evidentem pupillæ utilitatem, cum ex eis repetitur maius pretium; quam ęstimata fuerunt; dubitatum est, an super hac alienatione S.C. interponere debeat decretum, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

JUdicis decretum super feudorum alienatione per pupillæ balios facienda, opinantes id in evidentem fore pupillæ utilitatem, cum ex ipsis majus reperiatur pretium, quam æstimata fuere feuda: numquid necessarium sit.

SUMMÆ.

Num.1. Thesis prædefinitio.
A'num.2. usq;ad 7. ejusdem probationes.
A'num.7. usq;ad finẽ oppugnatio, & solutio.

1 TAmetsi haud fore necessarium decretum per S.C. fuisse prædefinitum litteris prodit Antonius Capicius *hìc, in fine*; ibi: *major pars dominorum votavit, quod decretum non sit interponendum; vota tamen scripta non fuerunt,* quam prædefinitionem sectati fuere Menochius *de arbitr. judic. lib. 2. centuria 2. casu 171. num. 62.* Mastrillus *decis. Siciliæ 121. nu. 2.* Riccius *collect. decis. 345.* Joannis Frãciscus de Castillo *decis. Siciliæ. 18. num. 22*; verumtamen in iuris puncto quispiam publicis in thesibus secus defensare potest.
2 Probatur ex textu *in l. ob æs alienum, C. de prædiis minorum, l. magis puto, §. si æs, ff. de rebus eorum, l. si fundus sit sterilis, eodem titulo.* Author est Antonius Capicius *hìc, nu. 6.*
3 Probatur 2. Quælibet pupilli, vel minoris feudorum alienatio, cuiuscumque generis sit Iudicis decretum reposcit *l. 16. C. de auth. tutor. l. cum plures, §. non licet, ff. eod.* Hotmanus *cons. 13. nu. 19.* Antonius Faber *in juris prudentia, tit. 11. de tutelis, princip. 8. illat. 63.* Balduinus *2. instit. tit. 8. quibus alienare licet, vel non.* Pichardus *instit. lib. 2. tit. 8. quibus alienare licet in §. nunc admonendi, num. 10. l. Imperatoris 1. per totam, ff. de rebus eorum, qui sub tutela, & c. l. prædiorum, l. si prædium, l. non solum, C. de prædiis minorum, l. 1. & l. magis puto, §. ne passim, ff. de rebus eor.* Hotmanus *cons. 52. in princ. num. 4. & cons. 125. in princ.* Anton. Faber *in jurisprudentia, de tutelis, princ. 6. illat. 36. in princ.* Aflictus *decis. 87.* Paul. de Castr. *in l. cum hi, §. si Prætor, ff. de transf.* enimverò interest, Pupilli rem, quam
4 à Patre, aliisque majoribus suis, aut aliundè acceperit ei salvam, integramque asservari potius, quàm ullum pati damnum, ac deinde agere, ut indemnitatem consequatur, *dicta l. 1. & tot. tit. de reb. eor. qui sub tutel. vel curat. sunt, l. 1. & tot. tit. C. de præd. minor.* idem supralaud. Author est; idque nonnisi ob ipsorũ fragile, infirmumque judicium, *l. 1. §. nam cum de minoribus.* Iustinianus *in nov. constit. 72.* Donellus *comment. jur. civ. lib. 21. cap. 7. num. 7.* Balduinus *1. institut. tit. 13. de tutelis, vers. qui propter ætatem se defendere nequit.* Stephan. Bodeus *instit. eod. §. est autem tutela*; proptereàquod Iudici liquere
5 debet: numquid bonorum pupilli, vel minoris alienatio iisdem utilis sit nec nè. idẽ supralaudatus Faber, qui prudenter hac in re se gerere debet, ne pupilli, minorisve bona deperdantur: quo patefacto, constito, probatoque ad decreti efformationem contendendum erit: siquidem tunc perfectè functus suo perhibetur munere; hinc Cic. pro Rabir. posth. *Est sapientia Judicis in hoc, ut non solũ quid possit, sed etiã quid debeat ponderaret: nec quantum sibi permissum, meminerit, sed etiã*
6 *quatenus commissum sit*: tametsi denegandũ non sit, quod ubi haud obscurè patet utilem pupilli bonorum fore alienationem (ut in nostra facti specie esse supponitur) toties frustratorium redderetur Judicis decretum, *l. 22. C. de administr. tutor. l. ult. C. quando decreto opus non est*, ubi eleganter Cujacius *in eod. tit. lit. E. tom. 3.* siquidem decreti finis minimè adesset: verumtamen quia fraudes in alienationibus istiusmodi verificari possunt, uti nos experientia edocet: jure meritò Judicis decretum in hisce reposcitur, quod in praxi proculdubio servandum esse duco, *dicta l. 16. & l. cum plures*, & Authores supralaudati.
7 Dices: Obstat textus *in l. cum in, §. causa transactionis, ff. de transactionibus*, ubi absq; de-

decreto transigere inhibitus, transigere potest si suam meliorem facesseret conditionem, & textus *in auth. item si prædium, C. de sacrosanctis Ecclesiis*, in quo memoriæ proditum est, quod Ecclesia tametsi immobilia bona alienaret vetita sit, *extravag. ambitiosè, de rebus Ecclesiæ alienandis, vel non.* Trid. *sess. 22. cap. 21. cap. quisquis 37. cap. Abbatibus 41. cap. sicut 49. cap. non liceat 62. & ferè per totam 12. quæst. 2. cap. possessiones 92. 16. quæst. 1. cap. 10. 16. quæst. 3.* Consule Petrum Gregorium *lib. 1. de Republ. cap. 3.* Gonzalez, Cujacium, Grannanietum *in cap. nulli 5. de reb. Eccles. alienand. vel non.* Ambrosium *offic. lib. 11. cap. 15.* Socrat. *lib. 7. cap. 21.* Evagr. *lib. 4. cap. 24.* attamen si sterilis sit; firma est alienatio, dummodò rei sterilitas, & probetur, & superioris licentia obtenta sit, *cap. ad aures, de reb. Ecclesiæ alienand. vel non. cap. sine except. cap. terrulas 12. quæst. 2. cap. per tuas 5. de donat. cap. 2. de feud. cap. ut super, §. possessiones, de rebus Ecclesiæ alienandis, vel non, &c.* Sarmiento *lib. 3. select. cap. 7.* Pichardus *in §. adeò autem, institut. de locat. & conduct. num. 29. & 44.* Amaya *in l. ult. C. de vendition. rerum fiscal. lib. 10. ex num. 46.* Altesserra *in cap. possessiones 10. de rebus Eccl. &c.* igit. &c.

8 Supralaudatus textus ritè interpetrationē patitur hanc: ubi id Iudici ordinariè, clarèq; liquet, ac per consequens ejus postulatur assensus, qui per ejusdem commonstrari debeat decretum, cum sit quid facti: quæ enim facti extant, probatione indigent, *l. in bello, §. facta, ff. de captivis, & postlim. reversis, l. si emancipati 9. C. de collat. l. 1. C. de probat. l. quæcumq; §. final. ff. de publican.*

Pro decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

Decretum in rei pupillaris distractione, extante ejus maxima utilitate: numquid interponendum, ac permittendum erit?

Judicis decretum ad unius Creditoris instantiam, super pignoris alienatione interpositum: utrū cæteris aliis prosit Creditoribus, minùs obstāte debitoris cōtradictione, prætextu attētati circa decreti interpositi infirmitatē.

Decretum si binis ex causis latum esse feratur, quarum una vera, altera verò falsa sit: an illa ex causa, quæ vera esse supponitur, sustinendum sit: quidvè prædefiniendum, quoties plura cōtinet capita: quidvè postmodum, si individua autumetur materia.

Iudicis decretum in minorum contractibus: num vel præcedere, vel intercedere, vel subsequi valeat actum.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ decisio.
Num. 2. ejusdem probatio.
Num. 3. Thesis secundæ prædefinitio.
Num. 4. ejusdem probatio.
Num. 5. primæ Thesis, tertiæ partis finitio.
Num. 6. ejusdem probatio.
Num. 7. secundę Thesis tertię partis decisio.
Num. 8. ejusdem probatio.
Num. 9. Thesis quartæ prædefinitio.
Num. 10. ejusdem probatio.

1 Decretum in rei pupillaris distractione, extante ejus maxima utilitate interponendum, ac permittendum fore arbitror, uti defactò prædefinitum refert Thorus *compend. decis. tomo 3. §. decretum an erit necessarium in distractione rei pupillaris.*

2 Probatur: Quęlibet pupillaris rei distractio pupillo utilis, permittenda erit, *d. l. 22. C. de administr. tutor. & d. l. ult. C. quando decreto opus non est.* Inspicito supralaudat. Cujaciū *eod. tit. lit. E. pag. 614. tom. 3.* quod Judicem haud fugere debet, *d. l. 16. & d. l. cum plures*, idque genus Authores supralaudati: alioqui pupilli conditio deterior fieret, quod juribus obnoxium foret, *l. minor autem 18. l. minor 35. ff. de minor.* Antonius Faber 8. *C. tit. 3. unde vi, def. 24. num. 13. in allegat.* propter eàquod jura pupillorum, minorumq; & jura, & personas, quammaximè defensant: tametsi utilitas isthæc Iudici haud ignorata esse debet, ut decretum per ipsum interponi possit; igitur, &c.

3 Judicis decretum ad unius Creditoris instantiam super pignoris alienatione interpositum: cæteris aliis prodesse Creditoribus, minùs obstante debitoris contradictione, prætextu attentati circa decreti interpositi infirmitatem, reor. est Thori *compend. decis. tomo 3. §. decretum Judicis interpositum ad instantiam unius creditoris*, literis mandantis sic per S.C. prædefinitum fuisse. Marciani *cons. 19.* verbo *Creditores*.

4 Probatur: Hoc in casu par potius urgere supponitur ratio: siquidem istiusmodi decreti pro uno Creditore interposito; etiamnum pro aliis (si eadem militaret ratio) fieri deberet, igitur ne istiusmodi tēpus frustra teratur, aliud expectando super eadem re Judicis decretum; juremeritò decretum per unum Creditorem interpositum, cæteris aliis prodesse par est: se habet enim per modum unius, alioqui circulus foret vitiosus, tum quia fierēt plures, quę per unum fieri queunt; siquidē cuncta illa, quæ frustratoria esse perhibentur, resecanda, reiiciendaque sunt, *l. 1. §. quibus, C. de novo Cod. l. fin. C. qui admitti ad bon. possess. l. hæc stipulatio, §. Divi, ff. ut legator. nomine caveatur, & in proœmio decretal.* ibi: *resecatis superfluis.* Clem. *exivi, §. quamvis, ff. de V. S.*

5 Decretum si binis ex causis latum fuisse feratur, quarū una vera, altera verò falsa sit: numquid illa ex causa, quæ vera esse supponitur, sustinendum est: quidve prædefiniendū, quoties plura cōtinet capita: quidve postmodum

dũ si individua autumetur materia;pro queis prædefiniendis,distinguendum est; ubi matemateria individua esse supponitur, toties si una in parte foret, infirmum decretum in totum quippe infirmum esse puto 1. est Bartoli, Abbatis, Castrensis, Soccini, Putei *decis.*315.*lib.*2. de Franchis 173. *num.* 4. aliorunque, Author est de Marinis *observat. ad decis.* Revert.31.*num.*1.

6 Probatur:Individuum qua individuum est, nullam pati perhibetur divisionem:nam alioquin ejus essentia pessundaretur, quæ indivisibilitatem involvit, ac per consequens esset haudque foret infirmum decretum, quæ bina involvunt pugnãtia,quę & à cunctis juribus, & à Phylosophis exploduntur,*l. scriptura, C. de fide instrum.cap.imputari* 13. *eod. tit.* ubi Cujacius *lit.D. & E. tom.* 3. igitur,&c.

7 Ubi decretum plura contineret divisibiliter capita inter se sejuncta,disiectaque; toties potest esse firmum in uno, infirmum verò in alio, si veritas pro uno habeatur capite. est Cornęi *cons.*49.*num.*15.*lib.*2. Gabrielis *cons.* 56.*num.*19.*lib.*1.Cancer.*cons.*33. *nu.*20. Author est supralaudatus de Marinis *num.* 2. *l. etiamsi* 29.§.1.*ff.de minoribus,l.quædam mulier* 41.*ff.famil. ercisc.per tex.in l. labeo* 25. *in princ.de recept. arbitr. l. ult. de jur. patr.* Argum. *l. penult.C.de transact.l.*1.*ff. de re judic. l.*3.*C.de sentent.* Consule Cujacium *in lib.*23.*Paul.ad edict.ad l. in hoc judicio, fam. ercisc und.per tot.*& signanter *lit.E.pag.*1132. *tom.*1. Antonium Fabrum 3.*C.tit.*2. *de sportul. & sumpt. definit.* 7. *num.* 7. *in allegat. & lib.* 7. *ejusd. tit.* 26. *de appellat. &c. def.* 20.*num.*1.*in allegat.* adinstar decreti, quod si binis ex causis latũ esse reperiatur, una falsa, altera verò vera; dubio procul ex una sustinebitur causa,ac per cõsequens ex falsa haud infirmatur,est Innocentii penès eumdẽ, *nu.*1.

8 Probatur: Ubi aliqua divisibiliter inter se extare supponũtur,toties unius pars impertinẽtr se habet alterius respectu,ac per cõsequẽs veritas,vel falsitas unius,impertinẽter,atqueadeò materialiter se habet alterius respectu; inde est,quod in hisce diversum est judicium, Argum. *l.*3.§. *judicio contrario, ff.de contrar. action.tutel.l. proinde, ff.ad leg.Aquiliam,l.cũ actum, ff.de negotiis gestis,cap.translato, de cõstit.cap. prætereà,de officio delegati*;igit.&c.

9 Judicis decretum in minorum contractibus,sive præcedat,sive intercedat,sive subsequatur fore firmum indubiè censeo.est Pauli de Castro *in l.actor, ff.rem ratã haberi*. Alexandri *in l.sciendum,num.*28.*ff.de verborum oblig.* Nacte *cons.*126.*num.*6.*vol.*1. Vivii *decis.*130.*num.*1. Ursilli ad Afflictũ *decis.* 353. *n.*9. de Franchis *decis.*242. *n.*6. idque genus. Author est de Marinis *resol.lib.*2. *c.*116.*n.*12.

10 Probatur: Sat est enim quod Judicis decretum (moraliter loquendo) minoris contractui inesse prædicetur,quod quippe verificari ducitur,sive paulò ante, sive in eodem, sive post actum interponatur decretum,juxtà tritum dicterium illud:*quod parum distat,nil distare videtur*: siquidem seu ante, seu post, sive in eod.interponatur actu,semper salvatur finis ille,propter quẽ ipsũ interponere debet decretũ,ut scilicet ab ipso inspiciatur Judice: num alienatio illa pupillo utilis necessariaq; sit,an verò eidem damnosa: cum in cunctis dispositionibus, prædefinitionibusve sat sit si legum finis salvetur,*l.diximus,ff.de excusatione tutor.l.*1.*C.de execut.rei judic. l. ex imperfecto, ff.delegat.*3.*l.rem non novam,*§.*fin.C. de judic. l. sed & si quis,* §.1.*ff. de usufruct.* §. *omne autẽ jus,instit.de jur.natural.gẽtiũ,& civili,c.fraternitatis.*§.*fin.de frigid.& malefic.*

DECISIO CXIV.

AN Cœtus D. Cardinalium Sede Vacante possit restituere, & habilitare Cardinales privatos per D. Papam Julium saltem ad vocem, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

CArdinalium cætus Sede vacante:numquid Cardinalitiam dignitatem alicui à Pontifice prædecessore despoliato, saltem quòad Pontificem deligendum restituere queunt.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
A' num.2.usq.ad 5. ejusdem probationes.
Num. 5. Thesis impugnatio.
Num.6. ejusdem solutio.

1 SEu justa urgeret causa,seu non, ac per consequens inspecta Cardinalitia jurisdictione, Sede vacante in priscum aliquem Cardinalitia despoliatum dignitate redigi posse statum, per Cardinalium Collegium, haud dubiè reor; inspicito quæso Antonium Capycium hic universim utriusque partis rationes referentem. Authores extant Thorus *compend.decis.* §. *Cardinalium cætus Sede vacante,an possit restituere.*Riccius *collect.decis.* 120.

2 Probatur ex textu *in cap.Constantinus* 97. *distinct.cap.Ecclesia habet Senatum in principio* 11.*quæst.*1.*cap.licet,de electione*;idque genus.Author est Capicius *hic,num.*3. siquidem

3 Cardinalium cætus extincto Pontifice,suo in genere Pontificiam adipiscitur jurisdictionẽ,

& collectim Divi Petri Sedem repræsentant: quod ritè etiamnum arguitur ex ipsorum electione: siquidem si ad Pontificem deligendum dissidia inter ipsos suborta esse prædicetur; sanè alios deligere possunt Cardinales; igitur si alios creare valeant, cur despoliatos in priscum redigere nequeunt statum? Cajus *lib.* 1. *Regularum, l. omnia, de reg. jur.* Petrus Faber *ad l.* 35. *de diversis reg. juris*; quandoquidem eadem arguitur, supponiturque in ipsis virtus: cum utrobique par urgeat ratio; inde fit eadem juris statuitio, *l. his solis, vers. satis etiam cautè, Cod. de revocandis donat. l. item veniunt, §. ait Senatus, ff. de petit. hæredit. l. illud, ff. ad l. Aquil. l. si postulaverit, §. 2. ff. ad leg. Jul. de adulter. l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. nauta, §. fin. ff. nautæ caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, C. de sacros. Eccles. §. si igitur, instit. quod cum eo*: quare extincto Pontifice nemo est Cardinalibus Superior; cum ipsorum caput, omniumque Baptizatorum, Pontifex sit, *dist.* 19. *cap. in memoriam, dist.* 40. *cap. si Papa, dist.* 96. *cap. Imperator, cap. numquam, cap. Constantinus il* 1. *& il* 2. Calistus 1. *epistol.* 1. Benedictus III. *epistol.* 1. Gregorius XIV. *epist. unica*. Nicolaus I. *epist.* 2. 3. 6. *&* 8. Gregorius VII. *lib.* 1. *epistol.* 60. Concil. Roman. sub Sylvestro *cap.* 20. Concil. Roman. sub Sixto III. Concil. Rom. 3. & 4. sub Symmacho *cap. in nomine dist.* 96. *cap. in scripturis, cap. sicut quamvis extra, de majorit. & obedient.* Innocentius I. *epistola* 18. Concilium Constantinopolitanũ 4. *General.* 8. *cap.* 2. *&* 21. *cap. rogamus* 24. *q.* 1.

4 Tametsi haud denegandum sit per Pontificem, despoliatum in priscam haud redigendum fore dignitatem, non nisi ob summam necessitatem, utputà ad sedanda dissidia, quæ inter Cardinales, Principesque suboriri assolent. Augustinus Barbosa *de jure Ecclesiast. to.* 1. *cap.* 3. *de Cardinalibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, num.* 1. *&* 2. siquidem utpotè per Pontificem despoliatus ineptè ad Cardinalitium splendorem exercendum arguitur.

5 Dices: Obstat textus *in Clementina ne Romani*, verbo, *initum, eodem tit. cap.* 1. *de scism. lib.* 6. *§. omnem personam*, igitur, &c.

6 Textus hujuscemodi in alio extat casu, nec loquitur etiamsi justa habeatur causa: siquidem tunc procul ab ullo dissidio deligere possunt: quandoquidem longè diversa isthæc edisseruntur, & superstite Papa, eoque extincto, Cardinalitiam inspicere dignitatẽ: siquidem vivente ipsius Consiliarii, ac Coadiutores sũt. Idem Author loco sup. lau. quove extincto simul accepti Pontificiam repræsẽtant Sedem. Augustinus Barb. *de jur. Ecclesiast. lib.* 1. *de dignitat. privileg. & offic. Cardinaliũ, cap.* 4. juxtà text. in Clement. *ne Romani, de electione, & in Constit. Pii IV.* incipiente *in eligen. sub dat. Romæ idibus Octobris* 1562. *ut in Bullario novo, tom.* 2. *pag.* 91. idem Author *nu.* 92. 93. *&* 94. Leo X. *constit.* 7. *supernè.* Clem. *de elect. cap. ne Romani, & §. & tamen.* ibidem.

Pro Decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

Cardinali Legato aliquid de reservatis Papæ ex ditione demandata competere asservãti: nũquid fides præcisè per hoc præstãda sit. Sede vacante, si generale celebretur Concilium; Cardinalinalium creatio: ad quem spectabit: ad Cardinalium cætum nè: an verò ad œcumenicam Synodum?

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.
Num. 2. ejusdem probatio.
Num. 3. Thesis secundæ decisio.
Num. 4. & 5. ejusdem probationes.
Nu. 6. Cardinaliũ Collegii facultas ostẽditur.

1 Cardinali Legato aliquid de reservatis Papæ ex ditione demandata competere asseveranti: fidem præcisè per hoc ei haud esse præstandã proculdubiò reor, est Caputaquensis *decis.* 96. *par.* 1. Author est Riccius *collect. decis.* 120.

2 Probatur: Quæ enim facti extare supponuntur, proculdubiò probatione indigere edisseruntur, *l. actor, C. de probat. l.* 1. *C. eodem, l. in bello, §. facta, ff. de captivis, & postlim. reversis, l. si emancipati* 9. *Cod. de collat. l. quæcumque, §. fin. ff. de publican. l. assecuratio, C. de non numerata pecun. cap. cum Joannes, §. verum, de fide instrum. cap. licet. de constit. in* 6. demandatio porrò isthæc à Papa Cardinali facta, quid facti est; igitur ejus probatione indigere supponitur, *dicta l. in bello, dicta l. si emancipati* 9. idque genus.

3 Sede vacante si generale celebretur Concilium, Cardinalium creationem; ad Cardinalium cætum, secus verò ad Concilium pertinere debere opinor, est nõnullorum. Author est Augustinus Barbosa *tom.* 1. *de officio, & potestate Episcopi, par.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *num.* 13. edocens sic fuisse servatum in electione Leonis 10. tẽpestate novissimi Concilii Lateran.

4 Probatur 1. Apostolica Sedes vacans per Cardinalium cętus, secus verò per Æcumenicum repræsentatur Concilium; Leo X. *constit.* 7. *supernæ.* Clement. *de elect. cap. ne Romani, & §. & tamen.* Idem Augustinus Barbosa, & jura loco sup. laudato; igitur nil mirum si per Cardinalium cætum alii creari queant Cardinales, quandoquidem, quemadmodum superstite Pontifice unum cum ipso, utpotè ipsius Consiliarii, *cap. fundamenta, de electione in* 6. corpus efficiunt, sic eo extincto, cum Sede Apostolica vacante; igitur, &c.

5 Probatur 2. Papæ electio superstitibus Cardinalibus nonnisi ad Cardinales, secus verò ad Concilium spectare supponitur, *dist.* 79. *cap. si quis Apostolicæ, & cap. si quis pecunia, de electione in* 6. *cap. fundamenta*. Concilium Constantiense contra *Art.* 4. *Vieleff.* in-

inspicito Cardinalem Brancatum de Laurea *Epit.Canonum*, verbo, *Cardinalis*, §. *Cardinalis officium*, *pag.*121.

6 Haud est denegandū hoc in themate Cardinalium Collegium extincto Papa, haud authoritatem exercere posse Papalem, sed illam dumtaxat, quam Concilium Lugdunense sub Gregorio X. alias infirmiter agerent. Clem. *de electione, cap. ne Romani*, supralaudatus Cardinalis Brancat. ibidem: quicquid de Cardinalium creatione prædefinitum fuit idē prorsus edisserito, ac de Pænitentiariis Majoribus (si decessisse feratur) Clement. ibidem, §. *& tamen*; atqueadeò de Camerariis, idque genus. idem supralaudatus Author.

DECISIO CXV.

AMericus de Sancto Severino Comes Caputatii in suo ultimo Testamento instituit sibi hæredem universalem Gasparem filium eius Primogenitum, & specialiter ad Terras, & Castra ibi nominata, & Gaspari morienti in pupillari ætate, vel ab intestato substituit Antonellum Secundogenitum, Antonello, & Gaspari morientibus in pupillari ætate, vel ab intestato substituit Guilielmum tertiogenitum. Et si omnes filii decederēt in pupillari ætate, aut sine hærede legitimo masculo ex eorum corporibus, substituit in feudalibus unum ex suis fratribus servato ordine primogenituræ; secundogenitus autem habeat certa Castra; & si Primogenitus ex fratre suo decederet, substituit Secundogenitum, & quod si omnes fratres decederent sine legitimis hæredibus masculis, superstitibus fæminis succedere debeat *lo più prossimo Parente loro della Casa de Sāseverino*. Americo mortuo successit Gaspar, Gaspari Antonellus, Antonello Guilielmus, qui sine masculis obiit superstitibus filiabus fæminis. Antequam Guilielmus ultimus ex filiis decederet, & sic ante factum casum substitutionis factæ de fratribus Testatoris, fratres ipsi omnes decessērent, superstitibus filiis legitimis ex eorum corporibus. Mortuo deinde Guilielmo contingit dubitari, primò videlicet: si dictum Testamentum, ac disposita in eo conservari debeant, ex quo Regius Assensus non adfuit vivo, sed mortuo Testatore, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

ASsensus Domini: numquid testamentarias post Testatoris extinctionem de feudali stabilientis re, procul à Regio assensu firmari queat tabulas.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis decisio.
Num. 2. ejusdem Thesis probatio.
Num. 3. Thesis secundæ finitio.
A'num. 4. usq; ad 8. ejusdem probationes.
A'n.8. usq; ad 13. oppositiones, & solutiones.
Num. 13. tertiæ Thesis prædefinitio.
Num. 14. ejusdem probatio.

1 FIrmari posse per Dominum directum haud dubiè reor. est Baldi apud Antonium Capicium *hic, usque ad nu.*6. aliorumque dummodò infirmitas ex Domini assensus desinentia habeatur.

2 Probatur: tametsi testamentum à Testatore procul à Regio assensu celebratum, infirmū esse ducatur, *cap.*1. *de eo qui furt. fecerit, cap.*1. *quo temp. mil. invest. pet. cap.*1. *per quos fiat invest.* argum. *l. cum fundum, ff. de servitutibus rusticor. prædiorum*; Hotmanus *cons.* 32. *per totum, pag.*149. *cum seqq. tomo* 2. cum in condendis testamentariis tabulis juris solemnia asservare æstimetur, queis minus asservatis, actus infirmatur: enimverò quilibet juribus subjectus esse supponitur; inde est, quod testator suo in testamento jura, sollemniaque servare astringitur, *l. nemo potest, ff. de legat.*1. adeòq; si quid adversus pietatem, existimationem, leges, canones, præcipiat, utpotè derisorium pro haud scripto habendum est, *l. conditio* 14. *l. filius* 15. *ff. de cōdit. instit. l. si quis inquilinos* 112. §. *ult. cum l. sequenti*, §. *ult. ff. de legat.*1. *l. filium* 24. *C. fam. ercisc. l. si ita quis* 74. *ff. de hæredibus instituendis, l.*1. *&* 2. *C. de testam. milit. l. servo* 113. §. *ultimo, ff. de legatis*, verumtamen verificato dein assensu, firmatur: propótereàquod cujusmodi domini assensus retrotrahitur, perinde ac si ab exordio inter-

terpositus fuisset, etenim æquipollens est perinde, ac si tempore conditi testamenti illum præstitisset: haud enim in jure novũ est, quod quæ infirma sunt per Principem, dein roborari posse, cujus muneris est, & jura condere, eaq; perimere, *l. digna vox, C. de legibus, l. penult. C. de donationibus inter, l. finali, C. de quadrien. præscript.* Consule Vissembach. *disput.* 3. Bronchorst. *miscell. cent.* 1. *assert.* 1. & 2. Osualdum *lib.* 1. *comment. cap.* 17. *lit. A.* Petrũ Gregorium *in cap.* 5. *de rescript.* Corasium *in ff. de legibus, & Senat. ad l. non ambigitur* 9. *num.* 4. Cassiodorum *lib.* 3. *var. cap.* 18. cum in domini directi præjudicium dumtaxat celebratum, secus verò agnatorum supponatur: igitur verificato domini directi assensu firmum restat, perinde ac si ab initio validum foret.

Secundo esto quod valeret, an filio fratrum testatoris excludant fæminas ultimi morientis, idest Guilielmi Comitis vigore substitutionis: ex quo non ipsi, sed patres eorum Guilielmo substituti sunt, & ante eventum conditionis decesserant, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

Facti Species.

Filii masculi alicujus substituti: numquid filios novissimi instituti excludere queant: quod idem æquipollens est; masculi fratrum testatoris substitutorum: numquid fæminas novissimi instituti decedentis absque masculis vigore substitutionis explodere queant, si testatoris fratres substituti ante substitutionis eventum extincti esse ferantur.

3 Masculos fratris substituti excludere filios novissimi instituti reor, si feudalia bona isthæc in familia asservare voluisse feratur testator. est adversùs Capiciũ *hic à n.* 6. *usq; ad* 8.

4 Probatur 1. quoties testator feudalia volẽs in familia asservare bona sua, ac per consequens principaliter nuncupans masculos; toties masculis extantibus, sive descendentibus, sive transversalibus fæminæ explosæ autumantur, quandoquidem si fæminas instituere voluisset, quippè nuncupasset, *cap.* 1. *de eo, qui sib. vel hæred. & cap.* 2. *Episc. vel Abb.* & ibi Glossa *ordin. in verbo non admittentur, cap.* 1. *qui feud. dare poss. cap.* 1. *de alienat. feud. pat. l.* 1. §. *ultimo devent. in possess. mittend. l. ambiguitatem, Cod. e usufruct.* Hotmanus *in suis consil. consil.* 19. *per totum pag.* 113. *cum seqq. tomo* 2. cum mulier (ut ait Ulpianus) familiæ suæ, & caput, & finis sit, *l. pronunciatio* 195. *in fine, ff. de verb. signif.* Hotmanus *cons.* 73. *num.* 6. Alciatus *in d. l. pronunc.* 193. *in fine*, & honos, ac dignitas familiarum per masculos, non per fęminas conservatur, Hotmanus *loco supra citato*, alioqui testatoris voluntas haud asservaretur, quod juribus dissonum foret, jubentibus ceù legem fore servandam, *l. quidam in suo, ff. de condit. & demonstrat. l. nemo post. ff. de legatis* 1. *l. verbis civilibus, ff. de verbor. signific. l. hæreditas etiam, ff. de petit. hæreditatis, l. vel negare, ff. quemadm. testam. aperiantur, l. ex facto, ff. de vulgar. & pupillar. l. stipulatio, hoc modo concepta, ff. de verb. obligat.* §. *disponat, in novel. de nupt.* Donellus *in l. ea lege* 3. *C. de codicil. ob causam datorum, num.* 12. Balduinus *in præfat. ad tit. institut.* 10. *de testam. pag.* 257. supralaudatus Alciatus *in l. si filius ejus, num.* 5. *vers. ita ubi, ff. de lib. & postumis*, idq; genus, in nostro porro themate testatoris velle sic se habere supponitur, propptereàquod id ex Capicianis liquet verbis; ibi: *Etsi omnes filii decederent in pupillari ætate, aut sine hærede legitima masculo, &c. ex eorum corporibus substituit in feudalibus unum, ex suis fratribus servato ordine primo genituræ, &c. etsi omnes fratres decederent sine legitimis hæredibus masculis superstitibus fæminis succedere debeat lo più prossimo Parente loro della Casa di Sanseverino.* Quare (ly *sine hærede legitimo masculo*) (ly *superstitibus fæminis*) (*lo più Parente prossimo*) idem defactò arguunt; igitur, &c.

5

6 Probatur 2. ex text. *in l. pater familias primis tabulis, ff. de vulgari, & pupillari*, ubi sancitũ habetur, quod tametsi substitutus ad hæredes jus substitutionis haud trãsmittit, *l. heredes mei* 57. §. *cũ ita, ff. ad Trebell. l. si ex pluribus, ff. de suis, & legit. hæred. l. toties, ff. de acquirenda hæredit. l. qui plures hæredes, l. Lucius,* §. *ultimo, ff. de vulgari substit.* arg. *l. boves* 89. §. *hoc sermone*, & ibi Tiraquellus *de verbo. significat. l. omnia* 32. *l. cum ita,* §. *in fideicommisso, de legat.* 2. Inspicito Antonium Fabrum 6. *C. tit.* 22. *de fideicommissis defin.* 35. *pag.* 727. *per totum*, Cujacium *in consultationibus, consult.* 15. *circa finem, lit. B. pag.* 372. *tomo* 1.

7 verumtamen transmitteret, ubi hæres ex testatoris judicio veniret, siquidem tunc testatoris velle servandum est, *l. vel negare* 5. *ff. quorum testam. aperiantur, l.* 1. *C. de Sacrosanctis Ecclesiis, l. quidam,* §. *penult. l. si à pluribus, ff. de legat.* 1. *l. si quis à Titio* 17. *ff. de legatis* 3. *l. alumna* 9. *l. alio hærede, ff. de aliment. legat. l. divus, ff. si cum plus novell.* 131. Justin. *novella* 68. Leonis, *novella Majorani de testamentis, cap. ultima voluntas* 13. *quæst.* 2. *cap. cùm esses de testamentis,* Fragoso *de Regimin. Christia. Reipublicæ* 3. *par. lib.* 5. §. 5. *num.* 151. Antonius Augustinus *in epit. jur. lib.* 15. *tit.* 48. *cap.* 6.

8 Dices 1. hìc primo cum Capicio *num.* 6. obstat text. *in l. sed si plures in principio, ff. de vulgari, & pupillari*; ubi sancitum habetur, quod si Pater filio substituit suo pupillariter, & substitutus pupillo præcederet, tunc ad hæ-

hæredes suos substitutionis spem haud transmittere prædicatur, & quemadmodum substitutionis pupillaris jus haud transmitti traditur, sic nec vulgaris, *l. si ex pluribus*, *ff. de suis, & legitimis hæredibus*.

9 Supralaudati textus alio in themate extat, cum hic de bonis in familia asservandis sermo habeatur; secus verò supralaudatis in textibus.

10 Dices 2. vocitatus in cōditione nūquam ex testamēto nūcupatus esse videtur juxtà commune Authorū opinamentū, ex *l. ex facto, §. ex facto ad Trebellian. l. generaliter, C. de institut. & substitut. potest, ff. de vulgar. l. filius fam. §. cum quis, de leg. 1. l. si quis eum, §. ultimo, ff. de vulg. l. si quis ita hæres instituatur* 82. *ff. de hæred. instit.* Consule Fachineum 4. *controvers. cap.* 51. Antonium Fabrum *de error. pragm. decade* 26. *error.* 1. *cum seqq.* Hodierna *controvers. forensium cap.* 10. in queis magnam Authorū sarcinam reperies: in nostro porrò facti specie res sic se habet. Author est Capicius hìc; igitur, &c.

11 Gratis assumitur; secus verò probatur à capicio hìc, utpotè ex suprà commostratis li-
12 quet; secus verò discurras ubi feudalia bona in familia asservare voluisset testator: siquidam tunc minimè filiæ novissime institutæ exploduntur per filios Patris Testatoris.

Tertio quando fæminæ non excluderent, an ex quo primogenita earum videlicet Illustrissima Principissa Melphiæ reperitur maritata, & dotata tempore mortis Patris, & sic aliæ præter ultimam, quæ reperiebatur, tunc existere Monialis in Monasterio S. Hieronymi, & audita morte Patris exivit à Monasterio, an hęc tanquam in capillo excludat primogenitum, & alias, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

Tertia Facti Species.

MOnialis tertii ordinis S. Francisci in Monasterio extans, si haud dum emissa professione è Monasterio egressa esse feratur: numquid Sororem nuptam à feudi successione excludat.

13 Sororem se nuptam à feudi successione explodere edocet Capicius *hìc à n.* 9. *usq; ad fin.*

14 Probatur: priusquam professio emittatur, superstes civiliter vivere supponitur: quare in religione merè materialiter esse dicitur, cum per professionem in Monasterii ditionem & ipse, & ejus bona transeant, ac per consequens est perfunctus civiliter, Justinianus in *auth. ingressi, C. de Sacrosanctis Ecclesiis, cap.* 2. *de statu Monach. cap. non dicatis* 12. *quæst.* 2. *c. perlatum* 19. *quæst.* 3. *novella* 15 76. & 123. auth. *si qua mulier, C. eodem. arg. leg.* 11. §. *testamento, ff. de bonorum possess. princip. instit. de acquisit. per adrogationem.* consule Trid. *sess.* 25. *de regul. cap.* 16. Barbosam *lib.* 1. *de jure Ecclesiast. cap.* 42. Divum Basilium *in consit. monast. cap.* 20. Cassianum *lib.* 4 *instit.* Antonium Augustinum *in epit. juris lib.* 15. *tit.* 46. Petrum Gregorium *lib.* 4. *partit. tit.* 8. *cap.* 4. Borrellum *decis. tit.* 20. *num.* 120. aliosque, igitur ex continenti ac è cœnobio digressus ante professionem esse tradatur, suum preoccupat locum: siquidem reacquirit, quod prius per Religionis ingressum dormitare censebatur: in nostro porrò casu locus sibi debitus est feudi successio: quandoquidem feudi per nuptam Sororem manutentio conditionalis erat, utputà dummodo Sororis professio emitteretur, alioq; detentio pura asinina foret.

Pro Decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

PRoregis assensus si contractus coram ipso celebratus sit: numquid tacitè præstitus esse prædicatur.

Filii masculi: utrum maternis in bonis unà cum ejus fæminis inspecto Regni jure valeat.

SUMMÆ.

Num. 1. 1. Thesis 1. partis prædefinitio.
Num. 2. ejusdem probatio.
Num. 3. secundæ Thesis partis decisio.
Num. 4. ejusdem probatio.
Num. 5. Thesis secundæ finitio.
Num. 6. ejusdem probatio.

1 PRoregis assensus si contractus coram ipso celebratus sit: numquid tacitè præstitus esse prædicetur, distinguas, vel Prorex ibi merè materialiter, ac per accidens interfit, tūc ipsius assensus haud tacitè esse præstitum ducitur.

2 Probatur, ubi merè materialiter, ac per accidens interesse proditur actui alicui quis, toties si actui illi haud assentiri voluerit, minimè illi expressè dissentiri sit astringendus; oneraretur namq; procul à justa causa, cum quilibet in sua asservandus sit juris possessione, ac libertate, adusq; secus liquidò constat: hinc in append. sentent. ex apoph. literis proditum reperio *nihil beatum si absit libertas*, & indidem *libertas quamvis inops, omnibus divitum deliciis præferenda est*; *ubi ipsa minuitur*, quare regula illa tacens assentiri videtur, minime hoc in themate commentanda erit: in nostra porrò facti specie Prorex merè materialiter, ac per accidens (quod idem æqui-

æquipollens est,ac per transennam)actui interesse supponitur; igitur, &c.

3 Vel Prorex haud merè materialiter,seù per transennam, ast ibi ad audiendas causas, ac actis,qui in Collaterali Consilio, vel alibi id genus,celebrari assolent interesse voluit, tunc tacitè assensus illi præstitus esse ducatur, quare hoc in casu Collateralis Consilii decisio commentanda erit.

4 Probatur: ubi Princeps pro Tribunali sedens coram ipso aliquis sit celebratus actus, potensque illi impedimento fore haudq; dissentitur, toties illi tacitè assentiri arguitur:siquidem quicquid corã ipso à mortalibus peragitur, illi expressè dissentiri, ibi astringendus,si ipsi aliquod inferat præjudicium, quare elogium illud qui tacet assentiri perhibetur, *l.2.§.voluntatem,ff.solut.matrim. l.qui tacet, ff.de reg.juris, l.2.C.de acquirend.possess.l.si fine, C.ad Vellejanum, l. si hypothecas, C. de remiss.pignor. cap. nonnè de præsumpt. cap. qui tacet 43.de reg.juris lib.6.*hoc in themate erit commentandum; igitur,&c.

5 Filios masculos maternis in bonis una cum ejus fæminis inspecto Regni jure succedere posse censeo,est Afflicti *decis.178.in principio, usque ad num.3.*Author est Thorus *compend. decis.parte 1. vers.filii masculi an succedant, insimul cum fæminis,* memorans sic per S. C. fuisse prædefinitum, tametsi cum onere dotandi.

6 Thesis isthęc probatione non indiget:siquidem sic de jure Regni sancitum extitit: idq; non nisi, ut bona in famllia asserventur sua; Iacobus Gothofredus Codex Theodos. *tomo 1.lib.2.tit.13.in comment.columna 1.pag. 154.l.pater filium 38. §.1. §.2. §.3.ff.de legat. 3.l.libertis 108.ff.de condit. & demonstrat. l. omnia 32.in fine, l.pete 69. §. ultimo, l.cum pater 77.§.cum inter,ff.de legat.2.l.filius 114. §.cũ pater, ff.de legat.1. l.1.§.sed etsi,ff.devent. insp.l.liberorum in fine, ff.de verb.sign. lib feudor.2.tit.11.dt success.frat.* Decius *in l.2. nu. 54.ff.de reg. juris,* Franc. Curt. *in tract.feud. parte 3.quæst.1.& idem consil.40.coll.5.*Tiraq. *de nobilit.cap.25.& cap.137.& cap.23.*Alberic.*in rubr. de vulg. & pup. subst.* Hotmanus *cons.73.per totum, pag.374.cum seqq.tomo 2.* ac per consequens congruentius Sorori erit per fratres refundenda dos, ceù de more indies servatur.

DECISIO CXVI.

QUod res concessa ad beneplacitum non potest sine causa revocari contra *l. cum præcario, ff.de præcario, &c. Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

RES ad beneplacitum permissa: numquid procul à causa revocari queat.

SUMMÆ.

Num.1.Thesis prędefinitio.
Num.2.& 3.ejusdem Thesis probationes.
Num.4.exploditur Capicius hìc.

1 E Extemplo revocari posse arbitror. est adversùs Antonium Capicium *hìc per totum,* aliosve.

2 Probatur 1.ex textu *in l.cum præcario 12.ff.de præcario,* ubi Celsus id expressè decernit; ibi: *sed nulla vis est hujus convẽtionis,ut rem alienam domino invito possidere*

3 *liceat.* Siquidem ly *rem ad beneplacitum permittere* idem æquipollens est, perinde ac si edisserere permittens: *hanc rem detineas meam, adùsque me libuerit,* igitur ex incontinenti,& ex post pusillum tempus,idq;genus de ipsa rogitare queat; ut sibi restitutio fiat, alioqui res ad beneplacitum haud permissa fuisse, quod præcarii naturæ obversaretur, Cironius *in paratitl. 5. decret. de præcar.tit. 14.pag.204.*juxta tex.*in l.1.& 2.de præcario, & c.finali de præcario,* quæ cessio fieri assolebat tàm Clericis, quàm Laicis ad certum tempus, vel ad vitam, *cap. 5. Concil. Tolet. 6.*Donellus in *l.habitantis ultim.num.1.Cod. de liber. exhib. &c.* Balduinus, Vultejus, Budeus,idq;genus,*instit.quibus modis recontrahitur obligatio,§.item 15.*adeòq;adversus suppositum,quod perabsurdum esset.

4 Hinc explodẽdæ sunt Capicianæ rationes, idq;genus:enimverò in alio extant casu,cum de rigoroso minus loquantur præcario, quod nostra in facti specie supponitur.

Pro decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

COncessio ab initio de aliqua re nulliter facta; si deinde quamplurimis permissa esse supponatur vicibus:numquid firma sit.

Possessor alicujus bajulationis sibi ad beneplacitum concessa,sub quadam annua pręstatione, si beneplacitum istiusmodi revocatum fuerit: utrum lite pendente in possessione manutenendus sit; possessionem hanc arguens fuisse perpetuam; ac per consequens, nec revocari per concedentem quivisse.

SUM-

SUMMÆ.

Num. 1. 1. Thesis 1. partis prædefinitio.
Num. 2. ejusdem probatio.
Num. 3. 2. Thesis 1. partis decisio.
Num. 4. ejusdem probatio.
Num. 5. Thesis 2. finitio.
A num. 6. usq; ad finem probationes.

1 Concessio à primordio de aliqua re nulliter facta, si deinde quàm plurimis permissa esse supponatur vicibus: numquid firma sit ducenda? distinguendum est, vel permissio ab initio facta firmetur; ac per cōsequens juxtà juris sollemnia ratificata fuerit; vel non; ac per consequens eodem pacto, ac prius concessa; si primū firmam esse ducendā indubiè opinor.

2 Probatur: Prior namque rei concessio illa, ab exordio infirma, merè materialiter nostro in casu se habet: proptereàquod ubi per subsequentes vices ejusdē rei concessio juxtà juris sollemnia facta esse supponatur, toties firmatur, perindè quasi numquam alia vice à concedente permissa fuerit; igitur, &c.

3 Sin secundum (ut in terminis liquet) numquam firmari posse duco: quare in isthac facti specie eloquutus fuit de Curte *in divers. jur. feud. §. videndum est modò, num. 41. par. 1.* apud Thorum *compend. decis. tomo 2. §. concessio ab initio nulliter facta de aliqua re*.

4 Probatur: Ejusdem prorsus roboris primævo in casu supponitur, ac in secundo, idque genus rei concessio: quandoquidem zerū puro additum zero, nullum gignere edisseritur effectum. *l. 4. §. condemnatum, ff. de re judic. l. non putavit, §. non quæ vis, ff. de bonor. possess. contra tabul. l. 2. ff. de auct. tutor. l. si aut nullum, C. de legit. hæred. l. non dubium, C. de legib. l. fin. C. de sentent. ex brevic. recitan. cap. illud, de jure patronatus*; cum ex nō ente non fiat ens, *l. 2. ff. de usufructu, l. Sejæ, ff. de tutor. & curat. l. ejus. ff. de rebus creditis*; & nihil, & inutile æquiparantur, *d. l. 4. §. condemnatum, ff. de re judicata, c. sicut urgeri 1. qu. 1.* in nostra porrò facti specie, & prima, & secunda, atqueadeò sic in infinitum ejusdem rationis extare supponitur; igitur si primæva infirma esse ducatur, identidem & secunda, & tertia, & sic in infinitum ducendum erit.

5 Possessor alicujus bajulationis sibi ad beneplacitum concessę sub quadam annua præstatione, si beneplacitum hujuscemodi revocatum fuerit, tunc lite pendente durante restitutionis statu, in possessione haud fore servandum, opinor.

6 Probatur 1. ex textu *in l. non solùm, §. quod vulgò, ff. de usucap. l. certa, §. 1. ff. de precar.* in quibus sancitum habetur, quod colonus nec civiliter, nec naturaliter possideat, *cap. 2. & 3. de sequestr. possess. cap. examinata 15. de judic. cap. quoties il 2. 2. quæst. 6. l. si fidejussor. 7. §. final. ff. qui satisdare cogant. l. Imperatores 21. §. fin. ff. de appellat. l. ab executione 5. C. quorum appell. l. 1. §. 1. C. de assert. tollend. l. litibus 20. C. de agricolis*, ast potius concedens in possessione reperitur ex dicta annua possessione *l. 3. §. item acquirimus, & §. per Procuratorem, l. generaliter, l. quicquid, l. quod meo, in princip. l. si id quod, l. si quid pignoris, l. 3. §. ex contrario, ff. de acquirend. vel omittenda possess.* Consule Duarenum *in tit. de acquirenda, vel amittenda possess. cap. 1.* siquidem ex re ipsa, perceptio ejusdem possessionem commonstrat, *cap. cum venissent il 1. de restit. spoliat. l. litibus, C. de agricol. & cens. lib. 11.* Author est Thorus *compend. decis. par. 2. §. possessor alicujus bajulationis sibi concesse*.

7 Probatur 2. Locationem fuisse perpetuam, ac per consequens haud ad beneplacitum est onus; estque id facti; igitur probatione indiget: nam quæ facti sunt, probatione indigere plusquam compertum est, *l. actor, C. de probationibus, l. in bello, §. facta, ff. de captivis, & postlim. revers. l. si emancipati 9. C. de collat. l. 1. C. de prob. l. quæcumque, §. finali, C. de public. l. assecuratio, C. de non numer. pecun. cap. cum Joannes, §. verum, de fide instrum. cap. licet, de constit. lib. 6.* at onus hujuscemodi minùs ad concedentem, ast ad conductorem pertinet, cum possessio pro ipso locatore extare supponatur; adùsq; secus per ipsū conductorē cōprobatur siquidem hoc in themate quid, quod sæpenumerò, atqueadeò ordinariè in locationis, conductionisve contractu fieri assolet; inspiciendum est; cum obligatio non nisi à contrahē-
8 tium voluntate pendeat, ac legem accipiat, *l. 1. §. si conveniat, ff. depositi, l. contractus, ff. de regulis juris, l. lege, ff. de pactis conventis, l. 1. C. de oper. lib. l. 1. C. commodati, cap. contractus 85. de regulis juris lib. 6.* quod autem in hoc
9 contractu celebrari est suetum, ut locatio per annum, vel ut plurimum per trienniū, *c. 2. de locat. Clem. 1. extrava. ambitiosè, de reb. Eccle. alienādis, vel non,* Pinellus *in l. 1. C. de bon. materen. 3. par. nu. 64.* Author est de Marinis *resol. juris, lib. 1. cap. 6. num. 7.* secus verò per decem annos, vel perpetuò fiat, alioqui diventitio foret. Novella *Justin. 120*. Cironius *in paratitl. 5. decretal. tit. 18. de locato, & conducto*: siquidem emphytheuticus foret contractus, *cap. nulli 5. de rebus Ecclesiæ alienandis, vel non, d. Clem. 1. extravag. ambitiosè, eod. tit.* Argum. *l. 1. §. quod autem, l. fin. ff. de superficiebus, l. 1. & 2. ff. si ager vectig.* Consule Cujacium *lib. 12. Pauli ad edictum, in l. id est 74. ff. de rei vind.* Pichardum *in §. in summa, num. 283. instit. de interdict.* Valentiā *lib. 2. illustrium, tract. 1. cap. 6. num. 1.* Velascū *de privileg. pauper. part. 1. quæst. 32.* Amaya *in l. 1. C. de fide, & jure hastæ, num. 31.* igitur locator, vel ad beneplacitum rem permittens in sua extare supponitur possessione de annuo, vel triēnali permissu, usquequò per conductorem secus commonstratur; ac per consequens intereà in possessione minùs asservandus sit conductor, ast rei restitutio concedenti ordinaria via repentè est restituenda.

DECISIO CXVII.

IN Causa Pyrrhi Campanilis cum Galeocto de Miraballis, dubitatum est, si aliquis reperitur in possessione alicuius astrachi, aliàs membri superioris ad Solem, & non ostendit titulum illius astrachi, quod astrachum stat super mẽbro vicini sui, & non apparet, quod aliquando ille vicinus habuerit astrachũ illud, & ad illud astrachum solitum est haberi aditum, non ex membro inferiori vicini, sed ex domo illius, qui est in possessione astrachi: an ille qui est in possessione, vel dominio soli possit vendicare Astrachum, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

DOminus soli: numquid à superioris solario (quod vulgò acciri assolet astracũ) quod in ejus ditione quandoque fuisse minùs liqueat, Dominum actu possidentẽ, titulũ possessionis haud commostrãtẽ, expellere possit.

SUMMÆ.

1 REr soli Dominum haud vendicari posse, ac per consequens in prisca asservandum fore possessione, edocet Antonius Capicius, *hic in fine*, referens sic per S.C. prædefinitum fuisse; ibi: *S. C. in hac causa votavit, quod Galeoctus, qui jam ædificaverat Cameram supra dictum astricum teneatur illam demoliri facere, & reducere astricum in pristinam formam, seu speciem, & quatenus actor vindicabat astrachum, fuit votatum, quod ab hac impetitione Galeoctus absolveretur, sed quod illud tenere debeat, ut per prius, & sic Galeoctus non potuerit mutare faciem, antequam dando majus onus parietibus existẽtibus à parte Pyrrhi, quod onus infertur ex elevatione dictorum parietum: dando etiam onus continuationis suppeditationis astrachi; & ita judicatum est.*

2 Probatur 1. Superius istiusmodi solariũ ex duobus ejusdem Domini lateribus etiamnũ sustentatur, quinimò per 40. annorum spaciũ per ejusdem Domini superioris domum ad præfatum solarium aditus fuit; secus verò ex Domini soli. si quæ alia exoptas, inspicito supralaudatum Capicium, ibidem; igitur, &c.

3 Probatur 2. Superior defactò Dominus per antiquatam tempestatem actu possidet; igitur à possessione cujuscemodi haud despoliandus sit, adùsque de ejus possessionis vitio liqueat, *l. Imperatores, §. ult. C. quorum appellat. non recipitur, l. si fidejussor 7. §. ult. ff. qui satisdare cogantur.* Ant. Faber 3. *C. tit.* 22. *de usuf. def.* 14. *num.* 15. *in allegat.* proptereàquod unusquisque sua in re Dominus esse supponitur, *l. in re mandata, C. mandati,* in nostra porrò facti specie quamplurima pro ejus possessionis firmitate habentur, utputà actualis solarii per priscum tempus possessio, ad solarium aditus, numquam per adversarii domum, & solarium superius etiamnum per ejus columnas sustentatur, quæ universa, solarii dominium commonstrat; igitur, &c.

4 Dices: ædificium solo cedit, *l. 7. §. cum in suo, ff. de acquir. rer. domin. l. 2. ff. de superfic. l. qui domum 50. ff. ad leg. Aquil. l. cũ aurum 19. §. perveniamus, ff. de aur. & argẽt. legat. l. Titius 60. ff. de adquirend. rer. domin. l. granaria 18. ff. de actionibus empt. l. adeo 7. §. ex diverso, ff. de acquirend. rer. dominio, l. Julianus 37. ff. de rei vindica. §. ex diverso,* ubi Hotmanus, Balduinus, Pichardus, Stephanus Bodeus, Vultejus, Borcholten, idq; genus, *inst. de rerum divis. & acquirend. earum dom.* cũ ædificium esse nequeat absque solo, *l. obligationũ, §. placet, ff. de actionib. & oblig.* igit. &c.

5 Distinguo antecedens, nisi alia ratio opposita habeatur, concedo antecedens; sin verò secus unà cum ejus illatione denegatur.

Secunda Facti species.

SI Dominus soli supra solarium superius, in quo quis habet servitutem, domum construxisse feratur: numquid demolienda sit?

6 Demoliendam fore: tametsi ædificans servitutis valorem persolvere paratus sit invito servitutis Domino, indubiè reor 2. est ejusdem Capicii *supralaudati, num.* 12. edocentis per S.C. sic prædefinitum fuisse.

7 Probatur: Nemo invitus rem irrationabiliter dare suam astringendus est, *l. traditionibus, C. de pactis, l. si quis vi 17. ff. de acquir. possess. l. 1. 2. & 5. in fin. ff. pro derelicto, l. qua* ra-

ratione, *ff. de acquirendo rerum dominio*, §. *venditæ*, *in fin. inst. de rerum divis.* idque genus. Petrus Faber *ad l. id quod nostrum* 11. *de divers. reg. jur.* Cironius *in paratitl. de empt. & vendit. pag.* 208. *tit.* 17. ac per consequens ejus dominium adipisci impossibile est, *l. si quis in gravi, in princ. ff. ad Syllanum, l. si stipuler, ff. de verbor. obligat. l. Paulus, ff. quæ sentent. sine appellat. resc. l. impossibilium, ff. de reg. jur.* §. *impossibilis, inst. de hæredib. instituen. cap. nemo potest, de regulis juris, lib.* 6. propterea quod unusquisque sua in possessione asservandus est, adusque secùs in Senatu comprobatur, *d. l. Imperatores.* §. *ult. C. quorum appellat. non recipitur*, Antonius Faber 3. *Cod. tit.* 22. *de usuf. def.* 14. *num.* 15. *in allegat.* nec in alicujus ditione est priscum dissentiente Domino mutare forum, nec irrationabiliter parietibus alienis majus refundere onus, quę cuncta juribus aliena sunt; igitur, &c.

8 Dices: Ne Urbs deturpetur devastanda non est domus. Vvessembecius *de off. Præfect. vigilum, tit.* 15. *pag.* 61. Corasius *eod. tit. pag.* 489. Livius *lib.* 23. *& lib.* 35. Cornelius Tacitus *lib.* 4. *annalium, & lib.* 5. Hinc creati fuere ut memorant Authores sup. laudati à Romanis Magistratus ad dirimendas combustiones, sedantes Civium animos, ut Civitas libera foret ab hisce molestiis; igitur, &c.

9 Distinguendum est antecedēs si nulla ratio adversa habeatur, ne tertii damnum sectetur, verum ducitur antecedens; sin secùs infirmum una cum ejus illatione.

Pro decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

Superioris domus Dominus: numquid ne inferioris ejusdem Dominus fumatam reddat superficiem inhibere possit; vel è contra, ne superior Dominus ex superiori parte in inferiorem aquam proiiciat.

Dominus alicujus domus vicinalis viæ contiguę, vicinus, finitimusq; aditum ad ejus domum habens: utrum super proprium murū, tectū oppugnante vicino redigere valeat, in quo est stillicidiū, aquā in viam proiiciens.

Superioris partis Dominus, si ejusdem domus inferiorem minari ruinam noverit partem: num adversarium ad parietum refectionem impensis astringere queat suis.

Quidve prædefiniendum, si adversarius ad hujuscemodi murorum refectionem faciendam impotens ducatur.

SUMMÆ.

Num. 1. primę Thesis, primę partis decisio.
Num. 2. ejusdem probatio.
Num. 3. & 4. secūdę Thesis 1. partis prædef.
Num. 5. Thesis secundæ finitio.
Num. 6. ejusdem probatio.
Num. 7. primę Thesis tertię partis decisio.
Num. 8. ejusdem probatio.
Num. 9. secundæ Thesis, 3. partis prædef.

1 Superioris domus Dominus: numquid ne inferioris ejusdem Dominus fumatam reddat superficiē, inhibere queat; vel è contra; ne superior Dominus ex superiori parte inferiorem aquam proiiciat; distinguendum est; vel aditus haberetur, ut fumus, vel aqua (siquidem de utroque par urget ratio) commodè in alias cadere queat partes procul à vicini offensa; tunc nec inferioris partis domus Dominus fumatam finitimi inferiorem partem reddere debeat; nec è cōtra superioris partis domus inferioris vicini partem tradere debet. est Afflicti *in constit. juris gentium, num.* 12. Thorus *tomo* 1. *comp. decis.* §. *Dominus domus superioris, an possit prohibere*.

2 Probatur: Quod æquum, bonumque ducitur, nec à juribus alienum esse supponitur, efficiendum est; secus si per illud alteri iniqua inferretur conditio, nam tunc factitandum minimè esset. Cujacius, Antonius Faber *in ff. de just. & jur. in princ.* Hinc Cicero *Parad.* 1. *Quod rectum, & honestum, ac cum virtute est, id solum opinor bonum*: in nostra porrò facti specie res sic se habere supponitur: propterea quod juxtà illud, quod tibi haud obstat, alteri prodesse autumatur, efficiendum est, *l. justitia, ff. de just. & jur.* §. *juris præcepta, vers. alterum non lædere, inst. eod. tit.* ubi Balduinus, Hotmanus, Vultejus, Borcholten. Stephanus Bodeus, idque genus, *l.* 1. ubi Cujacius, *ff. quod quisque juris*. Hotmanus *epitom. jur. lib.* 1. *tit.* 1. *de just. & jure, lit. C.* Ant. Faber *in jurisprud. tit.* 1. *princ.* 2. *illat.* 1. *in fine*, cōsequenter cum partis, & inferioris domus nullum patiatur detrimentum; altera ex parte alteri prodesse supponitur, juremeritò, &c.

3 Vel aditus haud habeatur; tuncque necessitati obtemperandum est, *l. tutor, qui repertorium, ff. de administrat. tutor. l. ut gradatim,* §. 1. *de muneribus, & honorib. l. non solùm,* §. *fin. ff. de excusat. tutor. l. aliquando, ff. de officio Proconsulis, l. si quis filio, ff. de injusto rupto, l.* 1. *cap. de operibus liber. l. pro tyronibus, C. de privileg. domus Augustal. lib.* 11. *cap. licet, de feriis, cap.* 5. *in fin. de cōsuetud. cap. exiit, col.* 4. *in fine, de verbor. signif. lib.* 1. Petrus Faber *ad l. quæ propter necessitatem* 162. *ff. de divers. reg. jur.* Hinc perbellè Tullius 3. *de Orat.* sic describit: *necessitas cogit quod non habeas,*
4 *aliunde sumere*: idque reverà semper prudentis Judicis judicio redigendum esse duco, qui ad locum accessum facessere debet, ut de more est Neapolitano in Regno.

5 Dominum alicujus domus vicinalis viæ contiguæ, vicinus aditum ad ejus domum habens: super proprium murum tectum, oppugnante finitimo, redigere posse, in quo stillicidiū residet, aquam in viam proiiciens, exi-

stimo,utpotè per M.C.V.fuisse prędefinitum, literis prodit Thorus *in supplemento compēd. decis.§.Dominus alicujus domus cōtiguæ vie,* laudans Capicium Latro *consult.*64.

6 Probatur: Hujuscemodi profectò tectum super proprium murum repositum, potius commodum, & domino, & finitimo esse supponitur,quàm incommodum:nam transitus subter tectum fieri commodè potest,pluviam,& stillicidii aquā haud difficulter effugiendo: quandoquidem super re sua,& fabricare,& commodum sui,& vicini efficit, qui hoc in casu irrationabiliter invitus autumatur, quàpropter ejus instantia impertinens,irrationabilisque est, ac per consequens parvi facienda. Antonius Faber 8.*C.tit.*3.*unde vi,def.*39. Augustinus Barbosa 2. *decret.de appellat.in cap.cum cessante* 60.*num.*7.

7 Superioris partis Dominum si ejusdem domus inferiorem minari ruinā noverit partem:adversarium ad parietum refectionem impensis suis astringere posse, existimo 2. ut per S.C.defactò prædefinitum fuisse describit Thorus *comp. decis. par.*2. §.*Dominus domus partis superioris,in fine.*

8 Probatur: Superioris partis Dominus æquabiliter ad solaria propriis impēsis suis reficienda astringendus sit,atqueadeò inferioris partis domus Dominus:proptereàquod utrobique par urget ratio, ac per consequens eadem juris prædefinitio,*l.illud,ff.ad l.Aquiliā, l.si postulaverit,* §.2.*ff.ad leg.Jul.de adulter. l.quidam nummularios, ff.de edendo,l.nauta,* §.*fin. ff.nautæ caup.l.à Titio, ff.de furtis,l.illud,C.de sacrosanctis Ecclesiis,*§.*si igitur, inst. quòd cum eo*;quèmadmodū enim ad superioris partis domus Dominus ea, quæ de Cælo labūtur,uti,aquas, idq; genus cavere debeat, vel si ejus sive solaria,sive parietes extincti, sive reficere astringitur; sic à pari de inferioris partis domus Domino arguendum reor; cum unusquisque,& commodum, & incommodum pati fas,æquumque sit,*l.fin.*§.*sed cū, C.de furtis, l.supervacuam,C.de tempor. in integrum restit.l. Julianus,*§.*ex vendito, ff. de actionibus empti,l.secundum naturam, ff. de reg. jur.* §.*item pretium,instit.de emption. & vendit.* quandoquidem inferioris domus cōmodum desuper sentit; sin incommodū subter,cū unusquisque onus suū sustētare debeat.

9 Si adversarius ad hujuscemodi murorum refectionem faciendam potens sit, tunc in praxi sic est servandum: nam obtento per Iudicem decreto,ut intrà tempus hujuscemodi à Judice permisso adversarius, quæ per ipsū reficienda sunt,reficiat;alioqui liceat partis domus superioris Domino illā restaurare, ob quarum solutionem intereà penes se domum desinere queat,servata tamen S.C. forma quoad impensas derogandas, juxtà Artis Magistros, atqueadeò Civitatis Tabularios: quare si quid damni alterutrum adversarii culpa perpeti perhibeatur,ei est reficiendum, ne cum aliena locupletetur jactura,*l.nam hoc naturæ* 14. *ff.de cod.indeb.*Ant.Faber *in juris prudētia,tit.*1.*princ.*2.*illat.*1.*in fin.*Donellus *comm.de jur.civil.lib.*4.*de reb. privat. cap.*5. *sub num.*20,& 30.

DECISIO CXVIII.

IN Causa Magnifici Francisci Siripani utilis Domini Villæ Casæpazanæ cum Bartholomæo de Torza, & consortrbus de dicta domo habitantibus in Villa Frignani majoris pertinentium Aversæ. Videtur in hac causa, quòd bene consideretur,& inspiciatur in jure: an dictus Baro Casæpuzanæ circumscriptis probationibus valeat compellere Universitatem suæ Villæ ad præstandum sibi Camerarium alias baiulum,qui habeat servire ad exigendos redditus Baronis,&c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

BAro inspecto Regni jure:numquid Villæ suæ Universitatem ad præstandū sibi Camerarium, seu Bajulum pro redditibus ejus exigendis astringi possit.

SUMMÆ.

Num.1. Thesis prædefinitio.

Num.2.ejusdem Thesis probatio.

1 HAud cogi posse reor. est Antonii Capicii,*hîc in fine*,edocētis sic per S.C. sancitum fuisse;ibi: *S.C.votavit convētos esse absolvendos, & ita judicatū,*est Follerii *in cap. Regni item statuimus,quod possessiones, num.* 8. Jo: Francisci Capiblanci *in Prag.* 16.*num.*18.*de Baronibus.*Mastrilli *in tract.de Magistratibus,lib.*3.*cap.*10. *num.*10. & 14.aliorumque. Author est Thorus *comp. decis.*§.*Baro an possit cōpellere Universitatem.*

2 Probatur:ly *exigere Baronis redditus,* de sui conceptu onus, ac per consequens personale involvere perhibetur servitium, quod procul à Regis permissu fieri impossibile ducitur;cū Regis permissio quid facti sit,ac per consequens probatione indiget, *l.in bello* §.

fa-

facta, ff. de captiv. & postlim. reverſ. l. ſi emancipati 9. C. de collat. l. 1. C. de probat. l. quæcumque, §. fin. ff. de publican. l. aſſecuratio, C. de nõ numerata pecunia, cap. cum. Joannes, §. verum de fide inſtrum, cap. licet de conſtit. lib. 6. ſiquidem Univerſitas quælibet in ſua libera, ac pacifica poſſeſſione extare ſupponitur, adûſq; ſecùs comprobatur; cum melior ſit poſſidentis conditio, *l. ſi debitor, ff. de pignorib. l. is qui deſtinavit, ff. de rei vendicat. l. fin. C. eod. tit. l. qui accuſare, de regul. jur. lib. 6. l. apud Celſum §. Marcellus, ff. de doli mali except. l. ſi ſervũ, §. ſequitur, ff. de verbor. obligat. l. fin. C. de rei vendicat. l. cùm per delictum, ff. de reg. jur. cap. in pari, de regul. jur. in 6.* Tiraquell. *de jure primog. quæſt. 17. opin. 11. num. 20. cum ſeqq.* de Franch. *deciſ. 167. nu. 13.* Menochius *de præſumpt. lib. 6. præſ. 66. num. 7.* Hinc Cic. 2. *Officior. Proprium eſt Univerſitatis, atque Urbis, ut ſit libera, & non ſollicita ſuæ rei cujuſque cuſtodia.* & *Paradox. 4.* ibi: *Illa non eſt Univerſitas, cùm leges in ea nihil valent, cum judicia jacent, cum mos occidit patrius*; quod haud obſcurè per Regium expreſſum juſſum liquere debet, quod noſtro in caſu minimè hucùſque conſtare ſupponitur: neu aliquem à ſua deſpoliari poſſeſſione procul à Regis Aſſenſu noſtro in themate haud fas eſt, *l. Imperatores, §. ult. C. quorum appellat. non recipitur, l. ſi fidejuſſor 7. §. ult. ff. qui ſatiſdare cogantur.* Ant. Faber *3. C. tit. 22. de uſuf. def. 14. num. 15. in allegat.* igitur, &c.

Pro Deciſ. hujuſce illuſtratione.

CAPUT UNICUM.

Baro fructuum nemoris alienationi per Univerſitatem ob æs alienum factæ: numquid oppugnare valeat.

Quid prædefiniendum ſi Baro fructus nemoris iſtiuſmodi per Univerſitatem alienandos emere velit: utrum Univerſitas per eumdem ad hanc divenditionem aſtringi poſſit.

Quid ſanciendum ſi Baro cum nonnullis Civibus ad offerendum precium, hoc in themate concurrere prædicetur.

Baro ſeu injuriis, ſeu vulneribus, ſive id genus ſuos afficiens Vaſſallos: num cunctorũ Vaſſallorum juriſdictione ſit privandus.

Ut in juriſdictionis privationem incidat Baro, an prius per Proregem de ejus ſævitia ſit admonendus.

Baro ut Vaſſalli ne Regia adeant Tribunalia in juriſdictionis ſuæ præjudicium: numquid eos vetare queat.

SUMMÆ.

Num. 1. primæ Theſis prædefinitio.
Num. 2. ejuſdem probatio.
Num. 3. Theſis ſecundæ deciſio.
Num. 4. ejuſdem probatio.
Num. 5. Theſis tertiæ finitio.
Num. 6. ejuſdem probatio.
Num. 7. Theſis quartæ prædefinitio.
Num. 8. ejuſdem probatio.
Num. 9. Theſis quintæ deciſio.
Num. 10. ejuſdem probatio.
Num. 11. Theſis ſextæ finitio.
Num. 12. ejuſdem probatio.

1 Baronem fructuum nemoris alienationi per Univerſitatem ob æs alienum factæ, ſuo in genere minus oppugnari poſſe, arbitror 1. eſt de Frãchis *deciſ. 197.* Jo: Franciſci Capiblanci *in prag. 11. nu. 4. de Baron. & num. 18.* de Ponte *in tract. de poteſtate Proreg. tit. 3. §. 2. num. 8. & tit. 10. rubric. de alienatione fieri ſol. bon. univerſ.* Borrelli *conſ. 9. num. 14.* Maſtrilli *deciſ. Siciliæ 48.* Riccii *collect. deciſ. 280.* Martę *de juriſdict. par. 4. caſu 8. num. 6.* Thorus Author eſt *compend. deciſ. tomo 1. §. Baro tanquã primus Civis, an poſſit contradicere.*

2 Probatur: Univerſitas quà Univerſitas eſt, ut ære ſe liberet alieno, omni legitimo medio ad ſe liberandum uti debeat, præſertim cum ſit privilegiata, *l. Reſpublica, C. quibus ex cauſ. l. non ſolùm 6. ff. de in integr. reſtit. l. Rempublicam, C. de jure haſtæ fiſcalis, l. ergo 22. in fin. ff. quibus ex cauſis majores, l. illud 9. ff. de appellationibus.* Arg. *l. legatis, ff. quib. ex cauſ.* Conſule Gregorium Lopez *in l. 10. tit. 19. part. 6.* Gonzalez *1. decretal. in cap. requiſivit 1. num. 11. in comment.* Cujacium *lib. 4. obſer. cap. 14.* Amaya *in l. 1. C. de in integr. reſtitut.* quare utpotè cauſa privilegiata conditionem meliorem, ſecùs verò deteriorem faceſſere debet ſuam, adinſtar minoris, *l. obligari 9. in princ. ff. de authorit. tutor.* Juſtin. *in inſtit. d. tit. l. ult. C. ſi major. factus alien. rat. hab.* Ant. Faber *2. Cod. tit. 18. ſi adverſus vendit. def. 1. n. 7. in alleg. & in juris prudent. tit. de author. tutor. princ. 1.* Balduinus, Stephanus Bodeus, Borcholten, Hotmanus, idq; genus, *ibidem*: in noſtra porrò facti ſpecie, ſi Baro alienationi cujuſcemodi opponeret, ſanè Univerſitatis conditio deterior fieret: ſiquidem vili res alienaretur pretio, ac per conſequens ſemper in ære Univerſitas verſaretur alieno, quod perabſurdum foret: quandoquidem bono obverſaretur communi, quod juribus diſſonum eſſet, uti deducitur ex Cujacio, *tom. 2. de juſt. & jur. l. 6. pag. 164.* igitur, &c.

3 Quid prædefiniendũ ſi Baro fructus nemoris iſtiuſmodi per Univerſitatem alienandos emere velit: utrum Univerſitas per eumdem ad hanc divenditionem aſtringi poſſit? diſtinguendum eſt: vel Baro æquale perſolvere paratus eſſe ediſſeratur precium, & ab extero oblatum ſupponitur; tuncque præferendum fore, cenſeo. Idem de quolibet Cive reſpectu cujuslibet Alienigenæ diſſerendum eſt; ſin verò ſecùs, oppoſitum erit prædefiniendum, tametſi Baro in actuali extaret poſſeſſione, ut ſibi fructus alienentur.

4 Probatur: tametſi Baro rigoroſè loquendo haud

haud vocitandus est (siquidem loci exter esse supponitur); attamen naturalis ratio dictat, ut ob ejus dignitatem alienigenarum ullus, si æquale solvere precium paratus sit, ipsi præferendus sit: idque etiamnum ne dissidiorum origo inter universitatem, & Baronem suboriatur, quæ summoperè effugienda est, ne Urbis pax, tranquillitasve pessundetur. Hinc graficè Tullius ad Atticũ *lib.* 9. sic describit, *Nihil viro bono & quieto, & bono Civi magis convenit, quam abesse à civilibus cõtroversiis.* Exemplò identidem esto de Jacobo Aragonum Rege, qui litibus, & litigiosis, semper infensum, se præbuit, atque adeò Simeonem Radam insignem, & primarium ea ætate iuris consultum, quòd ejus argutia, aut malitia multi se afflictos quererentur, prævaricatoris lege postula tum, Regni finibus explosit, secùs verò si inæquale offerat precium: quandoquidem tunc ejus oblatio, utpotè universitatis conditionem deteriorem efficiens explodenda sit, *d. l. obligari 9. in princ. ff. de anthorit. tutor.* Faber aliiq; *loc. supr. cit.* igit. &c.

5 Quid sanciendum si Baro cum nonnullis civibus ad offeredũ precium, hoc in themate cõcurrere prædicetur? tunc reverà majorẽ offerentem valorẽ præferendũ fore, arbitror 2. quod publicè modo sueto faciendum sit:

6 quandoquidem universitatis conditionem meliorem facessere suam semper debet, *d. l. obligari 9. in princ.* dummodo nulli opponantur juri: etenim quæ juribus dissona extant, haud factitanda sunt. Cujacius *tomo 2. de just. & jur. l. 6. pag.* 164. sin æqua lance ambo precium offerrent; tunc ob dignitatem Baronem potius, quam civem præferendum esse duco; cum nobilitas præferenda sit, nam denominationem à nobiliori desumit objecto, dignumve ad se minus dignũ trahit, *l. quæ Religiosis, ff. de rei vendicat. l. si communem, ff. quemadmodum servit. amitt. l. justissimè, ff. de ædilit. edicto, l. per minorem, ff. de judic. §. si in aliena, & §. literæ, instit. de rerum divis. cap. quod in dubiis de consecrat. Ecclesiæ, cap. 1. eodem tit. lib. 6. cap. quanto de judic. cap. si duo, de officio deleg. cap. sacris, de sepultur. cap. per tuas, de arbitr.*

7 Baronem sive injuriis, sive vulneribus, sive id genus suos afficientem vassallos, cunctorum esse jurisdictione privandum vassallorum, arbitror 3. est Grammatici *decis.* 104. Capiblanci *in pragm. 3. de Baronibus nu.* 56. aliorumq; Thorus Author est *compend. decis. vers. Baro maletractans vassallos eos injuriis.*

8 Probatur: ideo à Rege vassallis creatus, traditusve fuisse perhibetur Baro, non nisi, ut de illis honestam haberet curam; ac per cõsequẽs ut Regis vassallos ritè curaret suos: quãdoquidẽ potius ad illos conservandos, quàm ad pessundandos à Rege creatus fuisse supponitur; alioquin potius tyrannus, quam Baro foret: Hinc disertè Tullius *Philipp.* 13. eruditè literis prodit: *Quẽ discordia, quẽ cædes Civiũ, quem bellum civile delectat, eum ex numero hominum eiiciendum, ex finibus humanæ naturæ censeo exterminandum*; & 5. Tusculanarum quæstionum; ibi: *Nulla nobis Tyrannis societas est, sed summa potius distractio, neque contra naturam spoliare eum, quem honestum est necare*: in nostra porrò facti specie Baro in Regis Vassallos sævitiam patrans, adversùs Regem crimen cõmitteret; ac per consequẽs nil mirum si suo in munere deficiens Baronis jurisdictione sit privandus, *Campagn. in cap. Regni gravamina* 11. *num.* 58. *num.* 19. Camil. de Curte *in diversi. jur. feudalis, cap. licet autem verissima num.* 45. *vol.* 1. Verde Author est *instit. 1. in §. sed & major. num.* 260. alioqui Rex haud ritè de suo curam haberet Regno.

9 Ut in jurisdictionis privationem incidat Baro, haud fore prius per Proregem monendum, arbitror 4. est Grammatici *decis.* 140. Andr. Gail. *practicar. observat. lib. 1. observat.* 17. *num.* 4. de Ponte *decis.* 16. *num.* 34. aliorumq; Author est Thorus *compend. decis.* §. *Baro maletractans Vassallos veteribus.*

10 Probatur: haud necessum ducitur, ut monitio isthæc per Proregem Baroni fiat, ut à criminibus patrandis desinat: siquidem jam in suo deficiat munere; ac per consequens utpotè reus, à Prorege & Baronis jurisdictione privandus, Authores supralaudati; & aliis afficiendus sit pænis juxtà delicti gravitatem; cum pæna culpæ mensura esse debeat, *cap. cũ bona, de ætate, & qualitate, cap. tanta de excessib. Prælat.*

11 Baronem, ut Vassalli Regia non adeant tribunalia in jurisdictionis suæ præjudicium eos prohibere posse, remota tamen in gravaminis casu appellatione, arbitror 5. est Annæ *in singulari* 62. *Baro. vide. inf. verb. vassallus Baronis*, Tartaglię *in praxi M.C.Vic. cap. 2. in addit. num.* 36. Thorus Author est *tomo* 1. §. *Baro an prohibere possit vassallos suos adire Regia Tribunalia.*

12 Probatur: est namq; jurisdictio isthæc à Rege ipsi permissa Baroni; ac per consequens à nemine privandus: quare in Baronis Vassallis dictio isthęc haud residere supponitur, alioquin pro tyranno haberetur, Authores supralaudati; cũ defensio cuilibet naturali debeatur juri, Caramuel *in Theologia, q. 8. casu 37. pag.* 124. Cironius *in paratitl. 5. decret. tit. 28. de appellat. pag.* 159. igitur, &c. Unde jureméritò si patratis criminibus ad Regis cõfugeret Tribunal; ut inobedientes, atq; adeo Baronis jurisdictionem violantes, à Barone arbitraria plectendi sunt pæna; quandoquidem ubi in jure sancita haud liqueat pæna, toties arbitraria suum sibi vendicet locum.

DECISIO CXIX.

IN Causa Domini Goffredi de Gallicipo cum d. Cath. de Cardines dubitatum: an Domina Catherina, quæ fuit judicio petitionis hæreditatis contra eam

eam mota per d. Goffredum condemnata ad restituendum, & assignandum actori turrim annunciatæ, possit retinere dictam turrim vigore sui instrumenti dotalis, ac præcarii pro causa suarum dotium, & jurium dotalium, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

Mulier ad rei restitutionem, ad creditoris viri in petitoris judicio instantiam damnata: numquid pro ejus dotibus, dotalibus in rebus eamdem detinere queat rem.

SUMMÆ.

1 Distinguas: vel viri creditores respectu dotis posteriores esse supponuntur creditores, vel anteriores; si posteriores, tuncq; sive cōmuni inspecto jure, sive Regni hujuscemodi creditoribus dotem fore præferendā, haud dubiè reor: quare Capiciana isthæc prædefinitio sic commentanda erit. inspicito Sodes Antonium Capicium *hic, in fine*, memorantem sic per S. C. fuisse prædefinitum; ibi: *Sacrum Consilium votavit, & decrevit esse locum retentioni, & quod procedatur in causis motis per d. Chater. quæ primo loco egerat hypothecaria, & adjudicatione super Roccha, & aliis bonis ibi nominatis, & secundo loco egerat super adjudicatione Turris annunciatæ post litem contestatam, & primum beneficium petitum in primo judicio.* est de Franchis *decis.* 53. *nu.* 3. Valasci *in praxi part. & collat. cap.* 6. *num.* 39. Author est Thorus *compend. decis.* §. *mulier condemnata ad restitutionem rei.*

2 Thesis isthæc probatione haud indigere supponitur: proptereàquod se ipsa liquet, juxtà illud, prior in tempore, potior in jure, *l. qui balneum in principio, l. potior in principio.* ubi Faber, Cujacius, Donellus; idq; genus, *ff. qui potiores in pignore hab. l. si fundū, C. eodē, c. qui prior* 54. *de regul. jur. lib.* 6. inde est quod prior vocitatus magis ducitur dilectus, *l. si communis servus* 2. *de stipulat. servor. cap. si quis de elect. lib.* 6.

3 Sin priores, tuncque subdistinguendum est; vel res super qua lis habetur dotalis sit, utputà si dotali pecunia empta sit; tuncque proculdubiò in hac præferenda sit mulier.

4 Probatur: res namq; dotali empta pecunia, dotalis ducitur, si maritus impotens sit ad restituendam dotem, secùs si potens; siquidem tunc dotalis pecuniæ dominus effectus est, cū obligatione restituendi tantumdem, quare sic & textus inter se oppositi, & Authores cōciliandi sunt, ilicet textus *l. si cum dotem*, §. *finali, ff. soluto matrimonio, l. res quæ, l. uxor maria, eodem tit.* Cujacius *lib.* 1. *feud. tit.* 1. §. *similiter, & lib.* 5. *observat. cap.* 9. Gothofredus, Connanus *lib.* 4. *comment. cap.* 17. *nu.* 10. quare dicterium illud res succedit loco pretii, juxtà textum *in l. si ita, ff. de fidejus. l. qui vas,* §. *finali, ff. de furtis, l. Labeo, ff. de verbo signif. l. si patruus, C. communia utriusque jud.*

5 *l. qui aliena, C. si quis alteri*, sub isthac distintione commentandum erit; & elogium illud res cum onere ad quemcumq; transit suum, *l. is cui opus, ff. de novi operis nunciat. l. si convenerit,* §. *si fundus, ff. de pignoratitia actione, l.* 1. *C. de distract. pignor. l. Julianus, l. Cajus, ff. de manumiss. testam. l. Pomponius,* §. 1. *de acquirenda possessione, l. finali,* §. *finali, ff. de contrahenda emptione, l. via constituti,* §. *si fundus, ff. de servit. rusti. prædior. cap. si quis laicus* 16. *quæst.* 1. *cap. ex litteris de pignor. cap. pastoralis de decimis*; ac per consequens haud mari-

6 to, ast uxori adquiritur, cum uxor dotis domina sit; ejusce verò vir administtator, dominusq; quoad effectum est, *l. si ego* 9. *l. quamvis* 75. *ff. de jure dotium, l. ubi adhuc* 29. *l. in rebus* 30. *C. de jure dotium,* §. *accidit instit. quibus alienare non licet, l.* 1. *& finali, ff. pro dote, l. doce ancillam* 9. *C. de rei vindicat. l. Julia, ff. de fund. dotal. l. in rebus* 30. *C. de jure dotium, l.* 4. *ff. de fund. dotal. l.* 1. *ff. soluto matrimonio, l. denique,* §. *sed utrum, in fine, ff. de jure dotium, l. assiduis, C. qui potior. in pignor. l. unic.* §. *& cum lex Julia, C. de rei uxor. act.* Consule Hotmanum, Balduinum, Stephanum Bodeum, Vultejum; idq; genus Insti. *per quas person. nobis acq. in* §. *accidit aliquando* Donellum *lib.* 14. *de jure civili, cap.* 7. *sub nu.* 50. *pag.* 238. Cujacium *lib.* 11. *Resp.* Papin. *ad* §. *ususfructus, l.* 11. *de pignoribus circa fin.*

7 inde est, quod dotis ususfructus viro matrimonii onera sustentanti, secùs verò uxori refunditur, *l. doce ancillam, C. de rei vendicatione, l.* 1. *C. de servo pignori dato, d. l. si ego* 9. *l. quamvis* 75. *ff. de jure dotium, l.* 30. *C. eod. supralaud.* Hotmanus 2. *institution. tit.* 8. *quibus alienan. licet vel non,* §. *accidit* 1. *vers. quamvis ipsius sit*; igitur, &c.

8 Vel privatam tacitam habent hypothecā, tuncq; & communi, & Regni juribus dotem fore præferendam, autumo.

9 Thesis isthæc probatione haud indiget: prop-

propatereàquod liquet ex textu *in l.assiduis,C. qui potiores in pignore*, ubi Cujacius, Donellus, Antonius Faber, Duarenus, idque genus:

10 Vel priorem expressam possident hypothecham, & tunc inspecto communi jure(quicquid sit de jure Regni:cum secùs sancitũ fuerit. Author est Gizzarellus *decis.* 1.) identidem creditoribus hujuscemodi fore præferendam, autumo 2.

11 Thesis isthæc alibi fusè commonstrata fuit, ut ex verborum serie liquet.

Pro Decis. huiusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

Mulier specialem habenti super domo hypothecam: numquid sit præferenda?
Mulier creditoribus tacitam habentibus hypothecam:utrum identidem sit præferenda.

SUMMÆ.

Nu.1. primæ Thesis 1. partis prædefinitio.
Num.2.ejusdem probatio.
Nu.3.2.Thesis 1.partis decisio,& probatio.
Nu.4.3.Thesis 1.partis finitio, & probatio.
Num.5. 4.Thesis 1. partis prædefinitio, ac Authorum conciliatio.
Num.6. Thesis 2.decisio.
Num.7. ejusdemq; probatio.

1 Mulier specialem habenti super domo hypothecam: numquid præferenda sit;distinguas, vel domus creditoris pecunia expresso modo empta fuerit, tuncq;mulier haud præferenda est.

2 Probatur:creditoris namq;solutio hic conditionalis est: propatereàquod ipsius intentio est,quoadusq; à domus emptore sibi pecuniæ restitutio fiat,ipse,ut principalis se habeat dominus, *l.Lucius* 8.*ff.qui potiores in pignore*, Antonius Faber 8. *C.tit.*8. *qui potiores in pignore def.*8.*num.*5.*in alleg.pag.*287. & idem ibidem *tit.*3.*unde vi,def.*27.*& in alleg.num.* 1.2.*&* 3.& idem 41. *de pignor.action.def.*6.*n.* 5.*in alleg.pag.*359.secùs verò emptor,qui donec creditori pecuniam restituat suo, mere materialiter se habet, adeòq; domus apparẽter dominus; *l.*1.*C.de contrahenda emptione*, *l.* 2. *C. de rescindenda venditione*, *l.* 3. *comm. utrius jud.l.Julianus*, §.*& vẽdito.de act.empt. l.cùm quidam*, §.*ex locato*, *ff.eodem*, *l. initio, de pact.inter empt.& vendit. l.naturalis* 5. §. *& siquidem* 1.*ff.de præscript.verb. l.Gabinus* 28.*l.convenit* 65.*ff.de contrah.cons.* Donellus *in l.usuras* 2.*C.de usuris per totum,& ad rubric.tit.C.de contrahenda emptione,& venditione num.*1. Vvessembecius *ad lib.digestor.*1. *tit.*1.*de just.& jur.nu.*11.ubi Hahnius; quandoquidem persoluto precio divẽditæ rei dominiũ in ipsum transfertur emptorem *l.quod vendidi* 49.*l.ut res* 53.*ff.de contrahenda emptione*, verè domus emptor creditor est; igitur in dotis ditione, haud est adversus alia bona,secùs verò viri agere posse;alioqui creditores potiores minùs prædicarentur, quod per absurdum foret.

3 Vel domus isthæc prius hypothecata, sive dein expressè, sive tacitè obligata fuisse tradatur mulieri, tuncq;audacter identidem fore præferendam mulierem, juxtà textum in *l.assiduis*, ubi Antonius Faber, Iacobus, Cujacius, Duarenus, Donellus, Connanus,Hotmanus, idque genus; utpotè alibi fusius commonstratum fuit.

4 Vel mulier posterior creditor sit, & distinguendum est: vel inspecto communi jure sermo sit; & audacter juxtà alibi commonstrata etiamnũ fore præferendàm duco, per textum in *d.l.assiduis*, & per rationes alibi commonstratas.

5 Sin inspecto Regni jure, tuncque secùs per S. C. prædefinitum habetur, Author est Gizzarellus *d.dec.*1.quare adjecta distinctione isthac conciliati sunt Afflictus, Ursillus, Vivius inter se diffidentes. Author est Thorus *tomo* 1. *compend. decis*§.*mulier an præferatur habenti specialem hypothecam.*

6 Mulierẽ creditoribus tacitã habẽtibus hypothecam in dote prælationem habentẽ:etiãnum in antefato haud esse præferendam censeo, ceù defactò fuit prædefinitum.Author est Ursillus *decis.*291.*nu.*3. apud Thorum *compend. decis. tomo* 1. §. *mulier sicut præfertur in dote creditoribus*.

7 Probatur: privilegium namq; per textum *in l.assiduis,C.qui potiores in pignor.doti*;secùs verò antefato permissum esse ducitur: propatereàquod jura de mulieris privilegio eloquẽtia de dote, secùs verò de antefato loquũtur: antefatum namq;est donatio, secùs verò dos ut somniavit de Ponte *decis.*24.*num.*10.nonnè antefatum extincta uxore ad viri hæredes transit verò dos uxoris ad ejusdẽ hæredem.inspicito de Marinis *resol.juris lib.*1.*c.*9.*nu.*6.*in fi.& obser.*10.ad Rever.*pag.*22.*& obser.ad decis Revert.*429.*pag.*834. si nulla dotis datio; nullum profectò antefatum est, de Marinis 1. *resol.cap.*9.*num.*6.*pag.*22. etenim quoad dotẽ utpotè accessorium se habet;ac per consequẽs dote, hoc est haud principali verificato, antefatum, hoc est accessorium, dari impossibile ducitur, arg.*l.etiam, C.de jure dotium, reg. accessorium de reg. juris in* 6. quod juxtà dotem computandum erit, §.*illud quoque auth. de non eligend.secund.auth.dos data, C. de donat.ante nuptias* de Marinis *loco supracitato.*

DECISIO CXX.

Cum Capiciana isthæc prædefinitio inutilis sit,Cardinalium designando dumtaxat numerum, ilicet 72. juremeritò eam omittamus.

DECISIO CXXI.

IN Causa Officii Conservatoris Regni Siciliæ vertente inter Magnificum Petrum Andreã Lambardum petentem se poni in possessionem, seu quasi officii supradicti ex una parte, & Regium Fiscum ex altera præsupponitur, quod quondam Magnificus Joannes Ripes altes ultimus conservator qui pridie decessit, habuerit privilegium à quondam Catholico Rege, in quo ob sua servitia ampliavit sibi dictum officium ad unum ex generis suis post ejus mortem eligendum per eumdem Joannem, & quod Joannes ipse elegerit jam dictũ Petrũ Andream suum generum licet electio ipsa, ac etiam vacantia officii facta sint post obitum concedentis privilegium videlicet Cath. Regis, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti Species.

REx in privilegii permissione: numquid in Regno successorem obstringere queat.

SUMMÆ.

1 DIstinguas: vel privilegium ob privilegiati merita à Rege conceditur, tuncq; est à jure, secùs verò à Rege extincto successore obstrictus.

2 Probatur: ob merita namq; privilegiatus jus in re à Rege permissum habet, §. *sed & quod Principi 7. instit. de jure natur. gentium, & civili, l. quod verum, ff. de legibus,* Iustinian. *in novella sua constit.* 139. *l. in omnib. causis id observatur, ff. de reg. juris, l. privilegia, ff. eodem tit. l. maritum, ff. soluto matrimonio, l. ætatem, ff. de censibus, l. 1. l. 5. §. immunitati, ff. de jure dotium, l.* 38. *ex quibus causis major, §. extraneis 6. instit. de hæred. qualit. & differentia, l. unica in fine, ff. de officio præto. l. 2. & toto tit. de privil. credit.* Consule Hotmanum, Balduinum, cęterosve *in dict. §. sed & quod Principi 7. instit. de jure naturali gentium, & civili,* Corasium *in l. jura 2. & in l. jus singulare 16. de legibus, & Senat.* quandoquidem Regis intentio est privilegiati merita compẽsare, *d. l. 38. ex quibus causis major, & d. §. extraneis 6. inst. de hæred. qualit. & differentia,* ac beneficientiam exercere; hinc Cic. *meminisse,* inquit, *debet is, in quem collatum est beneficiũ, non commemorare quem contulit,* & alibi: *Ingratus,* ait, *qui beneficium accepisse se negat, quod accepit: ingratus, inquam, qui id dissimulatur: rursus ingratus, qui non reddit; At omnium ingratissimus, qui oblitus est,* & rursus, *improbus,* fatur, *est homo, qui beneficium scit sumere, & reddere nescit;* ac per consequens à cujuscemodi jure acquisito procul à justa causa beneficiarius à Rege successuro, haud despoliandus est, *l. 2.* ubi Ant. Faber, *ff. de his, qui sunt sui, vel alien. juris, l. nec anus 4. C. de emancipation. lib. l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, l. quoties, C. de precibus Imp. offer. l. id quod nostrum 11. de reg. juris, l. item si verberatum 15. §. 1. ubi DD. de rei vindicat. l. Lucius 11. ff. de evictionibus, l. Paulus notat 8. ff. de præt. stipulat.* Cõsule Donellum *in l. dudum penult. num. 5. C. de contrah. emp. & vend. & in l. non est unica, num. 4. C. rem alienam gerentib. non interdici, &c.* Antonium Fabrum *1. C. tit. 11. si contra jus, vel utilit. public. defin. 1. num. 7. in allegat. pag. 61. & 6. ejusdẽ, tit. 5. de testa. def. 2. n. 2. & 11. ejusdem, tit. 29. de dignit. & nobilit. def. 15. num. 3. in allegat. pag.* 1217. quandoquidem potius
3 compensatio, quàm privilegium vocitanda est concessio isthæc; cùm privilegium nil aliud sit, quam jus privatum, ut docuit festus, quod favore speciali quorumdam conditum est *canone hinc est 16. quæst. 1. cap. in causis de sententia, & re judicata,* Tullius *3. de legibus,* (dixi secùs à Rege): proptereàquod nullus (rigorosè loquendo) Rex successor obstringi possit per antecessorem, ob jurisdictionis Imperii carentiam, juxtà illud *par in imparem haud obtinet Imperium, l. nam & magistratus, ff. de receptis arbitris, l. ille à quo, §. tempestivum, ff. ad Trebellia. cap. inferior, cap. denique 21. dist. cap. innotuit 20. §. quamvis de elect. cap. 1. de locato. l. 4. ff. de arbitr. l. per minorem 54. ff. de judiciis,* Consule Franciscum de Amaya *1. observ. juris, cap. 1. num. 92.* tametsi secùs est definiendum
4 in contractibus cum Rege defuncto celebra-

tis, Baldus *in l.ex imperfecto, in fine, C. de testam.* Thomas Grammat. *decis.*65.*num.*2. Cynus, Castr. idq;genus *in l.digna vox, ff. de legibus*, Didac. Covar. *lib.*2.*var.resol.cap.*19.*nu.* 3. alioqui fieret omnium exul, qui omnium est præsul, si liceret Principi à contractibus suis pro arbitrio resilire, ut ait Antonius Faber 3.*C.tit.*22.*de rei vindic. defin.*11. *num.*3. *in allegationibus pag.*232.& ita prædefinitum fuisse in suo Senatu pro Reverendiss. PP. Collegii Societ. Iesu Cambeniensis, contra d. Baronem de la Serra 18. cal. Maii 1618. memorat idem Faber *loco supra lauda. defin.*12. *num.*1.*in allega.pag.*233. Jacobus Gothofredus 10. Cod. Theodos. *de conductoribus tit.* 26.*ad legem conductores* 2.ibi: *legibus seruiāt, quibus tenentur & principes pag.* 537. cùm contractus ex partium cōventione legem accipiant, *l.*1.§.*si conueniat, ff.depositi,l.contractus, ff.de regulis iuris, l.lege, ff. de pactis conventis, l.*1.*C.de oper.lib.l.*1.*C.commodati,cap. contractus* 85.*de reg.juris lib.*6.alioqui quàm plurima sectarentur perabsurda, utpotè perpendenti liquet;Hinc Terent.*in Adel.*3.3.22. ibi: *est Hercle inepta, ne dicam dolo, atque absurda*; quare decisio,quam memorat Thorus *compend. decis. par.* 1. §. *in concessione privilegii*,sic commentanda est.

5 Vel privilegium gratis,liberèq;à Rege concessum fuit, tuncq; à successore dirimi posse plusquam manifestum est.

6 Probatur 1.nullum namq;in re à Rege permissa habere perhibetur jus privilegiatus, ast meram permissionem; alioquin compensatio foret; igitur in successoris ditione est privilegium huiuscemodi pro libito revocare posse: quandoquidem successor legibus antecessoris extincti derogare potest, cum eamdem obtineat facultatem, secùs verò si sit inferior, *l. formam,C.de officio præfect. Prætoris,cap.cum inferior,de major.& obiedient.*Clem.*ne Romani de elect.* inspicito Franciscum de Amaya 1.*observ.jur.cap.*1.*num.*92.

7 Primeva Thesis pars probatur 2.si in Principis ditione sit ob militum merita bona dare, refundereq;aliena,*l.Lucius,ff.de evictionib. l.vēditor,§.si cōstat,l.item si verberat.tradidit* 15.§.*item, si forte ager* 2. ubi erudité de more suo Antonius Faber,*ff.de rei vindicatione*; alioquin ingratus foret,cum circa milites beneficium exercere debeat; Hinc *in Append. sent.ex apoph.*ibi: *Benefacta,benefactis adducenda sunt: ne si desinamus benefacere, obsolescat priorum benefactorum memoria*; & indidem, ibi: *Beneficii accepti meminisse, dati oblivisci oportet*. etenim in Principe beneficientiæ laus summopere exoptanda est; Hinc Sallust. *Regem armis,quam munificentia vinci minùs flagitiosum.*Exemplo esto Romanorum,qui victrices aquilas ubiq;gentium prætulerūt:agri enim capti ex hostibus impertiebātur per cēturias, & refundebātur militibus, ut memorat Hygenus *lib de limitib.agr.*& Siculus Flaccus *lib. de conditionibus agr.* qui agri, quia ex beneficientia, & liberalitate Principis prensabantur,beneficia vocitabantur,& commentarii,in quos agrorum forma, divisiones, & fines referebantur,libri beneficiorum, militesq; quoq; beneficiarii nuncupabantur. inde Tertullian.adversùs Hermogenem ait,tribus modis aliena sumi *jure, beneficio, impetu*,agri ea conditione dabantur, ut eos possiderent,colerent, tuerenturq; *l.ultima, §.pro limitaneis, C.de off.præfect.Affricæ*, & Principi fidem, & militiæ munus, aut aliud servitium exhiberent; quare cujuscemodi liberalitates acciri occæperunt benefica, seù munera regia, Marchulphus *lib.* 1. *c.* 12.quæ sæpè numerò recipientium vita finiebantur, *cap.ex parte* 2.*de feudis,lib.*2.*feudor. tit.*48. ibi: *Si quis ea lege dederit, ut ipsi,& sui hæredes habeant, non esse propriè feudum*; hodie verò beneficia isthæc feuda devocantur, Cironius *in paratitl.*5.*decretal.de feudis tit.*10. *pag.* 215. Author est; igitur à fortiori Regni bona, ut describit Capicius *hìc, num.* 1.

8 Probatur 3. ex *l.fundi venditor, ff. de acquirenda possessione*; quare sic per S.C.fuisse prædefinitum litteris prodit Capicius *hìc, in fine*; ibi: *Quo ad primum, & secundum dubium fuit pro majori parte votatum pro Petro Andræa contra Fiscum*.

Secunda Facti Species.

Gratia à Principe alicui permissa,ut aliquo desinente officio ipse successor fiat, si interea Rex novissimum clauserit diem: numquid extincta isthæc ducenda sit.

9 Distinguas:vel gratia istiusmodi ob merita à Principe data esse supponatur; tunc extincto Principe haud extincta ducenda sit gratia:quare hoc in casu cōmentandus est Antonius Capicius *hìc,à num.* 7. *usque ad* 16. sic per S.C.fuisse prædefinitum; ibi: *Fuit determinatum esse locum cōtinētiæ causæ ex praeminentia, & observantia*. est Caroli Tapiæ *in l.finali parte* 2. *c.*3.*nu.*3.*ff.de constit. Principum*, Riccii *in pract.var. resol.*401. *sub nu.* 2.Author est Thorus *compend. decis.* §. *gratia Principis concessa alicui*.

10 Probatur per textum *in cap.si cui nulla de præbendis,lib.*6. *cap.oblata sane,de re judicata,eodem libro*, Author est Capicius,hìc; siquidem gratia hæc impropriè gratia acciri debet: quod enim gratis fit in subjecto gratiam suscipiente, nullum esse supponitur meritum, Antonius Faber 9.*C. tit.*22.*de Abolit. def.*1.*colum.*1.*pag.*1194.& *def.*3.*num.*2. *in allegat.ibidem*; etenim ubi in subjecto merita esse supponuntur, toties potius compensatio, quam gratia vocitanda sit,*l.Aquilius Regulus, ff.de donationibus, l.sed etsi lege, §. consuluit, ff.de petition.hæreditatis, l. donavi, ff. de donation.l.donari, ff.de reg.juris*, Balduinus 2.*institution.tit.*7.*de donationibus, vers.donationum autem, pag.*240. Donellus *lib.* 16. *de jure*

*jure civili, cap.*15.*pag.*691.cum de compensationis conceptu sit aliquod involvere jus, creditumq; *l.*1.*&* 2.idq; genus, *ff.de compens.* Faber 4.*C.tit.*23.*de compensat.def.*13.*nu.*1.*& in allegat.pag.*38.*def.*2.*n.*4. *in alleg. pag.*378. in nostro porrò casu in subjecto merita esse supponuntur; igitur impropriè gratia nuncupanda sit; igitur extincto Principe gratia isthæc haud perempta sit: nam merita identidem restant, ac per consequens per Principem remuneranda sunt, alioqui successor injustè se ageret, quod perabsurdum foret, consule textum *in l.forma* 4. §. *quicquid, C. de censibus, l.maximarum, C.de excusat.muner.lib.*10.Gonzalez 1.*decretal. cap.quoniam* 14.*tit.*29.*de officio, & potestate, &c. num.* 6. Hinc Cic. *Philippica* 8. ibi: *Magnum est personam in Republica tueri Principis, qui non animis solùm debet, sed oculis servire Civium.*

11 Vel gratia isthæc procul à meritis, ac per consequens ad solum Principis placitum data, permissaq; perhibeatur. firmo in robore mansitare, adùsq; per successorem avocetur, plusquam manifestum est.

12 Probatur: nullum in subjecto, ut sibi hujuscemodi detur gratia meritum esse supponitur; igitur nil mirum, si per subsequentem revocari queat successorem, Amaya *loco supr. laudato*; quare Capiciana isthæc prædefinitio hoc in themate minimè commentanda est.

Tertia Facti Species.

Fiscus adversùs successorem, ne in officio ex prædecessoris persona mediante Regis gratia succedat: numquid opponere queat si prędecessor in officio deliquerit.

13 Distinguas: vel crimen à prædecessore patratum privationis officio (quod prudentis Iudicis muneri linquendum esse duco) dignũ autumatur, oppositionem tum Fisci firmam fore arbitror, ac per consequens successorem prorsus fore explodendum.

14 Probatur: ideo munus hoc per Principem successorem permittendum erit, non nisi ob merita, vel ob prædecessoris Principis beneplacitum; atqui ubi prædecessor graviter deliquisse supponitur, toties ejus merita desunt: quãdoquidẽ rationabiliter prędecessoris Principis, hoc in casu revocata autumatur voluntas, cum suffectus, nõ nisi naturã prędecessoris consectetur, *l.si eum,* §. *qui injuriarum, ff. si quis caut.l.*1.§.*hæc actio, ff.si quis testam.liber. l.filia,* §.*Titia, ff.de conditionibus, & demonstrationibus, l.unica* §.1.*C.de rei uxoriæ act.*§. *fuerat, instit.de actionibus, cap. Ecclesia, il* 1. *vers.& est hic argum.ut lite pendente, l. quod in jus, ff.de rei vindicat.*Donellus *in l.emptor* 5.*num.*8. *C.de hæredit.vel action. vendit.* igitur, &c.quod equidem suum obtinet locum, seù de possessorio, seù de proprietatis sermo habeatur dominio, cum utrobiq; eadem urgeat ratio, inde fit eadem juris statuitio, *l. à Titio, ff.de furtis, l.illud, C.de Sacrosanctis Ecclesiis, l.quidam nummularios, ff.de edendo, l. nauta,* §.*finali, ff.nautæ caup.l.illud, ff.ad leg. Aquiliam, l.postulaverit,*§.2.*ff.ad l.Aquiliam, l.si ita, ff.de manumiss.testamentar.l.servus, ff. de statu liberorum, l. inter stipulantem,* §.*sacram, ff.de verborum obligatione, l.finali, ff.de ritu nuptiarum, l.his solis, vers. satis etiam cautè putamus.C.de revocandis donationibus, l.item veniunt,* §.*ait Senatus, ff. de petitione hæreditatis*, quare explodenda est Capiciana istiusmodi distinctio *num.*26.*&* 27.

15 Vel crimen à prædecessore patratum, haud graviter commissum sit, ac per consequens officii privatione minus dignum ducitur; tũc Fisci exceptio infirma est.

16 Probatur: prædecessoris namq; merita in esse mansitant, suo; ac per consequens si prædecessor dignus reputatur, identidem ejus successor, cum meritorum obligatio numquam deperdatur, ac per consequẽs semper in obligationis officio restat, hinc jure meritò Tullius 1.*de officiis*; ibi: *Nulla vitæ pars, neque publicis; neque privatis; neque forensibus; neque domesticis in rebus; neque si tecum agas quid: neque si cum altero contrahas, vacare officio potest. in eoque excolendo sita est vitæ honestas omnis; & in negliendo turpitudo.*

Pro Decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

Gratia testandi de feudo per Principem Baroni permissa, ut ipsum cui voluerit linquere valeat: numquid firma ducenda sit, si Princeps deinde rebellis fiat?

Gratia à prorege absq; dominorum regentium voto delinquenti facta: utrum valida? præcisè per hoc sit.

SUMMÆ.



1 Gratiam testandi de feudo per Principem Baroni permissam, ut ipsum cui voluerit linquere valeat, firmam restare; si Princeps deinde rebellis fiat haud dubiè reor 1. est de Ponte edocentis sic per Collaterale Consilium fuisse prædefinitum, Author est Anna *allegation.*45. *in fine*, tametsi ipse secùs sentiat, cui nulla est præstanda fides: propereàquod causæ hujusce patronus fuit, enimverò aliqua in ipso arguitur affectio, ut ipsamet experientia nos in dies edocet.

2 Probatur: tametsi Princeps deinde rebellis fiat, atq; adeò testamenti factio ejusdem testatoris

toris extinctio post rebellionem verificetur: verumtamen isthæc nostro in themate (quod fortassis haud perpendisse videatur Anna) merè materialiter se habent, quę enim materialia sunt, pro nihilo ducenda; proptereàquod Principis permissionis tempestas inspicienda est, quæ formaliter accipitur, quod enim ab exordio firmum esse supponitur, temporis tractu infirmari nequit, arg. *l. nam etsi sub cōdit. ff. de injusto rupto, l. obligare, §. tutor, ff. de auctor, tutor. l. tutor. C. in quibus causis in integr. rest. non est necessaria, cap. ad dissolvendū de despons. impub. l. 4. §. condemnatum, ff. de re judic. l. non putavit, §. non quævis, ff. de bonor. possess. contra tabulas, l. 2. ff. de auth. tutor. l. si aut nullum, C. de legit. hæred. l. non dubium, C. de legibus, l. finali, C. de sententia ex brevic. recitand. cap. illud, de jure patronat.*

3 Dices: ubi testamētū de feudo cōditur, toties tēpestate inhabili celebratū esse supponitur, cū hujuscemodi attento tēpore nulla testandi habeatur facultas, *l. 1.* ubi Cujacius *ff. de testamentis, l. 1. ff. qui testam. fac. poss.* nec testamentariæ tabulæ vires obtinere queunt suas, nisi post testatoris obitum, juxtà legis fictiones, vel ab adita hæreditate, *l. si tibi homo, §. cum servus, ff. de legatis, l. à Titio, ff. de furtis, l. proinde, ff. si certum petatur, l. 1. ff. de suis, & legit. l. penult. §. 1. de bonor. possess. contr. tabulas l. 1. ff. de iniusto rupto*, Hotmanus *consil. 71. nu.* 18 quæ nostro in themate deficiunt: nam inhabili verificantur tempore, utputà ubi Princeps rebellis esse supponitur, Faber 4. *C. tit. 14. de prob. & præsump. def. 67. nu. 3. in alleg. pag. 325.* ac per consequens nullum habere quit effectum, Author est supralaudat. Anna.

4 Corroboratur: ex textu in *l. si ego, §. si res,* ubi Franciscus Duarenus *pag. 250.* idq; genus, *ff. de jure dotium, l. cum hic status, §. si sponsus, ff. de donationibus inter virum, & uxorem, l. quod sponsæ, C. de donat. ante nuptias, cap. 1. §. moribus si de feudi defuncti milit. cap. 1. qui succedere teneant.* Author est idem supralaudatus; igitur, &c.

5 Verum Annæ argumentum ducitur, ubi Principis bona in suo haud restent robore: verum enimverò ex commonstratis in suo mansitent robore, proptereàquod à principio firmo dimanata esse supponuntur, adeoque à firma causa firmum producente effectum, *l. finali, in principio, ff. unde liberi, l. sancimus, C. de administr. tutor.* arg. *legis adigere, §. quāvis, ff. de jure patronatus, l. si pater, ff. de hæred. instit. l. generaliter, C. de Episcopis, & Clericis, l. cum te, C. de pact. inter empt. cap. magnæ in fine, de voto, cap. cum cessante 60. de appell.* ac per consequens ubi testatoris obitus verificetur permissio suo in robore restat: quare à subjecto minùs supponente arguit.

6 Gratiam à Prorege absq; dominorum Regentium voto delinquenti factam, præcisè per hoc firmam fore, si partis remissio habeatur, vel bonum urgeat publicum, ut gratia isthæc per Proregem fiat, tunc firmam fore haud dubiè reor, tametsi secùs per Collaterale Consilium fuisse prædefinitum, literis prodit Thorus in *supplem. compend. decis. Neapol. §. gratia facta delinquenti à Prorege.*

7 Probatur: Domini Regentes dum Proregis Coadiutores extant, de Ponte *de potest. Proreg. tit. 7. §. 5. num. 10.* & idem ibidem *de delegat. causar. tit. 12. num. 11.* ac per consequens rectus Princeps Regni Gubernator solummodò Prorex esse supponitur, de Ponte *de potest. Proreg. tit. 1. num. 1. 2. & 3.* idque genus apud eumdem, *pag. 2.* igitur quemadmodum, & jura, & Pragmaticas independenter à quocumque Regente (tametsi ut ritè, prudenterq; se gerat, non nisi cum Regentium consilio, & stabilire, & divulgare debet) sic identidem, & gratias haud depēdenter à quocumq; alio Ministro indulgere quit, alioqui Regio Collat. Cons. subjectus foret, quod perabsurdū esset.

DECISIO CXXII.

IN Causa spectabilis Admirati Regni Siciliæ cum Regia Magna Curia super petita remissione Joannis Antonii Campanellæ Nautæ accusati in dicta Magna Curia super homicidio Jacobelli Morronelli, unà cum pluribus aliis: fuit dubitatum, an petita remissio fieri debeat, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

CAusæ remissio subditi alicujus Judicis ratione cognitionis maritimæ: numquid ad Iudicem cōpetentem per M.C.V. fieri queat, si una cum aliis deliquisse feratur, & in ejusdē Fori vinculis actu extantes supponuntur.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.

A' num. 2. usq; ad 7. ejusdem probatio.

A' num. 7. usq; ad finē, & oppugnat. & solut.

1 TAmetsi causæ remissionem ad spectabilem Admiratum fore remittēdam per S. C. fuisse prædefinitum, memoriæ mandat Anton. Capicius *hic in fine*; ibi: *fuit determinatum esse locum continentiæ causæ ex præeminentia, & observantia M. Curiæ*: verumtamen publicis inthe-

thesibus posset quispiam; secus defensare, ac per consequens ad spectabilem Admiratum, ceu Judicem competentem esse remittendum. est nonnullorum, quorum Author sunt de Franchis *decis.426.in fine.* Ursillus ad Afflictũ *decis.155. in fine*, edocens pluriès sic servari vidisse; inspicito Mastrillum *decis.138.*

2 Probatur 1. ex textu *in cap. finali, de judiciis, l.nulli, C.de judiciis*, Authores extant Capicius *hic num.5.* Mastrillus *decis.* 138.*n.*

3 2. siquidem spectabili Admirato hoc in casu jus ex privilegio sibi dato acquisitum esse supponitur: enimverò Rex ipse privilegium concedens ab omni Curia, cujus subditum exemptum fecit, ac per consequens Judici cognitionis maritimæ subjecta reddit ora, alioqui privilegium cujuscemodi frustraretur quod contra privilegium concedentis mentẽ foret: enimverò indulgentis mens est inspicienda, quæ si aliter voluisset, expressisset, *l. unica, §. sin autem ad deficientis, C.de caducis tollend. l. si servus, §. Prætor ait, vers. non dixit, ff.de acquirend.hæredit.cap.ad audientiam 2.de decimis.cap.2. de transact. Prætor.*

4 neu aliquid suffragantur adversariorum rationes edocentium M.C.V. dignius fore Tribunal. Authores extant apud Reg.D. Carolũ

5 Preta *ritu 1.num,22.* neu causæ notionem dividendam fore, *l. cum Papinianus 14. C.de sentent.& interloc.omn.judicum.l.nulli 10.C. de judic.cap.fin.de rescriptis.* Antonius Faber *in l.si inter plures 1.ff.de quibus rebus ad eũd. Judicem eatur.* Idem 3.*C. tit.12. de judiciis, def.40. num.5. in alleg.* Franc. Ansaldus *de jurisdict. Eccles.par. 2. tit. 11. cap.20. num. 18.& num.67. & cap.21. n.124.* Boer. *decis.*

6 69.*num.24.& 25.* inde fit, quòd unus independenter ab alio in causa procedere fas, juraque haud sinunt, *l.duo 39.ff. de re judic. l. sicut 20.ff.de receptis, cap.si duo 6.de procurat. lib.6. cap.causam 16. cap. causam 21. & 22. de offic. delegat.* enimverò extant plures per modum unius, *cap. pastoralis, de rescriptis*; quare jure meritò nuper non delegantis verba prospicienda sunt; cuncta (inquam) isthæc vera ducuntur, ubi nullum foret à Rege indultum privilegium: continentia namque causæ haud dividenda foret, *dicto cap.nulli, & dicto cap.finali*, utpotè supralaudatis in juribus commonstratum fuit; quatenus Judex, competens in cunctis autumatur, quæ profectò Judicis competentia ut actus firmus sit essentialiter reposcitur, *l.potestatis verbo 215. C.de verbor.signif.cap.diligenti, de foro cõpet.* Cironins *toto tit. de judiciis, & de foro compet.* idque genus, *l.3.l.16.l.18.l.23.C.eodem; l. 2.& 6.C.de excus. Tutor.* Donellus *de jure civil.lib.3.cap.9.num.30.* in nostra porrò facti specie ex commonstratis incompetens ducitur; igitur, &c.

7 Dices 1. Obstat textus *in l.multi, C.de judiciis*, ubi sancitum est, quod causæ continẽtia dividi nequeat. Faber *loco supralaudato*. igitur, &c.

8 Verum ducitur antecedens, ubi nullum à Rege datum obstat privilegium: quare textus supralaudatus alio in casu extat.

9 Dices 2. Obstat textus *in l.1. & 2.ff. de quibus rebus ad eundem Judicem eatur*, ubi sancitum habetur, quod si à diversis patratũ fuisse feratur crimen, ab eodem Judice dignosci, ac plecti debeat, *l.hæredes 25. §. Judex. l. quadam mulier 41.ff.famil. ercisc.l. singulis 6.de exception.rei judicat.* Consule Ant.Fabrũ *in d.l. si inter 1.& l.cùm ex pluribus 2.ff. de quibus rebus ad eundẽ Judicẽ eatur*; igit, &c.

10 Textus hujuscemodi alia in facti specie est; enimvero loquitur ubi nullum à Principe supponitur alicui permissum privilegium; utpotè nostro in casu est.

Pro Decis. hujusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

Sententia condemnatoria, vel absolutoria unius hoc in casu: numquid alteri criminis consocio prodesse prædicatur, si in alio promulgata sit foro.

Causæ remissio ad alterius artis forum jurisdictionem habentis: an remittẽda sit, si delinquens pro majori tempestatis parte in alterius artis exercitio præoccupatus fuerit.

Remissio causæ Vassalli Baronis alicujus jurisdictionem à Rege in suos Vassallos habẽtis, ut & in Magno Vicariæ foro, & in S.R.C. conveniri nequeat: utrum per Principem, vel S.R.C. denegari aliquando possit.

SUMMÆ.

1 Sententiam condemnatoriam, vel absolutoriam unius hoc in themate, alteri criminis consocio haud prodesse existimo 1. si in alio promulgata sit Senatu, est Baldi, Guttierez. Author est Mastrillus *decis.138.num.5.*

2 Probatur: Judex unus, forumque diversum alterius fori sententiã sectari haud astringẽdus sit; cũ illi minimè subjectus esse supponatur, *tot.tit.C.res inter alios act.& quib.res judic.nõ noc.l.hæres, & hæreditas 22. de usucap. l.1.& 2.C.quib.res judic.nõ noc.l.1. ff. de except.rei judicat.l.cum quæritur 12.& seqq.l. cum hoc 27.ff.de except.rei judicatæ.* Argum. *l. si pariter 9.de sent. pass.& restit.* Antonius Faber 7.*C.tit.18.de re judicat.definit.4.& 7. per totum*: propestereàquod unusquisque juxtà suũ prudens judiciũ sententiam divulgare debet suã, *l. ult.in princ.de eo quod metus caus. l.3.§.1.& §.ejusdem, ff.de testibus, l.cum de inde-*

indebito 25. ff. de probat. l. ult. in fin. C. de usufruct. l. ult. C. de contr. & comit. stipulat. Hinc Cicero *pro Rosc. Com.* ibi: *Judex estis, quē non minùs bene de nobis exstimare, quàm secundū nos judicare velimus*: cum accidere quiret, vel alterius fori Iudices, qui judicarent non sint in jurisprudentia adeò periti, ut extant illi, qui deinde judicaturi sunt, vel aliqua affecti corruptionis labe. Hinc Cic. 4. *act. in Verrem*; ibi: *Dubium est quin omnes omnium pecuniæ positæ sint in eorum potestate, qui judicia dant, & eorum, qui judicant, cùm nemo nostrum possit ædes suas, nemo fundum, nemo bona Patriæ obtinere, cùm ad judicandum detur Judex nequam, & levis, qui de iis judicet*; igitur, &c.

3 Causæ remissionem ad alterius artis forū, jurisdictionem habentis non esse remittendam, si delinquens pro majori tempestatis parte, in alterius artis exercitio præoccupatus fuerit; sed ad illud in quo actualiter suū artis exercebat munus, existimo 2. est de Frāchis *decis. 426. in fine*, Ursilli ad Afflictum *decis. 155. in fine*, edocentis pluries sic servari vidisse, aliorumque; tametsi Capicius *hìc, in fine*, edoceat secùs per S.C. prædefinitum fuisse, idque non nisi ob M.C. Vicariæ præeminentiam, ne causæ continentia dividatur, ibi: *fuit determinatum esse locum continentiæ causæ ex præeminentia, & observantia M. C.*

4 Probatur: Videtur tacitè namque à prisco resilire foro, ac novum sectari illique subiici; igitur nil mirum, si ad novum, secùs verò ad priscum facienda sit causæ remissio forum.

5 Causæ remissionem Vassalli Baronis alicujus jurisdictionem à Rege in suos Vassallos habentis, ut & in Magno Vicariæ Foro; & in S.C. conveniri nequeat: per Principem, vel per S.C. denegari posse, rationabili extante causa, si inter Principem, & Baronem contractus verificetur onerosus, haud dubiè existimo 3. est Thori *compend. decis. tomo 1. §. remissio causæ vassalli alicujus Baronis habentis jurisdictionem*, aliorumque apud eumdem.

6 Probatur: Potestas Baroni à Rege data, ut causæ remissio Vassalli sui sibi remittatur haud simpliciter, absolutèque commentanda est, sed suo in genere, seu secundum quid, utputà limitatè, seu aliquibus in thematibus; inde fit, quòd limitata causa restrictum producit effectum, *l. in agris, ff. de acquirendo rerum dominio, l. cancellaverat., ff. de iis, quæ in testam. delentur, l. 2. ff. de servis export. l. ex facto, §. item quæro, ff. de vulgari, & pupillar. substit. l. cùm pater, §. dulcissimis, ff. de legatis 2. l. age cum Geminiano, C. de transf. cap. & noscitur, de sent. excomm.* 7 secùs verò gravioribus in delictis, in queis ditio ista, à Rege Baroni ipsi haud permissa esse supponitur; inde est, quòd de hoc nulla habenda erit ratio, cū expressum reposcatur velle: enimverò quid facti est, *l. si in bello, §. facta, ff. de captivis, & postlimin. revers. l. emācipati 9. C. de collat. l. 1. C. de probation. l. quæcumque, §. fin. ff. ad publican. l. assecuratio, C. de non numer. pecun. cap. cùm Joannes, §. verum, de fid. instrum. cap. licèt, de constit. lib. 6.* alioqui irrationabiliter suum Rex exerceret munus: quandoquidem non nulla sectarentur absurda; cum Vassallus à Barone minori infligeretur pæna, quam justè, ritèque solvere deberet majorem: adeòq; offensarentur jura, *l. sancimus 22. C. de pænis, cap. non afferamus stateras, in fine, 24. qu. 1. cap. quæsivit, de iis, quæ fiunt à majori parte Capit. cap. fælicis, §. illud autem, de pænis, lib. 6. l. neganda 19. C. qui accusare non possunt* Novell. Leon. 67. *§. ult. l. si adulterium 38. ff. de adulter. l. 3. §. si plures, ff. de re militari*; Consule Antonium Fabrum 4. *Cod. tit. 15. de testibus, definit. 9. num. 2. in allegat. & 9. ejusdem tit. 1. qui accus. non possunt, defin. 1. n. 2.* cum in Barone jurisdictio foret, quàm in Rege: enimverò haud plecterentur, quæ punienda sunt, quod perabsurdū esset:

8 etenim delicta puniri par est, *l. ita vulneratus, §. quod si quis. vers. cùm neque impunita, ff. ad leg. Aquil. l. licitatio, §. quod illicitè ff. ad publican. l. congruit 13. ff. de offic. Præsid. l. stichum, §. tametsi, ff. de solut. extrav. ad reprimen. in princ.* Anton. Faber 4. *C. tit. 5. de testibus, defin. 10. num. 5. in allegat.* idque Divino expressum est jure, Deuter. 17. *v.* 14. *& seqq.* Gen. 9. *v.* 5. *&* 6. Exod. 21. *v.* 12. *&* 14. Levit. 20. *v.* 4. Consule VVessembachium 1. *C. tit. 19. de precibus Imperatori offerendis, &c. num.* 4. cum Universitas summum pateretur detrimentum ob criminum minùs punitionem, *d. l. ita vulneratus 31. ff. ad leg. Aquil.* Faber *loc. supralaudat.*

DECISIO CXXIII.

IN Causa D. Antonii de Sancta pace cum Marchione Licodiæ eius Nepote, super Marchionatis, & Terris eius: fuit primò dubitatum, an ex quo prædictus Marchio ex mandato Regio est recessurus à Regno, & petiturus Neapolim debeat supersederi in causa contra eum mota per dictum D. Antonium; an verò possit compelli ad relinquendum, seù dimittendum Procuratorem, &c. *Hæc Antonius Capycius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Pri-

Prima facti species.

SI Reus legitima ex causa, utputà ex Regis jussu in longinqua digressurus esset loca: numquid designare possit Procuratorem pro causa ardua, scilicet Marchionatus, idque genus, si à creditore sit contestata, vel erit contestanda lis.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ decisio.
Num. 2. ejusdem probatio.
Num. 3. Thesis secundæ finitio.
Num. 4. & 5. ejusdem probatio.

1 QUolibet in themate, sive causa isthęc sit ardua, sive haud, sive in longinquas ex Regis jussu Reus lustraret regiones, sive non semper per Reum fore stabiliendum Procuratorem, dubio procul reor; quare est adversus Bartolum, Imolã, Antonium Capicium *hìc, usque ad num.* 6. frustra distinguentes.

2 Probatur ex *l. Papinianus, de minoribus, cap. intelleximus, de judiciis*; nam privilegia legitimè absenti permissa haud hoc in casu militant: siquidem hìc ex Regio jussu Silicensibus Marchio Reus egredi, atqueadeò ad Partenopea contendere ora astringitur; igitur cum cuncta isthæc suo ex reatu evenire supponãtur, jueremeritò ipsi, ut Reus nullum juris beneficium erit refundendum, alioqui crimina restarent impunita: siquidem bonis nocet quicumque parcit improbis, ut ait Ann. Seneca *in Jambicis*, & Memmius apud Sallustium *in bell. Jugurth.* quod juribus obnoxiũ esset, *l. ita vulneratus, §. quod si quis, vers. cum neque impunita, ff. ad leg. Aquil. l. licitatio, §. quod illiciti, ff. de publicanis, l. congruit* 13. *ff. de officio Præsidis, l. stichum, §. tametsi, ff. de solut. extravag. ad reprim. in princ. cap. est injusta* 23. *q.* 4. *c. ut famæ* 35. *§.* 1. *de sẽt. excõ.* quinimò munere digna; quod perabsurdum esset, inspicito Capicium *hìc, in fine* edocentẽ fuisse sancitum inter 4. menses in principali procedatur causa, prout juris est.

Secundò in eadem causa dubitare contingit, an quando non teneretur Marchio relinquere Procuratorem, possit dictus D. Antonius Actor petere, quod examinentur dicti sui testes saltem ad futuram rei memoriam, non solum senes valetudinarii, & ab futuri longa absentia, sed omnes, sicut dicimus in reo, &c. *Hęc Antonius Capycius.*

Secunda Facti species.

TEstes ad futuram rei memoriam ad Actoris instantiam hoc in themate: numquid examinandi sunt, si Reus Regio ex jussu Scanis ex oris Neapolim versùs digressurus foret, ac Procuratorem designare haud astringendus esset.

3 Facti species istiusmodi, ex superiùs primævo in casu prædefinito decisa restat: nã si juxtà supra asserta Procuratorem Marchio constituere astringendus sit, ac per consequẽs quæ juris extant à Iudicibus nosci; juremeritò identidem, & testium notio.

Supposita primæva Capiciana decisione, ceu vera (cum sit falsa) quid juris est prædefiniendum?

4 Descriptos testes, aliosve in lõginqua perlustrare loca volẽtes, idque genus examinandos fore priusquam lis, quid juris sit per Judicem prædefiniatur, opinor est Antonii Capicii *hìc, in fine*, edocentis sic per S.C. sancitum fuisse, ibi: *Fuit composita res, quod in quatuor mẽses nihil possit fieri, nisi examinari facere testes, stantes in periculo mortis post quatuor menses possint examinari omnes testes ad futuram rei memoriam, & etiam procedi in causa principali prout juris erit.*

5 Probatur: Testes hoc in themate examinari necessũ ducitur, alioqui ubi causa quid juris sit pertractatur; testes, vel extincti sunt, vel minùs extantes, ac per consequens summum detrimentum pateretur Actor, quod juribus alienum foret, *cap. quoniam* 5. *tit. u lite non contestata, cap. cùm olim* 34. *cap. significavit* 41. *cap. alibi reus* 43. *de testibus*, idque genus, Gothofredus *in l.* 40. *ff. ad leg. Aquil.* igitur, &c.

Pro decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

PRocurator delinquentis ad allegandum homicidium per ejus principalem patratum in foriudicati personam admissum fuisse: numquid admitti possit.

Exceptio declinatoria fori in causa criminali: an per Procuratorem in Regno præfato inspecto *ritu* 269. opponi valeat.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis 1. primæ partis decisio.
Num. 2. & 3. ejusdem probatio.
Num. 4. secundæ Thesis 1. partis prædef.
Num. 5. ejusdem probatio.
Num. 6. tertiæ Thesis primæ finitio.
Num. 7. ejusdem probatio.
Num. 8. quartæ Thesis primę partis decisio
A' nu. 9. usq; ad 12. ejusdem probationes.
Nu. 12. in quo discriminatur Reg. de Franchis decisio à ritu M.C. Vicariæ 269.
Num. 13. Thesis secundæ finitio.

Num.

Num. 14. ejusdem probatio.
Num. 15. oppugnatio.
Num. 16. ejusdem solutio.

1 PRocurator delinquentis ad allegandũ homicidium per ejus principalem patratum in foriudicati personam admissum fuisse: utrum admitti possit? distinguas: vel obtruncatus notoriè bannitus erat, & delinquentis Procurator id extẽplò commonstrare pollicitur, tuncque delinquentis Procuratorem in judicio, & admittendum, & audiendum, ac ipsi ad probãdum terminum dandum fore, indubiè reor. est de Frãchis *decis.* 314. *num.* 2. *& in fine*; ibi: *cogita tamen*, aliorumque.

2 Probatur: Siquæ ratio jure Regni inspecto in Criminalibus reus non admittendus esset quia M.C.Vicariç *ritus* 269. qui incipit, *die* 21. *Julii* obstaret; ast haud oppugnat; igitur, &c. major utpotè certa supponitur; minor verò probatur: magnæ Curiæ Vicariæ namq; ritus alio in casu extat; eloquitur enim de simpliciter patrante delictum, qui seu sit patratum, seu erit citandus per Procuratorẽ haud esse, sistereq; in Senatu valet, nisi infirmitatis causa, *l. penult.* §. 1. *de pub. judic. l. servum quoque*, §. *publicè*, *ff. de Procuratoribus*. Ant. Faber 4. *C. tit.* 15. *de testibus, definit.* 25. *num.* 1. *in allegat.* Julius Clarus *in pract. criminal. quæst.* 22. Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 1. *quæst.* 80. *& lib.* 2. *cent.* 3. *cas.* 264. cum delictum magna ex

3 parte ex ore, signis, idque genus ipsius Rei dignoscatur, *l.* 1. *C. de his qui propt. met. jud. non appell. l. & post rem judicatam* 11. *ff. de transact. l. eleganter* 23. §. 1. *ff. de cond. indeb. l. si causa cognita* 22. *C. de transactionib. Not. in l. de pupillo*, §. *si quis Prætori, de oper. nov. nunciat.* Hinc Cic. 1. *officior.* ibi: *Ex oculorum obtutu, superciliorum, aut remissione, aut contractione, facilè judicatur, aut denique tristitia.* & de petition. consult. *Vultus, ac frons, animi est janua, quę significat voluntatem abditam, ac retrusam, cap. quærelam* 2. *de Procuratoribus, cap. tenor, de re judicata, cap. ex parte, cap. cùm Bertholdus, de re judicata, cap. ex parte* 47. *cap. si duobus, de appellationibus, l.* 2. §. 1. *ff. si quis cautionibus, l. in exceptionibus*, §. 1. *ff. de probat.* Germonius *de sacrorum immunit. lib.* 2. *cap.* 19. *nu.* 56. Balboa *in cap.* 2. *de except. num.* 71. Hunnius *in encyclop. tit.* 38. Mancinus *de Procuratoribus, tit.* 3. *n.* 62. vel absentiæ, *l. servum* 33. *ff. de Procurat. l. reos, C. de accusat.* Salcedo *in praxi, cap.* 151. Gonzalez *in cap. tuæ, de Procurator, & in cap. nimis, de jurejurando, & in cap. veniens* 15. *de accusationibus, num.* 6. *in not.* aut captivitatis causa. Argum. *tex. in d. l. servum.* 33. *de Procurator. & in d. l. reos, C. de accusation.* ac per consequens extrà nostra facti speciem in qua banniti obtruncatio notoria esse supponitur, atqueadeò Procuratorem illam ex continenti demonstrare.

4 Vel si criminis reus esse supponatur, & dein Bannitum juxta Regium jussum obtrũcasse tradatur, tunc per Procuratorem etiamnum in judicio comparere posse duco secũdo, est Præf. de Franchis *loco sup. laud. num.* 2. neu M.C.Vicariæ supralaudatus ritus, neu de Franchis decisio hoc in casu commentatur.

5 Probatur: Per Procuratorẽ cõparitio necessaria est ob incõmoda, atqueadeò pericla que reo evenire posſẽt, enimverò reus ipse in foro sistere haud quit: etenim foriudicatus à cunctis etiamnum à proprio filio impunè necari potest, *l. minimè, ff. de Religiosis, & sumptib. funerum*, Constitutio Regni, incipiens, *pænam eorum*, Franchus, *dec.* 113. *&* 276. Menochius *in tractat. de arbit. jud. in quæst.* 90. *in* 2. *declaratione, num.* 43. Clarus *in* §. *homicidium*, de Marinis *allegat.* 90. *num.* 25. sequitur igitur ut reus iste se per Procuratorem defensare queat. Argum. *l. fin. vers. si ita malueris*, *C. de Procuratoribus.* Consule Vega *in cap. intelleximus* 7. *num.* 15. *de judiciis*, ubi etiam Fermosinum *quæst.* 25. *num.* 1. Osualdum *lib.* 18. *Donelli, cap.* 1. *lit. M.* Pacium *cent.* 1. *quæst.* 45. igitur necessariò per Procuratorem.

6 Vel reus pro criminis pæna, pecuniariam solvere vellet pænam; tuncque ejus Procuratorẽ etiam in foro esse admittendum duco 3.

7 Probatur: Nec M.C.Vicariæ ritus, nec de Franchis prædefinitio hujuscemodi in isthac facti specie eloquuntur, ut ex supra commonstratis, & ex mox probãdis liquebit, & è converso Procuratoris præsentia hoc in casu ad pænam crimini inflictam transigendam necessaria autumatur, alioqui pænarum solutio nulla Iudici fieret, quod perabsurdum esset: enimverò Procuratoris munus pessundaretur, quod in litigantium favorem dimanatum fuit, cum sit aliena negocia Domini mandato administrare, *l.* 1. *in princ. l.* 3. *l. filii* 8. *l. si quis* 31. §. *unius, l. qui proprio* 47. *in princ. l. Paulus* 69. *ff. de Procurator. l. rectè* 36. *de judiciis.* inspicito Treutlerum *lib.* 1. *select. thes. disput.* 9. ubi Bachovius, Vultejus *de judiciis, lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 59. Duarenum *ad tit. de Procuratorib. cap.* 2. Petrum Gregorinm *lib.* 3. *partit. tit.* 18. *cap.* 17, Hotmanum, Balduinum, Ulte jum, Borcholten, Pichardum, idque genus *in princ. instit. de his per quos agere*; igitur, &c.

8 Vel simpliciter criminis reus esse perhibeatur; vel banniti obtruncati nulla habetur notorietas; tunc sive criminis reus contumax sit, sive non, ac per consequens citandus per Procuratorem minùs in judicio per Procuratorem esse posse, reor 3. quare & de Frãchis decisio supralaudata *num.* 5. *& ritus M.C.V.* 269. hoc in casu commentandi sunt.

9 Utraque Thesis pars eodem prorsus probatur medio: ex commonstrato illo dicterio pro contumace nemo eloquitur, *l.* 1. *quor. appell. non recip. l. si quis ex aliena* 5. *ff. de judiciis, l. relegati* 4. *in fin. ff. de pænis.* Papiens. *in ferm. sit. actor. in ver. responderi ex cap.* 2. *de confess. in* 6. Antonius Faber 7. *Cod. tit.* 25. *de confess. defin.* 7. *pag.* 906. *&* 9. *ejusd. tit.* 26. *de pe-*

*nis,defin.*16.*num.*1.*in allegat.*nisi sumptuum solutione purgata,*cap.venerabilibus,§.porrò, & §.sanè,de sent.excomm.cap.cùm dilecti 6. de dolo,& contum. cap.*1. *eodem tit. lib. 6. l. properandum,§.sin autem,l.ex gestis,§.hujusmodi,l.sancimus* 12. *C.de judiciis.* Donellus *lib.*26.*comment.cap.*3. Idem Faber 7.*C.tit.*5. *de sentent.& interlocut.defin.*18.*num.*1. *in allegat.* Pichardus *in* § 1. *instit. de interdict. cap.*1.*num.* 75. atqueadeò pro foriudicato judicii fores,postesvè occlusæ sunt. Andreas *in supralaudat.Constitut.* incipiente, *pœnam eorum,colum. fin.vers.divitias ejus.*& Afflict. *in* 4.& 6.*notab.* Lucas *in cap.reg.sive quis*, *fol.*16. & *vers.item quia,*Baldus *in l.*2. *in* 3. *oppos.vers.& adde,C.si pẽd.appell.mors inter.* de Franchis *decis.*213. *num.*2. cum inspecto Regni nostri jure actiones,juraque deperdat, Merlinus *centur.*2. *cap.*21. Gaillus *observat. lib.*1.*observat.*1.*num.*38. Petra *rit.*220.*num.* 3. juxtà tex. *in l.si quis vi, §.differentia, ff. de acquir. possess.* Franchus *decis.*101.*vers.& eandem,& decis.*689.*num.* 6. inde est, quòd pro mortuo habeatur,de Franchis *in d. decis.* 213. *num.*11. & 12. Riccius *collectan. decis.* 291. Vivius *decis.*335. quin potiùs impunè obtruncari *d.l minimè. ff.de relig. & sumpt. funer.* Scialoja *de foriud.cap.*17. Mastrill.*decis.*104. Viv.*decis.*255.Verde 1.*instit.quibus modis jus Patriæ,&c.num.*367.& 368. Menochius *in tractat.de arbit.jud.in quæst.* 90. *in* 2.*declaratione,num.*43. Clarus *in §.homicidiũ,*de Frãchis *dec.*276.*n.*7.propptereàquod id allegare haud est extra crimen, ast ad criminis esclusionem, ac ad citati tutamen protendit,quod perabsurdum esset,igitur,&c.

9 Probatur 2. In criminalibus criminis notio summoperè ex Rei vultu ore, atqueadeò ex ejusdem responsitationibus pendet; Hinc Cic.3.*de Orator.*ibi: *Omnis motus animi suũ quendam à natura habet vultũ & sonum & gestum. Animi imago,vultus est: indices oculi. Nam hæc est una pars corporis, quæ quot animi motus sunt, tot significationes & commutationes possit efficere. Oculi enim sunt, quorum tum inventione,tum conjectu, tum hilaritate,motus animorũ significemus aptè. Nam oculos natura nobis, ut Equo, & Leoni setas,caudam,aures, ad motus animorum declarandos dedit,*quæ in procuratore pro Reo cõparente,ac cavillãte locũ obtinere impossibile ducitur; igitur nil mirum si Magnę Curiæ ritus, ac de Franchis decisio sic sanxere.

10 Probatur 3.Ubi banniti obtruncatio(hoc in casu eloquendo) haud patet; toties ipsius exceptio potius Judici calumnia, ac dilatatio disseritur;quam vera exceptio: siquidem quid facti est,cum haud verbis,sed facto probamur; Hinc Cic. 5.*Tusculan.* ibi: *Epicurus tantummodò induit personam Philosophi, & sibi hoc ipse nomen inscripsit, cum non multũ differret à judicio ferarum, præsertim cùm omne malum dolore definiat, bonum voluptate.* & *pro Planco*: *Virtus, integritas, probitas in homine,non linguæ volubilitas,non ars,non scientia requiri solet.*& 4.*Acad. Plus in negociis,inquit,gerendis res,quàm verba prosunt;* igitur nil mirum si Procurator à Foro explodendus sit.

11 Hinc liquet facti speciem de Franchis discriminari à themate M.C.Vicariæ 269. Siquidem de Franchis prædefinitio eloquitur de Procuratore pro principali reo in judicio sistẽte,exceptionem opponente, scilicet quod principalis foriudicatum obtruncavit: ritus verò docet de simpliciter homicidium patrãte,ac per Procuratorem in judicio sistere volente,sive sit;vel erit citandus.

12 Exceptionem declinatoriam Fori in causa criminali: per Procuratorem præfato inspecto in Regno ritu 269. opponi posse haud dubiè reor. est Grammatici *in cons.de foriudicatione post decis.num.*29.& 76. aliorumq; contrà Caravitam *in præfato Ritu num.*2. *in fine,* aliosque.

13 Probatur: Ritus namque 269. haud hoc in themate eloquitur (uti somniarunt adversarii) ast de Reo sibi subjecto,quòd minùs prædicaretur, quominus exceptio Fori declinatoria opponitur,quæ de sui conceptu universam perimit jurisdictionẽ, *l.apertissimi, C. de judic.cap.postremò* 36.*cap.cùm speciali* 61.*de appellat.*Donellus *lib.*22. *cap.*9. neu profectò Reus in præfato differitur Foro,nisi apparenter; quæ apparentia per Procuratorem ritè extingui possit, quod mirum in modum ad nonnulla perimenda absurda deserviunt,quæ cunctis in dispositionibus summoperè effugiẽda sunt, *l.ita si* 39.*in fine, ff.de oper.libert. l.nam absurdum, ff.de bonis libertor. l.*2. *C.de noxalibus actionibus,cap.in Genesi,de electior.*

14 Dices: Præfatus Ritus quamcumque explodit exceptionem;igitur,&c.

15 Distinguendum est antecedens,ex suppositione quod sit Reus, ac sibi subjectus permittitur antecedens; secus verò si sibi subditus minùs sit; nam declinatoriam perimeret exceptionem: quare Ritus de declinatoria haud eloquitur exceptione: siquidem absurdum diceret,volens aliam usurpare jurisdictionem, vel incommoda sibi subditorum minùs afferre, quod naturali opponitur juri. sic de crimine inquisito sanciendum, ut indultum sibi ex aliqua justa causa competens per Procuratorem rogitari valeat. est Baldi, aliorumque, adversùs Follerium, Caravitam *hìc, num.*4.

DECISIO CXXIV.

IN Causa Domini Comitis Calatabellorum cum suis Vassallis de Binona, fuit dubitatum: an ipse possit procedere ad punitionem Vassallorum prædicto-

dictorum, qui rebellarunt Terram à sua obedientia, prætendendo se esse Cesarianos; impediverunt quoque suorum introitum exactiones, immò & filios cæperunt, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

VAssallos se fore Cæsarianos, Baronis verò duntaxat Demaniales asserentes, ac per consequens impedimento forent, quominus exactiones, idque genus suo acquiruntur Baroni: numquid præcisè per hoc ut rebelles per Baronem plectendi sunt.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis prædefinitio.
Num. 2. ejusdem probatio.
Num. 2. Vassalli acciri nequeunt rebelles.

1 MInùs intereà per Baronem plectendos fore, ast causæ notionem ad superiorem, scilicet ad Proregem Regni jus esse devolvendam, qui juxtà processum ab ejus Ministro fabricatum, Baronis Vassallos plectere, vel absolvere debet censeo, tametsi secus Panormi prædefinitum refert Capicius *hic, in fine*; ibi: *Fuit decretum quod Prorex ponat unum Judicem, & Comes alium, qui procedant in causis usque ad expeditionem, exclusivè suspensis processibus factis per Comitem, & tunc S.C. viso processu fabricando, videbit si causæ spectabunt ad Comitem, vel ad Regiam Curiam, & hoc fuit ideo factum, ut videri possint causæ super quibus est procedendum. An in eis sit offensa dignitas, & quomodo*. est adversùs Ursillũ *decis.265.num.3390*. Capiblancum *in prag.16.num.56.de Baronibus*, Vivium *decis.278.num.4*. aliosque. Author est Thorus *compẽd. decis.tomo 1.§.Baro an possit punire Vassallos rebellantes*.

2 Probatur: Baro hoc in themate Judex esse nequit, cum nullus Princeps inferior propria in causa Judex esse possit, *l.qui jurisdictioni, ff.de jurisdictione omnium judicum, l. qui jurisdictioni 10.ff. jurisdict.l.penul. ff.recep.arbitr.* Hotmanus *consilio 24.num.19.toto tit.C. ne quis in sua causa judic.vel jus dicat*, argu. *l.nullus 10.ff.de testibus, l.omnibus 10. C.eod.* Antonius Faber *in jurisprud. Papinian.tit.1. de justi, & jure, princ.4. illat.3. pag.22.* neù processus à Barone fabricatus ritè valeat; nam ab offenso, ac per consequens ab adversario confectus esse prædicatur, adeòq; ipsi nulla præstanda sit fides, cum ab infesto omne præsumendum sit malum, ac per consequens à testimonio, idq; genus explodendus est, *l.3.ff.de testibus*, auth.*dicatur alias si testis, C. eodem tit.* Conzalex *in cap. repellantur 7. 5. decretal.tit.1.de accus.num.2.* quod præsertim suum vendicat locum si sit domesticus; hinc Tullius *act.3.in Verrem*; ibi: *Nullæ sunt occultiores insidiæ, quam quæ latent in simulatione officii, aut in aliquo necessitudinis nomine: nam eum qui palam est adversarius facile cavendo, vitare possis: hoc vero occultum, intestinum, ac domesticum malum non modo extitit, verumtamen opprimit antequam perspicere, atque explorare potueris*; & *Act.7.in Verrem*; ibi: *Tacite magis, & occultæ inimicitiæ timendæ sunt, quam indictæ, & apertæ*; enimverò per Baronem pænarum pensum Vassalli dare debent: ac per consequens immoderatio sive in corpus, sive in pecuniam fieret, quæ cum absurda sint; jure meritò causæ hujusce notio ad Proregem spectabit, qui utpotè Regni Gubernator, de Ponte *de potest. Proreg. tit.7.§.5. num.10. & de Delegat. causar.tit.12.num.11.* juxtà delicti gravitatẽ eis pænam infligere si rei, sontesq; sint, vel absolvere, si insontes, debet.

3 Nec rebelles rigorosè loquendo istiusmodi acciri possunt; siquidem (inquit) sub Cæsaris ditione subesse, solummodò verò Baronis demaniales; quod de sui conceptu rebellionis crimen rigorosè loquendo haud involuit, Authores extant apud Capiblanc. *prag.3.de Baron. &c. num. 43.* tametsi denegandum non est Baronem illos pro illo tuncin vincula coniicere posse, si in possessione extat, secùs verò si haud sit; cum melior sit possidentis conditio, *l.si debitor, ff.de pignoribus, l. is qui destinavit, ff.de rei vendition.l.finali, Cod.eodem tit.l.qui accusare, C. de edendo, §. retinendæ, vers.commodum, instit.de interdictis, cap. pro possessore, de reg.juris, lib.6.l.apud Celsum, §. Marcellus, ff.de doli mali exception.l.si servũ, §.sequitur, ff.de verbo obligat.l.finali, C.de rei vendic.cap.in pari, de reg.juris lib.6. l.interdum 68. ff.de V.S. l.cùm res 4. C. de contrah. emptione, l.uxorem, §.legaverat, ff.de legat.3.* Petrus Gregor. *lib.1.syntag.cap.13.*

Pro Decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

IN appellationis causa: numquid in Baronis ditione sit componere posse.

Si inter Baronem, & Vassallum vertetur lis, hujusce notio in cujus Judicis facultate est?

Si Officialis Baronis, & per magnum Vicariæ Forum, & per S.R.C. suspectus esse prædicetur: utrum per Baronem suspicionis notio isthæc nosci valeat.

SUMMÆ.

Num. 1. 1. Thesis primæ decisio.
Num. 2. & 3. utriusq; partis probationes.

Num.

Num. 4. Thesis 2. decisio.
Num. 5. ejusdem probatio.
Num. 6. Thesis 3. finitio.
Num. 7. ejusdem probatio.

1 SI partis remissio habeatur, partesve apud Judicem ad quem judicium prosequi nequeant, tunc per Baronem conciliari partes posse puto, secùs verò si appellans dissentiretur. Inspicito de Ponte *in tract. de potestate Proregis tit. 3. de electione officialium*, §. 1. *num.* 11. Annam *in repet. cap.* 1. *de Vassallo decrepitæ ætatis num.* 139. Thorus Author est *compend. decis. tomo* 1. *vers. Baro an possit componere*, tametsi gratias facere nequeant, eo pacto quo per Proregem in visitatione fieri queunt, & si amplam obtineant jurisdictionem.

2 Prima Thesis pars probatur: ubi partis remissio habetur, appellansq; provocationem prosequi, ac per consequens illam desertam facere potest, *l. nemo, C. de appellation. in Theodos. l. si quis libellos* 2. *quæst.* 6. Consule Cujacium *in l.* 6. *C. de appellat. circa medium*, Gonzalez 2. *decret. tit.* 28. *de appellationibus, cap. interposita* 70. §. *ille denique* 2. *nu.* 3. *in notis*; siquidem appellatio in rei gratiam, utilitatemque inventa fuit, ut eleganter tradit *lex* 11. Cod. Theodos. *eod. tit.* & Arnulphus *epistol.* 67. succedit igitur regula illa; quilibet juri in sui favorem introducto resignare quit, *l. si quis in conscribendo, C. de Episcoìs, & Clericis, l. penult. C. de pactis, cap. tuis* 39. *vers. nisi de testibus, cap. ad Apostolicam de regularibus, cap. si de tertia, de privilegiis.* Consule Pichadum *in manuduct.* 4. *par. precept.* 6. Petrum Gregorium *lib.* 5. *partit. tit.* 15. *cap. finali* Gratianum *discept. foren. cap.* 141. *num.* 22. Donellum *lib.* 28. *comm. cap.* 6. toties Baro, licet Judicis officio functus fuisse supponitur; veruntamen ex partium voluntate uti arbiter dein illas conciliare quit, & in hoc profecto nulla Iudici ad quem irrogetur injuria, ubi partes inter se conciliantur, *l.* 1. *ff. de receptis*; secùs verò fatendum si appellans appellationem prosequi voluerit: nam tunc Iudex ad quem cõpetens vocitatur Iudex.

3 Secunda thesis pars probatur: si Baro in carcerum visitatione gratias, vel compositiones ad instar Proregis facere quiret, sanè inter ipsum, atq; adeò Proregem nullum haberetur discrimen, quod per absurdum foret, cunctisq; indispositionibus aufugiẽdum, *l. ita si* 39. *ff. de operibus libertorum, l. nam absurdum, ff. de bon. libertor. cap. in genesi, de elect. l. ultim. C. de usur. rei judic. l. lege quoties nihil* 200. *de reg. juris.* Consule Antonium Fabrum *in jurisprudentia Papinianea tit.* 1. *de justitia, & jure, princ.* 2. *illat.* 8. *pag.* 13. igitur, &c. quare Anna, de Ponte supralaudati in isthac facti specie commentandi sunt.

4 Si inter Baronem, & Vassallũ lis verti perhibeatur, tunc neq; in Baronis, neq; in illius Delegati jurisdictione extare; ast ad superiorem Iudicem utputà ad M.C.V. pertinere reor, est Thori *compend. decis. tomo* 1. *vers. Baro an possit cognoscere de causa.*

5 Probatur: sive ab eodẽ Barone, sive ab ejus Delegato causa dignoscatur, quippè ut ab inimicis, infestisve (si quidẽ Delegatus à Barone, utpotè ab inimico designatus infestus præsumitur) ut suprà in isthac decisione *n.* 2. commõstratur, de cujus decisione hæsitatur; ac per consequens ab alio superiore lis isthæc erit prædefinienda: quandoquidem supremo Iudici dumtaxat, propriæ causæ notio admissa supponitur, quare elogium illud: *nullus Judex in causa propria* de inferiori, secùs verò de superiori commentandũ erit, inspicito D. Franciscum de Amaya *observat. juris lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 92. & 93.

6 Si officialis Baronis, & per Magnum Vicariæ Forum, & per S.C. suspectus esse prædicetur, tunc notionem hance haud ad Baronem, ast ad Judicem superiorem spectare indubiè reor. est Thori *tomo* 2. *compen. decis.* §. *Baro an possit se intromittere.*

7 Probatur: de Baronis justitia hoc in casu hæsitatur: siquidem suum contrà officialem judicare haud presumitur, cum officialis suum representet Baronem, Gonzalez 1. *decretal. tit.* 29. *de offic. & potest. in cap. causam* 17. *num.* 3. *& in cap. insuante* 25. *nu.* 3. enimverò subrogatus nonnisi subrogantis naturam sapere præsumitur, *l. si eum*, §. *qui injuriarum, ff. si quis caut.* ac per consequens ut justitiæ locus sit, quæ justum respicit, Antonius Faber *ad l.* 1. *ff. de justitia, & jure colum.* 2. *litter.* 4. *pag.* 1. Hinc Cic. 1. *offic.* ibi: *Justitiæ partes sũt non violare homines*; & *in append. sentent. ex Apoph.* scriptum reperio: *Nihil præter æquum faciendum est*, juremeritò causæ notio apud supremum pertractanda sit Judicem, cum inferioris Judicis excessus per eundem corrigendi sunt, argum. tex. *in c. debitus honor* 59. *de appellationibus, cap. dilectus, de prabendis, cap. proposuit, de concess. præbend. cap.* 1. *cap.* 3. *de appellation. in* 6. Consule Mancinum *genial. cap.* 255. Pichardum *in manud.* 4. *parte præcept.* 11. Altesserra *in dicto cap. ut debitus honor* 59. *de appellationibus.*

DECISIO CXXV.

IN Causa Magnifici Andreoctæ de Augustino Rationalis Regni Siciliæ prætendentis deberi sibi salarium sui Officii à tempore expulsionis d. Hugonis, non obstante quod non iverit cum eo Messanam, nec serviverit per menses

circa sex. Regula est quod Officialis non debeat habere salarium, nisi pro tempore quo servivit quoniam labor, & pecunia recipiunt divisionem, *l.scio amico, ff.de annuis leg.in princ.* &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

SI pro certo tempore servitium haud præstitisse feratur suum officialis: numquid ipsi hoc minus obstante merces persolvenda sit.

SUMMÆ.

Num.1.1.Thesis partis prædefinitio.
Num.2.ejusdem Thesis probatio.
Num.3.2.Thesis partis decisio.
Num.4.ejusdem probatio.

1 DIstinguas: vel officialis ipsius culpa id eveniat, tunc pro hujuscemodi tempestate, qua personale haud præstitisse feratur munus, nil salarii ipsi esse refundendum existimo.

2 Thesis isthæc se ipsa liquet, ac per consequens ipsius probatione indigere minus necessum ducitur: nam liquet, & ex textu *in l. Sejo amico, ff.de ann.legat.* & ratione: siquidem Regis solutio debitum supponit, §. 1. *quibus modis tollitur obligatio* apud Justinianum, *l. solutionis, ff.de verbor.signific.* Cironius *de solut. tit.23. in paratitl. pag.222.* Bacovius ad Treutler. *tomo 2.disput.29. de modis tollendi obligat. thesi 3. litt.A. pag.489. & lit.B. pag. 492. l.penul. & tot.tit. de solut. & instit.tit. quibus modis toll. oblig. l.qui 1. collusionem 49.§.1 ff.de action. emp. l. certum 8. vers. ibi enim duæ, ff.de eo, quod cert.loc.l.1.& seqq.ff. de solut.* Antonins Faber 4.*C.tit.15.de testibus defin.23.num.17.in alleg. pag.333. & tit.24. de usur. & mor. defin.5. num.6. in alleg.pag.* 385. ac per consequens sancita, quæ hoc in themate in casu haud habentur: quicquid enim accidit officialis culpa evenisse supponitur; igitur ipse, secùs verò Rex detrimentum hoc pati par est, cum culpa suum sectetur Auctorem, *l.sancimus, C.de pœnis, cap.quæsivit, de ijs, quæ fiunt à maiori parte capitul. cap. Romana, in fine, de senten.excommunic.lib.6.* quare in hac facti specie Capiciana isthęc prædefinitio commentanda erit: quandoquidem rationalis necessariò suum consectari debeat Proregem, uti cæteri rationales, neù ipsius rationes firmę ducendæ sint: quandoquidem magis familiam suam, quam Proregis comitatur, ejusdemq; servitium neglexit, igitur nil mirum si ex Regis gratia ipsi integra persoluta fuit merces; secùs verò ex merito.

3 Vel culpa haud sua personale minus valuit præstare servitium, tuncq; ex terminis ipsis liquet stipendium ipsi tribuendum fore, utputà infirmitatis studio, idq; genus, *l.peculium,§. penul.* ubi Antonius Faber, *ff. de peculio.* arg. *l.navis adversa, in fine, ff. ad leg. Rhodiam de jactu;* Inde est, quod ubi culpa est, ibi nullum extat delictum, *cap.cum voluntate de sententia excommunicationis:* hinc juremeritò Bellisarius Iustiniani Dux eos, qui infeliciter depugnaverant vulnera pecuniis multis solabatur: & qui prosperè, armillas, & torques, præmia dono dabat: etsi majus præmiũ erat corona,

4 siquidem per accidens nostro in casu suo deesse perhibetur muneri, cũ extrà ipsius mẽtẽ sit, nec Princeps in hoc diffidet, dummodò impedimentum haud reddatur perpetuum, ac per consequens ad suum impotens exercendum munus; nam tunc per Regem ipsi substitutus est sufficiendus, qui vicem ipsius gereret, *l.si eum, §.qui injuriarum, ff.si quis caut.* alioquin in suo deesset munere, linquendo ipsi aliquid, ut honestè, decenterq; vivere queat juxtà gradus dignitatem.

Pro decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

STipendium à Barone Vassallis pro servitiis injunctis debitum, si à prima luce ad meridiem usq; præstitum fuisse feratur: numquid totum erit refundendum; perinde quasi tenebras usq; elaboratum fuisset.

Si tutor in pupilli causis patronus fuisset: utrum ipsi stipendium sit refundendum: tametsi à primordio haud fuerit designatum.

Si advocatus pro patrocinanda causa elaborasse feratur, si deinde partes inter se convenirent, vel id genus; cujus studio causam haud patrocinatus fuit; an merces ei persolvenda sit.

Si merces singulis annis pro causarum defensitatione designata sit; si anno illo nil per patronum patrocinatum fuerit: num stipendium pro anno illo lucrari fas sit.

SUMMÆ.

A'nu.1.usq; ad 4.Thesis 1. decis. & probat.
Nu.4.& 5.Thæsis 2.prædefinit.& probatio.
Nu.6.& 7.Thesis 3.finitio, & probatio.
Nu.8.& 9.Thesis 4.decisio, & probatio.

1 STipendium à Barone Vassallis pro servitiis injunctis debitum: si à prima luce ad meridiem usque præstitum fuisse feratur: numquid totum erit refundendũ, perinde qnasi ad tenebras usq; elaboratum fuisset; distinguas, vel ipsorum, vel do-

domini culpa, vel casu fortuito id accidit. Si ipsorum, indubiè denegandum est, quod ipsis ex terminis liquidò constat: nam culpa nemini suffragari debet, *l. sancimus, C. de pœnis, cap. quæsivit de iis quæ fiunt à majori parte capituli, cap. Romana in fine, de sententia excommunicationis lib. 6.* præsertim cum alterius jactura, *l. jure naturæ 26. ff. de reg. juris, l. nam hoc natura, ff. de condict. indebiti, l. cùm is, §. si quis de alimentis, vers. sanè si is, ff. de transactionibus*, Antonius Faber *in jurisprudentia Papinianea tit. de justit. & jure princ. 2. illat. 1. in fine*, Petrus Faber *in d. l. jure naturæ 26. ff. de reg. juris*: Hinc Cicero 1. *officior. quod cuique obtigerit, id quisque teneat, eo si quis plus appetet, violabit jus humanæ societatis*, & 2. *offic.* ibi: *Res familiaris, quæ ei debet iis rebus, à quibus abest turpitudo: conservari autem diligentia, & parsimonia, iisdem etiam rebus augeri*, ut nostro in casu afforet.

2 Sin autem Baronis culpa; tunc ipsi obesse debet, ac per consequens integram ipsis erit persolvenda merces, ceù prædefinitum memorat Thorus *compend. decis. parte 1. §. salarium debitum à Barone Vassalli pro servitijs*, laudans Capiblancum, alioqui justitiæ debitus haud refunderetur locus, quod perabsurdum foret; cum juxtà Ciceronẽ 1. *de natura Deorum justitia excellentissima sit virtus*.

3 Sin postmodum casu fortuito, utputà nimiam ob tempestatem, pluviam, vel id genus tuncq; cum dominus haud sit in culpa; jure-meritò ipsis haud erit imputandum, ne quis aliena cum jactura locupletur, quod à juribus alienum foret, *l. nam hoc natura, C. de condict. indebiti, l. naturaliter, §. finali, l. hæc condictio 66. ff. eodem tit. l. bona fides 50. ff. de actionibus empti, l. jure naturæ 206. ff. de regulis juris, l. ultima, C. de usucap. pro emptore, cap. suam de pœnis. cap. locupletari 47. de regulis juris lib. 6.* consule Authores supralaud.

4 Si tutor in pupilli causis patronus fuisset: tunc ipsi fore tribuendum stipendium proculdubiò reor, tametsi à primordio haud fuerit stabilitum, est de Franchis *decis. 122. num. 4.* litteris prodentis sic per S.C. fuisse prædefinitum, Mastrilli *de Magistratibus lib. 1. cap. 21. num. 67.* Author est Thorus *compend. dec. vers. salarium, an debeatur patrocinanti in causis pupilli*.

5 Probatur: in tutore hoc in casu bina sunt inspicienda, unum qua tutor, alterum verò qua patronus; tutor merces una ipsi est danda: uti verò advocatus ex altera: enimverò ut advocatus exercens officium; à tutoris munere contradistinctum exercere edifferitur; igitur, &c.

6 Si advocatus pro patrocinanda causa elaborasse feratur, si dein partes inter se convenirent, vel id genus, cujus studio causam haud patrocinatus fuit, tunc mercedem ei persolvendam fore, audacter reor, est Thori *compend. decis. tomo 1. §. salarium an debeatur advocato*, aliorumque.

7 Probatur: ex textu in *l. qui operas, ff. locat. & conduct. l. finali, C. de cond. ob causam*, nam advocati labores hujuscemodi pretio æstimabiles sunt, alioqui partes cum aliena locupletarentur jactura, quod juribus obstat, *d. l. nam hoc natura, C. de condit. indebiti*, inspicito Zacchiã *de salario quæst. penul. & ultima*, neù in culpa supponantur, cum causã haud patrocinati sint, igitur injustè sibi denegaretur merces, quæ de sui conceptu non nisi pro servitiis persolvenda sit præstitis.

8 Si merces singulis annis pro causarum patrocinatione designata sit, si anno illo nil per patronum patrocinatum fuerit, tunc salarium pro anno illo lucrari plusquam manifestũ est. Inspicito supralaudatum Thorum, nonnullos laudantes Authores.

9 Probatur: per ipsum namq; haud stetisse perhibetur, quominùs suum interponeret patrocinium, ac per consequens non in culpa, quæ ubi non est; ibi neu delictum est, *c. cum voluntate de sententia excomm.* enimverò si quam plures, quinimò infinitæ subortæ fuissent causæ, nonnè eodem illas patrocinatus fuisset salario? utique?

DECISIO CXXVI.

IN Causa Joannis Nigri servi Domini Antonini de Plathamone carcerati, & per Dominum petiti torqueri: ex quo per unum testem constat, quod ipse ab eodem teste pluries quæsivit auxilium ad fugam, ex quo volebat interficere Dominum, offerendo sibi pecuniam Domini, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

SI testis aliquis sub Judice extare perhibere-tur (inquiens) Fulani mancipium voluisse dominum obtruncare suum sæpenumerò, id per eundem sibi quæsitum fuisse, ut ipsi opem ad fugam præstaret, in cujus præmium domini pecuniam auxilianti polliceretur: qua servus istiusmodi, ob attentatum sit plectendus pœna, ordinaria ne? an verò extraordinaria?

SUMMÆ.

Nu. 1, 2, & 3. Thesis prædefinit. & probatio

1 Ex-

1 EXtraordinariam solvere debere pænã opinor: quicquid sit de Capicii *hìc*, *in fine*, Capiblanci *in prag.6. nu.43. de Baron.*aliorũq;responsitationibus.

2 Probatur: delictum suo in genere per unũ testem (ut edocet Antonius Capicius *hìc,in principio*) attentatum, haud est omni exceptione major:nam Capicianis ex verbis id minus liquet: quandoquidem cum mancipio familiaritatem contrahens vir frugi,impossibile ducitur; nec ullum ad id patrandum supponitur indicium; igitur cum, & semiplena probatio, & indicia ad torquendum haud habeantur, jueremeritò extraordinariam luere debet pænam,utputà carcerum,vel triremiũ, vel id genus, quæ tametsi de ipsarum natura ordinariæ extant pænæ,cum corpus pænarum pensum det; verumtamen nostro in casu extraordinariæ autumantur,alioqui nulla daretur pæna, quinimò præmio afficeretur, quod perabsurdum foret, si ad exulandum puniretur,sanè cum ibi nil laboraret,fatigaretq;nec domini ditioni subderetur; juremeritò utpotè à laboribus solutus, liber foret: quare jureoptimò explodendus est Antonins Capicius *hìc, in fine*, edocens; ibi: *melius est forte nec absolvere, nec condemnare,liberare tamen eum à carcere*: siquidem delinquendi anza præberetur, quod juribus obnoxium esset, & ne fraudibus aditus fieret, *l. in fundo.ff. de rei vindic.l.cum is, §.si cum lis, ff. de transact. l. qui sub prætextu, C.de Sacros.Eccles.cap.porrò de divort.*Clem.1.*de usuris,* Clem.1.§.*finali de concess.præbend.* & ne delicta mansitent impunita,*l.ita vulneratus,§.quod si quis,vers. cum neque impunita, ff.ad l.aquiliam, l. licitatio, §.quod illicitè, ff.de publican.l.congruit 13.ff.de officio Præsidis, §. tametsi, ff. de solut. exstravag.ad reprim.in principio,cap.est injusta 23.quæst.4.cap.ut famæ 35. §.1. de sententia excomm.*Donell.*in l.cum te 2.num.9.C.de condict.ob turpem causam,& in l.nimis 7.nu. 9.C.de testibus,*Vvessembachius 1.*C.tit.19.de precibus Imperat.offerend. num.*4. cum delinquens quilibet,sive ordinariam,sive extraordinariam expendere debeat pænam, neũ inter hasce ullum refundendum sit medium, ut perpendenti liquet, etsi nupernon inter pænam, culpamq;mensura refundatur, *l. sancimus 22. C.de pænis, cap. non afferamus stateras in fine 24.quæst.1.cap.quæsivit de iis, quæ fiunt à majori parte capituli, cap.felicis, §.illud autem de pænis in 6.*Deuteronomii *c.25.* ibi: *pro mẽsura delicti erit plagarũ,& modus.*

Pro Decis. huiusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

MAncipium homini violentiam inferens, quam luere debet pænam.

Mancipiũ pro offensionibus libero inflictis homini: numquid sub fidejussione sit solvendum.

SUMMÆ.

Num.1.& 2.Thesis decisio, & probatio.
Nu.3.& 4.Thes.2.prædefinitio,& probatio.

1 MAncipium homini violentiam inferens, juxtà delicti gravitatem pænam luere debere plusquam apertum est, quod prudentis Iudicis arbitrio redigendum sit, tametsi mancipia isthęc arctius pęnam luere debent, ac liberi homines: quare hìc determinata haud stabiliri possit regula:quicquid sit de decisionibus M.C.V.ac S. C. Author est Thorus *compend. decis. parte 1. §. servus mancipium violentiam homini libero.*

2 Probatur: ubi delicta diversi generis sint, ac subjectorum offensorum varietas habeatur, toties determinata pro hisce regula tradi, impossibile ducitur, ut edocent Philosophi: secùs verò ubi determinatum sit subjectum, seũ antecedens; siquidem tunc determinata sectatur illatio: quare ipso permisso, & consequens permittitur,*l.1.§.1.ff.si ususfructus petat.l.3.§.qui habet, ff. de servit. rustica prædior.l.reflexionis gratia, ff.communia prędior,l.2.ff.de jurisd.omnium judic.l.2.§.inspectio,ff.quemadmodum testam.aper.*ipsoq;denegato ejusdem consequens perimitur,*l.1.§ hujus rei. ff.de offic.ejus, l.veteres, ff. de itinere, actuque privato*: verum enimverò hoc in casu,res isthæc sic se habere proditur;igitur,&c.

3 Mancipium pro offensionibus libero inflictis homini sub fidejussione haud solvendũ esse;atqui juxtà criminis gravitatem esse plectendum existimant Afflictus *in const. humanitate num.57.*Julius Clarus *lib.5.sent.§.final. quæst.46.num.8.*Thorus Author est *compend. dec.vers.servus inquisitus pro offensioni.factis.*

4 Probatur:mancipia isthæc uti nobis hostes haud ulla digna autumantur indulgẽtia, quinimò ad aliorum exemplar strictius pænam solvere debent, quam liberi nostrates mortales: quandoquidem hostis idem æquipollens est, ac angustiator, opressor: quare ab inimico discriminatur, quatenus cum infesto odia privata extant, cum hoste verò publica.hinc juremeritò hostes penitus obtruncandi sunt. exemplo esto de Samnitibus consultantibus quid de legionibus Romanis apud furcas caudinas inclusis fieri deberet; Herennius Pontius suasit, ad unum usq; esse delendas, Eras. *lib.6.apoph.*; igitur, &c.

DECISIO CXXVII.

IN Causa Magnifici Ioannis de Samudio, cum Magnifico D.Jacobo Carbone, super petitorio Terræ Padulæ: fuit dubitatum, an pręfatus Iacobus, qui est

D E-

in dicto petitorio actor teneatur præfato, Ioanni ad exceptionem fundandam edere quædam capitula expedita per quondam Sereniſſimum d. Regem Ferdinandum Primum, ex quibus prætenditur, quod inferri poſſit Magnificum quondam Dominum Carbonum Patrem prædicti Iacobi fuiſſe in crimine rebellionis contra dictum Regem, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti ſpecies.

ACtor ad exceptionem fundandam: numquid reo ſua cedere debet jura, ſi ex ipſa criminis aperitio ſuboriri videatur.

SUMMÆ.

A' nu. 1. uſq; ad finẽ Theſis prædef. & prob.

1 DEdere haud debere jura ſua ſi ex ipſa criminis aperitio ſuboriri videatur, audacter reor, eſt Antonii Capicii *hìc*, *num*. 10. *in fine*, memoriæ mandantis ſic per S.C. fuiſſe prædefinitum; ibi: *S.C. votavit pro Carbono, Baldi, Alexandri, Felini Decij* penes eundem *num*. 1. de Marinis *ad deciſ. Revert*. 521. *num*. 7.

2 Probatur 1. per textum *in l*. 2. §. *Divus in fine*, *ff. de jure Fiſci*, *l. alias*, *ff. de jurejurando*, *l. tranſactione*, *C. de tranſactionibus*. Author eſt Antonius Capicius *hìc*, *num*. 1. 8. & 9. nam tametſi ad exceptionem fundandam edere Reo ſcripta aſtringendus eſt Actor, *l. non eſt novum*, *cum lege ſequenti*, *l. finali*, *C. de edendo*, enimverò quod ad Rei innocentiam probãdam prodeſt, haud eſt denegandũ, *l. favorabiliores* 125. *de regul. jur. l. abſentem* 5. *ff. de pœnis*, *l. Arianus* 41. *ff. de obligat. & actionib*. Ant. Faber 4. *C. tit*. 14. *de probat. & præsũpt. defin*. 49. *num*. 8. *in allegat. & tit*. 15. *de teſtib. defin*. 3. *num*. 8. *in allegat*. ne indefenſus manſitet, quod juribus obverſatur, cum defenſio cuilibet naturali debeatur juri. Caramuel *Theolog. moral. quæſt*. 8. *caſu* 37. *pag*. 124. Cironius *in paratitl*. 5. *decretal. tit*. 28. *de appell*.
3 *pag*. 158. quinimò jura potius Actori in ambiguis, quam reo favent, *l. favoribiliores*, *ff. de regulis juris*, §. *retinendæ*, *inſtit. de interdictis*, *cap. cum ſunt partium*, *de regulis juris*, *lib*. 6. inde eſt Actore non probante Reus abſolvitur, *l. extat* 25. *ff. de jure Fiſci*, *l. ultima*, *C. de rei vindic. l. qui accuſare*, *C. de edendo*, *l. Actor*, *C. de prob. l*. 1. *C. de alienat. judic. mut. cauſa facta*, §. *retinendæ*. *inſtit. de interdictis*, *cap. ultimo*, §. 6. *quæſt*. 5. *cap. cum Eccleſia*, *de cauſa poſſeſſ. & propriet. cap. ultimo*, §. *ſanè*, *de jure jurando*, *cap. unico poſt princip. ut Eccleſiaſtica beneficia*, *cap. inter dilectos*, *de fide inſtrum*.
4 cum poſſeſſio ſemper pro Reo ſtet, adúſque ſecus per Actorem commonſtratur, ſiquidem melior eſt poſſidentis conditio, *l. ſi debitor*, *ff. de pignor. l. is qui deſtinavit*, *ff. de rei vindic. l. finali*, *C. eodem tit. l. qui accuſare*, *C. de edendo*, §. *retinendæ*, *verſ. commodum*, *inſtit. de interd. cap. pro poſſeſſore*, *de regulis juris*, *lib*. 6.
5 ideòq; nil mirum ſi in Senatu noſtro Reus à dextris Actor verò à ſiniſtris corã Judice ſtat: Plato *de leg. Dialogo* 9. verumtamẽ ſecus prædefiniendũ ubi ipſi ſummũ inferretur detrimentũ, ut noſtro in themate, foret in quo re-
6 bellionis crimen panderetur: quandoquidem nemo, naturali inſpecto jure turpitudinẽ allegare debet ſuam, *l*. 3. *verſ. nec credendus*, *ff. de milit. teſtam. l. quoties* 13. *ff. de rebus dubiis*, *l. quoties*, *ff. de verbor. oblig. cap. Abbate*, *ff. de*
7 *verbor. ſignif*. ſecus verò ſtabiliendum ubi ſcripta publica eſſe ſupponuntur: ſiquidem in hiſce Actor nullum habere ſupponitur jus, cùm per præſentationem Actuario, idque genus, jam facta ſunt publica, ac per conſequens jus, quod habet præſentans deperdit, quod & Adverſario, & Judici acquiritur. argumenta autem, reſponſitationeſve, quas deſcribit Antonius Capicius hìc, cum nullius ſint momenti, neu ſubjectæ favent materiæ, juremeritò omittamus.

Pro Deciſ. hujuſce illuſtratione.

CAPUT UNICUM.

SI proceſſus deperditus eſſe feratur ex quo Actor exemplar ſcripturarum aliquarum deſumpſerit, illud ab aliquo exemplari faciẽs Notarius, quod in judicio deinde præſentaverit: numquid ad proceſſus editionẽ ſit aſtringendus, ſi Reus in præfato proceſſu nonnullas extare ſcripturas ſibi relevantes præſumpſerit, ſi proceſſus præſentetur:

Actor ſi in alicujus ſcripturæ petitione de ea haud mentionatum fuerit: ſi tamen ante terminum de ea rogitat, & ab hujuſcemodi ſcripto ſe tutari velle: utrum ipſius rogitatio locum habeat.

SUMMÆ.

Num. 1. Theſis primæ prædefinitio.
Num. 2. ejuſdem probatio.
Num. 3. Theſis ſecundæ deciſio.
Num. 4. & 5. ejuſdem probatio.

1 SI proceſſus deperditus eſſe feratur, ex quo Actor exemplar ſcripturarum aliquarum deſumpſerit, illud ab aliquo exemplari faciens Notarius, quod in judicio deinde præſentaverit: tunc ad proceſſus

sus editionem haud fore astringendum, si reus in præfato processu nonnullas extare scripturas sibi relevantes præsumpserit, si processus præsentetur, opinor 1. est Thori *in supplem. decis.* §. *an Actor teneatur ad editionem pocessus deperditi*, edocentis, nedum per M. C. V. ast etiamnum per S. C. fuisse prædefinitum, aliorumque.

2 Probatur: Scriptura namq; publica, utpotè est processus, & his similia; nonnisi penes Magistrũ Actorũ, vel Notariũ extare supponuntur: propterea quod ipsorũ muneris est publica servare scripta. Tapia *lib. 2. de jure Regni, de officio S.C. in rubrica 3. de officio, & salario Actuariorũ S.R.C. in prag. 24.* Petra *in cõm. R. M. C. V. in ritu 26. per totum* igitur ubi haud liquet in Actoris ditione minùs esse, toties præsumptio pro Actorum Magistro, & pro Notario, secus verò pro Actore præsumitur; igitur, &c.

3 Actor si in alicujus scripturæ petitione de ea haud mentionatum fuerit: si tamen ante terminum de ea rogitat, & ab hujuscemodi scripto se tutari velle, tunc ejus petitionem fore admittendam, opinor 2. est Pauli Staibani junioris *resol. for. resol. 35. num. 55.* Merlini *controv. cap. 34. num. 11.* aliorumque penes eundem; præsertim si in libello isthæc adiecta sit clausula *petens jus, ac justitiam ministrari isto, & omni modo meliori*.

4 Probatur: à præfata prescindendo clausula, quæ si adiecta foret hæsitationi nullus refunderetur locus; etiamnũ nostra liquet thesis: nam ubi ante probationis terminum versamur, toties locus refunditur cuilibet scripturarum repræsentationi, ne quis indefensus restaret, quod naturali obversaretur juri, Clement. *pastoralis*, §. *cæterum, de re judic. l. 1.* §. *cum arietes, ff. si quadrupes pauper. l. 4. in princ. l. scientiam 45.* §. *qui cum aliter, ff. ad legem Aquiliam*, Vuessembec. *in paratitl. de*

5 *except. num. 8.* quandoquidem ideo termini datio inspecto Regni jure inventa fuit; non nisi, ut quilibet de scripturis offerendis venire in mentem quiret, *ritu M.C.V. 245.* ubi Caravita, & D. Carolus Preta *tomo 2. pag. 385.* idque genus: quare tametsi de scripto hujuscemodi nil expressi per Actorem mentionatur; verumtamen implicitè facta fuisse arguitur mentio, cum scripturarum petitione, earumque præsentatione, & probatione quodlibet subintelligitur scriptum; quod ante terminũ in sui favorem repręsẽtari valeat.

DECISIO CXXVIII.

IN Causa D. Raimundectæ Carline Tutricis, & Matris filii quond. Ioannis Gagliardi cum D. Iulio de Capua super eo, videlicet: an sententia lata in S. C. contra Dominam Bernardinam Minutulam, uxorem dicti Domini Iulii in actione personali possit mandari executioni contra dictum Iulium super bonis datis sibi in dotem lite pendente, præsupposito, quod omnia bona In dotem data sint, non sub nomine universali, nec collectivo, sed talia, & talia adeòque facta discussione reperitur, nihil apud præfatam Bernardinã remansisse, nec apparent aliqua illius alia bona super quibus exequi possit, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

SEntentiæ executio adversùs uxorem lata: numquid contra virum super bonis sibi in dotem datis lite pendente fieri valeat; si in ipsius facultate nil aliud habeat.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis decisio.
Num. 2. ejusdem probatio.
Nu. 3. Thesis oppugnatio, ejusdẽq; solutio.

1 SEntentiæ executionem adversùs virũ haud exequendam fore, ast citandum, ut in juredicendo sistat ad edocendũ Judicem quo possideat titulo? quæ bona? numquid aliena? an uxoris? reor. est Capicii *hìc in fine*, edisserentis sic per S. C. prædefinitum fuisse; ibi: *S.C. votavit quod super dicta petita executione vocetur, ac citetur d. Julius possessor ipsorum bonorum super quibus executio petita fuit.* de Franchis *decis. 636.* Ursilli *decis. 396. num. 7.* Annę *singulari 28.* Fabii de Anna *in cons. 35. num. 31.* Joannis Francisci del Castillo *decis. Siciliæ 97.* Antonii Fabri *in ejus C. tit. de privileg. dot. definit. 3.* Riccii *collect. decis. 1448. & 1533.* aliorũq; Thorus Author est *compend. decis. tomo 1.* §. *executio sententiæ latæ contra uxorem.*

2 Probatur ex textu *in l. Titiam, ff. de jure dotium, l. finali, C. de lit.* Author est Capicius hìc; nam tametsi bona ab uxore viro lite pendente data fuisse supponuntur: verumtamen hinc in recta haud sectatur forma, ergo aliena erant: siquidem de hoc hæsitatur, ac

per

per consequens nulla habetur certitudo: enimverò certum, & hæsitabile inter se opponuntur; igitur si rigorosè loquendo, quod est alienum minùs recuperasse tradatur vir, consequenter istiusmodi dotalia ritè possidet bona, adùsque secus reluceat, cum melior sit possidentis conditio, *l. si debitor, ff. de pignorib. l. is qui destinavit, ff. de rei vindic. l. finali, C. eodem tit. l. qui accusare, C. de edendo, §. retinendæ, vers. commodum, instit. de interdict. cap. pro possess. de regulis juris, lib. 6.* igitur juremeritò ex continenti haud despoliãdus sit à bonis, nisi citato, ac commonstrato possessionis titulo, juribusque suis; quibus dein agnitis, sententię executio si ratio, juraq; id reposcant, contra mulieris bona, quæ sua in ditione extare supponuntur exequenda est; sin autem secus non contra virum exequenda: quare sententiæ executio hoc in themate adversùs virum ab ipsis rationibus in judicium adducendis pendere prædicatur.

3 Neque obstat textus *in l. mulier bona, ff. de jure dotium*, siquidem alio extat in casu.

Pro decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

Sententiæ executioni super viri bonis, super queis Creditor satisfieri volebat: numquid per uxorem pro dote agentem impedimento esse valeat.

Si tertius causam in judicio ventilari haud ignoraverit, & post sententiam pro jure defensando suo coram Iudice comparuit: utrũ sententiæ executionem immorari queat.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ decisio.
A' num. 2. usq; ad 5. ejusdem probatio.
Num. 5. Thesis secundæ prædefinitio.
Num. 6. ejusdem probatio.

1 Sententiæ executionem super viri bonis super quibus Creditor viri satisfieri volebat, per uxorem pro dote agentem sua, impediri posse existimo, sive vir vergeat ad inopiam, sive non, si viri bona pro dote ab uxore viro data, hypothecata prius uxori esse ferantur. est aliqua ex parte adversùs Ursillum *decis. 199. sub num. 2.* Marcellũ Calà *in tract. de modo articulandi, & prob. Glossa unica, §. 2. num. 154.* Author est Thorus *compend. decis. tomo 1. §. executio sẽtẽtiæ an possit impediri per uxorem agentem.*

2 Probatur 1. ex textu *in l. ubi adhuc, C. de jure dotium*: nam uxor (à suo prescindendo privilegio quo communi inspecto jure quibuscumque est præferenda anterioribus creditoribus, *l. assiduis 12.* ubi Anton. Faber, Donellus, Cujacius, Hotmanus, idque genus, *l. qui potiores in pignore habeantur*) hoc in themate anterior esse supponitur creditor, igitur jura sustinere debet sua, cum nemini injuriam irroget, *l. injuriarum, §. 1. ff. de injuriis, l. 3. §. is tamen, ff. de liber. homine exhib. l. qui injuriarum, §. is qui, ff. de jurejurando, l. jurejurando, l. quod Reipublicæ, l. injuriam, ff. de jurejurando, l. fluminum, §. ultimo, ff. de damno infecto, l. Proculus, ff. eodem, l. si donaturus, ff. si quis indebitam, C. de condict. ob causam, l. si meo, ff. de aqua pluvia arcenda, cap. cum Eccles. 21. vers. quia, de elect.* verum enimverò illa sustinere nequit, nisi sententiæ executioni adversùs viri bona impedimento foret; alioqui summum pateretur detrimentum, ut ipsis ex terminis liquet, cum dein adversùs tertium possessorem, ut suum adquirat, agere debet, quod perabsurdum foret, igitur, &c.

3 Probatur 2. Hujuscemodi viri bona prius mulieribus hypothecata esse supponuntur, *l. Attilicinus 17. ff. de pact. dotal. l. unic. C. de rei uxoriæ actione, l. maritus 21. C. de procurat. l. 1. ff. solut. matrim. l. interest 18. ff. de rebus auctor. judic. possid.* Antonius Faber 5. *C. tit. 8. de rei uxor. actione, def. 23. per tot.* Henricus Hahnius *observat. ad Vvesemb. in paratitl. in ff. deposit. tit. 3. colu. 1. pag. 469.* igitur à posteriori Creditore haud expoliãda sit uxor, juxtà triviale brocardicum illud; *qui prior in tempore potior in jure, l. qui balneum in princip. l. potior in princip. ff. qui potiores in pignore hab. l. si fundum, C. eodem, cap. qui prior 54. de regulis juris in 6.*

4 Probatur 3. Sive enim agat uxor robore constituti, & precarii, sive vir ad inopiã vergat, adeòque juxtà facti speciem *in dicta l. ubi adhuc* semper ut Creditor anterior (præscindendo identidẽ à privilegio) præferenda est, ac per consequens sententiæ executioni impedimento esse potest.

5 Si tertius causam in judicio vẽtilari haud ignorasse tradatur, & post sententiam pro jure defensando suo coram Iudice comparuit: tunc sententiæ executionem haud per tertiũ hoc in casu immorari posse audacter, reor, est Antonii de Amato, aliorumque. Author est Thorus *in C. rerum judicatarum, casu 7. n. 8.*

6 Probatur ex textu *in l. is à quo, ff. de re judicata*: nam tertius cujuscemodi juri cessit suo, cum quilibet privatus juri cedere valeat suo, *l. si quis in conscribendo, C. de Episcopis, & Clericis, l. penult. C. de pactis, cap. tuis 39. vers. nisi, de testibus, cap. ad Apostolicam, de regul. cap. si de tertia, de privileg.* cum nemini irroget injuriam, *l. injuriarum, §. 1. ff. de injuriis, l. 3. §. is tamen, ff. de libero homine exhibendo, l. qui iniuriarum, §. is qui, ff. de iureiurando, l. iureiurando, l. quod Reipublicæ, l. iniuriam, ff. de iniur. l. fluminum, §. ult. ff. de damno infecto, l. Proculus, ff. eodem tit. l. si donaturus, §. si quis indebitam, C. de condict. ob causam, l. si meo, ff. de aqua pluvia arcenda, cap. cum Ecclesia 21. vers. quia, de elect.* etenim unusquisque est moderator, & arbiter in re sua, *l. in re mandata, C. mandati, l. in traditionibus, ff. de pactis.* Hug. Donellus *de jure civili,*

li, lib. 11. *cap.* 9. *num.* 17. *pag.* 580. *tomo* 2. secus verò publico, *l. jus publicum, ff. de pactis, l.* 2. §. *sed quia veremur, C. de jurejurando propter cal. cap. si diligenti, de foro compet.* Donellus *de jure civili, lib.* 10. *cap.* 9. *num.* 17. *tomo* 2. secus verò in re nostra: siquidē ne sētētia feratur, immorari nequit; cum privatum Authoramentum impedimento esse nequeat illis, quę publica authoritate divulgantur, cum in hisce ditione careat; alioqui fraudibus aditus fieret, quod juribus obversaretur, *l. in fūdo, ff. de rei vindic, l. cum is,* §. *si cum lis, ff. de transact. l. qui sub prætextu, C. de sacrosf. Eccl. cap. porrò, de divort.* Clem. 1. *de usuris,* Clem. 1. §. *finali, de concess. præbend.* cum fraus, dolusve nemini debeant patrocinari, *l. itaque fullo, ff. de furtis, cap. dictum* 30. *quæst.* 1. *cap. intelleximus, de judiciis, cap. tua* 12. *de Cleric, non resid. cap. sedes, cap. ex tenore, de rescript. cap.* 2. *de dolo, cap.* 2. *de cognat. spiritual. cap.* 1. *de collus. deteg. cap. tuus, de usuris,* nec insipiētia, vel malitia alicui, cum alterius detrimento aliquid suffragari debet, nequis cum aliena locupletetur jactura, *l. nam hoc natura, C. de condict. l. naturaliter,* §. *finali, l. hæc condictio* 66. *ff. eodem tit. l. bona fides* 50. *ff. de action. empti. l. jure naturæ* 206. *ff. de regulis juris, l. ultima, C. de usucap. pro emptore. cap. suam, de pœnis, cap. locupletari* 47. *de regulis juris, lib.* 6. Antonius *in jurisprudentia, de justitia, & jure, princip.* 2. *illat.* 1. *in fine.* Donellus *comment. de jur. civil. lib.* 4. *de rebus privat. cap.* 5. *sub num.* 20. & 30. Hinc Cic. 3. *Offic.* ibi: *Rei familiaris amplificatio nemini nocens, non est vituperanda, sed fugienda semper injuria. sed trahere aliquid alteri, & hominem hominis incommodo, suum augere cōmodum magis est cōtra naturam, quàm mors, quàm paupertas, quàm dolor, quam cætera, quæ possunt, aut corpori accidere, aut rebus externis. Illud enim natura non patitur, ut aliorum spoliis nostras facultates copias; opes augeamus. Neque vero hoc solum natura idest jure gentium; sed etiam legibus Populorum, quibus singulis Civitatibus Respublicæ continentur eodem modo constitutum est; ut non liceat sui commodi causa nocere alteri. Hoc enim spectant leges, hoc volunt incolumem esse Civium conjunctionem;* igitur, &c.

DECISIO CXXIX.

IN Causa Serenissimæ D. Reginæ, Loysius Benet, & Tutor Sberti Benet, & fratrum nepotum suorum ex fratre administravit eorum bona, postmodum fuit Thesaurarius generalis d. Dominæ Reginę, & etiam ut substitutus Thesaurarii Dominæ Reginæ Matris. Hic finita tutela durante administratione pecuniarum utriusque Reginæ acquisivit certa censualia data sibi in solutum à d. Rege Federico ejus debitore. super his censualibus egit d. Serenissima filia ratione tacitæ hypothecæ causatę ex dicta administratione officii, in ea lite subintrarunt præfati Sbertus, & fratres pro eorum tacita hypotheca, causata ex administratione dictæ tutelæ: lata extitit sententia in favorem Dominæ Reginæ salvo jure ipsorum fratrum; obtinuitque Majestas Sua possessionem: nunc Sbertus, & fratres prosequuntur litem, estque ferenda sententia; & primo dubitari contingit, an isti Actores fundaverint eorum intentionem super tacita hypotheca, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

CReditores ex causa administrationis tutelæ: numquid Creditoribus Reginæ ex ejusdem causa officii Regii in censibus à debitore exigendis præferendi sunt.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis decisio.
Num. 2. ejusdem probatio.

1 ESse præferendos Creditores hujuscemodi ex administrationis tutelę causa Creditoribus Reginæ, reor, est Antonii Capicii *hìc*, de Ponte *in tract. de potestate Proregis, tit.* 4. § . 8. *num.* 8. & 9. Thorus Author est *compend. decis. tomo* 1. §. *Creditores ex causa administrationis tutelæ.*

2 Probatur: Creditores ex causa administrationis tutelę melioris conditionis extant, ac Reginæ Creditores: nam istiusmodi piæ causæ Creditores sunt, cum pietatis actum exerceāt, qui alios inter actus Principem obtinent locum; Hinc Cicero 2. *de Orat. Pietati summa tribuenda laus est.* & 2. *de leg.* & *de Deo* 1. *Pietas est grata Deo.* & indidem *Pietas maximè, & Religio.* & idem C. Cassio *famil.* 15. *Omnibus est amori pietas.* ac postmodum *de natura Deor. Pietate adversùs Deos sublata*

ta, fides etiam,& societas generis humani, & una excellentissima virtus justitia, tollatur necesse est; quod de Reginæ Creditoribus haud verificari edisseritur, igitur ut causa melior, in aliarum causarum concursù, quæ inferioris sunt conditionis, præferenda est, juxtà illud ex unanimi jureconsultorum elogio: melior causa præfertur, *l. privilegia 16. ff. de privilegiis credit.* cum Reipublicæ intersit, ut pupilli bona per tutores administrentur, qui parentum loco succedunt, ut ex ipsius tutelæ definitione liquet. inspicito Antonium Fabrum *in tit. 12. de tutelis, principio 1. & principio 7. illat. 25. & eodem tit. principio 6. illat. 1.* igitur cum tutelæ administratio pietatis actus sit; juremeritò nostro in casu præferenda est. Hinc Tullius pro Plāco: *Pietas est fundamentum omnium virtutum: parentem ut Deum vereri, atque non multo secus, ac parentes, liberos amare debemus*: quare haud militat regula illa: *qui prior in tempore, l. si pignus 8. l. si ex jure 10. l. potior 11. l. qui generaliter 2. l. qui balneum 9. ff. qui potiores in pignore, l. 1. 2. 4. 7. 8. C. eodē l. 4. C. ad Macedonianum.* Donell. *de pignor. cap. 12.* Anton. Faber *8. C. sub tit. 8. def. 1. n. 1.*

Pro Decis. hujusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

Creditores anteriores: numquid filiò in rogitandis alimentis præferendi sint.

Quinam Creditores hypothecarii possessores prioribus hypothecariis præferendi sunt, & quænam inter hos servanda sit regula.

Creditor ex divenditionis mercium causa: an cęteris; idq; genus præferēdus sit Creditoribus.

SUMMÆ.

- Num. 1. Thesis partis primæ decisio.
- Num. 2. & 3. ejusdem probatio.
- Num. 4. secundæ Thesis 1. partis prędefin.
- Num. 5. ejusdem probatio.
- Num. 6. Thesis secundæ finitio.
- Num. 7. regula in Creditorum concursu servanda.
- Nu. 8. Thesis 3. decisio, ejusdemq; probatio.

1 Creditores anteriores: numquid filio in alimētis pręferendi sunt: Distinguas: vel Patris bona ante debita à Patre contracta libera extabant, filiique suborti erant, & hoc in casu filios in hisce paternis bonis esse præferēdos Creditoribus existimo.

2 Probatur 1. Filii namque in his paternis bonis anteriores Creditores ducuntur; cum paternis in bonis pro alimentis sibi pręstandis jus adeptum esse supponatur, à quo irrationabiliter haud despoliandi sunt; inde fit; quòd si forent despoliati, ante omnia essent restituendi, Antonius Faber *3. C. def. 7. tit. 7. de ord. judic. in allegat.* juxtà textum *in cap. in literis extra, de rest. spoliator. l. si quis ad se fundum, C. ad leg. jul. de vi, l. 1. C. si per vim, l. si maritus 10. Cod. de donat. inter, l. Colonus 12. l. cum fundum 18. ff. de vi, & vi.* igitur isti præferendi sunt: quandoquidem paterna bona pro alimentis filiis præstandis hypothecata perhibentur; cum Pater filios alere suos naturali, Divino, omnique astringatur jure: quandoquidem causa suum debet asservare effectum; qua desinente; effectus pessundatur, *l. adigere, §. quamvis, ff. de jure patronatus, l. si pater, ff. de hæred. instituend. l. generaliter, C. de Episcop. & Clericis, l. cum te, C. de pact. inter emptorem, cap. magnæ in fine, de voto, cap. cum cessante 60. de appellat.* exemplo esto de brutalibus animalibus, quæ naturę instinctu proprios alūt filios; inde est, quòd alimęntorū causa potentior sit, quam accidentalis, *l. qui habent, ff. de tutel. l. filio quem pater, ff. de lib. & posthumis, cap. præsenti, §. idem, de præbend. lib. 6.* Hinc Cic. *1. Offic. Commune omnium animantium est, conjunctionis appetitus, procreandi causa, & cura quædam eorum, quæ procreata sunt*, & *3. de finibus: à natura ipsa, ut eos, quos genuerimus, amemus, impellimur.* & *2. de Orat. Feræ partus suos diligunt, & nos in liberos nostros uti debemus indulgentia*; igitur Creditores dein suborientes posteriores vocitantur.

3 Probatur 2. Pater naturali inspecto jure (ut ex cōmonstratis liquet) filios alere astringitur ex bonis, vel suis, vel alienis; haud ex alienis, ut ex terminis liquet; cū in hisce dominio careat, ac per consequens suo restituenda sunt Domino: siquidem apud eundem asservanda sunt; Oroz *de apicibus juris civil. lib. 1. c. 5. n. 20.* adeòq; ipsi restituenda, cum restitutio ex justitiæ obligatione suboriatur. Donellus *7. juris civilis, cap. 2. num. 50.* Argum. textus *in cap. requisivit 1. de in integr. restit. cap. auditis 3. eodem tit. cap. cum causa 8. de re judic. cap. ad nostram, de rebus Ecclesiæ, cap. 1. de in integrum restit.* Consule Hotmanum *consil. 125.* Donellum *lib. 21. comment. cap. 19.* igitur ex suis; en quomodo bona isthæc filii pro alimentis præstandis hypothecata esse supponuntur.

4 Vel Patris bona post debita contracta à Patre acquisita esse ferātur, & tūc in his omnes Creditores, & in alimentis, & in legitima fore præferendos filiis reor: quare hoc in themate Bartolus, Alexander, Afflictus *dec. 162. num. 4.* Puteus *decis. 137. num. 6.* idque genus. apud Verde *institutionibus de jure naturali gentium, & civili, lemma 9. num. 123.* elocuti fuere.

5 Probatur: Debitoris bona Creditoris sunt, propterea quod cujuscemodi bona hypothecata creditoribus ducuntur: tametsi non omnia, ast ex certis tantum causis. *l. & toto tit. in quibus causis pign. ff. & Cod.* Faber *4. C. tit. 10. def. 2. num. 4. in allegat.* inde est, quòd jus in hisce bonis debitor expeditum non habet: quan-

quandoquidem jus creditoribus in bonis post debitum querendis acquisitum esse supponitur, *l.* 1. *l.* 2.*& l.* 4. *Cod. de privileg. Fisci*, *l.aufertur*, §. *Fiscus*, *de jure Fisci*. Author est Donellus *de pignor. tit. quibus in causis pignus tacitè contrahatur*, *pag.* 156. adeòque de eodem pro libito stabilire queunt: Pater enim,& alimenta, & legitimam eb suis secus verò alienis ex bonis dare debet filiis; cum bona nõ dicantur, nisi ære deducto alieno, *l.non possunt* 11.*ff. de jure Fisci*, *l. subsignatum* 39.§.1.*ff.de verborum significatione*, *toto tit.C.pœn.fiscal.cred. præf.lib.*10. *tit.*7. *l. quod placuit* 37.*ff.de jure fisci*,*l.*48.§.1.*eodẽ*. Antonius Faber 9.*C.tit.* 6.*ad leg. Jul.Majest. def.*6.*num.*1.*in alleg.*alioqui actus justitiæ offensarentur, quod juribus obversaretur.

6 Quinam Creditores hypothecarii posteriores prioribus hypothecariis præferendi sunt,& quænã inter hosce servanda sit regula, profectò Creditores posteriores prioribus preferendos nostro in themate esse dotem, *l.assiduis* 12.§.*cum enim*,*C.qui potior.in pign.Fiscũ*, *l.*2.*C.de privilegiis Fisci*,*l.dotis tue* 9.*C.de jure dotium*,hypothecam ad refectionem, vel emptionem Navis, §.*his consequens*,*auth.de qualitate dotium*,*colle.*7. *l.interdum*, *l. hujus* 6.*ff.qui potiores in pignore*,*l.quod quid* 19.*C. qui in navium*,*ff.de privilegiis Fisci*, impensas funerum, *l.impensa* 45.*ff. de religiosis*, *& sumptibus funerum pupillus*, *in re pupillari empta pecunia*,*l.idem ait*,*l.ultima*.*ff.quia potiores*,*l.quamvis* 17.*vers.non deducto*, *C.de pignoribus*:atqueadeò mutuantẽ ad refectionem domus, §.*his consequens est*,Auth.*de qualitate dotis*,*collat.*1.*l.licet*.*l.interdum*,*C.qui potiores l.creditor*,*ff. si certum petatur*.inspicito Antonium Fabrum *in dicta l. assiduis*, Jacobum Cujacium,Franciscum Hotmanum, Franciscum Sarmientum,Donellũ,Duarenũ,aliosve.

7 Regula verò, quæ in his servanda, est *qui prior in tempore potior in jure*, *l.dotis tuæ* 9. *C. de jure dotium*, *l. fin. ff. ex quibus causis major*: prop
tereàquod privilegia privilegiis perimũtur,*l. sed.& milites*,*in princip. ff.de excus. tutor. l.assiduis*,*vers.in duobus*, *C. qui potiores in pignore hab.l. scire*,*C.de sacros.Eccles.* inspicito Verde *instit. de actione quasi serviana*, *atqueadeò concursu creditorum*, *à num*,457.*usque ad* 467.

8 Creditorem ex venditionis mercium causa, cæteris idq;genus præferendum esse Creditoribus si prior sit haud dubiè reor; quare in istis regula illa urgere edisseritur; *qui prior in tempore*, &c. nec thesis isthæc aliqua indiget probatione: nam ejusdem supponitur generis,inspicito quæ supra dissertata fuere.

DECISIO CXXX.

PRimum dubitatum est,quot sint capita *legis Iuliæ Majestatis* pro quo declarando recitabimus capitula dictæ *legis*, *ex l.* 1.*ff eodem titulo* colliguntur hæc; dicitur enim: *ibi Maiestatis crimen est, cum quid committitur adversùs Po.Ro.vel adversùs securitatem eius:quo crimine tenetur is cuius opera dolo malo consilium initum est,ut obsides iniussu Principis liberarentur, is cuius opera dolo malo cõsilium initum est, is ut armati homines in Vrbe sint, conveniant adversùs rem publicam, locave occupent, vel templa is cuius opera dolo malo consilium initum est,ut cœtus conventusve fiant, hominesve ad seditionem convocentur*, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti Species.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ decisio.
Num. 2. ejusdem probatio,
Num. 3. Thesis secundæ prædefinitio.
Num. 4. ejusdem probatio.
Num,5.& 6.Thesis 3.finitio,ejusdẽ prob.
Num. 7. Thesis quartæ decisio.
Num.8.ejusdem probatio.
Num.9.ejusdem Thesis limitatio.
Num.10.Thesis quintæ prædefinitio.
Num.11.ejusdem Thesis probatio.
Num.11.& 12Thesis 6.decisio,ejusd.prob.

1 UBi quis pro Rebelle ducendus est de quo themate eloquuntur Antonius Capicius *hìc ab exordio*, *usque ad nu.* 18. Fabius de Anna *consilio* 12. *de Ponte consilio* 1.*num.*27.*&* 29.*vol.*2. aliique. Thorus Author est *compend. decis. tomo* 1. §. *criminis læsæ Majestatis capita*, in quibus feraciùs,præsertim per Capicium hìc,materies isthæc ac facti specierum diversitas optimè, ast distinctiùs per Fabium de Anna,in quibus peragendis tempus frustrà conterere foret.inspicito Sodes, ac semper præ oculis habeto, ut haud difficiliùs facti species in materia isthac persolvas,textum *in l.quisquis S.C. ad legem Juliam Majestatis*.

2 Verum enimverò pro facti specierum deci-

cidendarum facilitate, mea sententia semper præ oculis hoc habeto principium; extemplò ac Vassallus, sive in Principis personam, sive in Regni deperditionem conspirasse, vel attentasse, idque genus tradatur; ex continenti (inquam) ut Rebellis ducendus est: quandoquidem hisce in criminibus attentasse sat est, cum crimen in primo sit capite.

Secundum dubium est, quæ sit pæna legis Iuliæ Majestatis in primo capite, &c. *Hæc Antonius Capycius.*

Secunda Facti Species.

3 Qua plectendus sit rebellis pæna.

4 Primo morte luere debet, 2. ejus bona publicantur, seu Fisco incorporantur, 3. ipsius damnatur memoria, 4. ejusdem filii insuccessibiles mansitant, quæ cuncta habentur, *in l. quisquis, C. ad legem Juliam Majestatis, §. publica autem*, instit. *de publicis Judiciis §. per contrarium, instit. de hæred. quæ ab intestato deferuntur, l. 1. C. de bonis lib.*

Tertium dubium: quoniam inter alios casus *l. 3. ff. ad legem Iuliam Maiestatis* est crimen usurpatæ iurisdictionis contrà eos, qui suscipiunt Magistratum, cum sint privatæ personæ, quod videtur esse secundi Capitis, &c. *Hæc Antonius Capycius.*

Tertia Facti species.

Alienam usurpans jurisdictionem, quam Luere debet pænam.

5 Tametsi Capicius hìc *à num. 21. usque ad 33.* quamplurimas connnmerat species, juxtà criminis gravitatem. Thorus *compend. decis. parte 1. §. pæna quænam sit contrà usurpantes jurisdictionem*: verumtamen mea sententia prudentis Iudicis arbitrio id est redigendum: siquidem varia extant themata, varia delicta, varius delinquendi modus, consequenter determinata regula haud stabiliri potest; cum ex antecedenti indifferenti determinata illatio subnasci nequeat, uti edocent Philosophi; secùs verò ubi determinatum: siquidem tunc determinata sectatur illatio: quare ipso permisso & consequens permittitur, *l. 1. §. 1. ff. si usufructus, l. 3. §. qui habet, ff. de servit. præd. rustic. l. reflexionis gratias, ff. cōmunia prædior.* ipsoq; denegato ejusdē cōsequēs perimitur, *l. 1. § hujus rei, ff. de officio ejus, l. veteres, ff. de itinere, actuque privato*: quare juxtà criminis gravitatem pęnam solvere debet, cum pæna mensurari debeat culpæ, *l. sancimus 22. C. de pænis, cap. non afferamus stateras in fine 24. quæst. 1. cap. quæsivit. de iis, quæ fiunt à majori parte Capituli, cap. fælicis, §. illud autem, de pænis, lib. 6.* Deuteronomii *cap. 25.* Divus Joannes *in sua Apocal. cap. 18.* ibi: *Quantū glorificavit se, & in delictis fuit, date illi tormētū, & luctū.* Horat. *lib. 1. satyr. 3.* quod Judex examinare debet: num criminalē, vel civilē usurpavit jurisdictionē: numquid proprio authoramento, vel Imperio, vel aliqua sub limitatione, vel id genus, inspicito Sodes, textum *in l. final. C. de diversis offic. l. in his, C. de diversis offic. l. Actuarios, C. de numerariis.*

Quartum dubium est: an in pæna legis Iuliæ Maiestatis *in 2. cap. quam conclusimus esse capitis*, & publicationis bonorum sit hodie immutatum *per auth. bona damnatorum de bonis damnatorum, quæ vult quod hodiè* bona damnatorum debeantur ascendentibus, & descendentibus, & usque ád tertium gradum collateralibus, ut in dicta auth. est videre, &c. *Hæc Antonius Capyc.*

Quarta Facti Species.

SI læsæ Majestatis crimen in secundo capite patrasse feratur quis: numquid publicationis bonorum pænam expendere debeat.

7 Publicationis bonorum pæna haud fore plectendum haud dubiè, reor. est Antonii Capicii *à num. 33. usque ad 34.* aliorumque. Thorus Author est *compend. decis. tomo 1. §. pæna publicationis bonorum, an locum habeat in crimine læsæ Majestatis.*

8 Probatur ex Auth. *bona damnatorum, C. de bonis proscriptorum*; ibi: *Bona damnatorum, seu proscriptorum non fiunt lucro Judicibus, aut eorum officiis, neu secundum veteres leges Fisco applicantur, sed ascendentibus, & descendentibus, & ex latere usque ad tertium gradum, si supersint*: quæ cuncta meo judicio de crimine læsæ Majestatis in 2. capite commētanda sunt: quare textus *in l. quisquis 5. C. ad legem Juliam Majestatis*; idque genus hoc in themate per textum cujuscemodi esse cor-

correctũ duco, cũ priscæ leges abrogatæ sint. Secus verò hodie in crimine læsæ Majest. in primo est edisserendũ capite: propertereàquod per auth. prisca jura quo ad hanc facti speciẽ minùs abrogata extãt, quod ex auth. eruitur verbis: *In Majestatis verò crimine condemnatis veteres leges servari jubemus*, quod commentari nequit. De secundo, igitur de primo.

Quintum dubium esto, & non concesso, quod in secundo Capite non sit pæna publicationis bonorum, an data instabilitate, & frequenti motu Regnicolarum alicuius Regni, & consuetudine committendi in secundum Caput, ut insurgendi contra Regios Officiales, &c. possit Vicerex pænam confiscationis irrogare, &c. *Hæc Antonius Capycius*.

Quinta Facti species.

PUblicationis bonorum pæna: tametsi in crimine læsæ Majestatis in secundo capite locum haud obtineat: an ex ejusdem reiteratione per Proregem edi queat.

10 Divulgari posse proculdubiò, reor. est Capicii *hic, à num.41. usq; ad 50.*

11 Probatur: Incorrigibilitatis vitium de sui conceptu dignam involvit pęnam, cũ pęna mensurari debeat culpæ, *d.l. sancimus 22. C. de pænis*, idque genus; ac per consequens læsæ Majestatis in secundo capite crimen reiterans, incorrigibilitatis naturam sapere edisseritur, cum ille dicatur incorrigibilis, qui idem replicat vitium: quare adùsque in labe criminis mansitet absolvi haud fas est, 24. *quæst.2. cap. damnationis* quinimò excõmunicandus est, 24. *quæst.5. cap. tam Sacerdotes, & cap. ecce autẽ*. Cardi. Laur. *empitome Canon. verbo incorrigibilis*; igitur cũ ad Proregẽ ob sibi admissum munus: atqueadeò, ne crimina graviùs in dies patrẽtur, augeaturq; curare pertinet; juremeritò ejus sunt partis leges, Pragmaticasque condere, ne in læsæ Majest. crimen perẽniter labatur; idq; genus.

Sextum dubium, an pæna *legis quisquis C. ad legem Iuliam Maiestatis* obtineat in eo, qui committit contrà Viceregem, & Vicarium Principis, &c. *Hæc Antonius Capycius*.

Sexta Facti Species.

PÆna *legis quisquis C. ad l. Juliam Majest.* numquid adversùs Proregem delinquentem locum habeat.

12 Tametsi rigorosè loquendo jure negativũ fore dandum responsum existimo: verumtamen largè, impropriẽque, in cujuscemodi incurrit pænam; inspicito Capicium *hic, à nu. 50. usque ad 54.* aliosque apud Thorum *compend. decis. tomo 1. §. pæna legis quisquis*.

13 Probatur: Crimen læsæ Majest. (rigorosè loquendo) erga Principem, sive sit Rex, sive Dux superiorem haud dignoscens à Vassallo (siquidem à non subdito, utputà à Clerico, minùs patrari strictè fertur) patratur: ast Regni Prorex minimè Dominus, sed Principis locum tenet: propertereàquod non suam, atqui aliam repræsentat personam; igitur (rigorosè loquendo) in Proregis personam delinquẽs haud lęsę Majest. crimẽ cõmittitur, alioqui Regis, Proregisve obtruncatio nõ specificè dissidẽtes forẽt, quod perabsurdũ esset.

Cætera quæ tradit Capicius *hic, à num. 54. ad finem* usque cum parvi sint momenti pro libito omitto.

Pro Decis. hujusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

PÆna pro enormibus criminibus laicis debita: numquid Clericis in minoribus constitutis ordinibus degradatis irroganda sit.

Læsæ Majestatis; aut rebellionis crimen: an in Clerico, qui Regis subditus minus esse supponitur, verificari debet.

Injuriosa adversus Principem absentem proferens quis verba: qua plectẽdus sit pæna.

SUMMÆ.

Nu. 1. & 2. Thesis finitio, & ejusdem probat.
Nu. 3. & 4. Thesis decisio, & ejusdẽ probat.
Nu. 5. & 6. Thesis pręedefinitio, & probatio.

1 PÆna pro enormibus criminibus Laicis debita Clericis minoribus insignitis ordinibus degradatis haud esse irrogandam opinor. est de Franchis *dec. 571.* edocẽtis sic per S.C. decisum fuisse, Thori *compend. dec. tomo 1. vers. pæna Laicis debita pro delictis enormibus*.

2 Probatur: tametsi Clericus degradatus esse supponitur: verumtamen etiamnum in ipso restasse supponitur caracter, cum caracter sit signum indelebile impressum in anima, Concil. Floren. *in decret.* Eugen. IV. 8. §. *S. Eccles.* Concil. Trident. *sess. 23. cap. & can. 4.* Concil. Ephes. *in epistola civili ad Nestorium, cap. majorores, §. finali de Bapt.* Cardinal Lauria *in epit. canonum verbo caracter*, ac per consequens juxtà dignitatis splendorem æqualance minus plectẽdus sit, ast mitiori, ut ex ipsismet terminis liquet, cum dignitatis ratione minorem

tem debere luere pęnam par sit: id namq; juribus haud dissonum est. Hinc optimo jure Tullius pro Sesto sic decribit: *Omnes bonis semper nobilitati favemus, & quia utile est Reipublicæ nobiles esse homines dignos majoribus suis, & quia valere debet apud nos clarum hominum senex de Republica meritorum memoria etiam mortuorum.*

3 Lesæ Majestatis, aut rebellionis crimen in Clerico, qui regis subditus minus esse supponitur haud verificari debere docent nonnulli Thorus Author est *in supplem. dec. vers. crimẽ lesæ Majestatis, aut rebellio an cadat in Clericum*, referens sic per Collaterale Consilium

4 sancitum fuisse, idq; probant, quatenus à Laicali divino inspecto jure, juxtà melius placitũ Clerici exẽpti sũt, *Psalmi* 104. ibi: *Nolite tangere Christos meos*, Matthęi *cap.* 17. Concilium Lateranense sub Innocentio III. *c.* 5. 6. & aliud Lateranense sub Leone X. *sess.* 9. *ad fin.* Concil. Coloniens. *parte* 9. *cap.* 10. Trid. *sess.* 20. *de reform. cap.* 10. Suarez adversùs Reg. Angliæ *lib.* 4. *cap.* 9. Bellarminus *tomo* 1. *controvers. lib.* 1. *de Clericis, cap.* 28. Sotus *in* 4. *dist.* 25. *quæst.* 2. *art.* 2. Lugo *de Iustitia, tomo* 2. *dist.* 36. *sect.* 7. *n.* 10. aliiq; Vide Gonzalez 2. *decretal. tit.* 1. *de judicijs, cap. Clerici vero* 8. *num.* 10. enimverò in lesæ Majestatis, aut rebellionis crimine patrando, subjectio reposcitur, quæ nostro in themate desideratur.

5 Injuriosa adversùs Principem absentem proferentem aliquem verba, arbitrariam luere debere pænam censeo, inspicito Revert. *decis.* 50. ubi dominorum Regentium vota diversa memorat.

6 Probatur: tametsi Prorex Regis personam immediatè representat, *constit. fidelium nostrorum* de Ponte *de potestate Proregis num.* 1. 2. 3. idq; genus apud eundem *pag.* 6. attamen injuriosa verba isthæc (rigorosè loquendo) haud eo digna sunt supplicio, perinde ac si forent contra Regem prolata, ac per consequens vel ad remigandum, vel ad exulandum juxtà rei, sontisve qualitatẽ, secùs verò mortis pæna, cum pæna connumerari debeat culpæ, *l. sancimus* 22. *C. de pœnis, cap. non afferamus stateras in fine* 24. *quæst.* 1. *cap. quæsivit de iis, quæ fiunt à majori parte capituli, cap. fœlicis, § illud autem de pœnis lib.* 6.

DECISIO CXXXI.

IN Causa nonnullorum Baronum Regni Siciliæ citatorum, & ob contumaciam Bannitorum respectu quorundam criminum ingerentium, ut præfert pænam confiscationis omnium bonorum: dubitatum est, an possit ad Regii Fisci instantiam destinari Commissarius ad eorum Castra regenda, iustitiamque subditis illorum administranda; bonaque eorum mobilia pro tertia parte capienda, reliqua verò cum foventibus sequestranda, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

SI Baro crimen patrasse feratur, ob cujus contumaciam Banditus dein per Curiã divulgatus fuit: numquid ejus jurisdictio per Curiam supersedenda sit, ac ibidem pro administranda justitia, castrisq; regendis, atq; pro mobilium bonorum tertia parte capessenda, quoq; reliquis fructibus area; idq; genus sequestrandis, commissarius designandus sit.

SUMMÆ.

Nu. 1. & 2. Thesis decisio, & probatio.
Num. 3. solvitur difficultas.

1 FOre stabiliendum autumo, est Antonii Capicii *hic* Scacciæ *de judic. caus. civil. & criminal. cap.* 97. *num.* 19. aliorumq; Thorus Author est *compend. decis. tomo* 1. *vers. jurisdictio Baroni ob contumaciam Banniti.*

2 Probatur: ex textu in *l.* 1. *C. de requir. re. l. finali, ff. eodem tit. l. si quis intra, C. de bonis proscript.* nam defactò in castris, oppidisq; jurisdictio exercenda est, cum quilibet in suo secùs verò in alieno territorio jurisdictionem habeat, *l. ult. C. ubi, & apud quẽ* Petrus Gregorius, *lib.* 47. *syntag. cap.* 21. *nu.* 33. Donell. *lib.* 17. *comment. cap.* 9. ubi plures Osualdus *litera* C. Cujac. *lib.* 1. Pauli *ad edict. lit. ult. ff. jurisd.* ubi Faber, & Goveanus: Revardus *lib.* 3. *conject. cap.* 10. quare juremeritò Paulus in *l. finali, ff. de jurisdict.* docet Judici jus extrà territorium dicenti, impune haud esse obtemperandum, juxtà tex. in *cap.* 1. *de officio ordinarii, cap. conquerente* 16. *cap. dilectus* 18. *eodem tit. cap. omnes basilicæ* 10. 16. *quæst.* 7. *cap. cum Episcopus de officio ordinar. in* 6. *cap. cum ex injuncto* 12. *in fine de hæreticis, cap. Episcopus in synodo* 35. *quæst.* 6. *cap. excommunicamus* 13. *§. adjicimus de hæreticis,* indè fit, quod jurisdictio alienos in subditos exerceri nequit,

3 *cap. nullus, cap. nullum* 9. *quæst.* 2. *cap. ut litigantes de officio ordin. eodem lib. cap.* 2. *de constit. in* 6. *cap. pastoralis de rescript. ca. Episcopũ,*

cap. Episcopi 7. quæst. 1. cap. si quis Episcopus 11. quæst. 3. cap. novit de officio legat. l. 1. ff. de officio proconf. Honorius, & Theodosianus *in l. decemvirum 53. C. de decur. lib. 10. l. ultra 10. l. extra 16.* Cod. Theodo. *de accusat. l. cum unus, §. is, ff. de bonis authorit. judic. l. in fine, ff. de officio præfecti urbis,* Cujacius *lib. 5. obser. cap. 37.* verum enimverò per contumacem Baronem haud exerceri par est, ceù ex ipsismet terminis liquet: siquidem per contumaciam patratam inobediens est, cum cōtumaciæ labes grave sit delictum, *l. contumacia, ff. de judiciis, l. unica, ff. si quis ius dicenti l. omne, §. contumacia, ff. de re militari, l. sancimus, C. de iudiciis, cap. 2. de dolo, & contumacia, l. contumacia 12. ff. de re iudicata, cap. 2. de maioritate, & obedientia, cap. cum contumacia de hæreticis in 6.* ideòq; hujuscemodi crimen prisci jurisconditores gravissimis
4 vindicandum esse pænis jubent, in *l. 1. ff. si quis ius dicenti non obtemperaverit*; idq; genus; hinc Pontificio inspecto jure contumaces pæna excommunicationis plectuntur, juxtà illud Matt. *cap. 8. si Ecclesiam non audierit sit tibi tanquam Ethicus, & Publicanus cap. audi denique ij quæst. 3.* inde graphicè, politèq; Cassiodorus *lib. 3. variar. epist. 15.* sic literis prodit, ibi: *Injuria quidem nostra est læsa justitia, quia violationes earum rerum merito ad eos trahimus, quos amamus unde illud maximè inultum esse non patimur, quod in contemptum nostræ visionis constat admissum, quæ enim præsumptio plectenda non audeat, si sacra jussionis reverenda contemnat? ideòque illum, quem dudum ad viri illustris personæ judicium decrevimus convenire, qui se inveterata calliditate subtraxit examini vestro committimus audiendum,* Grannanieto *2. decretal. de judiciis in cap. 1. pag. 2.* Cyronius *in paratitl. 5. decretal. de Clericis non residentibus tit. 4. pag. 179.* ac per consequens reus, cui nemo parere debet, cum reus pęnæ factitatus sit, cum magistratui digno, ac legibus obtēperanti obtēperandū sit: enimverò magistratus, lex est loquens Cicero *3. de legibus*; igitur per alium, adeòq; per commissarium in ipsius locum suffectum; qui idem habēt, ac exercere debet authoramentum.

5 Neū differere fas est per Baronis ministrum exerceri posse jurisdictionem: siquidem Baro, ejusq; minister una ducuntur persona, cum unū sit Tribunal ad instar Vicarii, & Episcopi.

Pro Decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

Baro adulterium cum Vassalli Uxore patrās, quam expendere debet pænam.

Criminum compositiones, quæ coram cōpetenti faciendæ sunt Iudice; si Baro in illis se inservisse feratur, quā solvere debet pęnam.

Baro forjudicatus, an à Vassallis obtruncari possit.

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. Thesis 1. decisio, & probatio.
Num. 3. & 4. Thesis finitio, & probatio.
Num. 5. & 6. 1. Thes. 3. prædefi. & probatio.
Num. 7. & 8. 2. Thesis decisio, & probatio.

1 Baronem adulterium cum Vassalli uxore patrantem arbitrariam (meo judicio) solvere debere pænam opinor: tametsi Doctores aliqui circa istiusmodi Vassallum jurisdictione esse privādum Baronem edocent Thorus Author est *compend. decis. tomo 1. vers. Baro adulterium committens cum uxore Vassalli.*

2 Probatur: arbitraria namq; subnasci debet pæna, ubi determinata haud refundi valeat regula, enimverò ex antecedenti indifferenti, nulla determinata suboriri, quit illatio, cum antecedens se habeat veluti causa ad consequentiam; quemadmodum limitato antecedenti, seù causa, restrictus producitur effectus, *l. in agris, ff. de acquirendo rer. dominio l. cancellaverat, ff. de iis, quæ in testam. delentur, l. 2. ff. de servis export. l. ex facto, §. item quæro, ff. de vulgari. & pupillari substit. l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de legatis 2. l. age cum Geminiano, C. de transact. cap. ea noscitur de senten. excomm.* in nostro porrò themate determinata minus stabiliri potest regula: siquidem ultrà jurisdictionem, qua erga passum adulteriū carere debet Baro aliam luere debet pænam, quæ juxta criminis gravitatem regulanda est, cum pęna respondeat culpæ, *l. sancimus 22. C. de pœnis, cap. non afferamus stateras in fine 24. quæst. 1. cap. quæsivit de iis, quæ fiunt à majori parte capituli, cap. felicis, §. illud autem de pænis in 6.* suumq; detineat Authorē, *l. sancimus, C. de pænis, l. absentem, ff. eod. tit.* quare si cum vili, infima, si cum nobili graviori puniendus est pæna, juxtà prudens Iudicis judicium, quod rebus in gerendis summoperè reposcitur cuncta respiciens; quidve in tali sit peragendum circumstantia; hinc Cicero 6. in Verrem. *est boni Iudicis parvis ex rebus conjecturam facere uniuscujusque, & cupiditatis, & incontenentiæ.*

3 Criminum compositiones, quæ coram cōpetenti faciendæ sunt Judice, si Baro in illis se inservisse feratur, tunc arbitraria esse solvendum pæna censeo; tametsi jurisdictione fore privandum edocent Caravita *ritu 272.* Capiblancus *in prag 6. de Baron. nu. 11.* Thorus *C. rer. judicatarum casu 5. num. 12.*

4 Probatur. compositionis criminum hoc in casu trāsgressio semel à Barone patrata haud tāta digna sit pæna, utputà jurisdictionis privatione; nam si semel per Principē arbitraria plecteretur pæna, Baro trāsgrediens sane resipisceret, sin autē in hujuscemodi dein incideret delictum, tunc proculdubiò jurisdictione foret orbandus, siquidem delictum assiduatū gravius dare debet pænam, quæ foret jurisdictionis privatio.

5 Ba-

5 Baro forjudicatus an à Vassallibus obtruncari queat distinguendum est: vel Baro forjudicatus,rebellisq;atque adeò urbis devastator sit, vel simplex forjudicatus: si primum à quolibet Vassallo esse obtruncandum plusquam compertum est, siquidem ut communitatis partes ipsam asservare;secùs verò pessundare debent, quod sectaretur si Baronem rebellem haud obtruncarent, cum factus sit patriæ hostis, & domino infestus, rebellisque suo.hinc perbellè Demosthenes orat.de oratione Civitatis, sic memoriæ mandat; ibi: *Armis hostes vincendi sunt, & in his est solus Reipublicæ*, & orat. de rebus Cherronef. ibi: *Fieri non potest ut extremò hostes vincatis,nisi animadvertitis in domesticos hostes,& intestinos illius ministros; verum necesse est incurrentes in hos ut scopulos,serius occurrere illis.* neu in Barone rebelle ulla extat jurisdictio,cũ per rebellionis crimen jurisdictio deperdita fuerit,quare si Vassalli culpa minus obtrũcatus sit, tunc præter pænas & à juribus, & à pragm. constitutionibusq; inflictas, Proregis arbitrio pænam luere debent, cum sit Regni Vicarius,de Ponte *de potestate Proregis num. 1.2.& 3.* idq;genus apud eumdem *pag. 2.* ac per consequens juxtà facultatem sibi à Rege permissam.

6 Probatur: Vassalli essentia hoc in casu diversa, extinctaq;esse supponitur, ac per consequens fuit; secùs verò actu est: proptereàquod ob rebellionis crimen à Barone patratum,à fidelitatis juramento solutus esse perhibetur,ac per consequens ut Regi subjectus, atq;ut Universitatis pars iisdem consulere debere explorati juris esse, quod ob Baronis rebellis obtruncationem fieret; hinc eruditè Tullius 4.ad Heren.ibi: *Quoniam sunt omnia commoda à Patria accepta nullum incõmodum pro Patria grave putandum est,at qui Patriæ pericula suo periculo expetunt, hi sapientes putandi sunt, cum & eum, quem debent honorem Reipublicæ reddũt, & pro multis perire malunt,quam cum multis: etenim vehementer est iniquum, vitam, quam à natura acceptam propter Patriam conservaveris, naturæ cum cogat,reddere, Patriæ cùm roget, non dare: & cum possis cum summa virtute, & honore pro Patria interire malle per dedecus,& ignaviam vivere:Et non pro amicis, & Parentibus, & cæteris necessariis adire periculum velis, pro Republica,in qua & hoc, & illud sanctissimum nomen Patriæ continetur, nolle in discrimen venire*;& ibidem;ibi: *Nullum est periculum, quod sapiens pro salute Patriæ vitandum arbitretur: Hæc enim, secum loquitur. Non mihi soli,sed etiam,atque adeò multo potius natus sum Patriæ. vita, quæ fato debetur, saluti Patriæ potissimum solvatur.*

7 Sin secundum ad istiusmodi Baronis forjudicati necationem haud esse obstringendũ Vassallum reor 2.licet si id accidisset;quippè nulla foret plectendus pæna.

8 Probatur:tametsi Baro forjudicatus inspecto Regni jure civiliter extinctus sit, de Frãchis *dec.213.num.11.& 12.& dec.686.* Riccius *collect.dec.291*.Farinacius *dec.54*.Vivius *dec.335*.siquidem jura, actiones, & Civitatẽ deperdit, *l.transfugam,ff.de acquirendo rerũ dominio*, Cacher.*dec.Pedamon.105*.Merlinus *centur.2.cap.21*.Gaillus *lib.1.obser.1.nu.38*. Petra *rit.220.num.3*. feudo,bonis burgensaticis, ejusq; filio impuberi refunditur bajulus constit.Regni *forjudicatorũ bona*, & constit.*quando aliquem*, Provenzal. *ad consuetu. Neap.observ.3.n.9*.de Ponte *vol.1.consilio 69. num.8*.privaturq; jure testandi, succedendi, Farinacius *decis.26. num.19*. verumtamen dignitas, reverentiaq; quas habet erga Vassallos identidem sua in ditione eas detinere edisseritur; ac per consequens verecundia quædam in Vassallo ad ipsum obtruncandũ haberetur: quod si id accidisset,profectò nullam Vassallus lueret pænam: siquidem utpotè forjudicatus, ac per consequeas civiliter extinctus necatur, cum per accidens se habat, quod sit Baro;neù inspecto Regni jure ullus plectatur,qui foriudicatum obtruncat, Scyaloia *de forjud.cap.17*. Mastrill. *dec.104*. Vivius *dec.255*, Verde *inst.lib.1.tit. quibus modis ius Patriæ potestatis solvitur nu. 367. & 368.* quare Clarus, Farinacius, aliiq;quos laudat, sectaturq;Capiblancus *tomo 2. num. 18.in fine de Baron.*cum isthac commentandi sunt distinctione.

DECISIO CXXXII.

AN in foro conscientiæ sit obediendum iniustis ordinationibus Superioris, &c. *Hæc Antonius Capycius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

IN poli foro: numquid injustis superioris jussis; idq;genus sit parendum.

SUMMÆ.

A num.1.usq;ad finem Thesis prædefinitio, probatio,& oppugnatio,& solutio.

1 SIve sit ordinarius, sive extraordinarius, sive Delegatus Minister, sive haud, injustis Superioris jussis in poli foro non esse obtemperandum indubiè

biè duco,inspicito Sodes, Capiciũ *hic,per tot.*
2 Probatur: ex tex. in *l.omnes, C. de evictionibus lib.* 10. propterea quod superior, quà superior, sui muneris est justa, secùs verò injusta jubere, alioqui haud superior, ast tyrannus vocitandus; hinc Cicero 3.*offic.Non se obstrinxit scelere, si quis tirannum occidit, quamvis familiarem*; & 5.Tuscul. *Nulla nobis cum tirannis societas est, sed summa potius distractio: neque est contrà naturam spoliare eum, quem honestum est necare*, nam etsi superioribus obtemperandum sit 23.*quæst*.5. *cap.si apud carnales* 11.*quæst*.3. *cap.si autem, & cap.si quis vero* Gregorius 1.*lib*.4. *epistola* 10.*dist*.93.*cap*.1.*Subdiacono, cap.Diaconi, & cap.Sacerdotes* 2.*quæst*.6. *cap.qui scit*; idque genus: verùmtamen secùs si contrà Dei præceptum aliquid jubeāt 11.*quæst*.3.*cap.Julianus, cap.qui resistit, cap.Imperatores, cap.si is qui præest, cap.non semper, cap.si dominus de exceptionibus Prælatorum, cap.sane* cum lex justa præcipiat; secus verò injusta quæ in cōscientia non obligāt, *cap.vides* 10. *dist.cap*.1. *de constitut.*Grannanieto 2.*decretal. de jurejurando tit*. 24. *in cap. cum contingat* 28. *num*.5. *cap*.19. exodi Divus Thomas *cap*.5.
3 *ad Romanos*; hinc Heraclitus edisserebat non minus oportere depugnare pro legibus, quam pro mænibus, cum procul à mænibus Civitas incolumis esse possit, absq; legibus verò minimè.Laerti,*lib*.1.*cap*.3.& Solon rogitatus qualiter Civitas ritè regi posset? responsitasse fertur:*Si ejus Magistratui obtēperent; Magistratus autem legibus*, Stobeus Maxim.*sermone* 10. & Valer. Maxim.*lib*.3.
4 Authores sunt, neù à mortalibus efficienda sunt, quæ Deo displicent, ac per consequens, infestum Deo parturiunt, atq; adeò orco digni autumantur, cum quilibet divinas asservare leges, iisdemq; obtemperare astringendus sit mortalis; hinc Marul.*lib*.5.*cap*.1.graficè in hæc commonstrat verba: *Deum toto corde, tota anima, totis viribus jubemur diligere. Quod utique ita fiat ut sola, erga eum dilectio omnes alias superet dilectiones. Super omnia enim Ameandus est Author ipse omniū atque conservator. Nulla res unquam cordi nostro sic inhærere debet, ut ejus causa ille, qui est causarum causa, minùs honeretur, minùs colatur. Despiciantur opes, deserantur Parentes repudietur uxor, abiiciuntur liberi perferantur supplicia, vita ista effundatur: Nihil denique vel non agendum, vel non sustinendum putetur, quod ab homine agi, sustinerique possit, dummodò soli pareatur Deo, soli semper deserviatur.*Hinc juremeritò Macchabei septem Fratres neù ingentibus Regis promissis corrupti sunt, neù minùs territi.Ad præferenda fortiter supplicia Mater hortatrix aderat, & magis ipsa animo torquebatur verens ne tormentis victi contrà Dei legem aliquid agere inclinarentur.Sed & feliciter consumpti plùs Deum, quam semetipsos cuncta famosissimè absumpsere, quoniam timebant dominum valdè; nec erat qui loqueretur de illa verbum malum Iudith.8.necnon Tobias senior filium suum ab infantia timere Deum docuit, & abstinere ab omni peccato Tob.*cap*. 1. idq; genus, quare juremeritò in iis, quæ animę spiritualitatem, ejusdemq; detrimentum attingunt, Supertoris jussibus, ceù haud à Superiore, ast à mortali ex Dæmonis suasione missus sunt obtemperanda, ac per con-
5 sequens efficienda; quandoquidem spirituale forum temporali cuilibet est anteponendum, cum hujuscemodi fori specialitas; nonnisi divina ratione suggerente dimanata sit: inde est Reges corrigere ratione perjurii, idq; genus jura jubent, *c.novit ille de judiciis*, quod germano sub intellectu commentandum est, ilicet in spiritualibus; secùs verò in laicalibus, cum quilibet Cristianus in spiritualibus Ecclesiastico subdatur Iudici, eiq; non obediens, anatemate infligi valet 2.*quæst*.6.*c. quisquis*, idem Author ibidem: Hinc religionis studio causę omnes; nō nisi ad Sedē deferēdę sunt Apostolicam, Gregorius IV. *epistola unica idem verbo religio pag*.755.
6 Neù jura à Capicio hìc laudata alicuius extant roboris, utputà tex. in *l.non videtur, §.qui jussu, ff.de regulis juris, cap. quodquis, de regul.jur.in 6.l.1.ff.si quis jurisd. non obst. l.si quis in alienatione, ff.de judiciis, l.qui bona, §.de illo, & ff.locati, l.habitatores, § finali, l.ex conducto, §.1.ff.de damno in facto*; proptereàquod alio in casu extāt: siquidē nōnulla in foro eloquuntur externo; alia, aliis in thematibus prorsus à nostra alienis facti specie.

Pro Decis.hujusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

SI Superior Clericum injuriosè ad Iudicem competentem suum remiserit: numquid in poli foro peccet.ac externa plectendus sit pęna aliqua arbitraria.

Officialis seu Imperitum eligens consultorem, seu Iudicem; quam luere debet pænam.

SUMMÆ.

Nu.1.2.& 3.Thesis decisio, & probatio.
Nu.4.& 5.1.Thesis 2.partis prædef.& prob.
Nu.6.& 7.Thes.2.partis 2.decis. & probat.

1 SI Superior Clericum injuriosè ad Judicem competentem suum remisisse feratur; in poli foro peccare, ac pæna aliqua arbitraria esse plectendum aliqua ex parte autumāt, Caravita *in ritu* 235. *num*.8.Boerius *decis*.Burdegal.303. Genuensis *in prax.cur.Archiepisc.Neapol.cap*.6.*num*. 7.Thorus Author est *compend.decis*. §.*officialis remittens Clericum Episcopo an debet*.
2 De prima Thesis parte nulla habetur hæsitatio, quin lætaliter peccet: siquidē gravi in materia sacra abutitur re: quādoquidem religio

gio offensa esse supponitur, ad quam ecclesiasticos defensare pertinet; proptereàquod religio juxtà Divum Paulũ *ad collos.2.* idem equipollens est, ac divinus cultus; inspicitò Isidorum *lib.* 10. etimolog.*cap.*17. Divum Augustinum *lib.*10. *de Civit. cap.*4. Lactant. *lib.*4.*divin.inst.cap.*28. Divinum Hyeron. *in cap.*9.*amos.* est enim religio peculiaris quædã vitæ formula, quam homo libera sua voluntate profitetur, & per quam divino obsequio mancipatur: inde est, quod in Pontificis ditione est tutari, ne religioni ulla irrogetur injuria: exemplo esto de Alexandro Magno, qui cum hierosolymam oppugnaturus ob sibi denegatum commeatum, auxiliaresq; copias adversùs Darium, cum ad Urbem adventasset ipsi Iaddus Pontifex sacerdotali indutus habitu cũ reliquis Sacerdotibus obviam ivisset; religione tactus Urbi pepercit Iosephus *lib.*11.*cap.*8.*antiq.*& Sab.*lib.*4. *n.*4. Author est, inspicito Cironium *in paratitl.*5.*decreta. de immunit.Eccles.pag.*302. igitur transgressio cum in gravi re sit; juremeritò lætale involuit peccatum, quod de sui conceptu labem involuit gravem, ceu edocent Theologi; idque genus.

3 Secunda Thesis pars probatur: Ecclesiastici, tametsi delinquentes sint; verumtamen etiamnum ob religionis respectum veneratione digni sunt, nec in sæculari quocumq; cujuscumq; generis, dignitatis sit, injuriosè pertractare Clericos facultas sit, cum in ipsius jurisdictione haud extent Granànieto 2. *decretal.tit.*2.*de foro competent.* ad textum *in cap.si quis Clericus* 1.*eodem tit.num.*6. siquidem religioni offensa fit, ad quam Clericos tutari spectat, ut fusè suprà commonstratum fuit, Clerici namq; in Dei dominio dumtaxat extant, cum sint res spiriales in sortẽ domini vocitati, *dist.*21. *cap.Cleros*, Concil. Colon.2.*par.*2.*c.*1.Cõcil.Aquisgran. sub Ludovico Pio *cap.*99. ac divino jure inspecto à laicali jurisdictione exempti reputantur juxtà dicteria illa, *Noli tangere Christos meos*, idest Clericos, *& qui vos spernit, me spernit*, *& qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei*, ut uberius alibi comprobatum fuit; igitur si transgressio isthæc gravis sit, cum sacrilegiũ patretur, quandoquidem in materia gravi, sacra abutitur re, quod ad sacrilegii labem patrandam reposcitur; juremeritò ad aliorum exemplar condigna per superiorem sit plectendus pæna, si injustè se gessit, quod prudentis Iudicis muneri est redigendũ, ac praxis in hoc inter Ecclesiasticum, & Secularem sit asservanda Iudicem.

4 Officialis, seù imperitum eligens consultorem, seù Iudicem, quam luere debet pænã distinguendum est: vel haud ignorans ipsum elegisse fertur, ac per consequens ejus imperitia sibi agnita erat, vel ignoranter: si primum, & ad partis interesse restituendum, & ad pænam Superioris arbitrio infligendam obstringendum fore opinor. est aliqua ex parte Paris *de sindicatu*, Thorus Author est *compend.decis.tomo* 1.§.*officialis eligens consultorem.* litteris prodens sic prædefinitum fuisse.

5 Probatur: haud ignorans suo in munere defecisse supponitur, ac per consequens ad damni illati restitutionem astringendus est, juxtà dicterium illud: *qui damni causam refundit, damnum dedisse videtur, l.ante*, §.*si cum servum, ff.de vi bonor.rapt. l.videamus*, §.*finali, l.qui domum in fine, ff. locati, l.nihil interest, ff.ad leg.Cornel.de sicar. l.qui occidit*, §.*in hac, ff.ad legem Aquiliam*, *cap. sæpe* 50. *dist.cap.finali de injur.cap.de cætero de homicid.* cum universi damni illati causa fuerit, quod præter damni illati restitutionem arbitraria Superioris judicio plectendus sit pæna: quandoquidem superiorem suo in munere exercendo decepisse supponitur.

6 Sin autem secundum; tunc solummodò ad damni illati restitutionem, secùs verò ad aliã pænam obstringendum fore autumo.

7 Probatur: suo in genere deliquisse ducitur: siquidem idoneam in reperiendo consultorẽ sedulitatem adhibere tenebatur; igitur cum in hoc defecisse censeatur; consequens fit, ut hac dumtaxat sit plectendus pæna, secùs verò alia, cum non sit in dolo, quandoquidem si in dolo fuisset; alia dignus foret pæna, cum dolus nemini patrocinari debeat, *l.nec ex dolo. ff.de dolo, l.*3.*ff.de transactionibus, l. is qui dolo, ff.de rei vindicat. l.penul.in fine, ff. de jure dotium, l. si ex dolo, ff. de re judicata*, *l. etiam*, §.1.*ff.soluto matrimonio*, *cap. audivimus de collus.detegenda*.

DECISIO CXXXIII.

DEcreverat, declaveratque Illu. Vicerex Regni Siciliẹ coram nonnullis personis se facere indultum, & remissionem generalem quasi omnibus Terris, & Civitatibus dicti Regni cum reservatione certi numeri personarum, tunc non expressatum, non fuit hoc notificatum Universitatibus dictorum locorum, nec ille curarunt pro indultu mittere: dubitatum est, an possit præfatus Illu. Vicerex postmodum augere numerum reservatorum, sicque dictam remissionem revocare, &c. *Hẹc Antonius Capycius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

INdultus generalis haud solemniter indictus, divulgatusquæ; dumtaxat verò coram nonnullis cum reservatione aliquorum à Principe promulgatus: numqnid sive in totum, sive in partem, vel numerum augeri, vel diminui possit à Principe.

SUMMÆ.

Nu.1.2.& 3.Thesis prædefin.& probat.
Nu.4.& 5.ejusdem oppugnat.& solut.

1 SIve in totum, sive in partem, vel numerum augeri, vel diminui posse per Principem existimo, inspicito Sodes, Capicium *hic* Ursillum *decis.*361.*nu.*43.Thorus Author est *compend. dec. tome* 1. §.*indultus generalis nondum publicatus*.

2 Probatur: Tunc generalis indultus vim obtinere edisseritur suam, ac per consequens meo judicio per Principem revocari possit; quo juxtà Curiæ stylum solemniter per eumdem promulgatus fuit, ac per consequens universis patens: in nostro porrò themate generalis indultus non solemniter indictus esse supponitur; dumtaxat verò coram nõnullis privatis non à Principe, quà Princeps est, ast qua persona privata promulgatus; igitur nil mirum si Prorex hoc in casu, sive in totum, sive in partem, sive reservatum augere, sive diminuere possit, utpotè aliquod in ejus extans manu.

3 Probatur 2. Judex quà Judex post sententiam ritè promulgatam definit esse Judex, *l. Judex posteaquam, & l.cum quærebatur, de re judicata.* Petrus Faber *de diversis regulis juris ad comm. l. si librarius* 92. propterea quod fuit, secus verò est Judex; sic porrò nostro in casu existimo post generale indultũ solemniter promulgatum, functus fuisse differitur Princeps munere suo, ac per consequens gratia promulgata effectum producit suum; cum causa expedita in actu primo proximo non possit non producere effectum, cum causæ, & causati idem sit judicium, *l.quominus, ff.de fluminibus, l.etsi amicis, l.ad legem Juliam de adulteriis, l. si autem, in fine, ff. de aqua pluvia, l.non ideo, C. de hæred. instit. l. maritus, C. de procurat.* secus verò si minùs solemniter indultus divulgatus fuerit: siquidẽ tunc adùsque per Principem solemniter promulgetur, nullum refundit effectum; enimverò ex non ente non fit ens, *l.2. ff. de usufruct. l. Sejæ, ff.de tutor.& curat.l. ejus, ff. de rebus creditis*, & quod nullum est; nullum producit effectum, *l.4.§.condemnatum, ff. de re judic. l.non putavit, §.non quævis, ff. de bonor. poss. contrà tabul.l.2. ff.de auct.tutor.l. si aut nullum, C.de legit.hæred.l.non dubium, C.de legib. l. final.C.de sentent, ex brevic.recitan. cap.illud de jure patronat.* ac per consequens in Principis ditione est, vel totum, vel partem, vel id genus perimere, vel augere posse; juxtà dicterium illud, *qui leges condere quit, easdem perimere valet*; cum res per quas fiat causas; per easdem dissolvi possit, *cap. omnis* 27. *quæst.2.cap.omnis res, de regulis juris in decretalibus*, inspicito Franciscum de Amaya *observat.juris, lib.2.cap.1.num.92.* Corasium *in ff.de legibus, & Senat.ad leg.non ambigitur 9.num.4.*

4 Dices: Obstat textus *in cap.si tibi absenti, & ignoranti extrà, de prob.l.6.l.absenti, ff.de donat.l.nec ambigi, C.de donat.* igitur, &c.

5 Textus hujuscemodi in alio extant themate: propterea quod hic de solẽnitatis actus ex parte dantis imperfectione sermo est, secus verò de aliis facti speciebus.

Pro decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

GEneralis indultus de cunctis criminibus alicui à Principe concessus: numquid ad crimina in officio patrata extensio promissa ducenda sit.

Indultus sive à Rege, sive ab alio permissus: an ad fidejussorem extentio facienda sit.

Indultus à Prorege delinquenti absque partis remissione permissus: utrum firmus ducendns sit.

Indultatus si cum indulto capturæ fuisse tradatur; indultusve revocetur: num in priscam redigendus sit libertatem.

SUMMÆ.

Num.1.Thesis primæ partis decisio.
Num. 2. ejusdem probatio.
Num.3.secundæ Thesis 1.partis finitio.
Num. 4. ejusdem probatio.
Num.5.Thesis secundæ prædefinitio.
Num. 6.ejusdem probatio.
Num.7.primæ Thesis tertiæ partis decisio.
Num. 8. ejusdem probatio.
Num.9.secundæ Thesis, 3.partis decisio.
Num.10.ejusdem probatio.

1 GEneralis indultus de cunctis criminibus alicui à Principe datus: numquid ad crimina in officio patrata extensio permissa ducenda sit; distinguendum est: vel Principem indultum cõcedentem crimina in officio patrata haud fugiebant, propter que principaliter (tametsi ob reliqua minùs principaliter) ad permittendum indultum exitus fuit, tuncque proculdubiò indultnm generalem de cunctis criminibus sive in officio, sive extrà patratis commentandum fore, puto 1.

2 Probatur: Thesis namque isthæc probatione

ne minimè indiget: nam Principi cuncta, præsertimve in officio patrata crimina minùs ignorata esse supponuntur; igitur nil mirum, si generalem concedens indultum, de cunctis, sive in officio, sive extrà patratis commentandum foret: quandoquidem præter Principis intentionem haud indulta ducuntur.

3 Vel Principi crimina in officio patrata (tametsi reliqua extrà officium admissa, cognita) haud agnita esse supponuntur, tuncque generalem indultum haud delictis in officio patratis; ast extrà fore commentandum, puto 2. est Paris de Puteo edocentis sic per S.C. fuisse prædefinitum. Author est Thorus *compend. decis. parte 1. §. Indultus, & generalis alicui concessus de omnibus criminibus.*

4 Probatur: *ex l. mancipia, C. de servo fugitivo*: nam delicta in officio patrata alterius sũt generis, ac quæ extrà munus patrantur: siquidem crimina proprio in munere cõmissa, sũt extrà concedentis indultum mentem: quandoquidẽ si isthęc adhuc ignorasset Princeps, profectò accidere quivisset, ut indultum minùs permisisset: quare indultum cujuscemodi sub bono generaliter ducitur intellectu, quatenus cuncta, quæ extrà officium patravit crimina, amplectitur, secus verò reliqua, quæ in officio patrasse supponũtur: extant namq; delicta, quæ in officio committuntur, fortioris considerationis, utputà si Baro aliquid injustè à Vassallis extorsit, idque genus, ac reliqua; inde fit, quòd quilibet Magistratus ritè suo fungi debet munere; Hinc Cic. 1. *Offic.* ibi: *Omnino, qui Reipublicæ præsunt, duo Platonis præcepta teneant unum, ut utilitatem Civium sic tueantur, ut quicquid agant, ad eam referant, obliti commodorum suorum. alterum ut totum corpus Reipublicæ curent, ne cum partem aliquam tuentur, reliquas deserũt. ut enim tutela, sic procuratio Reipublicæ ad utilitatẽ eorum, quibus cõmissa gerẽda est.*

5 Indultum sive à Rege, sive id genus permissum ad fidejussorem esse extendendum, arbitror. est Mastrilli *in tract. de indulto, cap. 19. num. 3.* Thori *compend. decis. tomo 1. §. indultus generalis concessus à Rege*, literis mandans, & per M.C.V. & per S.C. sic sãcitũ fuisse.

6 Probatur: Perabsurdum namque foret, ut principalis indulto gauderet, secus verò fidejussor, qui nonnisi principalem repræsẽtat, Cujacius *ad comm. legis 132. §. ultimo, ff. de verbor. obligat. in lib. 15. quæst. Paul.* inspicito Fabrum 4. *C. tit. 29. def. 20. in allegat. & 8. tit. de fidejuss. tit. 28. def. 45. num. 1. in alleg.*

7 Indultus à Prorege delinquenti absque partis remissione permissus; numquid firmus ducendus sit; distinguendum est: vel indultus à Prorege procul à partis remissione concessus haud scienter de remissionis carentia datus esse supponatur, tunc infirmum ducẽdum fore indultum, puto 3. quare decisio Collateralis Consilii in isthac facti specie commentanda est. est Annæ *in repet. cap. 1. de Vassallo decrepitæ ætatis, num. 255.* ubi Fabius de Anna *in add. noviss.* dicit idem postea accidisse, & sic fuisse decisum. Author est Thorus *compend. decis. tomo 1. §. indultus cõcessus delinquenti à Prorege absq; partis remissione.*

8 Probatur: Fraus namque, dolusve nemini patrocinari debent, *l. itaque fullo, ff. de furtis cap. dictum 30. quæst. 1. cap. intelleximus, de judiciis, cap. tuæ 12. de Clericis non residentibus*; idque genus, quinimò de delicto patrato, ac de falsitate; istiusmodi plectendus erit pęna; quare si id minùs ignorasset Princeps; profectò indultum haud vulgasset.

9 Vel remissionis defectum Principem minimè fugiebat; tuncque indultum firmum ducendum fore, puto 4. quare Collateralis decisio in isthac facti specie haud interpretanda est.

10 Thesis isthæc probatione minùs indigere supponitur: siquidẽ justa ex causa ad istiusmodi indultum permittendum concitari potest, utpotè defactò in dies experientia docet Proregem banditis indultum indulgere, quod absq; partis remissione fit, enimverò bono expedit publico ad quod servandum Prorex principaliter ex officio astringitur, cum Regni Vicarius sit. de Ponte *de potestate Proregis, tit. 2. n. 1. 2. & 3.* etenim Banniti Regni ejusdẽ pestes sunt, quod scelus, labemque per Proregem, & tolli, & Civibus consulere par est: hinc in sententiis *ex Apophт.* isthæc descripta reperi verba: *Multũ habet momẽti Principis integritas: sed multo plus Civium recta institutio.* & ibidem: *Est Principis munus unicum aliis prospicere, & publicis consulere commodis*: quare jurемeritò partis remissio impedimento esse nequit, quominus generalis indultus concedatur, cum bonum publicum privato prævaleat: inde est, quòd plurimum utilitatis in Universitatem subnascitur ex Principum sapientia. & Tullius 3. *Offic. Princeps bonus est, qui prodest quibus potest; nocet autem nemini.*

11 Indultatũ si cum indulto capturæ fuisse tradatur, indultusve revocetur: in priscam esse reponẽdum libertatem, cẽseo, est nonnullorũ Authorum. Thorus Author est *compend. decis. tomo 1. §. indultatus si fuerit captus cum indulto*, edocens sic per S.C. sancitum fuisse.

22 Probatur; Adùsque indultus ritè à Principe concessus revocetur indultatus suo fruitur privilegio, cũ nemini injuriam irroget, *l. injuriarum, §. 1. ff. de injuriis, l. 3. §. is qui, ff. de jurejuran. l. quod Republic, l. injuriam, ff. de injur. l. fluminum, §. ultimo, ff. de damno infecto, l. Proculus, ff. eodem, l. si donaturus, §. si quis indebitum, C. de condict. ob causam, l. si meo, ff. de aqua pluvia arcenda, cap. cum Ecclesia 21. vers. quia, de elect.* ac per consequẽs intereà in vinculis haud coniiciẽdus sit; alioqui indulti permissio potius deceptio, qnam vera indulti datio fuisset, quod perabsurdum foret: quare jurемeritò verificata indulti revocatione, indultatus in pristinam redigi debeat facultatem.

DE-

DECISIO CXXXIV.

IN Causa Antonii Planes Consulis Catalanorum Civitatis Panhormi substituti per Dominum Marimontem contra homines Nationis Catalanæ in eadem Civitate degentes extat priuilegium Caroli II. &c. per quod ad contemplationem Jacobi Regis Aragonum concedit Civitati Barchinonæ, qui valeat creare Consules incertis locis, &c. ita tamen quod Consul creandus, quoties ipsum abesse contingerit, possit, & vallat de voluntate, & electione Catalanorum in dictis locis commorantium substituere alium in officio Cõsulatus. constat quod per 30. item 40. annos proximè præcedentes Consules creati facere substitutos, quibus per Catalanos Panormi fuit præstita omnis obedientia, fueruntque semper acceptati in officio, &c. Quid enim modò dicendum: an fuerit præjudicatum Nationi per dictas electiones, seu creationes factas à Consulibus modo quo supra, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species :

SI Consul Nationis alicujus in substituẽdi possessione extare supponatur: quid prędefiniẽdum si in Castro aliquo oppugnanti Natione aliquem substitueret : numqnid substitutio isthęc firma ducenda sit.

SUMMÆ.

Num. 1. primæ Thesis partis prædefinitio.
Num. 2. ejusdem Thesis probatio.
Num. 3. secundæ Thesis partis decisio.
A'num. 4. usq; ad finem, ejusdem probatio.

1 DIstinguas: vel substituendi, sufficiendique facultas Consuli à Principe indulta independenter à Natione permissa fuit, vel non : si primum quippè ex terminis liquet firmam substitutionem censendam fore audacter duco ; neu Capiciana isthæc prædefinitio hoc in themate commentanda erit, uti infrà liquebit.

2 Probatur: In Principis facultate est, & dependenter, & independenter à Natione hac Consuli privilegium concedere posse; cum & leges rogare, *cap. pro illorum 22. cap. cum nobis, de præbẽd. l. sed si hac, §. 1 ff. de in jus vocãdo, l. lege, C. de pactis, l. 4. C. de legib.* ideſt ferre, enimverò *abrogare* idem ac tollere, aut *derogare* ideſt partem primæ perimere; aut *subrogare*, nempè adiicere aliquid ex prima lege. Ulpianus *tit. regulari* 1. Hotmanus *in comm. verborum juris, verbo lex , pag.* 751. atque hinc fit, quod quilibet Principis jus imperiũ est. hinc Ausonius apud Petrum Fabrum *de regulis juris ad legem ejus est 3. lit. D. pag. 30.*

Scribere Augustus jubet , & mea carmina poscit
Pene rogans: blando vis latet Imperio.

& Cornelius Tacitus *lib. 14. Annal. de Nerone*; ibi: *Notos quoque Equites Romanos operas arenæ promittere subgegit donis ingentibus ; nisi quod merces ab eo qui jubere potest; vim necessitatis affert.* Corasius *in ff. de legibus , & Senat. ad legem non ambigitur 9. num. 4. pag.* 26. & privilegia permittere. Hotmanus *verbor. juris, verbo privilegia, pag.* 863. tametsi naturali, Divino, & in Spiritualibus Ecclesiastico subduntur juri. Hotmanus *cons. 131. n. 2. lit. D.* humano verò non nisi quòad vim directivam; secùs verò coactivam; inde est, quòd cuncta isthæc subsequentia cum hac commentanda sunt distinctione, *l. digna vos, C. de legibus, cap. justum 9. dist.* Seneca *epistola* 91. legem statuens, legi se subiicere debet. Ausonius *in septem sapientibus* : ibi ; *Pareto legi quisquis legem sanxerit.* Corasius *lib. 4. Miscellan. cap. 4.* Petrus Faber *de divers. reg. juris ad comm. legis non omne 144. pag.* 526. referens carmina illa Claudiani Honorium admonentia ut non quod liceat, sed id quod deceat in vitæ, atque Imperii ratione instituenda spectet; ibi:

. . . . . sed comprime motus
Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit
Occurrat, mentem domet, respectus honesti.

igitur si independenter à Natione permissum fuerit; Natio isthæc minùs audienda est.

3 Vel dependenter à Natione, tuncque ex terminis liquet oppugnante Natione si id fieret infirmam fore: quare Capiciana hæc facti

4 species sic interpretanda erit, utpotè Capicianis ex verbis liquet; ibi: *Quoties ipsum abesse contigerit, possit, & valeat de voluntate, & electione Catalanorum in dictis locis commonstrantium substituere alium in munere Con-*

5 *sulatus.* Tò ergo de voluntate, & electione Catalanorum commõstrat privilegium substituendi Consuli permissum, cum Catalanorum assensu fore, ac per consequens dependẽter ab ipsis. inspicito Antonium Gabrielem,

Ca-

Camillum de Curte. Thorus Author est *tomo 1. compend. dec. §. substitutio facta à Consule*
6 *alicujus Nationis* quare haud obstare perhibetur, quod in substituendi possessione extare supponitur: siquidem id semper dependenter à Natione commentandum erit.

Pro decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

Substituti in regimine ab Officialibus: numquid de eadem esse possint Provincia.

Aliquem in officio substituens: utrum de ipsius reatibus obstringendus sit.

Officialis Provinciæ Thesaurarius: an suũ in locum alium sufficere valeat.

SUMMÆ.

Nu.1.1.Thesis 1.partis decis.ejusd.probat.
Num.2.2.Thesis 1.partis decis.& probatio
Num.3. tertiæ Thesis primę partis finitio.
Num.4.ejusdem probatio.
Num.5.primæ Thesis, 2.partis prædefinit.
Num.6.ejusdem probatio.
Num.7.secundę Thesis,2. partis decisio.
Num.8.ejusdem probatio.
Num.9.1.Thesis 3.partis finit. ejusd.dec is.
Num.10.secundæ Thesis 3.partis pręd ef.
Num. 11. ejusdem probatio.
Num.12.tertiæ Thesis,tertiæ partis finitio

1 Substituti in regimine ab Officialibus: numquid de eadem esse possint Provincia distinguendum est: vel istiusmodi Officiales exteri ex Provinciæ privilegio esse debeant, vel non. Si primum subdistinguendum esse duco: vel ab Officialibus perpetuò, vel ad tempus substituatur: sin perpetuò, & tunc substitutio isthæc minùs extare supponitur: si enim principalis Magistratus alienigenæ esse debeat, cur haud eorum substituti si utrobique eadem urgeat ratio, ex suppositione quod ipsis data sit substituendi ditio; quare hoc in casu S.R.C. cujus Author est Thorus *tomo 1. comp. dec. §. substituti ab Officialibus* sic commentanda est.

2 Sin secundum, ac per consequens per breve tempus, tuncq; à Principe tacitè ipsis Magistratibus facultas isthæc permissa esse supponitur: nam parvi durat momenti, adeòq; nil durare videtur, cũ parũ, & nihil ęquiparentur, *l. quãvis, ff. de cõdit.* ac per consequens Civibus nulla irrogatur injuria, qui numquãnon illæ si asservãdi sunt. Hinc Cic. *in Vatin. Civis est is, qui Patriam suam diligit, ac bonos omnes salvos, incolumesque desiderat.*

3 Si demum Provincia istiusmodi carere prędicetur privilegio, tuncq; sive ad tempus, sive perpetuò per Officialem substitutum in regimine sufficere posse, indubiè censeo, dummodò substituendi facultas à Principe ipsi permissa fuit.

4 Thesis isthæc se ipsa liquet, ac per consequens probatione minimè indiget: siquidem Provinciam nullum habere privilegium supponitur; neu limitata alicui ducatur facultas, nisi id liquidò per Principem commõstratur, quandoquidem facti est, ac per consequens probatione indiget, *l. in bello, §. facta, ff. de captivis, & postlim. revers. l. si emancipati 9. C. de collat. l. 1. C. de collat. l. 1. C. de probat. l. quacumque, §. finali, ff. de publican. l. assecuratio, C. de non numerata pecunia, cap. cum Joannes, §. verum, de fide instrum. cap. licet, de constit. in 6.*

5 Aliquem in Officio substituens: utrum de ipsius reatibus obstringendus sit. identidem distinguendum est: vel substituti ignorantia; vel ejusdem vitia, idque genus substituenti haud ignorata erant, vel non, si primum ad universum damnum illatum astringendũ fore substituentem plusquam manifestum est.

6 Probatur: Fraus namque nemini patrocinari debet, *l. itaque fullo, ff. de furtis, cap. dictũ 30. quæst. 1. cap. intelleximus, de judiciis*; idq; genus, neu via est aperienda, *l. in fundo, ff. de rei vindicatione, l. cum is, §. si cum lis, ff. de transactionib, l. qui sub prætextu, C. de sacros. Eccles.* idque genus, ac per consequens ad universum damnum, quod in ejus causa evenire prædicetur substitutus astringendus sit: quandoquidem decepisse supponitur; adeò que condignam expendere debet pænam, quæ suũ sectatur Authorem, *l. sancimus, C. de pænis, l. absentem, ff. eodem tit.* Vvessembachius *lib. 1. C. tit. 19. de precibus Imperatori offerẽdis, &c.* propterea quod est jus quoddam præcipuum, & singulare à Principe concessum. Hotmanus *in comm. verbor. juris, verbo privilegia, pag. 863.* Gonzalez *decretal. tit. 1. de judic. in cap. cum venissent, num. 3. pag. 40.*

7 Sin secundum ad nil astringendum fore, duco: quare decisiones, & in Regia Camera Summariæ, & in S.C. editæ, teste Thoro *compend. dec. tomo 3. parte 3. §. substituens aliquẽ in officio an teneatur de culpis*, hoc in casu commentandæ sunt.

8 Probatur: Substituenti substituendi facultas hic data esse supponitur; neu in substituti vitia influere perhibetur; ritè etenim suo functus substituendi munere supponitur.

9 Officialis Provinciæ Thesaurarius: an suum in locũ aliquẽ sufficere possit, postmodũ distinguẽdũ est, vel id efficiendi speciali ex privilegio à Rege data fuit facultas, vel ipsi annexa sit officio, si primum subdistinguendum est; vel successit unà cum iis numero privilegiis, ac prædecessor; ac per consequens in sui locum alium sufficere potest: nam idem profecto munus in prædecessore habetur, ac in successore.

10 Vel minùs cum iisdem numero prærogativis, privilegiisve, quæ prædecessori data fuere; ast dumtaxat ei Thesaurarii munus à Rege concessum fuit, & tunc alium in sui locum minimè sufficere valeat. inspicito Thorũ

tomo

tomo 2. parte 3.§. subſtituere an poſſit Officialis Theſaurarius, nonnullas S. C. deciſiones referentem.

11 Probatur: Privilegium namque cum merè perſonale ſit, jurememeritò extinguitur extincta perſona: quandoquidem accidentium naturã ſectatur. Gellius *lib.* 10. Balduinus *inſtit. lib.* 1. *de jure naturali, & civili, pag.* 3. juxtà textum *in l.* 4. *in fine, ff. de action.empti*, quæ de ſubjecto in ſubjectum tranſmigrari nequeunt: in noſtro porrò themate jam prædeceſſorem cum privilegiis extinctum eſſe ſupponitur; neu cujuſcemodi privilegia permiſſa eſſe ducuntur Officio, quà tale Officium eſt, igitur in hiſce indulgendis novum Regis velle repoſcitur.

12 Sin ſecundum, tunc de hoc caſu nulla habetur hæſitatio, adeòque alium ſuum ſufficere poteſt: ſiquidem id proprio annexum foret muneri.

DECISIO CXXXV.

IN Cauſa Magnif. dom. Joannis Loyſii de Septimo cum Bartolo Roccella genero ſuo: prętendit præfatus D. Joannes Loyſius, quod Baro teneatur deferre uxorem ſuam ad faciendum incolatum in Civitate Panhormi, ex quo ita in Capitulis Matrimonialibus cautum eſt: ex adverſo gener ſuus aſſerit dictum pactum non valere, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

SI in Matrimonialibus Capitulis inter virũ, uxoremque cautum fuiſſe feratur, ut vir in certo deſignato loco vitã degeret: nũquid dein vir pactũ hoc aſſervare aſtringẽdus ſit.

SUMMÆ.

Num. 1. Theſis prædefinitio.
Num. 2. & 3. ejuſdem probationes.
Num. 4. ejuſdem oppugnatio.
Num. 5. ejuſdem diluitio.

1 PActum iſtiuſmodi ſervandum fore à marito indubiè reor, eſt Antõnii Capicii *hîc, num.* 6. edocentis ſic in Sicano Regno prædefinitum fuiſſe; ibi: *Ob has doctrinas emanavit mandatum juſtificatum tamen à Domino Vicerege contrà præfatum Baronem: qui licet primo loco multum verbis, & ſupplicationibus recalcitraverit: tamen demum ceſſit, & attulit Panormum uxorem ſuam.* Thori *compend. dec. § maritus an teneantur in certo loco.*

2 Probatur: Pactum rationabiliter celebratum ſervari jubent jura, *l. is ſi conveniat, ff. depoſiti, l.* 1. *ff. de pactis, l. juris gentium, §. Prætor ait, ff. eodem tit. l.* 1. *ff. de conſtit. pecunia, l. cum amplius in fine, ff. de regulis juris, cap.* 1. *de pactis etiam ſi foret Pontifex, vel Imperator*: verum enimverò pactio iſthæc rationabiliter celebrata ducitur; ſiquidem uxor corpus refundit ſuum ſub hac conditione, ut illis in locis degat, ſic è converſo maritus; neu conditio iſthæc ulli opponitur legi: quandoquidem libertati haud refragatur, ut nonnulli ſomniarunt: etenim liberè huic ſe ſubiacere conditioni; neu reſtrictio eſt reſpectu aliorũ, dũtaxat verò loci: quare non eſt libertatis privatio ſimpliciter, ſed ſecundum quid voluntariè, liberèque; igitur, &c.

3 Probatur 2. ex contextu *in cap. verum de condit. appoſitis, l.* 1. *C. de pactis conventis, l. ſi convenerit cum lege ſequenti, ff. pro ſocio, l. Titio centum, ff. de condit. & demonſtrat. l. mevia, ff. de manumiſ. teſtam.* Author eſt ſupralaudatus Capicius, *l. qui concubinam, §. uxori, ff. de legatis* 3. *l. ita ſi quis in Cod. de condit. & demonſtrat.*

4 Dices: pactum iſtiuſmodi libertati refragatur, ſiquidem ſervitutis ſpecies eſt; neù quis per pactionem ſuæ præjudicare poteſt libertati, *l. nec ſi volens, l. interrogatum, C. de liberali cauſa, l. ſcientis, ff. de inge. man. l. liberis, §. ſi quis, ff. eodem, l. ſi is cui, §. finali, ff. de inter. act. l. cum ſcimus, de agri. & cenſ. lib.* 11. *l.* 1. *§. divus, & §. ſi quis ultro, ff. de quæſt. l. liberos, ff. de liberali cauſa*, ubi Cujacius, *l. ſi unus, §. & in ſumma, ff. de pactis*; igitur, &c.

5 Irritum eſt antecedens, ut ex commonſtratis liquet.

Pro Deciſ. hujuſce illuſtratione.

CAPUT UNICUM.

SI his in locis per Capitula matrimonialia deſignatis nonnulla accidunt, per quæ viri habitatio periculoſa ducitur: nũquid matrimonialibus haud obſtantibus capitulis, etiãnum locum, hunc deſerere poſſit maritus.

Tametſi viri finem conſectari prædicetur uxor: attamen quid prædefiniendum ſi vir ob alicujus artis exercitium fori electionem habeat: utrum ex viri perſona declinatoria fori ad artem habere poſſit, etiam exceptionem uxor.

Privilegiati uxor: an ex viri perſona privilegio fori frui valeat.

SVM-

SUMMÆ.

A nu.1.usq;ad 5.Thesis decisio,& probatio.
Nu.5.& 6.Thesis finitio, & probatio.
Nu.7.& .8 Thesis prædefinitio,& probatio.

1 SI his in locis per capitula matrimonialia designatis, nonnulla accidunt, per quæ viri habitatio periculosa ducitur; tunc matrimonialibus haud obstantibus capitulis, etiamnum locum hunc deserere
2 re posse maritum haud dubiè reor: siquidem hoc in casu irrationabiliter esse ducitur; neù maritus ad cujuscemodi facti speciem se obstrinxisset, si id minus ignorasset, est namque id præter mariti intentionem, utputà si ibi rixæ suboriantur, vel aeris infectio, arg. *l. si venditor* 6.§.1.*in fine, ff.de serv. exportand.l. si sterilis* 21.§.*si tibi, ff.de actionibus emp*.arg. *l.videamus* 71.§.1.*ff,locat*.arg. *l.si quis domū* 9.§.1.*ff.hoc tit*.pro comperto namq;habetur, cunctis in dispositionibus clausulam subintelligi debere, *rebus sic stantibus, l.cum quis* 38. *l.si cum Cornelius* 82. *de solut.* Antonius
3 Faber 4.*C.tit*.42.*de locat. defin*.30. nam etsi pacta conventa regulariter loquendo servanda sunt, *l.1.§.si conveniat, ff.depositi, l.1.ff.de pactis, l.juris gentium, §.Prætor,ff.eodem tit. l.1.ff.de constit.pecunia, l.cum amplius in fin. ff.de regulis juris, cap.1.de pactis*:& ex partiū conventione legem prensant, *l. 1. §.si conveniat, ff.depositi, l.contractus, ff.de regulis jur. l.lege, ff.de pactis convent.l.1.C.de oper.liber.l. 1 C.commodati, cap.contractus* 83. *de regulis*
4 *juris lib.6*.verumtamen secus ubi extrà mentem extant; cum nullum producere queant effectum, *l.non omnis, ff.si certum petatur, l. in agris, ff.de acquirendo rerum dominio, l.2. ff.de his, quæ in testamento delentur, l. legata inutiliter, ff.de legatis* 1.*l.cum tale,§.ultimo, ff.de condit.& demonstrat.l.age cum geminiano, C. de transact.* Connanus *comment. juris civilis lib.7.cap.1.num.*13.quare hoc sub intellectu commentandus est, Osualdus *lib.* 13. *parap.cap.*31.*lit.M.& lib.*12.*commen.ad Donell.cap.*21.*lit.B.& dicto cap.*21.*lit.M.*
5 Tametsi viri forum consectari prædicetur uxor: attamen si vir ob alicujus artis exercitium fori electionem haberet; tunc ex viri persona uti nequire hujuscemodi privilegio adeòq; declinatoriam fori haud habere uxorem existimo, est de Franchis *dec.*363. Capiblan.*in prag.*8.*num.*24.de Baron.Pascal. *in tract.de vir.pat.pot.parte* 3.*cap.*10. *num.*64. Thorus Author est *compend. decis. tomo* 1. §. *uxor quamvis sequatur forum viri*; memorans sic prædefinitum fuisse.
6 Probatur: propositio isthæc uxor viri forū sectatur, *l.mulieres, C.de dignitat.lib.*12.Cujacius *in ff.de jurisdict.ad.leg.penul. lit. B. & C.* Hotmanus *observ.de tut.rit.nupt. cap.*23. *per totum tomo* 1. sub bono commentanda est intellectu, utputà si vir neapolitano subdatur foro tunc identidem ejus uxor subiici debet; secùs verò alio in themate ilicet si vir Senatui Consulis alicujus ob artis exercitiū subjaceat; haud hinc sectatur, quod ejus etiam uxor subditur;quandoquidem fori exceptio viris ejus artis dumtaxat; secùs verò alterius generis concessa esse supponitur,cum id sit præter indulgentis mentem, *cap. bonæ memoriæ* 3.ubi Gonzalez,Grannanieto,idque genus *de confirm.utili,&c.* argum. *l.non omnis, ff.si certum petatur,l.in agris,ff.de acquirendo rerum dominio, l.2.ff.de his, quæ in testamento delentur, l.legata inutiliter, ff.de legatis* 1.*l.cùm tale,§.ultimo,ff.de condit.& demonstra.l.age cum Geminiano, C. de transact.* Connan.*comment.jur.civil.lib.7. cap.1.n.*13.
7 Privilegiati uxor: numquid ex ejus viri persona privilegio fori gaudere possit:tametsi per S. C. frui posse prædefinitum memorat Thorus *compend.decis.tomo* 1. §.*uxor privilegiati, an gaudeat*, dummodò judicium ad viri instantiam inteptatum fuerit: verumtamen quispiam publicis in thesibus secùs defensitare potest.
8 Probatur: privilegia namq; personalia extare supponuntur, ac per consequens extincta persona extinguuntur,Gellius *lib.*10.Balduinus *inst.lib.1.de jure naturali gentium,& civili, pag.*31. cum accidens pessundetur extincto subjecto, *l.4.in fine, ff.de action.empti*, neù extensio de persona ad personam indulta esse ducitur,Antonius Faber *de error.tomo* 2. *decade* 26.*errore* 4.*pag.*17.Hotmanus *observ. lib.6.cap.*22.cum sit contrà indulgentis intētionem; nec ritè arguitur virum,uxoremque unam autumari personam, §.*jus naturale, vers. hinc descendit* 1. *instit. de jure naturali gentium, & civili, l.licitum* 32.*qu.*7. Grannanieto 3.*decretal.*ad textum *in cap.verum* 2.*de convers.conjug. num.*2.juxtà vulgare dicterium illud, quod Deus conjunxit homo nō separat, *cap.præterea de sponsalibus, & matrim.*Cironius *in paratitl.de sponsal. & matrim.* ac per cōsequens privilegium viro permissum,identidem uxori indultum esse, vel è cōversò, alioquin universa uxoris privilegia nempe dotis, Vellejani, idq; genus nec non ejus viro data forent,quod esset absurdum, igitur dicterium illud non nisi in aliquibus, secùs verò in cunctis commentandum erit thematibus.
9 Nec obstat textus *in l.mulieres, C. de incolis lib.*10.siquidem alio in themate est,uti, ritè speculanti liquet.

DECISIO CXXXVI.

IN Causa Francisci Calandrini cum Francisco Castillo habuerat Calandrinus vivente Catho.Rege concessionem officii Conservatoris Munitionum Re-

giæ Curiæ à Domino D.Hugone tunc Prorege ad beneplacitum Regium,& ipsius Domini D.Hugonis succedentibus, deinde Regni revolutionibus, ac stante dicto Prorege extrà officium venerunt provisiones Catho. Maiestatis novi Regni, in quibus mandat, quod si de officio Tarcinalis esset providendum, provideret dicto Francisco Castillo, &c. Dubitatum est: an gratia facta Calandrino expiravit per mortem Regis,& absentiam Domini D.Hugonis à Regno, & ipsius Regiminis cessationem, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti Species.

Beneplacitum Regis:numquid per Regis extinctionem expirat, utputà si privilegium ad Regis beneplacitum concessum fuisse supponatur.

SUMMÆ.

Nu.1.& 2.Thesis 1.decisio, & probatio.
Nu.3.& 4.Thesis 2.prædefin.& probatio.

1 Regis beneplacitum hujuscemodi durare adùsq; per successorem revocetur ac per cõsequens per Regis prædecessoris extinctionem minimè extingui, haud dubiè reor 1. est Antonii Capicii *hic usque ad num.*4.Capiblanci *in pragm.* 7.*num.*21.*de Baronibus* Caroli Tapia *in l.finali parte* 2.*cap.*3.*num.*12.*ff.de constit. Principum,& num.*14.Borelli *consilio* 1.*num.*99. Riccii *in collect.decis.decis.*10.aliorumq;Thorus Author est *compend.decis.tomo* 2. §.*beneplacitum Regiũ an expiret per mortẽ Regis.*

2 Probatur: Rex aliquid ad sui beneplacitum concedens, idem æquipollens est; perinde ac si differeret: *id tibi indulgeo adùsque sive per me sive per meum successorem acquisitũ revocatur.* ly porrò *ad beneplacitum revocari*,nostro in casu haud verificatur,cum per concedentis præcisam extinctionem minus extinctum prædicetur.

Secunda Facti species.

Beneplacitum Viceregis: numquid perfuncto ejus munere extinguatur.

3 Minus extingui reor 2.inspicitò Thorum *compend.decis.tomo* 1.§.*beneplacitum Viceregis an cessat*: quod eodem prorsus probatur medio,quo prima facti species cõmostrata fuit.

Pro Decis. huiusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

Beneplacitum: nũquid ob concedentis obitum extinctum sit; si in privilegio dictum fuerit ad beneplacitum nostrum;unoque post revocationem anno.

Beneplacitum an justam causæ notionem importare debeat, ut revocari possit.

SUMMÆ.

Nu.1.& 2.Thesis 1.prædefin.& probatio.
Nu.3.& 4.Thesis decisio,& probatio.
Nu.5.& 6.Thesis oppugnatio, & diluitio.

1 Tametsi beneplacitum ob concedentis obitum extinctũ, esse si in privilegio dictum fuerit *ad beneplacitum nostrum, unoque post revocationem anno* in Regia Camera Summariæ prædefinitum fuisse, Author est Thorus *compend.decis.* §.*beneplacitum an expirat concedentis morte si in privilegio esset dictum*; verumtamen in juris puncto secùs quempiam defensitare posse existimo.

2 Probatur:eodem prorsus medio,quo suprà cæteræ aliæ id genus decisiones probatæ fuere: siquidem in ipsis eadem prorsus urget ratio,ac per consequens,eadem juris statuitio,*l. illud*, §.*ad legem Aquiliam, l.si postulaverit*, §.2.*ff.ad legem Juliam de adult.l.quidam nũmularios, ff.de edendo, l.nauta*,§ *finali.ff.nautæ caup.l.à Titio, ff.de furtis, l.illud, C. de Sacros.Eccles.* §.*si igitur, instit. quod cum eo*, neù lis uno post revocationem anno, aliquid adversariis suffragatur: nam id potius in beneplacitum reciperantis beneficium introductum, permissumq;ducitur: inde est quod beneplacitum nunquam extinctum est, adùsque per cõcedentem revocetur, nisi in permissionis actu designata fuerit tempestas.

3 Beneplacitum justam causæ notionem importare haud debere, ut revocari valeat existimo 2.ac per consequens quæ conceduntur ad sui libitum revocari queunt: tametsi non statim, alioqui fuisset jocatio; dummodò urgens aliqua minus suboriatur revocationis causa. est adversùs Fontanellam *de pactis nuptial. lib. clausula* 4. *glossa* 10. *parte* 1. *num.*145.*& num.*159.Cancerium *var. resol. lib.*2.*cap.*12.*num.*101.Gratian.*discept.forens. cap.*167.*num.*15. referentem sic in suo prædefinitum fuisse Senatu, aliosq;Staibanus Author est *observ.*47.*per totum*.

4 Probatur: rogitandum ab adversariis quid sit aliquid ad beneplacitum permittere? non nisi pro libito concedere? quid pro libito cõcedere? non nisi pro libito revocare posse? quid

quid sit pro libito revocare posse ? non nisi ubi rationabiliter voluerit ? Tò profectò rationabiliter aliud non intelligitur, nisi ut non ex templò (nisi necessitas urgeat, ut speculāti liquet) ast cum aliqua temporis intercapedine revocet.

5 Dices: beneplacitum nonnisi de voluntate justificata interpretandam erit, quæ de sui conceptu significat arbitrium boni viri, quod procul à justa causa non aufert concessionem Capicius *decis.* 115. *num.* 4. Author est supralaudatus Staibanus *à num.* 4. *usque ad* 6.

6 Irritum ducitur antecedens: siquidem voluntas isthæc justificata beneplaciti naturam destruit, cum aliquam involvat servitutem, ilicet non posse revocare procul à justa causa quicquid ad beneplatum permissum fuit; cum id sit præter concedentis mentem; concedentis mens est, ut ubi ipsi placuerit, illud revocare posset; neù contractus, actionesve ultrà contrahentium mentem obstringere possint, *l. non omnis, ff. si certum petatur, l. in agris, ff. de acquirendo rer. dominiō, l. 2. ff. de his quæ in testam. delentur, l. legata inutiliter, ff. de legatis* 1. *l. age cum Geminiano. C. de transact.* Cōnanus *comment. juris civilis lib.* 7. *cap.* 1. *nu.* 13. cum legum naturam sectantur: quandoquidem à lege, ad pactum firmum ducitur argumentum, *l.* 1. §. *si conveniat, ff. depositi, l. contractus, ff. de regulis juris, cap. contractus eod. titulo lib.* 6.

DECISIO CXXXVII.

IN Causa Jurisdictionis Reverendissimi Archiepiscopi Montis Regalis suus Vicarius Generalis procedere volebat contrà quosdam, qui tempore revolutionis Siciliæ expulerant Capitaneum Domini Archiepiscopi ab officio, qui deinde composuerunt se cum Magnifico Gubernatore Archiscopatus: ab his volebat Vicarius pro Domino Archiepiscopo pænam illam pro qua se composuerant, &c. Primo videndum est: an Episcopus in causa propriæ Ecclesiæ possit recusari, ut suspectus, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti Species.

EPiscopus in causa propriæ Ecclesiæ Cathedralis: nūquid ut suspectus explodēdus sit.

SUMMÆ.

Nu. 1. & 2. 1. Thesis finitio, & probatio.
A'nu. 3. usq; ad 7. Thesis 2. decis. & probat.
Nu. 7. & 8. Thesis 3. decisio, & probatio.
Nu. 9. & 10. Thesis 4. decisio, & probatio.
Nu. 10. usq; ad 13. Thesis 5. prædef. & prob.

1 UTpotè suspectum fore explodendum reor. est Antonii Capicii *hìc à num.* 1. *usque ad* 5. Riccii *decis.* 144. *par.* 1. Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *Episcopus in causa propriæ Ecclesiæ an possit recusari, ut suspectus,* aliorumq; contrà Speculatorem, Baldum, aliosve.

2 Probatur ex textu *in cap. insinuante de officio Delegati, l. apertissimi, C. de judiciis, cap. nobis extrà de electione* Author est Capicius hìc: nam eadem prorsus urget ratio de sæculari, ac de Ecclesiasticō Judice, ac per consequens eadem juris prædefinitio, *l. illud, ff. leg. Aquiliam, l. si postulaverit,* §. 2. *ff. ad legem Juliam de adulter. l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. nauta,* §. *finali, ff. nautæ caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, C. de Sacros. Eccles.* §. *si igitur instit. quod cum eo,* verum enimverò Secularis Judex in causa propria Judex esse nequit, *l. promiscua* 1. 2. Cod. Theodos. *tit.* 2. *ne in sua causa quis judicet pag.* 92. Cujacius *in ff. de judiciis ad leg.* 17. *in principio lit.* C. *tomo* 2. *l. qui jurisdictioni* 10. *d jurisd. l. unica, C. ne quis in sua causa judicet, vel jus dicat,* Faber *in jurisprudentia tit. l. princ.* 4. *illat.* 3. quemadmodum neq; testis, *l. nullus* 10. *ff. de testibus, l. omnibus* 10. *C. eodem,* idem Faber *loco sup. laudato*: Hinc Cic. *pro Rosc. Amer.* ibi: *More majorum comparatum est, ut in minimis rebus homines amplissimi testimonium de sua re non dicerent*; igitur identidē Episcopus qui Ecclesiasticus vocitatur Judex in causa suæ Ecclesiæ: siquidem cum Cathedrali eadē reputetur persona, ac summam in defensitanda sua Ecclesia dilectionem habere, quam procul à Judice esse debere par est, ut rectè justitiam administret, *l. Judices* 12. *C. de dignitat. lib.* 12. *l. ult. ff. de extraordin. cognit. l. venales sententias* 7. *C. quando provoc. nō est necess. l. ad dictos* 29. *C. de appellat.* Antonius Faber *in jurisprudentia tit.* 1. *de justit. & jure princ.* 3. *illat.* 1. & 7. Corasius cæterive Doctores in *l. justitia* 10. *ff. de just. & jure.* Cic. pro Cecin. Gellius *lib.* 14. *cap.* 4. Plato *lib.* 9. *de legibus,* Aristoteles 2. & 6. *ethicor.*

Secunda Facti Species.

EPiscopus de delicto adversùs ejus officialē patrato: an competens ducatur Judex.

3 Distinguas: vel delictum istiusmodi, sive in Episcopi principalem, sive in ejus famulum, utputà si foret respectu [officii patratum, vel non? Si primum competentem esse Judicem Episcopum plusquam manifestum est, est Bartoli, Capicii *hic à num.* 6.*usque ad* 9.Author est Thorus *compend.decis.*§.*Episcopus an possit cognoscere, & judicare de delicto*.

4 Probatur: *ex l.*1.*&* 2. *C.de officio ejus qui vic.* siquidem Episcopo hoc in casu hujuscemodi injuria illata esse supponitur: quandoquidem respectu officii irrogata ducitur, igitur competens sit Iudex, cum Episcopi officiales sint, ejusdemq;representant sblendorē.

5 Vel non officii ratione, ast alia ex causa, & tunc Iudicem competentem circa reum minus fore Episcopum duco, est eorumdem.

6 Probatur: Episcopo namq; nulla supponitur illata injuria: siquidem ejus officialis non ut ipsius officialis venire proditur.

Secunda dubitatio esto, quod Archiepiscopus possit allegari suspectus: possit etiam allegari eius Vicarius Generalis,&c. *Hæc Antonius Capycius*.

Tertia Facti species.

EPiscopo suspecto: utrum idem de ejus etiānum arguendum erit Vicario generali.

7 Idem prædefiniendum fore censeo, est Capicii *hic, n.*9.aliorumq;contrà Bald ū,aliosve.

8 Probatur: Episcopus namq; ejusq; Vicarius idem prorsus parturiunt Tribunal, Authores apud Agustinū Barbosam *de officio, & potest. Episcopi, par.*3.*alleg.*54.*num.*19.*cap. non putamus* 2.*de consuetud.in* 6.*cap.accedens* 1.*&* 11.*infrà.ut lit.non contestat.cap.insinuate* 25. ubi latè Gonzalez,& Altesserra *de offic. & potestat.*Garcia *de benef.*5.*par.cap.*8.*à num.*28. Sanchez *lib.*3.*de matrim.disput.*29.*n.*9.Narbona *de appellat.à Vicario, num.*132. Rebuffus *in praxi, tit.de forma Vicarii, num.* 190. Maranta *in speculo* 6.*par.actu* 2.*&* 3. Petrus Barbosa *in l.cùm Prætor* 12.*num.*223.*ff.de judic.* cum Vicarius haud suam, ast Episcopi personam representat, ac per consequens idem velle, idem Author ibidem; igitur in Vicario identidem suspicio arguenda sit. inspicito Thorum *compend. decis. tomo* 1.§. *Vicarius Episcopi an possit suspectus allegari*.

Tertia dubitatio stante prædicta recusatione & Archiepiscopi, & eius Vicarii quid erit finiendum,&c. *Hæc Antonius Capyc.*

Quarta Facti Species.

SI Episcopus, ejusq; generalis Vicarius uti suspecti habeantur: quid pro administranda justitia faciendum sit.

9 Distinguas: vel Episcopus est suffraganeus, vel immediatè Sedi Apostolicæ subjectus, vel Archiepiscopus: si suffraganeus, tunc per Archiepiscopum, sin Episcopus Sedi Apostolicæ subjectus sit; tunc perNnntium, si postmodum Archiepiscopus,& identidem per Nuntium Apostolicum justitiam fore administrandam reor: quare Capiciana hìc doctrina minus observanda est. inspicito quæso Thorum *compend.dec.tomo* 1.§. *Episcopus insimul cum ejus Vicario suspecti*,

10 Probatur: ubi sive Episcopus suffraganeus, sive immediatè Sedi Apostolicæ subjectus, sive Archiepiscopus suspectus esse ducatur, toties ad Superiorem recursus fieri debet, *cap.*3. §.1.*in* 6.*cap.à collatione* 11. *de appellat.in* 6. *cap.*3.*il* 2. *cap.nullus primas, cap. conquestus* 9.*quæst.*3.*cap.pastoralis, de offic.ordinar. cap. dilectus, cap.cùm causam, cap.solicitudinem, de appellat.cap.per tuas, de sent.excomm.cap.* 1.*cap.Romana, de foro compet. lib.*6. *cap.*1.*de officio legat.l.*1.§.*si quis in appellatione.ff.de appellat.cap.placuit, cap.anteriorum* 28.§.*illo* 2.*quæst.*6.*cap.si quis à modo* 81.*dist.*Donellus *lib.*24.*comment.cap.*4.cum Episcopi munus, idq;genus justa extante causa per superiorem suppleri debeat, *l.*4.*ff.de arbitr.cap.*1. 21.*dist.cap.conquæstus* 9. *quæst.*3.Saccia *de appellation.lib.*3.*quæst.*8.*num.*86.Petrus Gregorius *lib.*4.*syntagm.cap.*2. Solorzanus *tomo* 2.*lib.*3.*cap.*9.*num.*14.Iacobat.*de conciliis lib.* 1.*art.*1.*num.*162. Ferrarius *lib.*7. *cap.*15.*nu.* 138.secùs verò per Iudicem aliquem ab ipsis Delegatum uti somniarunt Antonius Capicius, Abbas, aliiq; hìc, quare supralaudati textus *ilicet in cap.si quis de foro competenti, &c.* commentandi sunt.si in Delegato prorsus recti judicii suspicio desinat, ast melius textus hujuscemodi hodiè in desuetudinem abiere,cum ab Episcopo ad Archiepiscopum ab Archiepiscopo ad Nuntium, à Nuntio ad Sedem Apostolicam detur recursus, sive in causarum appellatione,sive in suspicionibus, sive id genus, *cap.Romana de appellat. & accusat.in* 6.*cap.non putamus de consuetud.in* 6.consule Cironium *in paratitl.*5. *decret.per totum pag.*160.*usque ad* 163.Gonzalez, Crānanieto, Altesserra, aliosq;*eodem tit.* quare delegationis regula à praxi recessit,cum eadē ratio militaret de delegantis suspicione, ac de Delegati, ut speculanti liquet.

Quinta Facti species.

ADversùs Laicos in vincula injectos in officialis Laici per Archiepiscopum designa-

gnati personam delinquentes : quisnam ipsorum competens reputatur Iudex Archiepiscopus ne? an verò laicale forum ?

11 Nonnulli distinguunt:vel Laicus istiusmodi per Archiepiscopum designatus ratione officii,ipsiusq; respectu offensus fuisse tradatur, vel non . Si primum ad Archiepiscopum,secùs verò ad laicale forum ipsius notionem spectare,reor.Sin verò secundum ad laicalem Senatum, secùs ad Ecclesiasticum : inspicito Capicium *hìc à n.11.usq; ad finem*,aliorumq; apud Thorum *compend. decis. tomo* 1. §.*jus canonicum haud civilem*.

12 Primā thesim partē eodem prorsus medio, quo suprà consimilis commostrata fuitThesis probant.Siquidē hoc in themate injuria Episcopo,qua talis Episcopus irrogata esse ducitur,ac per consequens competens Episcopus Iudex est, Concilium Mediolanense 1.*par.2. de dignit.ab Episcopo retinenda*,quare si à laicali Iudice in vinculis coniiciatur, ex incontinenti ad Episcopum, ceù competentē Iudicem remittendū esse censent,quod identidem liquet *ex cap.Romana*, §. *debet de appel.lib.6.*

13 Secundā Thesis partem probant: injuria namq;isthæc à laicali in sæcularē ; non ratione Ecclesiastici officii irrogata esse supponitur, igitur sæcularis competens est Iudex, ut ipsis ex terminis patet ,

Pro Decis. hujusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

SI inter binas Ecclesias lis ventiletur : numquid Episcopus competens sit Iudex.

Si inter Cathredalem , ac Parochialē subortum sit dissidium: an Episcopus loci competens sit Iudex .

Si inter Ecclesiam exemptam ab Episcopi jurisdictione, ac Ecclesiam jurisdictioni Episcopi subjectam differtetur : quisnam competens sit Iudex ?

Quot modis recursus ad Superiorem faciendus sit .

SUMMÆ.

Num.1.Thesis 1.decisio,ejusdemq;probat.
Num.2.Thesis 2.finitio, ejusdemq;probat.
Num.3.Thesis 3.decisio,ejusdemq;probat.
Num.4.recursus ad Superiorem dupliciter fieri potest .

1 SI inter binas Ecclesias lis ventiletur , tunc Episcopum competentem fore Iudicem existimo 1.siquidem hoc in themate controversia de propria Episcopi Ecclesia haud habetur, quandoquidem propria EpiscopiCathredalisEcclesia vocitatur, *dist.12.cap.de his, & cap.placuit,cap.venerabili 22.de verbor. signific. tit.40. cap. ex transmissa de præscript.* ceteræ verò aliæ Parochiales Ecclesiæ , tametsi enim cunctarum administrator Ecclesiarum sit Episcopus,*cap. novit, de his, quæ fiunt à Prælat.*Gonzalez 1. *decret.tit.4.de consuetudine in c. cū consuetudinis 9. num.* 9. verumtamen caret tanta affectione,quāta extat in Ecclesia Cathredali ; quare juremeritò cum in Episcopo nulla recti judicii suspicio habeatur; consequens fit , ut in hisce dissidiis haud incōpetēs sit Iudex.

2 Si inter Cathedralem , ac Parochialem subortum sit dissidium : tunc loci Episcopum minus fore competentem Iudicem existimo 2.ac per consequens utpotè suspectū, & habēdum,& explodendum esse:siquidē de Ecclesia propria dissentio est ; adeòq; in prædefiniendo de recto sanciendi judicio hæsitatur ; inde est, quod ad Superiorem sit recurrendum, ut prorsus in decernendo suspicio extinguatur , *cap.cum speciali 61.de appellat. cap.quia suspecti 3.quæst.5.cap.suspicionis, de officio Delegat.l.finali, Cod.de jud. l.apertissimi, C. de judic.cap.secundo 41.de appellat.cap Judex 5. de officio Delegat.lib.6. cap. quoties 1.2.quæst. 6.cap.ult.3.quæst.5.cap.causam 17.cap.cùm R.35.de officio Delegat.*Duarenus *ad tit.ff.de judic.num.4.*Gaillus *lib.1.observat.cap.33.*

3 Si inter Ecclesiam exemptam ab Episcopi jurisdictione, & Ecclesiam jurisdictioni Episcopi subjectam dissentio suborta sit,tunc Ecclesiæ suæ jura Episcopum defensitare astringendum fore existimo 3. ac per consequens prædefinitio isthæc à privilegio à Pontifice huic Ecclesiæ concesso pendere perhibetur : quare si ab omni Episcopi jurisdictione illam exemerit Romanus Pontifex,quippè ad idem Tribunal recursus fit ; cum Episcopus in isthac facti specie utpotè suspectus habendus erit .

4 Recursum ad Superiorem dupliciter fieri posse existimo 4.vel per modum gravaminis, sive inferendi, sive illati . vel in prædefiniendo suspicio habeatur , quæ profectò suspicio coram Iudice ad quem ritè comprobanda erit; qua commostrata Iudex ad quem procedit, *cap.causam 17.de officio Delegat.cap.causam 18.de judic.cap.4. ut lit.non contestata, l. jurisdictioni 10.ff.de jurisdict.l.si pariter 9.ff.de liber.causa, l.lex Cornelia 5.ff.de injuriis,l.ultima,C.de assessoribus, l.4.C.ad Trebell.l.4 & 5.C.de suspect.tut.l.cùm hi, §. in causa, ff.de privileg.*Cujacius *in novella 63.cap.3.* Vultejus *lib.2.de judic.cap.7.num.223.*siquidem inferioris excessus per Superiorem corrigendi sunt; *etenim appellatio est ab inferiore Judice ad Superiorem facta provocatio, ut is de ea se amplius cognoscat , & prius pronunciatum corrigat, vel in melius reformet,*Donellus *lib. 24.comment.cap.4.*

DECISIO CXXXVIII.

ERant per MagnificumD.Franciscum MunnosPræsidentem Cameræ Reginalis de mandato Reginalis Maiestatis capiendæ informationes super tumul-

multibus, & excessibus Siracusanorum, & aliorum dictę Cameræ commissis tempore revolutionum Regni, nec non super querelis expositis per dictos Camerarios contrà Magnificum D.Americum Centelles ipsius Cameræ Gubernatorem suspensum tantum ab officio, & quia erat deputandus Doctor aliquis ad fabricandos dictos processus: ut res sine suspicione procederet, fuerunt data per Camerenses nomina confidatorum, & per Magnificam d.Castellanam Uxorem d.Americi fuerunt data etiam nomina, sed duorum tantum cum adiunctione, quod habet omnes alios de Regno suspectos, dubitatum est: an dicta recusatio tam generalis admittenda sit. multum iura providerunt, quod lites sine suspicione præcederent adeo, quod nedum inimicus, sed omnes, qui sunt de eadem domo, & parentela possunt recusari, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

Suspicio generalis: numquid firma ducenda sit, ilicet si universos Regni, vel Civitatis jureconsultos, utpotè suspectos allegaverit, quispiam.

SUMMÆ.

Nu.1.& 2.1.Thesis partis decisio, & proba.
Nu.3.& 4.2.Thesis partis finitio, & proba.
Num.5.Iura opposita conciliantur.

1 Tametsi Antonius Capicius hìc non pauca pro utraq; decisionis parte alleget: verumtamen sic distinguēdū est: vel suspicio universosRegni, vel Civitatis amplectitur (quod prudētis Iudicis arbitrio redigendū est) utputà si eadem circa cunctos Civitatis, vel id genus urgeat ratio, tuncq; ceù suspectos explodendos fore reor, *l.apertissimi* 16. *C.de judic. cap.secundo* 41.*de appellat.cap.suspicionis de offic.Delegat. cap.si quis contrà* 4.*de foro competenti, novella* 13.*&* 53.*cap.*2.*&* 86.& auth. *offeratur, C. de litis contestat.cap.liceat de foro competenti,* Clem.*Pastoralis,de re judic.*arg.*legis filius familias* 15.*in princ.&* §.1.*ff.de judicio, l. ultima, C.de pœnis judic.qui male judic.cap.quia suspecti* 3. *quæst.*5.*l. finali, C.de judiciis*; inde est, quod cuilibet,Iudicem recusare (quod æquipollens,est ac declinare,seu reiicere, *l. recusare* 93.*ff.de acquirenda hæredit. l.recusare* 6.*ff.ad Trebell.*) à juribus indultum est, suspicionis causam proponendo,*cap.causam* 17. *cap.cum R.*35.*de officio Delegat.cap.causā* 18. *de judic.cap.*4. *ut lite non contestata, l.qui jurisdictioni* 10.*ff.de jurisdict. l.si pariter* 9.*ff.de liberal.caus.l.lexCornelia* 5.*ff.de injur.l.ultim. C.de assessor.* quā suspicionis causā Judex nosse nequit;nū sit legitima; nec ne *cap. suspicionis* 39.*de officio Delegati,* Trid. *sess.*14. *de reform.cap.*5.Cujacius *in dict.l.apertissimi, C.de judic.*Donellus *lib.*17.*comment. cap.*25. Covarr.*pract.cap.*26. *num.*1. Guazzinus *defensa* 1.*cap.* 19. Antonius Faber *de justit. & jur. princ.*3. *illat.*1. 2. *&* 3. *in fine*, *&* 7. Hotmanus *instit. de suspectis tut. vel curat. à lit.B.usque ad G.* idem Faber 2. *C. de arbitr. def.*7.*nu.*5.*in allegat.* quam adversarius probare debet, *cap.suspicionis, cap. cum speciali extrà,ut lite non contestata, dicta l. apertissimi, & cap.secundo* 4.*de appellat.*idem supralaudatus Faber, Cujacius *in cap. secundo* 41. *de appellat.* quod suspecti crimen à lege 12. tabul.dimanavit, *l.*1 *ff.eodem,* Cicero *lib.de offic.*3.quare prisca inspecta tempestate in Romano Senatu si Iudex sortitus alicui ex litigantibus haud placebat,eum recusare fas erat hisce utendo verbis. *hunc nolo* Plinius *in suo Panegyr.* Tullius 11. *de orat.* neù suspicionis causa probanda erat. Q. Tullius de petitit.consulatus:*vocem audivimus jurantis,se Romæ judicio æquo cum homine græco certare non posse,* Vultejus *de judiciis lib.*2.*cap.*7.*nu.* 186.enimverò amor;odiumq;ex se judicii rectitudinem perturbant; quæ à fortiori in judicibus necessaria est, *cap.*1.*de re judic. lib.*6. Clemen.1.§.1.*de heretic.* igitur nil mirum si humana jura remedium hujuscemodi naturali dictante ratione introduxere, quo horum judicia,vel propter odiū, vel amorem effuggere possemus, *dicta l.apertissimi, C. de judic. cap.secundo* 41.*de appellat.*alioqui absurdum sectaretur personarū exceptionem refūdendo contrà regulam *in judiciis* 12. *de R.* 1. *lib.* 6. Hinc recusationis definitio est: *Recusatio est Iudicis ex causa odii, vel amoris proposita,*
2 *declinatio*;siquidem ab hisce recta,justaq;prędefinitio haberi nequit, cum ab infesto universum præsumendum sit malum; hinc perbellè Tullius in Verrem act.7. *tacitæ magis, & occultæ inimicitiæ timendæ sunt; quam indictæ, & apertæ,* quod ritè arguendum sit, si de rebellionis, vel proditionis Regni incusatus fuisset,cum materia sit gravis; verum enimenim-

enimverò haud denegandum est, quod in Regno, vel in Civitate semper extare assolent viri nonnulli integræ famæ, doctrinæque, qui juxtà leges judicare queunt, *leg. quidam 21. de rebus creditis si certum petatur*, *l. 2. in principio de aqua pluvia arcend.* Callistratus *in l. observandum 19. §. 1. de offic. Præs.* Vultejus *de judic.lib.1.cap.4. num.240. 241.& 242.* Antonius Faber *de justit. & jure illat.7.princ.4.* Hinc Cicero *2. offic. Judicis semper est verum sequi*. inspicito Thorum *compend. decis.tomo 1. §.suscipio generalis an possit jure*.

3 Vel universos minus amplecti prædicatur suspicio isthæc, & tunc ex ipsismet terminis
4 liquet, omnes haud uti suspectos explodendos
5 esse per ipsum, reor 2. quare jura à Capicio hic relata distintione hac conciliantur.

Pro Decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

Officialis suspicio, quem affinitatis, vel consanguinitatis gradum amplecti differitur.

Si aliqua ex causa contrà Consiliarium, vel id genus suspicio attentata fuisse per adversarium prædicetur; si dein in causa isthac ut infirma per Collaterale Consilium explosa fuerit; quid prædefiniendum si per adversarium dein nova aliqua suspicionis adducātur indicia: an per Collat. Cōs. admittēda sint.

Si Præses S.C. vel Reg.Cam.Locumtenēs, idque genus utpotè suspecti in causa aliqua ex decreto in Foro lato habiti fuere: num in supplicationum decretis etiamnum ceù suspecti habendi sunt.

SUMMÆ.

Num. 1.& 2. Thesis primæ decisio.
Num. 3. ejusdem probatio.
Num. 4. primæ Thesis 2. partis finitio.
Num. 5. ejusdem probatio.
Num. 6. Thesis secundæ partis prædefin.
Num. 7. ejusdem probatio,
Num. 8. Thesis tertiæ finitio.
Num. 9.& 10. ejusdem probatio.

1 Tametsi primum, secundumque affinitatis, consanguinitatisque gradum inspecto dumtaxat Regni jure amplecti perhibetur Officialis suspicio. edocet Rovitus *in prag.1.n.25.de suspectis officialibus*. Thorus *in compend. dec.tomo 1.§. suspicio Officialis, usque ad quem gradum*, memorans junctis Aulis per S.C. sic prædefinitū fuisse *juxtà prag.11.§.ordiniamo di più, che quādo, de susp.offic.* attamē in juris puncto publicis in thesibus posset quispiam secus tutari.

3 Probatur: Ideo in primo, secundoque gradu Judicis suspicio habetur; non nisi ratione affectus, qui his in gradibus verificatur. Hinc Cic. *part. Orat. Multi vitam neglexerunt, ut eos qui his chariores, quam ipsi sibi essent liberarent.* & *pro C.Rut.famil.13. Nihil est, quod studio, & benevolentia, vel amore potius effici non possit*: verum enimverò identidem in 3.& in 4. gradu id extat, etsi non in tantula exuperatione, quantula est in primo, & in secundo gradu; quæ profectò dilectio de sui conceptu efficax est, ut Judex, à justitia recedat, ut fusè suprà demonstratum fuit; cum sui muneris sit esse in equilibrio. Author est Cicero *2. de Oratore*; ibi: *Plura judicant homines, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut lætitia, aut spe, aut timore, aut errore, aut aliqua permotione mentis, quam veritate, aut prescripto; aut juris norma aliqua; aut judicii formula, aut legibus*, & *pro Cluent.* ibi: *Est sapientis Judicis, meminisse se hominem, cogitare sibi tantum esse permissum, quantum commissum sit. & creditum. Et non solum sibi soli potestatem esse datam; verum etiam fidem habitam esse, meminisse posse quem oderit, absolvere: quem non oderit, condemnare; & semper non quæ velit ipse, sed quid lex, & religio cogat cogitare, &c.*

4 Si aliqua ex causa contrà Consiliarium, vel id genus, suspicio attentata fuisse per adversarium prædicetur; si dein causa isthæc, ut infirma per Collaterale Consilium explosa fuerit; quid prædefiniendum si per adversariū dein nova aliqua suspicionis adducantur judicia: numquid per Collaterale Consilium admittēda sint. Distinguas: vel indicia isthæc suborta, summi roboris extant; ac de ipsis adversarius notionem haud habuisse ducatur, & tunc per Collaterale Consilium admittenda, ac intereà Officialis accessum suspendendum fore plusquam manifestum est.

5 Probatur: à Judice verè suspecto omne arguendum erit malum, ac per consequens à veritate distans, secundum quam decernere debet. Antonius Faber *rational.tit.1.de justitia, & jure*: siquidem ab infesto malum, secùs verò bonum expectandum, cum multæ sint simulationes, nec fronti ulla fides: quare jure meritò Cicero *pro M.Marcello*; ibi: *In animis hominum multæ sunt latebræ, & multi recessus*; Judices namque in sanciendo illibatam habere debent conscientiam; cum secūdum virtutem prædefinire debeat, adeòque procul ab injustitia. Donellus *comment. de jure civil.lib.17. cap. 20. sub num. 50.* Cod. Theodos. *9. ad leg. Jul. repetundar. tit.27. in l.cognitores 5. per totum, tomo 3.* quod nostro in themate hæsitatur; igitur, &c.

6 Vel indicia isthæc subsequentia parvi roboris, momentique forent, tuncq; utpotè infirma per Collaterale Consilium expendenda, explodendaque sunt: quare Regii Collateralis prædefinitio, quam refert Thorus *compend. decis.tomo 1. §. suspicio semel admissa contrà Officialem*, hoc in themate commentanda est. inspicito Rovitum *in prag.1.num.79. de suspic. Offic.*

7 Probatur: Officialis, sive sit Consiliarius, sive

sive Præses, sive Regens, idque genus naturalis suadet ratio, ut ob frivolas suspiciones, rationes, indiciaque, haud ut suspecti habendi sunt: siquidem in hisce personis uti gravitas Officii reposcit, quammaxima doctrina, summaque conscientiæ serenitas supponitur; Hinc Cicero 3. *de legibus. Magistratus, lex est loquẽs*, & alibi: *sudandum est iis, qui Magistratum gerunt, pro Communibus commodis adeundæ inimicitiæ: subeundæ sæpè pro Republica tempestates: cum multis audacibus improbis; nonnũquã etiã potẽtibus dimicandũ, &c.* igit. &c.

8 Si Præses S.C. vel Regiæ Cameræ Locumtenens, idque genus ut suspecti in causa aliqua ex decreto in foro lato habiti fuere: in supplicationum decretis identidem ceù suspectos haud habendos fore, reor, est Thori *compend. decis. tomo* 1. §. *suspicio allegata, & obtenta in personam Præsidis*, dummodò suspicio ex inimicitiæ causa minùs foret, vel nisi de proprio ipsius interesse agatur: siquidem his in thematibus secùs erit prædefiniendum.

9 Prima Thesis pars, probatur: Supplicationum namque decreta ordinaria procedunt via, ac per consequens in ipsis S.C. Præses dũtaxat ut jubet ut decretum per Consiliariũ Domi latum, per universam dignoscatur Aulam, ut in viridi est observantia, vel alius sit causæ Cõmissarius; cum igitur in his & S. C. Præses, vel id genus haud judicat, solummodò verò judicium efformandum delegat; jure meritò, &c.

20 Secunda Thesis se ipsa liquet: siquidem ubi apertæ inimicitiæ, simultatesque habentur vel de proprio ipsius interesse peragatur, toties omne arguitur malum, *l. nullus* 10. *ff. de testibus, l. omnibus* 10. *C. eodem, l. qui jurisdictioni* 10. *de jurisdict.* Argum. *l. in privatis* 77. *ff. de judic.* Antonius Faber *de justit. & jure, princ.* 4. *illat.* 3.

DECISIO CXXXIX.

IN Causa Hieronymi Botti, qui vult causare executionem contrà quosdam Agrigentinos ob sententiam contrà eos latam, sub prætextu, quod ab ea infra 10. dies appellatum non sit: cum illi asserant, quod licet infrà decem dies non appellaverit, hoc fuit respectu, quia non fuit ei sentẽtia intimata, &c. Primus casus est quando Dominus fuit citatus personaliter ad sententiam, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti species.

SEntentia contrà aliquem lata: si reo promulgata haud fuisse feratur: numquid, ut contumax habendus erit, ac per consequens ab ipsa minùs appellare potest; in bonisque executionem pati debeat.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ decisio.
Num. 2. ejusdem probatio,
Num. 3. 1. Thesis secundæ partis finitio.
Num. 4. ejusdem probatio.
Num, 5. 2. Thesis 2. partis ejusdẽq; prob.
Num. 6. 3. Thesis secundæ partis decisio.
Num. 7. Thesis tertiæ prædefinitio.
Num. 8. ejusdem probatio.

1 SI sententia isthæc contrà Reum promulgata ritè ipsi haud divulgata foret; sanè neu utpotè cõtumacem habendũ fore; neu ab ipsa appellari obstringendum esse, adusq; ipsi juridicè aperiatur, indubiè reor. inspicito & Capicium *hic, à num.* 1. *usque ad* 3, nonnulla distinguentem, aliavè doctrinaliter edocentem; ast nil ad nostram facti speciem pertinens, & Thorum *compend. decis. tomo* 1. §. *appellari an debeat contumax infrà decem dies*, aliosque apud eumdem.

2 Probatur: Contumax, qua contumax inobediens ducitur, alioqui haud foret Reus, cũ contumacia dolo malo, seù malitia patratur, sine qua esse nequit, *cap.* 1. *de judiciis, cap. prout, de dolo, & contumacia*; quare à Græcis contumax pervicax, & superbus vocitatur. Cironius *in paratitl.* 5. *decretal. de dolo, & contumacia, tit.* 14. inde est, quod contumax excommunicari potest, *de judic. cap.* 1. *cap. veritatis, de dolo, & contumacia*, & ejus sepulchro subdere bona, ac ad expensas condẽnare: *cap.* 1. *de literis, de dolo, & contumacia.* Brissonius *de V. S. verbo fugiens*. Donellus *in rubrica, C. de obligat. num.* 18. *& in princip. instit. de action. num.* 7. Cujacius *lib.* 17. *observat. cap.* 30. inde fit, quòd haud sit audiẽdus, nisi refectis prius expensis, *cap.* 1. *de judiciis, cap. tuæ* 3. *cap. quoniam* 5. §. *in aliis, ut lite non contestata, cap. venerabilibus*, §. *porrò, &* §. *sanè, de sent. excomm. cap. cum dilecti* 6. *de dolo, & contumacia, c.* 1. *eodem tit. in* 6. *l. properandum*, §. *sin autem, l. ex gestis*, §. *hujusmodi, l. sancimus* 12. *C. de judiciis.* Donellus, *lib.* 26. *comment. cap.* 3. verum enimverò inobediens prædicari impossibile est, ubi sententiæ promulgationem haud scit; cum juridicè citatus esse debeat, ut contumax argui possit,

cap.

cap.causam,de dolo,& contumacia. Cironius *loco supralaudato* Author est; inde est, quod in contumaciam incurratur ob citationem ritè factam;cui reus parere nequit, *cap.causã 3. de dolo, & contumacia.* Argumento *l. contumacia 53.ff. de re judic. l. unica, ff. si quis jus dicenti*. Argum. *cap. constitutis 12. de procurat.l.contumacia 53.§.1.cap.ult.§.porrò ut lite non contestata*: quandoquidem si de ea juridicè per Judicem certior factus fuisset; sanè ab ipsa infrà dies 10.appellasset,2.*quæst. 6.cap. anteriorum,& cap.propter, cap.1.de sentent.& re judicat.* ne indefensus restaret, quæ naturali debetur juri.Clem.*pastoralis, §. cæterũ,de re judic.l.1. §.cum aliter,ff.si quadrupes pauper. l.4.in princip.l. scientiam 45. §.qui cum aliter, ff.ad leg. Aquiliam*;igitur si Reus sententiæ minùs scientiam habuerit, consequens fit, ut sententiæ executio deneganda sit; cum nulla sit sententia, ut in essentialibus deficiens, carens legitima Rei citatione;ac per consequens defensitatione,quod naturali oppugnatur juri, ut suprà demonstratum fuit.Ciron. *in paratitl. decretal.tit.28.de appellat.*ex non ente enim haud gignitur aliquid *l.2.ff.de usufructu, l. seja, ff. de tutor.& curat.l. ejus, ff.de rebus credit.*cũ ejusdem nullæ sint qualitates, *l. ejus,qui in Provincia, vers.quoniam, ff. si certum petatur,l.4.§.condemnatum, ff. de re judic.l.2. ff. de usufruct.l.Pomponius,§.final.de acquirend. possess. l. si servum, §. final. ff. de actio. empt.* spacium namque dierum 10.ad appellandum permissum,auth.*hodie de appell.*non nisi cõceditur ut Reus dignoscat:numquid appellare, nec nè fas sit,quæ profectò provocationis tẽpestas variè apud varias est designata Nationes; ac Apostolorũ rogitatio. Gonzalez 2.*decreta. in cap.cum sit Romana 5.num.7.de appellat.*

Secundus Casus est,quando quis fuisset citatus ad sententiam non personaliter; sed domi, vel per edictum, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

Secunda Facti Species.

Sententiæ promulgatio, quo pacto communi inspecto jure divulgãda sit.

3 Distinguas:vel personaliter fieri potest,& tũc proculdubiò personaliter Reo indicenda erit: siquidẽ inter cæteros alios modos hic Principem obtinere proditur locũ; cum certior sit universam explodens excusationẽ, ac per cõsequens lapsis illis 10.diebus infirma ducitur appellatio;atq;adeò judicio prioris Judicis subesse debet,*de appellat.& recusat. cap. personas, & cap. cum sit, de appellat. in 6. cap. 1. cap.quia nos.* Concil.Lateranense 3.*in appẽd. de appellat.cap.5. cap. finali, de officio Judicis Delegati*:siquidem in rem transiit judicatam, paratam,& Civili,& Canonico habendo executionem, *l.minor 40.ff.de minor.l. pignora 50.ff.de eviction.l.4.§.si ex conventione 4. l. à Divo Pio cum suis §§.ff.de sent.& re jud. l. 2. C.de exequut.rei judic.*Parlador. 2. *rer. quot. cap.ult. in princ.* Maranta *in speculo 6. part. tit.de execut.sentent.*

4 Vel haud personaliter utputà si se abdit ne ipsi citatio fiat, tuncque domi sententiæ promulgatio facienda est, *cap. fin.de dolo,& contumacia,*Clem.*de electione, &c. cap. causam*; idque ne fraus alicui suffragetur,quod juribus dissonum foret, *l.itaque fullo, ff.de furtis,cap. dictum 30.q.1.cap.intelleximus,de judic.cap. tuæ 12.de Cleric.non resid. cap. sedes, cap. ex tenore,de rescript.cap. 2. de dolo, cap.2. de cognat.spirit.cap.1.de collus.deteg.cap.tuus,de usuris*.

5 Vel neutro,cum & se cælet,& sedes minùs certam habet,& tunc in loco publico scilicet in Ecclesię vestibulo; vel id genus esse citandum,reor,juxtà tex. *in cap.fin.de dolo,& contumacia*: siquidem verè citatum jura simulant,cum impossibile sit, quod intrà decem dies illos sententiæ promulgationem Reus ignorat. inspicito Capicium *hic,num.4.& 5.* Thorus *tomo 1.compend. decis.tomo 1.§.citatio ad sententiam an fieri debeat personaliter.*

Tertius Casus est, quando non fuit citatus Dominus; sed Procurator personaliter,& peremptoriè, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

Tertia Facti Species.

Procuratoris contumacia etiamnum vera: numquid Domino præjudicare possit,quominus post dies 10. appellare nequeat, si sententiam ignorasset.

6 Præjudicare non posse,ac per consequens à die scientiæ intrà dies decẽ appellare posse,cẽseo.est Ant.Capic.*hic in fine.*Ursilli *decis.344. num.4.* Thori *cõpend. decis. tomo 1. §. contumacia Procuratoris etiã vera an præjudicet.*

7 Probatur: Procuratoris crimen procul à Domini litis culpa haud ipsi obesse debet, *cap.1.ut lite nõn contestata,l.1. §. si Procurator, ff. si quis jus*; cum pæna suum sectetur Authorem,*l. sancimus,C.de pænis,l.absentem, ff.eodem tit.*Author est Capicius *hic*: proptereàquod tametsi Procurator Domini litis personam repræsentat,Gonzalez 1.*decret. in cap.cum pro causa 6.in comment. num.7. tit. 38.de Procurat.* Donellus *de jure civil. lib. 18.cap.15. num. 11.* Hotmanus *verb. juris, verbo procuratio*, ac gesta per ipsum:verumtamen approbari per Dominũ videantur: in

 iis

iis,quæ sibi maximum importât præjudiciũ; & in quibus ejusdem velle summoperè reposcitur, haud Procuratori data ducitur facultas. Ant. Faber 2.*C.tit.8. de Procuratoribus,def.32.& in corpore,& in allegat.num.1. & 2.pag.103.& def.17.num.3.in allegat.pag.* 100. *eod. tit.* igitur nil mirum si hoc in casu sententiæ promulgatio ignorata principali, ei minùs obesse debet: quare sententiæ notificatio Procuratori divulgatam inscio litisDomino merè materialiter se habet, uti non ritè promulgata;inde est, quòd abs re lata sit: quicquid enim irrationabiliter actum est;pro nihilò ducendum est. Antonius Faber *de justitia,& jure ad leg.1.col.2.*

Pro Decis.hujusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

IN citatione sive personaliter, sive domi peragenda:numquid testes reposcuntur:quidvè de ipsorum numero, ac qualitate prædefiniendum erit.

Si lapsum à Judice ad quem inspecto Regni jure tempus designatum fuisse feratur;utputà si ab appellante procuratio minùs prosecuta fuerit: utrum appellatio isthæc, ut deserta habenda erit;ac per consequens sententia in rem transire debeat judicatam.

SUMMÆ.

Num.1, Thesis primæ decisio.
Num. 2. & 3. ejusdem probatio.
Num. 4. Thesis secundæ finitio.
Num.5.& 6. ejusdem probatio.

1 SEu personaliter,seu domi,sive in Civilibus,sive in Criminalibus peragenda erit citatio,ut firma ducenda sit,testes reposci,reor 1. alioqui iterum efformanda foret. est de Franchis *decis.*560.Thori *compend. decis. §. citatio tam in Civilibus, quam in Criminalibus.*

2 Probatur: Citatio de sui conceptu realem involvit actum,qui reo notificandus erit: siquidem verba involvit, quæ physicè producuntur;igitur si quid facti sit,jure meritò probandus erit, quæ enim facti sunt,probatione indigent, *l.in bello,§.facta,ff. de captivis, & postlim.reversi.l. si emancipati 9.C.de collat.l. 1.C.de probat.l.quæcumque,§. fin. ff. de publican.l.assecuratio,Cod. de non numerat. pecun. cap. cùm Joannes, §. verum, de fide instrum. cap. licet, de constit. lib. 6.* ast id probari impossibile ducitur, *l. si quis in gravi, in princ. ff.ad Syllan.l. si stipuler, ff. de verbor. obligat. l.Paulus,ff.quæ sentent.sine appellat resc. l.impossibilium, ff.de regulis juris, §. impossibilis, instit.de hæredibus instituen. cap.nemo potest, de reg.jur. lib.6.* nisi testibus coram celebretur, qui de actu celebrato dein testificaretur, *l. finali,C.de probat.l.2.C.de testibus,*Auth. *sed si quis,C.de testibus,l.3.l.ubi falsi 11.C.ad leg. Cornel.de falsis,cap.cum Joannes 10. de fide instrum.*Gellius *lib.4.noctium, cap.2.* Donellus *ad tit.de probat.& lib.25.commentar.cap.* 6. Cicero *in Orat.1.in Verrem, l.cum pracibus,de probat.cap.tertio loco,eodem tit.* igitur,

3 &c. quare coram binis testibus actus istiusmodi celebrandus est;siquidem ritè liquere debet,quod fieri nequit,nisi binis comprobatur testibus, juxtà tritum dicterium illud: *in ore duorum,&c.*

4 Si lapsum à Iudice ad quem inspecto Regni jure tempus designatum fuisse feratur,utputà si ab appellante appellatio minùs prosequuta fuerit: tunc appellationem hanc uti desertam habendam esse,ac per consequens sententiam in rem judicatam transire debere, reor 2.est Muscatelli *in praxi S.C.lib.2.par.1.* glos.*prosequendum, num.* 20. Caravitæ *in ritu* 251. *num.*5. Thorus Author est *compend.decis. tomo 1.§.appellatio an poterit deserta declarari si elapsum esset tempus*; dummodò procul à justa causa minùs prosequuta fuerit.

5 Probatur 1.Haud magis tẽpus ad appellãdũ a jure prædefinitum servandum erit,ac ad prosequendam provocationem à Judice ad quem stabilita; cum eadem prorsus sit ratio, ac per consequens eadem juris statuitio, *l. illud,C.ad l.Aquiliam,l. si postulaverit, §. 1.ff. ad leg.Juliam,de adulter.l.quidam nummularios, ff.de edendo,l.nauta,§.fin. ff nautæ caup. l.à Titio, ff.de furtis,l.illud, C.de sacrosanctis Ecclesiis,§. si igitur,instit.quod cum eo*: siquidem utraque tempestas est à jure prædefinita, *cap.cum sit Romana 5.de appellat.l.2.& l.ultima,§.illud,1.de tempor. appellat. cap.constitutus 45.cap.oblatæ 57.de appellat.* Clement.

6 *sicut,eodem tit.* inde est,quod ad prosequendã appellationem annus indulgetur; justa ex causa verò biennium.laudato *cap cum sit Romana,cap. sæpè 44.cap.repræhensibilis infra, cap.1.§.post hoc eodem tit.in 6.l.quoniam 18. C.de appellat.* Auth.*ei qui,C.de tempor.appell.* Cajacius *in dicto cap.cum sit Romana.*Donellus *lib.28. comment. cap.7.* quemadmodum lapso absque justa causa tempore ad appellandum,impotens dein ad provocandum appellans fit;sic etiamnum lapsa tempestate à Iudice ad quem designata ad provocationẽ prosequendam:quandoquidem utrobique eadem prorsus urget ratio,ut speculanti liquet, *d. l. illud,C.ad l.Aquiliam.*

7 Probatur 2. Ubi quis intrà tempus legitimum procul à justa causa appellationẽ haud prosequatur, toties justam minùs defensitare causam videtur,ac per consequens calumnias potius afferre,quam solidis uti rationibus:siquidem si justa foret,quippe eam in jure dicendo defensitaret: Hinc jure meritò Divus Thomas 2.2. *q.68.art.3.* edocet *calumnia est criminis malitiosa,& falsa impositio*: quare juxtà Latinos à Calvo, quod prisca voce deceptionẽ significat:Inde est Antonius Pius usq; adeò obtrectatores insectebatur,ut si nõ probarent,

barent,quod differebāt,capitali eos pęna afficiebat: & Opilius Macrinus Imperator calũniantes undique conquisitos pænis,& damno mulctavit;talionis autem pænam in eodem statuit Hisocrates, ac postremò Vespasianus, & Titus tanto odio eosdem prosecuti perhibentur, veluti publico exilio destinatos, ut flagellis cęsos per amphitheatri arenam spectandos traducerent,ut ita pænis cohercitì; à noxa per calumniam inferenda, abstinerent.

DECISIO CXXXX.

IN Causa Magnifici Antoni Patellæ cum Magnifico Federico Sabbia mandavit Dominus Rex per suas literas, quod si per quasdam alias provisiones quondam Catth.Regis ad eadem Majestate Domini Regis confirmatas tolleretur justitia ipsius Federici, & sequeretur disturbatio, seu tumultus in Regno, dictæ provisiones non exequantur, seu consalatur Sua Maiestas: quid erit fiendum, si per dictarum provisionum effectuationem tolleretur iustitia Federici, & tamen non est dubium de tumultibus; & sic an dicta duo intelligantur posita copulativè, an disiunctivè, seu alternativè, &c. *Hęc Capyc.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

RΕscriptum bina copulativè fieri continẽs: numquid ut verificetur, duo illa conjunctim reposcenda sunt; an vero sat sit si alterum verificetur.

SUMMÆ.

Num. 1. 1.Thesis partis finitio, ejusdemq; probatio.
Num. 2. secundæ Thesis partis decisio.
Num. 3. ejusdem probatio.

1 DIstinguendum est: vel ex concedentis mente rescriptum id arguitur; tuncque rescriptum à Principe permissum disiunctivè potiùs commentandum fore, quam copulativè, reor 1. quare verba illa *copulativè* merè materialiter adiecta fuisse ducuntur,ac per consequens ly *copulativè* hoc in themate *disiunctivè* ęquipollens esse autumatur: enimverò verba hic merè materialiter veniunt; permittentis verò intentio formaliter.

2 Vel ex concedentis mente rescriptum id haud argui prædicetur, tunc rescriptum copulativè interpretandum fore,reor 2.

3 Probatur: De conceptu propositionis copulativè (uti ex summulis liquet) utramque partem reposcit veram,scilicet,& Petrus currit, & Paulus legit,postulatur enim, & quod Petrus currit, & quod Paulus legit,alioqui si una ex ipsis vera foret,quippe tota copulativa falsificaretur juxtà tex. *in l.hæredi, ff.de condit. institut. l.si quis ita stipulatus fuerit* 129.ubi Alciatus *per totum*, *& l.si ita quis stipuler* 73.*ff.de verbor.obligat.* igitur sic nostro in themate erit edisserendum.

Pro decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

RΕscriptum plura continens capita; si in uno; secùs verò in aliis subreptitium sit: quid prædefiniendum.

Rescriptum Regiæ Majestatis de primo loco aliquo in Supremo Senatu vacaturo aliquem creans: an firmum existimandum sit; ac per consequens & de ordinario, & de extraordinario commentandum erit.

Rescriptum contrà sententiam in rem judicatam translatam impetratum: utrum firmum ducendum sit. quidvè si edisserit, *sententia minùs obstante.*

SUMMÆ.

Num.1.Thesis primæ decisio.
Num.2.ejusdem probatio.
Num.3. Thesis secundæ finitio.
Num.4.& 5. ejusdem probatio.
Num.6.primæ Thesis tertiæ partis decisio.
Num.7.ejusdem probatio.
Num 8. secundæ Thesis,3.partis prædefin.
Num. 9. ejusdem probatio.

1 REscriptum plura continens capita si in uno, secùs verò in aliis subreptitium sit, tunc firmum duci illis in capitibus,in queis neu subreptio, neu obreptio arguitur,existimo 1. est Afflicti *decis.*116.*n.*6.literis mandantis sic per S. C. prædefinitũ fuisse, Aloys. de Leo *in l.non idcircò,C,si cont.jus,vel util.num.* 19. Thorus Author est *compend.decis.tomo* 1. §.*rescriptũ plura capita cõtinẽs si in uno erit subreptiũ*.

2 Probatur: Superioris namque voluntas rescriptum concedentis est, universa capita illa exposita concedere velle, dũmodò haud subreptitia sint, juxtà text. *in cap. bonæ memoriæ* 3.*de confirmat.utili,vel inutili*, Gonza-

zalez, Cironius, Grannanieto, ibidem, ac per cõsequens unum independẽter ab alio: quare
re caput illud subreptitium, vel obreptitium perindè se habet, ac si rogitatum minùs fuisset, ac per consequens merèmaterialiter, ut speculanti liquet, *dicto cap. bonæ memoriæ 3.* quę enim materialią sunt;pro nihilo ducẽda.

3 Regiæ rescriptum Majestatis de primo loco aliquo in Supremo Senatu vacaturo aliquem creans: firmum exist imandum esse, ac per consequens, & de ordinario, & de extraordinario commentandum esse; secùs verò de supranumerario, existimo 2. est Capicii Latro *tomo 2. consultatione 145. nu. 1. & 26. & 34.*

4 Prima Thesis pars, probatur: In Principis ditione est nunc pro illo tunc de dignitate futura designare posse, *cap. fin. de renunciat. extrav.* Ioann. 22. *de election. suscept. cap. dilectus 25. de præbendis, cap. eam te 7. cap. constitutus 19. cap. mandato 38. cap. in literis 39. cum sequentibus, de præscriptionibus*: siquidẽ hoc in themate nulli infert præjudicium. Gõzalez *in cap. constitutus 11. per totum, de concess. præbend.* juxtà textum *in cap. cum dilectus, de iure patronatus, cap. deliberatione, §. prohibemus, de offic. legat.* Argum. *cap. 4. §. prohibemus, de offic. legat. in 6.* igitur, &c.

5 Secunda Thesis pars probatur: Principis namque mens est, ut primævus vacans locus, sive ordinarius, sive extraordinarius sit ipsi refundatur: quandoquidem in nostro Collaterali Consilio, & ordinarii, & extraordinarii sunt Regentes, scilicet unus Italus, bini Hyspani, reliqui verò extraordinarii: quod autem de supraenumerario id commentari impossibile ducatur, est quatenus in hoc novum Principis velle poscitur, cum nova Regentis supponatur creatio quod de ordinariis, & extraordinariis haud prædicatur: tametsi non sit denegandum, quod de extraordinario, & summario æquivocatio esse potest.

6 Rescriptum contrà sententiam in rem judicatam translatam impetratum: utrum firmum ducendum sit, quidvè si edisferat: *sententia minùs obstante*: distinguendum est; vel rescriptum concedenti haud ignoratum sit sententiam in rem judicatam transiisse, vel non: si primum firmum fore rescriptum hujuscemodi impetratum adversùs sententiam in rem judicatam transactam, existimo 3.

7 Probatur: Sententia hoc pacto in rem judicatã translata irreparabile jus minimè parturit: quandoquidem judicandi stylus prolibitò à Principe variari juraque sinunt, ac per consequens efficere, ut sententia in rem judicatam transacta rursùs examinetur, cum judicandi ordo à vero Principis placito pendere ducatur, ac per consequens eum variare: enimverò Principis est, & leges rogare, *cap. pro illorum 22. cap. cum nobis, de præbendis, l. sed si hac, §. 1. ff. de in ius vocando, l. lege, C. de pactis, l. 4. C. de legibus, l. 15. & 16. tit. 1. part.* idest ferre, aut abrogare, idem ac tollere, aut derogare, idest partem primæ perimere, aut subrogare, nempè adiicere aliquid ex prima lege, Vulpianus *tit. regular. 1.* Hotmanus *in comment. verbor. iur. verbo lex.* Gorasius *in ff. de legibus, & Senat. ad l. non ambigitur 9. n. 4.* juxtà dicterium illud: *per quas causas res fit per easdem dirimitur, l. nil tam naturale, ff. de reg. jur.* ubi Petrus Faber; igitur, &c.

8 Sin secundum infirmũ fore, existimo 4. etsi edisferit Princeps *sententia minus obstante*, est Ursilli *decis. 79. num. 5.* Thori *in C. rer judic. 2. par. casu 17. num. 9.*

9 Probatur: Sententia namque quæ in rem judicatam transiit irreparabile importat jus; *l. eleganter, §. si quis post. ff. de condict. indeb. l. Herennius, §. Caja, ff. de usuris, cap. in præsentia, de renunciat, l, si non sortem, §. hæredi, ff. de condict. indeb. l. cùm putarem, ff. famil. hercisc. l. ingenuam, ff. de statu hominum, l. res iudicata, ff. de regulis iuris, l. 1. C. quando provocare*, cum juri æquitatique haud difformis sit, *cap. bonæ 23. §. 4. & §. nam agitur, de electione, cap. in præsentia 6. de renunciat. cap. post actionem 7. de probat. cap. sicut 16. de re judic.* Anton. Faber *7. C. de tempor. & reparat. appell. def. 13. & in allegat. per totum*, neu in hæsitatione de isthac impetratum ducatur rescriptum: quare Tò (*nulla obstante sententia*) de alia utputà de interlocutoria, vel id genus sententia de in rem judicatam trãsacta commentandum est.

DECISIO CXXXXI.

IN Causa Pauli Agliari cum Filio Ambrosii de Levi stantibus inter eos diversis aggressoribus, dictus Vicerex statuit pro bono côncordię, quod ad invicem firmarentur fideiussiones de non offendendo: & cum pro parte Pauli esset prompta, circa hoc oblata obedientia, pars alia recusans se absentavit. Sua Illustrissima Dominatio fecit ipsum vocari, &c. nec usquam comparuit: dubitatum est, an possit banniri tanquam contumax, &c. *Hæc Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

SI pars una de non offendendo cautionem præstare parata sit; secùs verò altera, quæ, & citata, & non comparuit: numquid isthæc (ut vulgò dici assolet) banniri fas est.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ prædefinitio.
Num. 2. ejusdem probatio.

1 BAnniri debere, reor. est Antonii Capicii *hìc*, Scacciæ *in tract. de judiciis caus. civil. & crimin. cap.* 93. *in princip. colum.* 5. *vers. si verò loquamur.* Thori *compend. decis.* §. *banniri an possit contumax.*

2 Probatur Ubi quis in criminalibus, ac per consequens de non offendendo cautionem præstare renverit, siquidem ob id, & in Senatu citatus fuit, & sistere noluerit, toties ceù Urbis, quietisque perturbator; extemplò ab hisce explodendus est Regionibus, ne homicidia Principis secordia in Urbe patrentur, quod perabsurdum foret; cum ad quietem, Urbisque tranquillitatem Principis in conscientia astringendus sit: nam sui muneris est Cives incolumes asservare, ac per consequens ne delicta in Republica patrentur. Hinc Cic. *pro Milone*, sic describit: *Nihil præstabiliùs viro, quam periculis Patriam liberare: Beatique hi, quibus ea res honori fuerit*, & 1. *de finibus*: *Pericula, labores, dolorem, etiam optimus quisque pro Patria, & pro suis suscipit: dolores denique suscipere mavult, quam deserere ullam officii partem*; idque genus, quæ si isthæc inertia sua committerentur, sanè in cōscientię foro damnandus foret; cum in lętalē incideret labem, suo in munere in re gravi defectans; Hinc Cicero *Philip.* 8. *Magnum est personam in Republica tueri Principis, qui nō animis solum debet, sed oculis servire Civium.*

Pro decis. hujusce illustratione:

CAPUT UNICUM.

AB aliqua Bannitus Civitate quis, si ad illam accedat: numquid pænam contrà ipsum divulgatam incurrat, tametsi in vincula injectus non fuit.

A Territorio bannitus quis: an à totius Territorii illius districtu identidem exulatus ducatur: & num extrà Territorium impunè, & capi, & obtruncari fas sit.

Vetitus ad aliquē adventare locum; si ibi invitus accedat; utputà vētorum tempestate: utrum pænam expendere debeat.

Pro pluribus exulatus quis delictis: num ab uno absolvi fas sit; cæteris verò suo in robore restantibus.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis primæ decisio.
Num. 2. ejusdem probatio.
Num. 3. 1. Thesis secundæ partis finitio.
Num. 4. ejusdem probatio.
Num. 5. ejusdem partis secundæ decisio.
Num. 6. ejusdem probatio.
Num. 7. & 8. Thesis 3, finitio, ejusdē probat.
Nu. 9. & 10. Thesis 4. decisio, ejusdē probat.

1 AB aliqua Bannitum Civitate, si ad illam adiret: tunc pænam contrà ipsum divulgatam non incurrere, tametsi in vincula injectus non fuit, opinor 1. est de Marinis *quotidianarum resol. lib.* 1. *cap.* 116. *num.* 1. quod idētidem edisserēdum est de statuto, quoddam armorum genus vetante: siquidem non modò requiritur armorum asportatio; ast identidē in vincula iniectio, ut statuti pænam expendat. est Gomez *ad leg. tauri* 45. *num.* 48. Iulii Clari *in pract. crimin.* §. *finali, quæst.* 82. Martę *decis.* 80. Riccii *decis.* 256. *p.* 2. Pegueræ *dec.* 55. Author est Novarius *lib.* 1. *quæst. forens. quæst.* 3. per totum apud supralaudatum de Marinis *num.* 2.

2 Probatur ex textu *in l. si Barsatorē* 13. *C. de fidejuss.* nam pænæ ex trito dicterio illo: *restringendæ sunt, l. factum cuique*, §. *in pænalibus, ff. de regulis juris, cap. in pænis, eodem tit. lib.* 6. ac per consequens cum effectu, ac omni rigore commentandum est: præsertimve secundum Legislatoris mentem, *l. de quibus, ff. de legi. l. non dubium, C. eodem*, Donellus *commentar. de jure civi. lib. cap.* 13. *sub num.* 60. verùm enimverò ad locum inhibitum accessio procul à captura merè materialiter se habet: siquidem in criminalibus haud dumtaxat visio, atqui in vincula injectio etiamnū reposcitur, inspicito Cironium *in paratitl.* 5. *decretal. de crim. falsi, tit.* 20 cum per capturam perfectum ducatur consumptum delictū; neu pænam infligentis mens sit, ut crimē perfectè consumptum ducatur per solum ad inhibita loca accessum: quare cum jure extrà Principis velle obstringere nequeant, *dicta l. de quibus, & l. non dubium.* Donellus ibidem *num.* 8. *pag.* 30. enimverò ab eodem vim obtinent: juremeritò identidem porsùs de armorum asportatione differendum est, cum utrobique par urgeat ratio; inde est eadem juris prædefinitio, *l. illud, ff. ad legem Aquiliam, l. si postulaverit*, §. 2. *ff. ad legem Jul. de adulter. l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. Nauta*, §. *fin. ff. Nautæ caup. l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, C. de Sacrosanctis Ecclesiis*, §. *si igitur, instit, quod cum eo.*

3 A' Territorio bannitus quis: an à totius Territorii illius districtu etiam exulatus ducatur: & num extrà territorium impunè, & capi, & obtruncari fas sit, distinguendum est; vel primo de themate sermo sit, tunc à territorio (rigorosè loquendo) exulatus; extrà territorii jurisdictionem morari debet: quare si territorium partim ex mari partim ex terra conflatur, tunc extrà utrumq; esse debere necessum est, est contrà Felinum edocentem moram trahere posse in illius freti districtu. consule supralaudatum de Marinis *num.* 5.

4 Probatur: Aliquem à territorio banniri de sui conceptu aliud non est, nisi extrà territorii

rii districtum;vide textum *in l. pupillos* 239. §.*territorium, ff.de V.S.l.ult. l. ubi , & apud quem cognit. in integrum restit.* idque genus apud Ant.Fabrum 5.*C.tit.*12.*de jurisdictione Judicum,difin.*28. *& in allegat. pag.* 197. *& defin.* 23. *in allegat. pag.* 196. siquidem si in territorii districtu extaret,sanè vetatio frustatoria redderetur,quod perabsurdum foret; igitur,&c.

5 Vel de secunda facti specie eloquatur , utputà extrà territorium sit, & nunc nec capi , nec obtrũcari posse à Patria,focisve relegatũ, opinor 2. est Marsilii , Farinacii , Deciani , aliorumq;apud supralaudatũ de Marinis *n*.8.

6 Probatur : Extrà Territorium extans,in Territorio extare haud supponitur ; *dicta l. Pupillus , & dicta l. ultima*; idque genus . Antonius Faber loco supralaudato: nec extrà Territorium jurisdictio protendi fas est, *dicta l. Pupillus* . idem Author *l. ultrà* 10. *l. extrà* 16. Cod. Theodos. *de accusat. l. cum unus*, §.*is,ff.de bonis*.Auth. *judic.l.in fine,ff.de offic.Præfecti Urbis,cap.à nobis* 21.*de sent.excomm.* Justinianus *in l.ultim. C.ubi , & apud quem.* Paulus *in l.*3.*ff.de offic. Præsidis.* Gregorius *lib.*47.*syntag.cap.*21.*num.*33. Donellus *lib.*17.*comment.cap.*9.ubi plures Osualdus *lit. C.* Cujacius *lib.* 1. *Pauli ad edictum in l. ultima,ff.de jurisdict.*ubi Faber,& Goveanus. Revardus *lib.*3.*cõjectur.cap.*10 Covarr.*pract. cap.*10.*num.*7. Barbosa 4. *C. ubi de criminibus agi oportet,tit.*15.*ad leg.quæstiones* 1.inde est,quod alienos in subditos jurisdictio exerceri nequit, *cap.nullus,cap.nullum* 9.*quæst.*2. *cap.Episcopum,cap.Episcopi,cap.non invitati, cap.Episcopus* 7.*quæst.*1.*cap. si quis Episcopus* 11.*quæst.*3.*cap.novit,de offic.Legat.cap. pastoralis,de rescriptis,cap.*2.*de constit.lib.*6.*cap.ut litigantes, de offic. ordin. eodem lib.* neu extrà Territorium delinquens in Territorio delinqui perhibetur: siquidem locus ubi quis criminatur inspiciendus est:cum ibi inobedientia formaliter patretur,ac populum scandalo offendat delinquens; igitur,&c.

7 Vetitum ad aliquem adventare locum;si ibi invitus accedat,utputà ventorum tempestate tunc pænarũ pensum haud dare debere , opinor 3. est de Marinis *resol.lib.*1.*cap.*303. *nu.* 1.2.4.& 9.aliorumque.

8 Probatur ex textu *in l.Cæsar,& l.finali,§. si propter necessitatem,ff.de public.& vectigalib.l. si merces, §.major, ff.locati* : nam hoc in themate haud delinquit,cum id culpa sua nõ eveniat : ubi enim culpa non est, ibi non est delictum,*cap.cum voluntate,de sent.excomm.* Argum.*legis sancimus , C. de pænis, cap. quæ fiunt , de iis, quæ fiunt à majori parte Capit. cap.Romana in fine,de sent.excomm.in* 6.cum pæna præsupponat culpam . Divus Thomas 2.2. *quæst.*108.*art.*4. *in solut. &* 112. *quæst.* 87.*art.*2.& 8.& commensuratur cum culpa, *l. sancimus* 22.*C.de pænis, cap.non afferamus stateras in fine* 24.*quæst.*1.*cap.quæsivit,de his quæ fiunt à majori parte Capit.cap. fælicis,§. illud autem,de pænis,tit.*6.neu immortalium manu sit ventis obsistere posse : quandoquidẽ in sola Dei facultate vis isthæc sistit, juxtà brocardicũ illud in Evãgelio trãscriptũ:*Vẽti, & Mare obtemperant ei.*igitur si reus nõ sit; cur pænã luere debet,*dicto cap.cum voluntate* inspicito Thorum *in supplemento compend. decis.§.banniti, sive exulati à Regno.*

9 Pro pluribus exulatum delictis ab uno absolvi posse; reliquis verò suo in robore restãtibus,opinor 4.est de Marinis *resol. juris,lib.* 1.*cap.*159.*num.*1.

10 Probatur : Quamadmodum delictum unũ independenter ab alio patrari potest,quod per tẽporis intercapedinem salvatur ; sic identidem unum independenter ab alio absolvi par est,cum unum independenter ab alio considerari possit, *l.numquam plura* 17.*ff. de privatis delictis*, Naturam habendo diversam; igitur in hoc nulla habetur oppositio; cum sit respectu diversorum;igitur,&c.

DECISIO CXXXXII.

FRater Franciscus de Arimino Ordinis Minorum testis productus per D. Contessellam uxorem Vincentii de Benedictis ad exculpandum ipsum Vincentium de conscientia : & non facta revelatione casus mortis , & iudicũ & tumultuum successorum in Civitate Panhormi: primo loco , die 16. Novembris 1518. examinatus dicit,*che lo Illustrissimo S. Vicerrè ad Missina li acceptao come Vincentio de Benedetto per quattro hore avante lo insulto dell'hosterilo avisao dello ditto caso,dicendoli , che non avesse andato alla Matre Ecclesia di Palermo logiorno de Santa Cristina, che saria stato amazato,&c.* Secundo loco examinatus per unum ex Iudicibus certo modo variavit, &c. Erit modo discutiendum,quæ istarum depositionum sit attendenda, & cui fides adhibenda sit : & an possit huic testi per suum Iudicem inferri tortura ab variationem,&c. *Hæc Antonius Capicius* .

AUCTORIS EXAMEN.

Fa-

Facti Species.

TEstis Religiosus de variatione coram Laicali Iudice convictus:numquid ab eodem torquendus,vel plectendus sit.

SUMMÆ.

Num.1. Thesis decisio.
A'nu.2.usq;ad 4.ejusdem Thesis probatio.
Nu.4.& 5.Thesis oppugna.ejusdēq;solutio.

1 HAud esse plectendū,duco,est Antonii Capicii *hic,in fine*,edocentis sic Panormi prædefinitum fuisse;ibi: *Fuit conclusum in eadem causa,& relatum quod hic Religiosus non possit torqueri licet per vacillationem de falso convincatur, nec etiam puniri per Judicem Secularem*, Clari *in §.finali, quæst.25.nu.4*.Farinac.*de oppos. contradict.test.num.*103.Antonii Gab.*in lib.7.tit.de malef.conclus.*27.Thorus Author est *compend. decis. tomo* 1. §. *testis religiosus de variatione convictus*.

2 Idq;probant Ecclesiastici:namq; uti ex alibi fusè commonstratis,non nisi divino inspecto jure (juxtà melius placitū)à laicali jurisdictione exempti sunt, *cap. apostolicæ de decimis,cap.de Presbiterorū* 17. *q*.4.*c.satis* 7.*dist*. 97.*cap*.1.*cap.nulla* 6.*cap.nullus* 8. *cap.relatū* 14.*cap.Clericus* 48. *& ferè per totam* 12. *qu*. 1.*cap.sicut* 15.96.*dist.cap*.1. *c*.2.*& finali* 21. *qu*.5.Concil.Carth.3.*can*.15. Trident.*sess*.25. *de refor.cap*.20.*cap.in novo* 21.*dist. cap.continua, cap.Sylvester, cap.si Imperator* 11.*quæst*. 1.*cap.nimis* 30.*de jurejur.c.quamquā de censibus in* 6.Concil.Lateran. sub Innocētio III. *cap*.46.aliud Lateran.sub Leone X. *sess*.9. *ad finem*,Concil.Frisingense anno 1140.*cano*. 3. Trid.*sess*.20. *de reform. cap*.10. ac per consequens neù à laicalibus judicibus examinari queunt, *cap.nullus,cap.nullum* 9.*quæst*.2.*cap. Episcopū,c.Episcopi,c.nō invitati*, 9.*q*.2.*c.Episcopus* 7.*quæst*.1. *cap.si quis Episcopus*,11.*qu*. 3.*cap.novit de officio legat. cap.pastoralis de rescriptis c*.2.*de constit.lib*.6.*l.extrà* 16. Cod. Theodos.*de.accusat.l.cum unus*, §.*is, ff.de bonis*, Auth.*Iudicis, l*.1.*in fine, ff. de officio præfecti urbis, cap. à nobis ei.de sententia excom*. Iustinianus *in l.ultima, C.ubi,& apud quem*. Paulus *in l*. 3.*ff. de officio Præsidis*, Cujacius *lib*.1.*Pauli ad edictum in l.ultima,ff.de jurisdict*.ubi Faber,& Goveanus,Gregorius *lib*.47. *syntagm.cap*.21.*nu*.33. Donellus *lib*.17. *comment.cap*.9.ubi plures Osualdus *lit.C*.Revardus *lib*.3.*conject.cap*.10. igitur si & examen nullum, & processus irritus, idq; genus censeatur:jurèmeritò *ly de variatione convictus*, hoc in casu merè materialiter se habet,utpo-

3 tè à Iudice incompetēti:quæ enim ab incōpetenti fiunt Judice infirma sunt, Gonzalez 2. *decret.tit*.10.*de ordine cognition. in cap.tuam* 3.*num*.17.Cironius *toto tit.de judiciis*, & *de foro competenti*, Donellus *de jure civili,lib*.3. *cap*.9.*num*.30. idque genus;nam alienum, ac dissonum juribus esse supponitur torturam ab incompetenti fieri Iudice: quæ enim juribus obnoxia sunt haud factitanda, Antonius Faber *ratio.de just.& jur.ad l*.1. *col*.2. Cujacius *tomo* 2.*de just.& jure, l*.6.*pag*.164.Antonius Faber *in jurisprudentia de just.& jure princ*.2. *illat*.7. cum torquendi actus jurisdictionem involvat, quæ incompetenti Iudice minus extare pro explorato habetur,Cironius *toto tit.de judiciis, & de foro competenti*,Donellus *de jure civili, lib*.3.*cap*.9.*num*.30.*pag*. 176. idq; genus, ut suprà laudatis in juribus demonstratum fuit.

4 Neù obstant jura ab Antonio Capicio hìc laudata, ilicet textus *in l.eos in primo, ff.de falsis*, idq;genus; siquidem in alia extant facti specie, cum in hisce de competenti sit sermo Iudice.

Pro Decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

TEstis Religiosus laicali coram Iudice examinatus,ac de variatione convictus:numquid saltem præcisè per hoc per Ecclesiasticum de varietate isthac plectendus sit Judicē.

Testis suis in depositionibus diverso tempore factis varius:tametsi haud in substantialibus,solummodò verò in accidentalibus, utputà vel in alicujus cognomine, vel in die, &c.utrum præcisè per hoc ut falsus habēdus est; ac per consequens plectendus.

De teste vario sibi contrario vacillante; ac de ejusdem prima, secundaq;depositione,sive in civilibus, sive in criminalibus; ejusq;pæna quid sit prædefiniendum.

SUMMÆ.

Num.1.& 2. Thesis 1.decisio, & probatio.
Num.3.& 4.Thesis 2.finitio,& probatio.
Num.5.& 6.1.Thes.3.prædefi. & probatio.
Num.7.& 8.Thesis 4.decisio, & probatio.
Nu.9.& 10.Thesis 5.finitio,& probatio.
Nu.11.& 12.Thesis 6.decisio,& probatio.

1 TEstem Religiosum laicali coram Iudice examinatum, ac de variatione convinctum, præcisè per hoc per Ecclesiasticum de variatione isthac haud esse plectendū Judicē existimo 1. enim-

2 verò examen utpotè à Iudice incompetenti efformatum pro infirmo habetur,Cironius *tit.de judiciis, & de foro competenti*, Donellus *de jure civili, lib*.3.*cap*.9.*nu*.30. *pag*.176. ac per consequens Ecclesiasticus Iudex cujuscemodi examine uti nequit, utpotè ab incōpetenti efformato Iudice, cum necessum ducatur, ut rursus Religiosus per Judicem Ecclesiasticum examinetur, ut ritè fabricetur processus, tametsi incompetentis Iudicis processu uti possit, non nisi, ut in examine faciendo se instruere possit, ut perbellè quamplures edocent Authores.

3 Testem falsũ si contumax sit,tũc per præcisam contumaciã juxtà formam Regię Prag. *testem falsum*, de falso luere minimè debere pænã,existimo 2. est Grãmatici *in dicta prag. testem falsum,de falsis, nu.*11.Bajardi,ad Clarum §.*falsum num.* 126. Thorus Author est *compend. decis. tomo* 1. §. *testis falsus si fuerit contumax, an per ipsam solam contumaciam*, referens per S.C. sic prædefinitum fuisse contrà decis.M.C.V.secus prædefinientem.

4 Probatur: in supralaudata namq; pragm. non nisi de teste falsum deponente sit sermo; in nostra porrò facti specie dumtaxat de sola dissertatur contumacia,adeòq;in diverso versamur themate, cum diversa sit ratio, ac per consequens diversa juris prædefinitio,argum. *legis illud, ff.ad legem Aquiliam, & legis si postulaverit,*§.2.*ff.ad legem Juliam de adulter.*

5 Testis suis in depositionibus diverso tẽpore factis varius:tametsi haud in substantialibus, solummodò verò in accidentalibus, utputà vel in alicujus cognomine, vel in die, vel id genus: utrum præcisè per hoc,ut falsus habẽdus est, ac per consequens plectendus, & reverà sub debita fidejussione de stando in judicio ad omnem Judicis devocationem, ac per consequens è vinculis solvendum fore existimo 3. est Grammatici *voto* 36. *in Jesu Christi Redemptoris.* Antonii Gabrielis *lib.* 7. *de maleficiis conclus.num.*18. Thorus Author est *compen.decis.tomo* 1. §.*testis varius in suis depositionibus factis diverso tempore*, memorans sic, & per M.C.V. & per S.C. prædefinitum fuisse.

6 Probatur: testis namq; istiusmodi in essentialibus non deesse supponitur, ast solummodò in accidentalibus: quæ enim accidentalia sunt, in jure dicendo parum inspicienda sunt; igitur nil mirum si è vinculis solvendus erit, cum mortalium memoria labilis sit;hinc perbellè Tullius 1. Tusculanarũ sic litteris prodit: *Memoria est signatarum rerum in mente vestigium,* & 2. de Oratore: *Rerum omnium Thesaurus memoria, quæ nisi custos inventis cogitatisque rebus,& verbis adhibeatur intelligimus omnia, etiamsi præclarissima fuerint in Oratare petitura:*& pro Catone major.*memoria minuitur,nisi exerceas eam,numquam tamen quemquam senum audivi oblitum,quo loco Thesaurum obruisset.* ac ex Apopht. *Memoria hominum est adeò labilis, ut ægrè reperias,qui quæ simul audierunt eodem modo referant*; tametsi semper cum cautione absolvendus: siquidem evenire posset, ut melius imposterum de facti specie post diligentem reflexionem reminisceretur, secus verò si res substantiales planè contrarias,secumq;pugnãtes testificetur, *l.eos* 2.*ff.ad l.Corneliam, de falsis,* Iulius Clarus *in pract. crimin.quæst.*25. Boer.*decis.*208.*num.*10.idem Faber 4. *tit. C. tit.*15.*de testibus, defin.*34.*num.* 11.*in allegat. & def.*55.*per totum*,per tex.*in l.qui falso,ff.de testibus,* Donellus *in l.nullum* 14. *nu.*6.*ff.eod.*

7 Testem varium vacillantem, ac sibi contrarium, si in judicio in rei substantia variaret,modò scilicet fatendo unũ, modò alterũ, haud probare explorati juris esse existimo 4.

8 Probatur: ex textu *in l.in testibus* 2.*ff.de testibus l.qui falsò, vel variè* 16.*ff.de testibus, cap.licet causam* 9.*de testibus*:quare in criminalibus torquendus est, *l.qui falso* 16. *ff. de testibus,*Author est Farinacius *quæst.*66.*num.* 98.Antonius Faber 9.*C.tit.*21. *de quæstionib. def.*17.*nu.*5.*in allegat.pag.*1191.idem Author ibidem *def.*13.*num.*1.*in allegat.pag.*1190.tametsi in Sancto Officio etiamnũ ex intercapedine ad se corrigendũ admittendus sit, tex. *cap.accusatus* 8.§.*licet de testibus in* 6. *c.præterea* 7.*de testibus cogendis*, cum de re gravi agatur; in civilibus verò id Iudicis arbitrio redigendum sit:numquid vilis sit persona;nec ne,si vilis juxtà nonnullos torquendus, *l. qui falso, ff. de testibus*, cum pænam falsi contrahat laudata *l.qui falsò, & cap.qui falsò,*1.*qu.* 3.quod in desuetudinem abiit, inspicito Antonium Fabrum *in C.tit.*51.*def* 30.

9 Testem varium in criminalibus, si in secunda depositione de errore in prima depositione patrato(quod ex intervallo,ac inter capedine tempestatis etiamnum facere potest) fore torquendum existimo 5.

10 Probatur: in isthac nãq; facti specie falsitatis præsũptio deesse supponitur,*l.*11.*qui adulterii, l.finali,ff. quod metus causa,* Author est Menochius 2.*de arbitr.casu* 108.*num.*7.8. & 9. siquidem tortura ideo infligenda,non nisi, ut tortus persistat in eo quod deposuit, Antonius Faber 9.*C.tit.*21.*de quæstion. def.*23. *nu.* 1.*in allegat.pag.*1193.Iulium Clarum laudãs, quod deest,ubi varietas liquet,testis est Farinacius *tomo* 1.*consilio* 44.*nu.*4.6.8.& 19. secus verò edisserendum est si de errore haud doceat; nam tunc torquendus,atq;hinc fit quod illa censetur vera depositio, quæ tortura roboratur, Alciatus Author est *de præsũptionibus regula* 2.*præsumptione* 29.*num.*10.

11 Secundam depositionem excommunicationis latæ sententiæ metu factam haud primam infirmare attestationem juratam judicialem existimo 5. Authores sunt de Marinis *tomo* 1.*cap.*197. *num.*10. Farinacius *de testibus quæst.*66.*num.*200.

12 Probatur: isthæc namq; secunda depositio excommunicationis metu celebrata ratione fori extrajudicialis ducitur: quandoquidem si in secunda retractans perjuratus reputatur; ac per consequens ipsi fides minimè præstanda sit, *cap.si quis, cap.parvuli,*22.*quæst.*5. cũ sit infamis 6.*quæst.*1. *cap. quicumque,*22. *qu.* 5.*cap. si quis convictus,de hæreticis in* 6. *cap. accusatus,* §. *licet ac graviter peccans,*22. *qu.* 5.*cap.ecce dico,* neq;profectò isthæc secunda depositio adversus reum indicium ad torturam parturit.

DE

DECISIO CXXXXIII.

IN Causa Vincentii de Benedicto accusati, & prosecuti de crimine læsæ Maiestatis, & aliis quam pluribus circa revolutiones præteritas Siliciæ, pro quo comparuit Nobilis Contessella eius Uxor, tanquam defensor, & processum est ad testium receptionem, eorumque publicationem: dubitatum est, an possit Procurator Fisci petere, quod veniat Principalis: & quod eo non veniente procedatur ad bannum, & consequenter ad foriudicationem, vel condemnationem, &c. *Hæc Antonius Capycius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

SI vir de crimine læsæ Majestatis incusatus esse prædicetur: numquid uxor pro comprobanda viri sui innocentia in criminali sistere possit judicio; an verò Iudex instare valeat, ut principalis compareat.

SUMMÆ.

Nu.1.2.& 3.Thesis decisio, & probatio.

1 UT principalis compareat explosa ejus uxore, Iudicem instare posse existimo: est Antonii Capicii *hic n.* 4. Farinacii *in ejus praxi rubr. de var. ac divers. quæst. in quæst.* 99.*par.*1.*nu.*246. *& sequ.* aliorumq; Author est Thorus *compend. decis. parte* 1.§.*uxor an possit comparere.*

2 Probatur: ex textu *in l.finali, C.de procurator.* læsæ majestatis namque crimen est in primo capite, cum delinquatur in Principis persona, sive sit Pontifex, *cap. in primis*, §. *de persona* 2.*quæst.*1.sive Imperator, *l.quisquis, C.ad legem Iuliam majestatis ex proem.instit. in principio* 161.*imperatoriam majestatem*, sive Rex, *l.*1.*C.ut nemo privatos*, sive Respublica; inde est quod definitur; quicquid patratur adversus Principem, & Rēpublicā, *l.*1.*ff.ad legem Juliam majestat.* & est sacrilegio proximū, *l.*1.*ff.eodem*, idem æquipollens est, ac produelio inspicito Donell.*de jure civili lib.* 18. *cap.*3.*sub num.*20.*pag.*131. hinc Tullius *paradox.* 5. *de Principe* sic describit: *Refrenet primum libidines, iracundiam teneat, spernat voluptates, coerceat avaritiam; cæteras animi labes repellat: tum incipiat aliis imperare, cum dedecori, & turpidini parere desierit*, pro lege manilia, & pro lege Dejot. *ibi non potest exercitum is continere Imperator, qui se ipsum non continet, frugi hominem dici non multum laudis habet in Rege: fortem, justum, severum, gravem, magnanimum, largum, beneficum, liberalem, & mansuetum, hæ sunt Regiæ laudes*, consequens fit ut haud per Procuratorem, vel per uxorem idq; genus defensitari fas sit, *l.penul.* §.1.*de publ. judic.* Antonius Faber 4.*C.tit.*15.*de testibus def.*25.*num.* 1.*in allegat.pag.*333.cum in hisce summo rigore

3 procedere debeat Iudex; versamur enim in crimine læsæ Majestatis, in quo summo in rigore proceditur, adeòq; veritas ex principalis præsentia, ejusq; allocutione, & motivis idq; genus eruenda erit, quandoquidem experientia nos edocet sæpenumerò ex Rei præsentia ejusdemq; variatione delictum nosci, *l.* 1.§.*ex hoc rescripto, ff.de ventr. inspiciendo, l. libertorum, l.si quando penult. C. de testibus, novella de testibus*, §.*& quoniam in fine, l.* 3. *exhibere, ff. de tabulis exhib.* Consule Donellum *in d.l.si quando penult.C.de testibus.* hinc Cic.*pro Cluent.* ibi: *perinde, ut est opinio de cujusque moribus, ita quid ab eo factum sit, & non factum, existimari potest*, quare Iudex extemplò ad se personaliter præsentandum instātiam facessere debet; quolibet exploso alio, ne judicium elusorium, ac frustra feratur.

Pro Decis. hujusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

UXor feudatarii inquisiti, contumacisque: numquid contrà Fiscum petentem sequestrum jurisdictionis, pro ejus dote asservanda in judicio sistere possit, si uxoris vir obtruncatus fuisset: an ad ejusdem necem incusandam in Senatu admittenda sit uxor, si proximiores mariti obtruncati negligentes ad criminandum fuissent.

Uxor haud ignoranter ad viri obtruncationem domū parans, qua plectendas sit pęna.

SUMMÆ.

Nu.1.& 2.Thesis 1.partis finitio, & probat.
Nu.3.& 4.2.Thesis 1.partis decis.& proba.
Nu.5.& 6.Thesis 2.partis prædef.& probat.
Nu.7.& 8.Thesis 3.partis finitio, & probat.

1 UXor feudatarii inquisiti, contumacisque: numquid contra Fiscum petētem sequestrum jurisdictionis pro

ejus dote asservanda in judicio sistere possit.

Distinguẽdum est: vel uxoris dos super viri bonis specialiter designata habetur; vel universaliter super universis mariti facultatibus; si primum tunc uxoris rogitationem ceù infirmam explodendam fore censeo 1. est nonnullorum Authorum apud Thorum edocentem sic per S.C. sancitum fuisse.

2 Probatur: ubi uxori super viri bonis bene cõsultum habetur, toties ejus quiritatio infirma redditur, cum nullius foret fundamenti; esset namq; de subjecto haud supponente, cum jam sit secura dos, quare dotis super viri bonis stabilitio Fisco liquere debet, ut sequestrum extinguatur, siquidem facti est, ac per consequens probatione indiget, *l. in bello*, §. *facta, ff. de captivis, & postlim. reverſ. l. si emãcipati* 9. *C. de collat. l.* 1. *C. de probat. l. quæcumque*, §. *finali, ff. de publican. l. assecuratio, C. de non numerata pecunia*, *cap. cum Joannes*, §. *verum de fide instrum. c. licet de constit. lib.* 6.

3 Sin secundum, tunc uxorem dotem petentem, hoc in casu Fisci sequestro impedimento esse, censeo 2.

4 Probatur: dos namq; creditor hoc in themate anterior esse supponitur, ac per consequens prius in viri bonis satisfacienda est, cum viri bona pro dote recepta hypothecata sint, *l. unica, C. de pactis conventis, l.* 22. §. 8. *ff. soluto matrimonio*, Antonius Faber 5. *C. tit.* 8. *de pactis conventis, & c. def.* 23. *num.* 1. *in allegat. pag.* 558. Henricus Hahnius *observa.* ad Matthæum Vvessembecium *in paratitl in ff. depositi, & c. tit.* 3. *columm.* 1. *pag.* 469. neù conventione ulla dotis conditio fieri potest deterior: vulgata *lege attilicinus* 17. *de pactis dotal.* Boærius *decis.* 332. nec quicquid in favorẽ alicujus personæ factitatum fuit, in ejus odiũ retorqueri debet, *l. nulla* 25. *ff. de legibus, l. quod favore* 6. *C. eodem, l. penult. ff. ad Senatus, C. Trebell.* Antonius Faber *loco supralaudato in alleg. num.* 2. & 3. tametsi in praxi Fiscus verificata viri contumacia à continenti universa ejusdem bona sequestrat, quibus confiscatis dotis rationes noscuntur.

5 Si uxoris vir obtruncatus fuisset: tunc ad ejusdem necem incusandam in Senatu admittendam esse uxorem, si proximiores mariti obtruncati negligentes ad crimināndum fuissent, autumo, est Merlini *controv. for. cap.* 16. Thori *compend. decis. parte* 3. *sect.* 3. §. *uxor defuncti occisi admitti an debet* memorantis sic per M.C.V. & per S.C. prædefinitum fuisse.

6 Probatur: vir, & uxor una ducuntur persona, §. *jus naturale*, *instit. de jure naturali gentium, & civili*; ac per consequens injuria illata viro identidem uxori, ac è converso irrogata ducitur, quemadmodum facta Episcopo, censetur facta Ecclesiæ, & è diverso, filio ducitur esse illata patri, & è contra, & similia. Grãnianieto 3. *decretal. in cap. si quis* 2. *cap. si significatum* 11. *cap. cum virum* 12. *c. cum simus* 14. *de regularibus, num.* 2. in proximorum deficientiam jus uxori acquiritur, alioqui accusatio deserta foret, ac per consequens delicta impunita mansitarent, quod juribus obnoxiũ esse, *l. ita vulneratus*, §. *quod si quis, verſ. quod cum neque impunita, ff. ad legem Aquiliam, l. licitatio*, §. *quod illicitè, ff. de publican. l. congruit* 13. *ff. de officio Præsidis, l. stichum*, §. *tametsi, ff. de solut. extravag. ad reprimen. in principio, cap. est injusta* 23. *quæst.* 4. *cap. ut famæ* 35. §. 1. *de sent. excom.*

7 Uxorem haud ignoranter ad viri obtruncationem domum parantem capitalem luere debere pænam, docent Sanfel. *dec.* 30. Thorus *in supplem. decis.* §. *uxor præbens scienter domum ad viri necem*.

8 Probatur: uxor namq; major causa obtrũcationis ducitur, ac ipsimet interfectores: nam & fidem frangit, etenim fisus vir, & uxoris dilectioni, & maritali fidei, domum se recipit, hinc Tullius pro Rosc. Amer. literis prodit: *Nemo fere credit nisi ei, quem fidelem putat: perditissimi est igitur hominis, & amicitiam dissolvere, & fallere eum, qui læsus non esset, nisi credidisset*, & pro Roscio Comædo: *æque perfidiosum, ac nefarium est fidem frangere, quæ continet vitam, & c.* idq; genus; & pro Planc. *Nil est tàm inhumanum*, inquit, *tàm immane, tàm ferum, quàm committere ut beneficio, non dicam indignus, sed victus esse videare*.

DECISIO CXXXXIV.

IN Causa Baronis Fluminis Dionysii, cum Abbate Federico de Spathafora accusaverat criminaliter in Magna Regia Curia dictum Federicum Baro de quibusdam insultibus, & aggressionibus: & quia dictus accusatus dicebat se Clericum, dicta Magna Curia per interlocutoriam remisit causam ad forum Ecclesiasticum. Pro hac interlocutoria contrario imperio revocanda, idem Baro iterum Magnam Curiam adivit, præsentavit quoque scripturas ad effectum dictæ revocationis, &c. *Hæc Antonius Capycius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti

Facti Species.

Sententia interlocutoria in Magno Vicariæ Foro super remissione causæ ad Forum Ecclesiasticum vim diffinitivæ obtinens: numquid per contrarium revocari valeat Imperium.

SUMMÆ.

Nu.1.& 2.Thesis prædefinitio,& probatio.

1 Haud revocari posse existimant Antonius Capicius *hic* edocens *in fine*, sic per Sicanum sancitũ fuisse Tribunal; ibi: *Et omnes consulerunt in hac causa remissionis fori non habere locum contrarium Imperium, & ita d. Vicerex declaravit* Capiblancus *in pragm.*8.*num.*261. *de Baron.* Riccius *in praxi var.reso.resol.*139. *num.*1.aliiq;Author est Thorus *compend.dec. tomo* 1. §.*interlocutoria M.C.V. Siciliæ super remissione causæ*.

2 Id probant ex textu *in l.quod jussit, ff.de re judicata*: nam decretum per Magnum Regium Siciliæ Forum emanatum vim diffinitivæ sententiæ obtinet (Senatus namq;hujuscemodi ordinaria fulget jurisdictione) de cujus conceptu quamlibet perimit exceptionem, Cujacius *in l.*13. *Pauli ad edictum ad l.* 19.*lit.B.pag.* 961. *tomo* 1. cum exceptio defensio sit,ex diametro actioni opposita, *l. defensiones* 11. *l.siquidem, l.si quis, C.de except. l.* 2. *ff. de exceptionibus*, ac per consequens à fortiori contrarium Imperium, quod in simplici interlocutoria sententia sibi vendicat locum: quandoquidem ex templò laicali Iudici clericatus, haud insufficienter sit probatus, ex incontinenti (inquam) ad Superiorem Ecclesiasticum illum dimittere debet, cum incompetentem se dignoscat Iudicem, Concilium Ravenn.4.sub Ioanne 22. *cap.*18. 11.*quæst.*1. *cap. nemo, cap. nullus* Gregor. I. *lib.*9.*ex registr.Epist.*74. Concil.Antissiodor.*c.* 47.*cap. at si Clerici, de judiciis, cap.olim* 25. *de rescriptis, l.postremo, ff.de re judicat.l.*1.§. *quod si in dies, ff.si quid in fraudem patron. l. quidam, ff.de donation.l.*4. *C.de repudiis,cap. cum, cap.quod Clerici, de foro competenti,cap. noverit de sententia excomm.l.*2. *&* 3. *C. si à non comp.l.*6.§.*si quis, ff.de injust.rupt.cap.decernimus, de judiciis,* auth.*statuimus, C.de Episcopis, & Clericis. cap.Clerici* 8. *cap. cùm non* 10.*de judiciis, cap.placuit, cap.Clericum,* & ferè per totam 11.*quæst.*1. *cap.si diligenti, cap.significasti de foro competenti*; Consule Fermosinum *in repetit.ad d. tex. in cap. at si Clerici, de judiciis,* Cujacium *in l.*1. *ff.de confessis*; Anguianum *lib.*4.*de legibus,cap.*2.*per totum,* igitur superflua, ac impertinens, quinimò sacris obnoxia canonibus alia reputatur notio, quæ juxtà contrarium Imperium facienda foret; igitur, &c.

Pro decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

Sententia adversus Laicum lata; si res isthæc cum hoc vitio ad Clericum perveniat: nũquid per laicum Iudicem exequi possit; an verò Ecclesiasticum adire Iudicem necessum ducatur.

Si Clericus se nomine Ecclesiæ possidere allegaret; an sententia per Iudicem Secularem cõtrà ipsum prolatam firma ducenda sit.

Si ab agnatis, cognatisq; mediis scripturis sive Clericatus, sive beneficii reum fore clericali insignitum tonsura: utrum forjudicationis sentẽtia adversus inquisitum, per laicalem divulganda sit Iudicem.

SUMMÆ.

Nu.1.& 2.1.Thesis decisio, & probatio.
Nu.3.& 4.2.Thesis finitio, & probat.
Nu.5.& 6.Thesis 3. prædef.& probatio.

1 Sententia adversus Laicum lata; si res isthæc cum hoc vitio ad Clericum perveniat; tunc Ecclesiasticum adire debere Iudicem, adeòque per eumdem exequi existimant, de Franchis *dec.* 545. Andreas Molfesius *in comen. ad consuetud. Neapol.parte* 2.*quæst.*8.*nu.*32. Riccius *collect. decis.*342.aliiq;testis est Thorus *compend.dec. tomo* 1. §.*sententia lata contrà Laicum an si*
2 *res perveniat ad Clericum*, idq; probant: res namq;isthæc Ecclesiastico acquisita esse supponitur, ac per consequens utpote Ecclesiastica facta; non nisi ad Ecclesiasticum ejus notio spectare debet Iudicem, cum spiritualis sit notio, *cap.nimis* 30.*de jurejurando, c.quamquam de censibus in* 6. ibi: *cum igitur Ecclesiæ, ecclesiasticæque personæ, ac res ipsarum nõ solum jure humano, quinimò & divino à sæcularibus exactionibus sint immunes*; siquidem & Ecclesiastici, & bona Ecclesiastica divino inspecto jure à laicali jurisdictione exempta sunt *cap.in novo* 21.*dist.cap.cõtinua, cap.Sylvester, cap.si Imperator* 11.*quæst.*1. *cap.nimis* 30.*de jurejurando, dicto cap.quamquam,* Concilium Lateranense sub Innocentio III. *c.*46. aliud Lateranense sub Leone X.*sess.*9.*ad finẽ,* Trid.*sess.*20.*de reform. cap.*10. Divus Augustinus *lib.*1.*in Evangelio quæst.*23.aliiq;Theologi, & Canonistæ, Grannieto 2. *decretal. tit.* 2.*de for.competenti,* ad text.*in cap.si quis Clericus* 1.*eodem tit. num.*6. quare neù directè, neù indirectè per laicum, utpotè incompetentem dignosci queunt Iudicem, alioqui sẽtentia, judiciumq; ceù ab in competenti factũ Magistratu infirmũ foret, Zefirinus *epist.*1.Fabianus *epist.*3.Iulius I.*epist.*1.*cap.*34.Adrianus I.*epist.decret.cap.*18.*&* 40.*de officio, & potestate judic. deleg.cap.ex literis, c.*1. 11.*quæst.* 1.*l.statuimus* 32. *C. de Episcopis, & Clericis*, Trid.*sess.*25.*cap.*10.*de refor.* ad instar Iudicis excommunicati, cujus sententia nulla est, *c. ad probandum* 24.*de sententia, & re judicata*; igitur cum sententia isthæc Ecclesiastici

personam aliquo pacto attingere ducatur, jure meritò ad Ecclesiasticum ejus notio spectat, utpotè ad competentem Iudicem.

3 Si Clericus se nomine Ecclesiæ possidere allegaret: tunc sententiam per Iudicem Sæcularem contrà ipsum prolatã firmam esse ducendam, puto, adùsq; per Clericũ secus coprobetur, quo dein commõstrato sententia infirma est, Thorus Author est *compend. decis. tomo* 1. §. *sententia lata contra Clericum citatum si sua, &c.* edocens per S.C. fore firmam prædefinitum fuisse, postmodum infirmam; tametsi postea ab hac reclamatum fuit.

4 Probatur: adùsq; Ecclesiastica haud probẽtur bona, tunc possessio pro sententia à Laico promulgata Judice extare supponitur, cum melior sit possidentis conditio, *l. si debitor, ff. de pignor. l. is qui destinavit, ff. de rei vindica. l. finali, C. eodem tit. l. qui accusare, C. de edendo, §. retinendæ, vers. commodum instit. de interdict. cap. pro possessore de regulis juris lib. 6.* igitur firma, infirmanda, rescindẽdaq; dein est, Ecclesiasticis probatis bonis, cum quid facti sit, ac probatione indigeat, *l. in bello, §. facta, ff. de captivis, & postlim. revers. l. si emancipati 9. l. 1. C. de probat. l. quacumq; §. finali, ff. de puclican. l. assecuratio, C. de non numerata pecunia, cap. cum Ioannes, §. verum, de fide instru. cap. licet de constit. lib. 6.* idq; nonnisi per in integrum restitutionem, quæ læsum in priscũ reponit statum, *cap. auditis 3. de in integrum restit. cap. cùm causa 8. de re judicat. c. ad nostram, de rebus Ecclesiæ, cap. 1. de in integr. restit. l. si locus, ff. quemadmodum servit. l. 1. C. de reputationibus, l. 2. C. in quib. causis*, Paulus *lib. 1. sententiarum, tit. 7. l. 1. §. certè, ff. ad Macedonianum, l. 3. ff. rem ratam, l. sed si 8.* juncto Cujacio; ibi: *lib. 26. ff Julian.* Osualdus ad Donell. *lib. 21. cap. 4. lit. D.* quare adjecta distinctione isthac S. C. decisiones inter se oppugnantes ritè conciliantur.

5 Si ab agnatis, cognatisve mediis scripturis, sive clericatus, sive beneficii reũ fore clericali insignitũ tonsura probatũ fuerit; tunc forjudicationis sententiã contrà inquisitũ, per laicalẽ Judicem minus fore promulgandam existimant, de Franchis *decis. 329.* aliique Thorus Author est *compend. decis. romo 1. §. sententia forjudicationis an sit proferenda contra inquisitum*, idq; probant: ex incontinenti, ac Secularem Judicem haud fugere predicatur, inquisitum clericali potiri dignitate, extemplò (inquam) se incompetentem dignoscit Judicem, cum Clerici divino exempti sint jure, ut feraciùs suprà commonstratum fuit, igitur nil mirum si ulterius progredi impossibile ducatur, cum jurisdictione careat.

DECISIO CXXXXV.

IN Causa cuiusdam accusati de homicidio, qui nunquam voluit deponere ut principalis, nec se examinare, &c. *Hæc Antonius Capycius*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

SEù inquisitus, seù incusatus sit aliquis, si nec examinari patiens, nec deponere ut principalis volens, quid peragendum.

SUMMÆ.

Nu. 1. 2. & 3. Thesis decisio, & probatio.

1 TAmetsi circà istiusmodi facti speciei decisionem quamplurima docuere jurisconsulti, Capicius *hìc* Author est: verumtamen melius prudentis Judicis arbitrio redigendum esse existimo, qui cum criminis gravitatem, tum rei conditionem nosse debet; numquid torquendus, vel arctius in vincula iniiciendus, ibique dimorandus sit; adùsque examinetur, & delicti veritatem divulget, est adversus eundem Capycium *hìc, in fine* edocentem fore torquendum, nonnisi ad hoc ut affirmet, vel neget, Scacciã *de judic. caus. civili, & criminali, cap. 86. nu. 49.* Foller. *in pract. crim. rubr. etsi confiteantur 3. parte 3. partis, num. 4.* Thorus Author est *compend. decis. tomo 1. §. inquisitus, sive accusatus, si nolit examinari.*

2 Probatur: ubi essentialia ad torquendum requisita deesse prædicantur; toties quæstura impossibilis ducitur, Julius Clarus *quæst. 64. num. 4.* Antonius Faber 9. *C. tit. 21. de quæst. definit. 17. num. 5. in allegat.* Consule de Marinis *observat. ad decis. 43. à num. 2. usque ad finem*, nonnullos laudantem Authores, Treutl. *vol. 2. disput. 31. de general. judic. publ. thes. 4. lit. E. & F. §. ob indicia graviora*, arg. tex. *in l. 20. l. 1. §. 4. de quæst. l. 9. C. de testibus, l. 1. §. 1. l. 18. §. 1. l. ultima, l. 3. l. 8. §. 1. C. eodem, l. 1. §. 5. 17. 19. & ult. cap. 1. de confessis, cap. 10. in fine, de testibus, l. 1. §. 1. ad Syllan. l. 15. & 13. de injur.* arg. *legis 9. 125. & 155. §. 1. de V. S. c. 49. de R. J.* idq; genus: enimverò verba cum effectu commentanda sunt, *l. 3. §. hæc verba, ff. quod quisque juris*, atqui nostro in themate ad torturam essentialia desiderantur indicia,

3 testis est Capycius *hìc, in fine num. 4.* ibi: *Quia non præcedunt indicia; igitur, &c.* neù profecto extraordinariam expendere debeat pœnam, ast in vinculis detinendus, adùsq; veritatem prodeat, nam extraordinaria aliquem ple-

plectere pæna, de sui cõceptu delictũ nõ posse amplius probari, involuit; enimverò bono expedit publico,ut delicta pandantur, condignamq; expendant pęnam, *l.ita vulneratus*, §.*quod si quis, vers.cum neque impunita,ff.ad leg.Aquiliam, l.licitatio*, §.*quod illicitè, ff.de publicanis, l.congruit* 13.*ff.de offic.Præsidis, l. stichum*, §.*tametsi, ff.de solut. extravag.ad reprimen.cap.est injusta* 23.*quæst*.4.*cap.ut famæ* 35.§.1.*de sententia excommunicationis*,inspicito Fabrum *in jurisprud. pap.tit.*2.*de jure nat.gent.&c.princ.*3.*illat.*7.Donellum *ad leg. nullum* 14.*à num.*6.*usque ad finem* 4. *C.de testibus*, inde fit quod Judex efficere debet,ut veritas,quibus modis haberi possit,habeatur, *l. curent* 22.*C.de testibus,l.in l. Aquilia* 41.*ff. ad leg. Aquiliam*,Faber 4.*C.def.*57.*num*.3.

Pro Decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

Inquisitus ad partis interesse damnatus;si nil in ære habeat: numquid in corpore luere debeat,quave pæna.

Inquisitus an per Procuratorem in jure dicẽdo sistere possit dum civiliter agere velit.

De falso criminatus quis: num ad veritatem eruendam torquendus sit. quænam ut quis torqueatur reposcantur; indicia ne? ast probationes.

SUMMÆ.

Nu.1.& 2.1.Thesis partis decisio,& proba.
Nu.3.& 4.2.Thesis partis finitio, & proba.
Num.5.Thesis 3.prædefi.ejusdemq;probat.
Nu.6.& 7. Thesis 4.decisio, & probatio.

1 Inquisitus ad partis interesse damnatus si nil in ære habeat: tunc tametsi de Franchis *decis.*358. *in fine*, Guazzinus *in tract.de confiscat.bon.conclus.*31.*nu.*15.Peguera *decis.Catalan.*68. *num*.4. Petrus Caballus *resol.crim.cent.*1.*casu* 77.opinentur exilii pænam expendere debere, vel triremis, juxtà criminis gravitatem, Author est Thorus *compend.decis.tomo* 1.§.*inquisitus, condẽnatus ad interesse partis, si non habuerit in ære*;verumtamen hoc in casu nil certi decernendum, ac per consequens Judicis arbitrio id esse redigendum censeo.

2 Probatur:cur hoc in themate nil certi prædefiniendum erit,ac per consequens prudentis Judicis judicio id redigendum sit; ast quatenus patrata crimina,ac personæ delinquentes diversi generis; nonnulli equidem triremium pænam expendere debent, utpotè extant rustici juxtà criminis gravitatem; nonnulli ad exulandum uti nobiles, sic identidem de id genus edisserendum est,quare Authores supralaudati hoc in sensu commentandi sunt.

3 Inquisitum per Procuratorem in jure dicendo sistere posse; dum civiliter agere velit autumat de Marinis *resol.juris lib.*1.*c.*44.*n.*9.

4 Probatur: Procuratoris comparitio in criminalibus inhibita est, *l.penultima*, §.1. *de pub.jud.*Julius Clarus *in pract.crim.quæst.*32. Antonius Faber 4.*C.tit.*25.*de testibus def.*25. *num*.1. *pag*.333. cum ex delinquẽtis ore sepè numerò delicta eruãtur, inspiciens Iudex Rei variationem, & id similia, ut experientia nos edocet: Hinc perbellè Tullius *de petitione consul.* ibi: *Vultus ac frons animi est janua, quæ significat voluntatem abditam, & retrusam*, & 3.*Orat.*ibi: *Omnis motus animi suum quendam à natura habet vultum, & sonum, & gestum. Animi imago vultus est: indices oculi. Nam hæc est una pars corporis, quæ quot animi motus sunt, tot significationes, & commutationes possit efficere.Oculi enim sunt, quorum tum inventione, tum conjectu, tum hilaritate motus animorum significemus aptè. Nam oculos natura nobis, ut equo, & leoni setas, caudam, aures, ad motus animorum declarandos dedit*; ac demum 1.*offic.* ibi: *Ex oculorum obtutu, superciliorum aut remissione, aut contractione, facilè judicatur, aut denique tristitia*, quod in civilibus deesse supponitur; neũ id hucusq; à juribus vetitum memoriæ proditum est;quod in praxi etiamnum in dies videtur: quandoquidem in criminalibus suo in genere reus vocitatur à reatu,seu culpa,*cap. forus de verborum significatione, l.*2.*ff.de accusat.*secus verò aliis in casibus ilicet in civilibus,in quibus reus dicitur à re,quam actori restituere debet,*d.cap.forus l.qui prior, ff.de judiciis.*

5 De falso criminatus quis; num ad veritatẽ eruendam torquendus sit: quænam ut quis torqueatur reposcantur:indicia ne? an probationes? revera hic minimè sermo est de delicto plene per testes probato: siquidem haud torquendus, ast suspendendus est, *l.edictum,l. quoties,C.eodem, l.*1.8.*&* 9.*ff.de quæstionibus*, alioqui adversus torturæ finem procederetur, quod à juribus alienum foret, nam tortura idem æquipollẽs est,ac quæstio.*l.*1.*ff.de quæst.* non nisi ad propalandum delictũ,& evacuanda indicia, & præsumptiones, quæ nostro in casu deessent, cum jam esset comprobatum delictum.

6 Si probationes, indiciaq;ad torquendum sufficienter (quod prudentis Judicis muneri redigendum est) habeantur, tunc torquendũ fore duco: quare dumtaxat indicia, neũ ad damnandum, neũ ad torquendum sat sunt, est Baldi, Alexandri, aliorumq;contra Archidiaconum,Hostiensem aliosve,Author est Revert.*decis.*6.*verbo secundo usque ad finem.*

7 Probatur:irrita nãq; illatio ducitur isthęc: est Titius de falso incusatus; igitur,vel damnandus, vel torquendus est:siquidem tortura acrior est pæna,adeòq;requisita à jure,nempe expostulata reposcuntur; utputà indicia urgentia, indubitata, testis omni exceptione major, proxima,gravia, & id genus, *l.*1. *ff.de quæst.l.milites*, §.*oportet, C.de quæst.* Guazzinus

nus *defensa* 30.*cap.*4.*num.*12. Mascardus *lib.* 3.*de prob.concul.*185.*n.*20.inde est quod unus testis omni exceptione major non est causa sufficiens ad torturam, nisi alia adsint indicia, & similia, Boærius *quæst.* 165. *num.* 3. Faber 4. *Cod. tit.* 15. *def.* 20. versamur enim in pravioribus: nam semiplena probatio remotis indiciis ad torquendum minus sufficiens reputatur, jura Authoresque supralaudati; ac per consequens, & indicia proxima, & indubitata, & testis omni exceptione major, ut quis torqueatur, necessaria sunt, queis dein verificatis, cùm criminis fassio in tortura promulgata plenam ex legis fictione probationem parturiant, quæ de sui conceptu causa sufficiens est, ut reus suspendatur, ut in praxi servetur; alioqui perabsurda sectarentur, ilicet sæpenumerò insontium obtruncatio, testis est adversariorũ doctrina, ideoq; haud placet: hinc graphicè descriptum reperio in sententiis ex apopht.ibi: *Certius innocentiæ signum est ita rem gerere, ut nemo velit accusare, quã si postulaberis, elabaris cum judicio; elabuntur enim interdum, & innocentes.* & ibidem *at qui absolvitur, licet pœnam effugiat, cicatricem tamen criminis circumfert.*

8 Neù obstant text. *in l.finali, C. de prob. l.si qui, C.de adulter.l.jubemus, C.de prob.* quandoquidem (uti speculanti liquet) alio in themate extant.

DECISIO CXXXXVI.

IN Causa Domini Comitis Cameratæ, cum Regio Fisco petente à dicto Comite ius tareni pro quibusdam feudis subiugatis, cum pacto de reluendo iuxtà formam Bullæ, ipso Comite allegante Magnam Curiam rationum, coram qua dictum ius petitur, suspectam, ex quo alias in simili causa iudicavit pro Regio Fisco: dubitatum est, an dicta allegatio suscipionis procedat, &c. *Hæc Antonius Capycius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

JUdex ordinarius, qui in una judicavit causa: numquid ceù suspectus renuendus est, si alia consimilis eveniat causa.

SUMMÆ.

Nu.1.& 2.1.Thesis partis decisio, & proba.
Nu.3.& 4.2.Thesis partis finitio, & probat.

1 DIstinguendum est: vel eadem prorsus ratio, eademq; motiva urgere prædicentur in secunda, ac in prima extire causa, tunc utpotè suspectum renuendum fore Iudicem existimo 1. quare Capiciana isthæc prædefinitio hoc in themate commentanda est, quam sectati fuere Mastrillus *decis.Sicil.*129.*num.*3.Giurba *decis.Sicil.*54.*num.*5.aliiq; Thorus Author est *compend.decis.tomo* 1.§.*Iudex ordinarius, qui semel in una causa judicavit certo modo.*

2 Probatur: ubi eadem prorsus ratio, eadẽq; indicia extare supponuntur, in secunda, ac in prima fuere causa, toties ritè argumentum est, eodem prorsùs pacto judicare Judicem, cum sit eadem juris statuitio, *l.illud, ff.ad legem Aquiliam, l.si postulaverit,* §. 2.*ff. ad legem Aquiliam, l.si postulaverit,* §. 2.*ff.ad legem Juliam de adulteriis, l. quidam nummularios, ff.de edendo, l.nauta,*§.*finali.ff.nautæ, & capo.l.à Titio, ff.de furtis, l.illud, C. de Sacrosanctis Ecclesiis,* §. *si igitur, instit.* quod cum eo, arg. *l.si ita, ff. de manumis. testam. l. servus, ff.de statu lib.* Hahnius *ff.lib.*1. *tit.*1.*de justit.& jure, num.*11.*per totum*; hinc Cicero 4.*Tuscul. Bene adhibita ratio, cernit quid optimum sit, neglexa, multis implicatur erroribus,* neù contrarius sibi apud homines videatur, quod perabsurdum foret: enimverò in Magistratibus summa veritas, maximaq; reposcitur gravitas; hinc Cicero 3.*de legibus*; ibi: *Magistratibus opus est, sine quorum prudentia, ac diligentia Civitas esse non potest; quorum descriptione; omnis Reipublicæ moderatio continetur; neque is solum præscribendus est imperandi, sed etiam Civibus obtemperandi modus. nam, & qui bene imperat, paruerit aliquando necesse est; & qui modestè paret, videtur, qui aliquando imperet, dignus esse;* igitur, &c.

3 Vel non eadem prorsus ratio, vel non eadem indicia, præsumptionesve habeantur in secunda causa, ac extitere in prima; tunc non uti suspectum renuendum fore existimo 2.

4 Probatur: ex tex.*in l.solet Prætor de jurisdictione omnium judicum, l. eos in principio, C.de appellat.*Author est Capicius *hîc, num.*4. nam hoc in themate suspicionis motivũ deesse supponitur, cum alia sint indicia, aliave ratio, cum indicia dumtaxat rei singa sint; inde fit, quod sibi non obversatur. argumento deducto ex patrono, qui si Iudex creatus foret,

ret, tunc illis interesse nequit causis, quas patrocinatus fuit, *l. ultima, C. de assass.* neu testis, *l. ultima, C. de testibus, & in novella* 158. singulare est exemplum, ast Cujacius *lib. 1. quæst. Papin. ad leg. 5. de officio Procons. tomo* 4. melius se abstinere autumat.

Pro Decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

Iudex qui aliquam ob causam sit suspectus, utputà si patronus fuerit: numquid causam hanc alteri delegare potest.

Iudices M.C.V. an in Collat. Cons. votum edere possint suum, si ab ipsis ad hoc Tribunal appellatum fuerit.

Si Iudex per unum ex adversariis in judicio sistentem suspectus incusatus fuisse prædicetur: utrum eodem permittente causam, prædefinire possit.

Iudex, qui in criminali extitit causa: num Fisci patronus in provocationis causa pro Fisco patrocinari valeat; an verò ut suspectus explodendus sit.

Advocatus in eadem causa, in qua fuit Iudex an patrocinari valeat.

SUMMÆ.

Nu. 1. & 2. Thesis 1. partis decisio, & proba.
Nu. 3. 2. Thesis 2. partis finitio, & probatio.
Nu. 4. & 5. Thesis 3. prædefin. & probatio.
Nu. 6. & 7. Thesis 3. decisio, & probatio.
Nu. 8. Thesis 4. finitio, ejusdemq; probatio.
Nu. 9. & 10. Thesis 5. decisio, & probatio.

1 Iudex qui aliquam ob causam sit suspectus (utputà si patronus fuerit) numquid causam hanc alteri delegare potest, distinguendum est: vel Iudex sit, vel Præses Sac. Cons. vel Locumtenens Regiæ Cameræ, vel Decanus Collateralis Consilii, vel id genus, tunc alteri causam delegare posse arbitror: quare decisio Collateralis Consilii, quam refert Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *Judex suspectus, qui ob aliquã causam nequit in causa votare*, in isthac facti specie commentanda est.

2 Probatur: ab hisce namq; magistratibus causæ hoc in Regno designantur, ac per consequens si suspicionis ratio urgeat; consequẽs fit, ut alteri ipsius notionem demandare debeat, qui sano dein judicare debet judicio, inspicito Cujacium *lib. 12. observat. cap. 19. per totum*; hinc Tullius *6. in verrem.* sic memoriæ tradit: *Est boni Judicis parvis ex rebus cõjecturam facere uniuscujusque, & cupiditatis, & incontinentiæ*, & *2. offic. Judicis semper est verum sequi*, ac postmodum *pro Cecin.* ibi: *Scriptum est sequi calumniatoris est: boni vero Judicis voluntatem Scriptoris authoritatẽque defendere: quæ lex enim, quod Senatus consultum, quod magistratus edictum non infirmari, aut convelli potest si ad verba deflectere voluerimus? consilium autem eorum qui scripserunt, & rationem, & authoritatem relinquamus: non enim ex verbis pendet jus; sed verba serviunt hominum consiliis, & authoritatibus; sed ea res cujus causa verba in leges conjecta sunt.*

3 Sin autem de aliis sermo fiat magistratibus, qui inferioris extant gradus, dignitatisve; tunc in ipsorum ditione haud est causam alteri delegare, uti experientia in dies nos edocet, cũ neù Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ, neù Cõsiliarii, neù id genus facessant.

4 Iudices M.C.V. in Colla. Cons. vota edere nequire sua, si ab ipsis ad hoc Tribunal provocatum fuerit, ac per consequens utpotè suspectos habendos esse puto, ut per Collat. Cons. prædefinitum referunt Anna *in allegat.* 18. Riccius *collect. decis.* 370. Thorus Author est *compen. decis. tomo* 2. §. *Judices Magnæ Curiæ Vicariæ an possint votare, & intervenire.*

5 Probatur: ideo ad Collat. provocatur Cõs. non nisi ut sententiæ M.C.V. examinentur, cum ad universum regendum Regnum creatum sit: enimverò Consiliarii immediate Proregis sunt, ac per consequens si ritè prædefinierint, profectò per idem Tribunal roborarentur, sin secùs, revocentur: quare juremeritò Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ decisioni istiusmodi interesse nequeunt, dumtaxat verò solus Causæ Commissarius, ut de more est.

6 Si Iudex per unum ex Adversariis in judicio sistentem suspectus incusatus fuisse prædicetur: tunc eodem permittente causam prędefinire nequire existimat, Rovitus *consil.* 49. *num.* 13. *tomo* 2. Thorus *compend. decis. parte* 3. §. *Judex allegatus suspectus per unã partem.*

7 Probatur boni cõmunis, ac per consequens universitatis Reipublicæq; sunt partes; ut causæ, dissidiaq; juxtà veritatem, ac legum sanctiones, decisionesq; prædefiniantur, cum quælibet universitas justitiam sectari debeat, hinc rectè Tullius *1. offic. Omne officium quod ad conventionem hominum, & ad salutem tuendam valet, anteponendum est illi officio, quod cognitione, & scientia continetur*; *officiisque; scientiæ anteponenda sunt officia justitiæ: considerate enim agere plus est, quam cogitare prudenter*, nam prædefinitiones istiusmodi aliis in thematibus dein mancipare queunt: ubi porrò quis de veritate differenda etiamnum permittente adversario, à quo suspectus allegatus fuit, suspicio aliqua habeatur: toties ad causæ decisionem haud admittendus est, Donellus *comm. lib. 17. cap. 21. num. 45.* Gonzalez *1. decretal. tit. 29. de officio, & potest. Episcop. in cap. insinuante 25. nu. 3. in notis*, idem ibidem *in cap. causam 17. num. 3.* siquidem evenire posset, ut juxtà veritatem minime prædefiniret, neù per hoc quod adversarius suo cessit juri; hinc in recta sectatur forma, ut suspecti, ac decidentis vitium perimatur, cum ab infesto omne arguendum sit malum, inde Tullius *act. 3. in verr. Nullæ sunt occul-* tio-

tiores insidiæ, quam quæ latent in simulatione officii, aut in aliquo necessitudinis nomine, nam eum, qui palam est adversarius, facile cavendo vitare possis: hoc vero occultum intestinum, ad domesticum malum non modo extitit; verum etiam opprimit antequam prospicere, atque explorare potueris, & *actio.7.tacitæ magis, & occultæ inimicitiæ timendæ sunt, quam indictæ, & apertæ.*

8 Iudicem, qui in criminali extitit causa: tunc in appellationis causa pro Fisco patrocinari posse, adeòq; ceù suspectum haud explodendum esse existimat, de Marinis *quotid.resol.cap.5.num.6.* Thorus *compend. decis.tomo 3.parte 3.§.Judex qui fuit in causa criminali, an ut Fisci,* id alio probari haud potest medio, nisi ex Principis privilegio: siquidem Principis causam tutatur, qui leges servare quoad vim directivam, secùs verò quò adeo activam astringitur, *cap.justum 9.dist.* Seneca *epistola 9.* Antonius *in septem sapientibus*; ibi: *Pareto legi quisquis legem sanxerit*, Corasius *lib.4.miscellan.cap.4.* Petrus Faber *de diversis regulis juris ad comm.leg.non omne 144.*

9 Adversùs eamdem causã, in qua fuit Iudex patrocinari posse existimant, Bartolus, Salicetus, aliiq; Author est de Marinis *resol. juris lib.1.cap.3.num.4.& 5.*

10 Probatur: diversa namq; est ratio in advocato judicationis munus deinde exercendo, cum affectionem in causa supponatur, ac in Iudice advocati munus exercente: nam Iudex secundum veritatem, ac per consequens secundam allegata sententiam propalare suã debet, Cujacius *lib.12.observat.cap.9.per totum tomo 4.* Grannanieto 3. *decretal.tit.50. ne Clerici, vel Monaci in cap.sententiam 9.n.6.* Divus Thomas *quæst.67. art.2.* advocatus verò iuxtà clientis favorem; quandoquidem in advocato ut palmarium obtineat semper, & in vicendo adversarium dilectio supponitur, perinde ac numquam in præfata causa Iudex fuisset, etenim hic est ejus finis hinc Tullius 2. *ad heren. Magno malo, & hominibus avartia; idcircò quod homines magnis, & multis incommodis conflictantur, propter immensam pecuniæ cupiditatẽ,* & pro Quintio: *Nullum est officium tam sanctum, atque sollemne, quod non avaritia comminuere atq; violare soleat*, cum in advocatis; patronisve nulla fidelitas, nullaq; veritas; ast numquam non juxtà clientis sui favorem, cum ipsius finis sit eum quomodolibet defensitare; propterèaqnod patronus idem æquipollens est, ac defẽsor, seu cliẽtis sui pater, custosq; ejus partes in Senatu tutans; idq; non nisi ut aliquid lucretnr; quandoq; injustè; de quorum gener, loquitur Cassiodorus *psalmo 73.* & Fra. Oliverius Maillardus *in explicatione feri 1.Dom. Adventus*, & si quandoq; justè, ut Cicero qui damnato Verre nil à sicanis pro ejus palmario prensare voluit Plut. in Cicerone; quare Iudex respectu advocati semper suspectus esse debet, ne eum decipiat; quare jure meritò memoriæ tradit Plut. *de Phocion. Qui cum à suis objurgaretur, quod improbum in jure dicendo defendisset virum, responsitasse fertur: nemo bonus patrocinio indiget*, etsi denegandum haud sit patronos aliquos esse, qui integræ bonitatis, sinceritatisq; extant.

DECISIO CXXXXVII.

IN Causa Domini Marchionis Giracii, cum Don Antonino de viginti miliis super Castro, seu Baronia Castellucii Dominus Bartholomæus Marchesio in causa Terræ Pictinei fuerat Iudex inter Dominum Calzenam, & dictum Marchionem, & dederat votum suum contra Dominum Marchionem. Ad præsens fuit in alia causa datus Judex inter præfatos Marchionem, & Don Antoninum: recusat eum d.Marchio, ut suspectum: quia in alia causa contrà eum iudicavit, & à dicta sententia, seu voto pendet app.seu revisio: an ista sit iusta causa recusandi eum, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

SI Delegatus Iudex contra aliquem in una judicavit causa, à qua appellatum fuit: durante istiusmodi appellatione si in alia Delegatus fuerit causa: numquid ab appellante ceù suspectus allegandus sit.

SUMMÆ.

Nu.1.& 2.1.Thesis partis decisio, & prob.

Nu.3.& 4.2.Thesis partis finitio, & proba.

Num.5.Textus laudati à Capicio per Authorem conciliantur.

1 DIstinguendum est: vel simpliciter provocavit, utpotè ordinariè in causis in dies fieri assolet, tunc ab apppellante uti suspectum minimè allegari posse reor, est Antonii Capicii *hic, n.3. in fine*, cunctorumque Authorum ritè discurrentium.

2 Pro-

2 Probatur:Iudex namque hoc in themate munere ritè functus supponitur suo, ac per consequẽs suspicionis causa desideratur: quare si Iudex præcisè per hoc nostro in casu utpotè suspectus habendus erit; quilibet Judex prædefiniens à sentẽtiã passo uti suspectus in aliis allegari posset causis: quandoquidem per intercapedinem tempestatis omnes suspecti forent Judices, quod per absurdum foret: absurda namque in cunctis effugienda sunt statuitionibus, *l.ita si 39.in fine, ff.de oper.libert. c.in genesi de elect.* hinc Terentius in Adel. 3. 322. ibi: *Est Hercle inepta, ne dicam dolo, atque absurda*.

3 Vel suspicionis indicia,præsumptiones,idq; genus per sententiam passum aliquo probatur pacto; tunc Iudicis arbitrio linquendum est: numquid pro suspicione allegãda sat sint, nec ne; quibus ritè discussis ad decretum efformandum peragendum erit.

4 Probatur: suspicionem allegare quid facti est, igitur probatione indiget: quæ enim facti extant probatione indigent, *l.in bello,§.facta, ff.de captivis, & postlim.reversl.l.si emancipati 9.Cod.de collat.l.1.Cod.de probat.l.quæcumque, §.finali, ff.de publican.l.assecuratio, Cod. de non numerata pecunia, cap.cum Joannes,§. verum de fide instrum.cap.licet de constit.lib.* 6.quare obliquæ ducũtur illationes isthæ: adversus me in causa,A, prædefiniit Judex fulanus;igitur idẽtidẽ in causa,B? igitur suspectus? igitur juremeritò suspicionis ratio liquere debet, cum quid facti sit; adeoq;haud præsumitur,*d.l.in bello,§.facta,ff.de captivis,& postlim. reversis l. si emancipati 9. Cod. de collat.*

5 Textus verò à Capicio laudati, ilicet *textus in l.si quis provocatione, Cod. de appellat. l.1.ff.au eum à quo appellatur,cap.ad hæc primo de appellat.c.proposuit eodem titulo, auth. si verò contingerit,* distintione hac ritè conciliari queunt; tametsi nonnulli, ut speculanti liquet alio extant in themate; enimverò expedit jura juribus concordari, *l.sed & posteriores ff.de leg.l.non est novum, ff. eodem titu. l.præcipimus in fine, Cod.de appellat. cap.cum expediat de elect. in 6.*

Prò Decis. huiusce Illustratione

CAPUT UNICUM.

SI recusans dum esset Iudex contrà illum prædefinivit, qui sua in causa judicare debet: numquid utpotè suspectũ renuere possit.

Si in causis inordinatè, festinanterq; procedat Judex: an præcisè per hoc litigans, ceù gravatus Judicem uti suspectum allegare possit.

Judex ex causa inimicitiæ: utrum per universitatem utpotè suspectus allegari fas sit.

Judex qui spiritualem contrahit agnationẽ cum filio illius, qui coram se litem agebat: num præcisè per hoc utpotè suspectus allegandus est.

SUMMÆ.

Num.1.& 2.1.Thesis decisio, & probatio.
Num.3.& 4.2.Thesis finitio, & probatio.
Num.5.3.Thesis prædefinitio, & probatio.
Num.6.exploditur Thorus.
Num.7.& 8.4.Thesis decisio, & probatio.

1 SI recusans dum esset Iudex contrà illũ prædefinivit, qui sua in causa judicare debet: tunc utpotè suspectum renuere posse existimant, *de Marinis resol. juris lib. 1. cap. 209. à num. 3. usque ad finem,*referens sic per Collaterale consilium prædefinitum fuisse, aliique.

2 Probatur:infestus arguitur ex animo, & ex præsumptione,Innocentius,Bartolus apud suprà laudatum de Marinis Authores sunt, quæ animi sinceritatem pessundat, tametsi simulat;hinc eruditè Tullius pro M. Marcello, *in animis hominum multæ sunt latebræ,& multi recessus*, & ad quintum fratrem, *multis simulationum involucris regitur,& quasi velis quibusdam obtenditur uniuscujusque natura, frons, oculi, vultus persæpe mentiuntur*; igitur si id quoad testium repulsam sibi vendicat locum; à fortiori circa Judicem explodẽdum: est enim principalior Judex causa; hinc Tullius pro planco, *semper iniquus est Judex qui aut invidet, aut favet, debetque in judicio imbecillis esse invidia,*cum Rei contrà Judicem injuriosis utantur verbis, ac per consequens ceù inimici habendi sunt, *l.illud,ff.de appellat.*quod in dies experientia cõmonstrat.

3 Si in causis inordinatè,festinanterque procedat Judex: tunc præcisè per hoc litigantem uti gravatum Judicem suspectum allegare non posse duco, dummodò Curiæ stilum servet;neù suspicionis aliqua habeantur indicia; dumtaxat verò judicandi cursus,est de Marinis *resol. juris lib.2. cap.114. num.* 9. Roviti aliorumque apud supralaudatum de Marin.

4 Probatur: ex textu *in l.unum,ff.apud eum à quo appellatur*: nam Tò inordinatè,ac properanter agere alia ex causa,quam inimicitiæ damnare potest, utputà si judicii partis unius veritas;alterius verò falsitas haud obscurè liqueat; vel si Judex productus foret; qui marte suo ocyus litis veritatem noscat,vel id genus; hinc Cicero 1.de orator. *etsi utile est subitò sæpe dicere; tamen illud utilius, sumpto spacio ad cogitandum paratius,atque accuratius dicere;* igitur, &c.

5 Judex ex causa inimicitiæ: utrum per universitatem ut suspectus allegari fas sit, tunc probatis prius per universitatem simulate, odioque, idque genus,ut suspectum per eumdem allegari posse existimant canonistæ *in cap.postremo de appellat.*Rovitus *in pragm.1. num.8.de suspect.offic.*Sanfelicis *decis.*82. aliique Author est de Marinis *resol. juris lib.2.c. 114. num.* 9.

6 Probatur:ex Sanfelicis,ac de Marinis,aliorumque doctrina; supponunt enim illo in-

themate minus fuisse odium, neù simultatem inter Judicem, & universitatem; igitur secus prædefiniendum est è diverso juxta dicterium illud:ubi est diversa ratio, ibi diversa juris prædefinitio, *l.si ita, ff.de manumiss. testam.l. servus, ff. de statu liber.* quandoquidem contrario è sensu firmum ducitur argumentum, *l.1.§.hujus rei, ff.de officio ejus cui mandata est jurisdictio, l.qui testamento, §.mulier, ff.de testam.l.si procuratorem,§.si ignorantis,ff.mādati,l.si quis locuples 57.ff.de manumiss. testa. l.conventicula,Cod.de Episcop.& Cleric.l.apud antiquos 21.Cod.de furtis, cap.qualis 25.dist. cap.cum apostolica de iis, quæ fiunt à prælatis, cap.quamquam de censibus in 6.*

7 Hinc est explodendus Thorus *in supplem. compend. decis. vers. Judex an possit allegari suspectus per universitatem,* edocens,quod ex causa inimicitiæ per universitatem uti suspectus renui potest Sanfelic.decisionem allegando: siquidem in præfata Sanfelicis *decis.* 82. odii, ac simultatis causa numquam per universitatem probata fuit,& quoniam comprobata non fuerit; hinc est, quod Judicis suspicio locum sibi vendicare nequiverit suum: quandoquidem juxta Authores supra laudatos inimicitiæ,ac odii causa Judex cujuscumque generis sit, tamquam suspectus explodēdus erit, ut suprà fusius commonstratum fuit,en de Marinis *num.*8. *in fine* verba; ibi: *in causis tamen universitatis unica est recusationis causa,nimirum inimicitia*, & Sanfelicis *num.*2. ibi: *Quia non consideratur interesse affectionis odii,vol amoris in universitate.*

8 Judicē,qui spiritualem contraxit cognationem cum filio illius, qui coram se litem agebat: tunc præcisè per hoc utpotè suspectum allegari posse reor, est Sanfelic.*dec.*86.litteris prodentis sic per Collat.Consil.prædefinitum fuisse, Author est Thorus *compend.decis.§.Judex,qui cognationem spiritualem contraxerit.*

9 Probatur: Judex ut suspectus habendus est, nonnisi ex dilectione Gonzalez 1.*decretal.tit.* 29.*de offic.& potest.&c.in cap.causam* 17.*nu.* 3.*pag.*638.& ibidem *in cap. insinuante* 25.ac simultatis causa, ut feracius suprà probatum fuit; in nostro porrò themate spiritualis cognationis conjunctio dilectionem de sui conceptu involuit, arguitq;igitur, &c.

DECISIO CXXXXVIII.

COnsuevit hactenus Civitas Mazariensis pro solvendo Regio donativo imponere collectas Civibus:& quoniam in dicta collectarum impositione asseritur, quod multi maximè pauperes gravabantur, quoniam principales, & potentiores Civitatis, aut nihil, aut parum solvebant, & homines impotentes opprimebantur: fuit propositum, quod imponerentur gabellę. Dubitatum fuit primo: an superior peccet præstando authoritatem, quod dicta gabella imponatur: quod si de jure imponi potest,non videtur peccare:& quidem si essemus in Universitate non recognoscente superiorem de iure,vel de facto, quid tunc esset dicendum, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti species.

CIvitas justa ex causa hodie: numquid gabellas,vectigalia imponere possit.

SUMMÆ.

Num.1.& 2.1.Thesis decisio, & probatio.
Num.3.& 4.2.Thesis finitio, & probatio.
Num.5.& 6.3.Thesis prædef.& probat.

1 IMponere posse duco, est Antonii Capicii *hic usque ad num.*3. ipsiusque ratio est;quatenus Italiæ Civitates hodie merum, mistumq; obtinuere imperium: justa autem causa quænam foret,id prudentis Judicis judicio redigendum est:inspicito de Marinis *observ.ad decis.Revert.*53. *in printip.* ubi Regis requiri facultatem docet Revert. *decis.* 235. *num.* 3.

2 Probatur: Civitatem necessitatibus sibi obvenientibus succurrere debere par est, Revert.*dec.*388.ubi de Marinis *usque ad num.*5. nam naturali inspecto jure unusquisque sibimet ipsi subvenire debet, cum se ipsum asservare astringatur; quod universis commune est animalibus, §.*jus naturale instit.tit.de jure naturali gentium,*& civili,& experientia nos edocet; hinc egregiè Tullius 1.offic. *Homines hominum causa sunt generati,ut ipsi inter se alii aliis prodesse possent* & 3.offic. *Hoc natura præscribit ut homo homini quicumque sit ob eam ipsam causam tantum quod is homo sit consultum velit:* verum enim vero alio pacto suppeditare nequit civitas sibi, nisi civibus accolis, incolis, alieniginisque vectigalia imponendo, igitur, &c.

Se-

Secundo dubitatum est: an aliquibus contrahentibus possit dicta gabella imponi, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

Secunda Facti species.

VEctigalia idq;genus justa extante causa: an à majori civium parte, oppugnantibus reliquis imponi possint.

3 Si ejusdem sint conditionis, ut reliqui cives oppugnantes imponi posse autumant Antonius Capicius *hic*, *num.* 6. Riccius *collect. decis.*148.apud Thorum *compend. decis.tomo* 1. *§.gabella an possit imponi attenta legitima causa aliquibus contradicentibus.*

4 Probatur: ex textu *in l. quod major, ff. ad municipalem*, Author est Antonius Capicius *hic, num.*6. quod liquet communi ex dicterio illo: quicquid à majori parte fit, à cunctis fieri perhibetur, *l.filius familias, §.finali, ff.de donat.l.Marcellus, ff.de donat.causa mortis, l. non debet, ff.de regulis juris, cap. ex parte de decimis,* cum à majori ad minus firmum-ducatur argumentum, *l.in suis in fine, ff.de liberis, & posthumis, l.nec in ea* 22.*ff.de adulter,* auth.*multo magis, Cod.de Sacrosanctis Ecclesiis, cap.si ergo* 8.*quæst.*1. *cap.si paulus quæst.* 5. *cap.per venerabilem, qui filii sint legitimi* cum major ratio minorem elidat, *l.si debitori in fine, ff.de fidejus.l.cui pacto, ff. de servis exportand.* de Marinis *observat. ad* Revert.128. *num.*2. *&* 3. per text. *in l. quod major, ff.ad municipal. l. per fundum, ff. de servit. rustic. prædior.* nam pars procul à rationabili causa difformari nequit à toto, *cap.cum omnis de constitutionibus,* cum totum singulas amplectatur partes, *l.*1. *§.si stipulante, ff. de verbor. obligat.l.si alii, ff. de usufructu legato, l. in eo quod plus* 3.*l.in toto* 114.*ff.de regulis juris c. plus* 35.*cap.in toto* 80.*eodem tit.lib.*6.alioqui inconveniens, absurdumq; sectaretur, si universorum civium assensus essentialiter reposceretur; cum haud faciliter effectum consectaretur, neù aliquid de Marinis *observat. ad Revert.decis.*128.*à num.*11.*usque ad finem*, doctrina obstare edisseratur: nam de creditoribus eloquitur, ubi major creditorum pars minori haud præjudicare potest, *l.per fundũ, ff.de servit.Urban præd. l.finali, Cod. comm. prædior.*disparitatis ratio est: ubi in creditorũ concursu versamur; toties unus independenter ab alio venire proditur, ac per consequens expressus unius independenter ab alio reposcitur assensus; cum negocium singulos, ut singulos tangat, secus verò omnes per modum unius, ceù nostro in themate extat, cum universitas cunctorum sit representatrix civium, qui nonnisi collectim veniunt; inde est, quod distinctione hac conciliata sunt opposita jura.

Tertio dubitatum fuit: an forenses astringi possent ad solutionem gabellæ in his, quæ in Mazaria emunt, aut vendunt, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

Tertia Facti species.

EXteri, alienigìnæq; seù ad emendum, seù ad venditandum meantes, ventitantes, remaneantesq; ad civitatem: num ad vectigalium solutionem cogendi sint.

5 Astringi posse opinantur Bartolus, Baldus, aliiq; Author est Antonius Capicius *hic, num.* 7.memorans sic prædefinitum fuisse; ibi: *Et sic fuit deliberatum gabellam imponendam esse in civitate Mazariæ civibus sic petentibus, & per easdem rationes etiam in civitate Cathaniæ, ubi similiter cives petierunt.*

6 Probatur: illo ex dicterio unicuiq; uti posse rationabiliter jure suo fas est, cum nemini inferat injuriam, *l.injuriarum, §.* 1.*ff. de injuriis, l.*3.*§.is tamen, ff. de libero homine exhibendo, l.qui injuriarum, §. is, qui, ff. de jurejurando, l.jurejurando, l. quod Reipublicæ, l.injuriam, ff.de injuriis, l.fluminum, §.ultimo, ff.de damno infecto, l.proculus, ff. eodem tit.l.si donaturus, §.si quis indebitam, Cod. de condit.ob causam, l.si meo, ff. de aqua pluvia arcenda, cap.cum Ecclesia* 21. *vers. quid de elect.* quare cives Civitatis gravamina ferentes ad ipsorum levamẽ exteris istiusmodi imponere valent onus, alioqui alienigenæ utile dumtaxat prensarent, quod juribus dissonum foret, *l.finali, §.sed cum, Cod. de furtis, l.supervacuam, Cod.de tempor.in integrum restit. l.Julianus, §. ex vendito, ff. de actionibus empti, l.secundum naturam, ff.de regulis juris, §. item pretium instit.de emptio.& vendit.*

Pro decis. hujusce illustratione:

CAPUT UNICUM.

VEctigalia à laicis justa ex causa imposita: numquid Clericos, Ecclesiasticosve obstringere possint.

Si causa ob quam vectigal impositum fuerit deesse tradatur: an persolvendi obligatio desinat.

SUMMÆ.

Num.1. 1.Thesis 1.partis decisio.
Num.2. ejusdem probatio.
Num.3.2.Thesis 2.partis finitio.
Num. 4. ejusdem probatio.
Num.5.Thesis 3.predefinitio.
A num.6. usq;ad finem, ejusdem probatio.

1 Ectigalia à laicis justa ex causa imposita: numquid ad Clericos, Ecclesiacosve obstringere queunt, distinguendum est: vel aliqua ordinaria imponendi vectigalia habetur causa, ilicet ad persolvenda Civitatis gravamina, ut sunt fiscalia, idqgenus, tunc (rigorosè loquendo) Ecclesiasticos ad vectigalia persolvenda minus obstringendos fore existimant Abbas, Innocentius, aliiq; de Marinis *observ. ad Revert.* 53. *num.* 4. *&* 5. Author est memorans sic per Col laterale Consilium prædefinitum fuisse; tametsi Ecclesiastici sponte solvere se obligassent, ceù erat in facti specie per Collaterale Consilium discussa.

2 Probatur 1. ex text. *in cap. non minus, cap. adversus de immunitate Ecclesiæ, cap. exigit, de censib. in* 6. nam Clerici, Ecclesiasticiq; divino inspecto jure à laicali exempti differuntur jurisdictione, ut sepenumerò pluribus in locis commonstratum fuit, Gonzalez 2. *decretal. tit.* 1. *de iudiciis in cap. Clerici vero* 8. *nu.* 10. Grannanieto 2. *decretal. tit.* 2. *de foro compet.* ad tex. *in cap. si quis Clericus* 1. *eodem tit. num.* 6. cui privilegio, neù voluntariè per ipsos derogari potest, *l. jus publicum, ff. de pactis, l.* 2. §. *sed quia veremur, Cod. de iurejurando propter cal. cap. si diligenti de foro competenti,* cũ minimè ipsis in particulari, at religioni à Deo permissũ esse supponatur, juxtà illud qui vos spernit me spernit, & qui tangit vos pupillam oculi mei tangit; inde est quod Clericus in his nullam habet facultatem.

3 Vel causa imponendi vectigalia urgentissima sit; ilicet ad expellendos hostes, idq; genus, tunc Clericos hoc in casu ceù communitatis partes, etiamnum per Judicem Ecclesiasticum obstringendos fore edocent Bartolus, Paulus de Castro, Natta, Boærius, aliiq; & Canonistæ, & Theologi, de Marinis *loco suprà laudato à num.* 6. *usque ad finem,* & ad Rever. *observ.* 130. *num.* 3. *&* *observ.* 439. *num.* 3.

4 Probatur: Clerici utpotè communitatis partes inspecto naturali jure communitatem, & adjuvare, & defensitare debent suam, dummodò id simpliciter sit necessarium, Cajetanus *super* 2. 2. *quæst.* 40. *art.* 2. aliiq; apud Bellet. *disquisit. Cleric.* §. 5. *num.* 158. alioqui eidem injuriam irrogarent juri, quæ de sui conceptu lætalem involveret labem; enimverò in materia versamur gravi, quare inter primevam, ac secundam facti speciem disparitatis ratio est, quatenus in prima minimè naturale urget jus, sicut in secunda, in qua est maxima necessitas nēpe Civitatis ruina, ut sunt depopulationes, combustiones; idq; genus, hinc Tullius Philip. 13. *Nullus est casus pro dignitate, & libertate patris non ferendus,* & Philip. 14. *O fortunata mors, quæ naturæ debita pro patria potissimum est reddita,* quæ in prima deesse supponuntur, atq; hinc fit quod jus divinum secundo in themate dormire fertur, cum ad ipsum spectet, ut justum defensitetur, neù religioni ulla irrogatur injuria; quinimò ipsamet jubet, ut personæ in sua extantes ditione & se, & honorem, & bona defensitent, quod ipsis ex terminis liquet.

5 Si causa ob quam vectigal impositum fuerit deesse tradatur, tunc persolvendi obligationem desinere apud universos mortales plusquam manifestum esse censent, divus Thomas, Gaetanus, aliiq; Author, sectatorq; est de Marinis *resol. juris lib.* 1. *cap.* 157. *nu.* 2. nam à justa procul causa imposita utpotè iniqua habēda sunt; cùm populus sine justa causa gravamen pateretur, quod naturali opponeretur juri.

6 Probatur: communi ex dicterio illo desinente causa desinit effectus, *l. adigere,* §. *quãvis, ff. de jure patronatus, l. pater, ff. de hæred. instit. l. generaliter, Cod. de Episcopis, & Clericis, l. cum te, Cod. de pacto inter emptor. cap. magnæ in fine de voto, cap. cum cessante de appellat.* cum effectus esse suum habeat à causa: verum enimverò motivum, ex quo vectigal impositum fuit, deesse supponitur: igitur etiamnum persolvendi obligatio; alioqui absque causa verificaretur effectus, quod per absurdum foret, cum ex non ente haud gignatur ens, *l.* 2. *ff. de usufr. l. seja, ff. de tutor. & curat. l. ejus, ff. de rebus cred.*

7 Secùs verò prædefiniendum si primeva causa illa perempta sit, ac dein alia justa suboriatur causa, tunc hoc in themate obligationem persolvendi vectigal in primo robore restare suo autumant, Bartolus, Baldus, Abbas, aliiq; Author est de Marinis *resol. juris lib.* 1. *cap.* 157. *num.* 3. *&* 4. siquidem utrobiq; par urget ratio; inde fit eadem juris prædefinitio, *l. illud, ff. ad leg. Aquil. l. si postulaverit,* §. 2. *ff. ad leg. Juliam de adul. l. quidem nummularios, ff. de edendo l. nauta* §. *fin. ff. nautæ caup. leg. à Titio, ff. de furtis, l. illud, Cod. de Sacros. Eccl.* §. *si igitur instit. quod cum eo.*

DECISIO CXXXXIX.

NUper ad Terram Traynæ venerunt nonnulli Banniti ad xxx. numero, inter quos fuerunt inimici dicti Sylvestri de Trayna. hi domum ipsius invaserunt ipsum, ac suos igne ad domos apposito è fenestris sese præcipites dare compulerunt: sylvestrumque interfecerunt: Capitaneus interim cum aliquibus exivit; & re nondum confecta ad locum invasionis se contulit, ubi multi Civium plusquam lx. aut centum coadunati erant: Banniti videntibus Civibus,

bus,& non auxiliantibus nedum homicidium perfecerunt,sed in Capitaneum manus intulerunt: an prædicti non auxiliantes sint in pæna, & in qua pæna, an mortis, &c. *Hæc Antonius Capyc.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

BAnniti aliquos suam intus domum extantes, & illos invadentes, & obtruncare, & eorum bona diripere attentantes:si loci illius magistratus ad illos pellēdos eò accessisset:quid prædefiniēdum si à Bannitis officialis oppressus fuisset: numquid cives ibi actu præsentes illum tutari astringendi sunt? sin id non efficiant utrum aliquam luere debeant pænam? cujusce generis?

SUMMÆ.

Num.1. Thesis decisio.
Num.2. præsentes Cives magistratum non defendentes aliquam expendere debent pænam.
Num.3. & 4. Authoris placitum, & objectionum solutio.

1 PRo cujus decisione nulla designari potest regula, adeòq; prudentis Judicis arbitrio id esse redigendum existimo, utpotè prædefinitum refert Antonius Capicius *hic, num.5.*ibi: *Mihi visum est casum nostrum regulari potius debere cum casu, l.11.de parricidiis & l.3. §.finali de re militari, qui cum duobus primis:ut sic non sit pena mortis,sed arbitraria: & quod licet in arbitrariis Judex possit arbitrari usque ad mortem inclusivè, &c. sed alia arbitrio Judicis, &c.*est Baiardi ad Clarum, *§.finali, quæst.15. num.11.* Vrsilli *decis.265.docentis hoc in themate esse editas pragmaticas, ut universitates teneantur capere malefactores* aliorumq;Thorus Author est *compend. decis. tomo 1. §.cives præsentes, & non probantes auxiliū officiali.*

2 Quod autem præsentes Cives aliquam expendere debeant pænam id haud obscurè est apertum: siquidem regium defensitare debēt officialem, utpotè communitatis partes,cum communitas nonnisi per Principis magistratum asservetur; hinc haud ineruditè Tullius 3.de legib. Memoriæ dat.*magistratibus opus est sine quorum prudentia, ac diligentia Civitas esse non potest, quorum descriptione omnis Reipublicæ moderatio continetur; neque iis solum præscribendus est imperandi; sed etiam Civibus obtemperandi modus: nam & qui tunc imperat, paruerit aliquando necesse est: & qui modestè paret, videtur qui aliquando imperet, dignus esse*; igitur si officialis communitatem à latronibus idq;genus defensitās à Civibus desereretur, quippe isti in ipsorum obligatione deficerent, idem Tullius ad qui. fratrem epist. 1. *Huc omnia sunt referenda ab iis, qui præsunt aliis, ut qui eorum in Imperio erunt sint, quam beatissimi: estque ejus non modò qui sociis, & Civibus, sed etiam ejus qui servis, qui mutis pecudibus præsit, eorum quibus præsit commodis, utilitatatique servire*, ac per consequens nil mirum si Iudicis arbitrio pænarum pensum dare debent, cum Rei sint in obligatione deficientes sua, idem paradox.4.*Civem ab hoste non natura, ac loco, sed animo, factisque distinguimus*, & in Vatinium: *Civis est, qui patriam suam diligit, ac bonos omnes salvos, incolumesque desiderat.*

3 Mea verò sententia id sic esse stabiliendum opinor: inter Cives actu præsentes magis plectendi sunt illi, qui majoris sunt authoramenti, ac rusticani: siquidem si firmiores id effecissent,identidem & rusticani concitasset: quare rusticani mitiorem pænam expendere debent,quam Cives majoris authoritatis,cum in majori in periculo detrimentoq; relati ad bannitos sint oppidani rusticani, ac nobiles Cives,cū pars infirmior sit,ut speculāti patet.

4 Nec obstant text.*in l.3.§.finali,ff.de re militari, l. quis, ff. ad legem Juliam majestatis*; idq;genus: siquidē in alia facti specie extant.

Pro Decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

SI signum ad pellendos,obtruncandosq; Bannitos per magistratum daretur, qua plectēdi sunt pæna Cives illi, qui ad illos insequēdos præsidium haud præstitere.

Si quis nullo prius patrato delicto; dumtaxat verò se comitē exulibus dederit,cū quibus aliquantisper permoratus fuit; si in vincula iniiciatur; quam expendere debet pænā.

SUMMÆ.

A nu.1.usq;ad 5.variæ Thesis partes,& prædefinitiones, & probationes.
Num.5.& 6.Thesis 3.finitio,& probatio.

1 SI signum ad pellendos, obtruncandosque Bannitos per magistratum daretur, qua plectendi sunt pæna Cives illi, qui ad illos insectandos præsidium haud præstitere distinquendum est, vel Campanæ signum fuit interdiù, vel nocte,si die illa plectendi sunt pæna, quam loci Gubernator edidit; sin nulla tunc arbitraria juxtà prudentis magistratus judicium, quæ solum-

me-

modò hoc in themate pecuniaria foret.

2 Vel campanæ symbolum fuit noctæ, & tūc subdistinguendum est, vel Cives ad istiusmodi locum absq;periculo vitæ,vel suorum bonorum, utputà si inter longevum sit, ac in itinere obtruncari possent, tunc à pæna per magistratum inflicta soluti sunt.

3 Probatur: est namq;hoc in themate potius sibi, quam alteri subveniendum, neù magistratus jussa tanto cum onere ligant: quandoquidem in necessitatibus jura silent; igit.&c.

4 Sin autem procul à periculo ad campanæ locum contendere queunt; tunc Iudicis arbitrio pænam solvere debent; ast mitiori pæna,quam die,cum in jure in hoc nulla sit sancita pæna.

5 Si quis nullo prius patrato delicto, dumtaxat verò se comitem Bannitis dederit; cum quibus aliquantisquer moratus fuit; tunc si comprehensus sit, saltem perpetuam triremium pænam eum luere debere reor.

6 Probatur: præcisè per hoc, quod Bannitis se comitem dederit, delictum suo in genere perfectè consumptum perhibetur; per accidens enim se habet, quod haud furatus,grassatusq;fuit; quandoquidem inspecto Regni nostri jure attentatio isthæc digna punitur pæna. exemplo esto nonnulla alia themata ilicet de falsificante apocam, illamque Banco offerente morte punitur, tametsi pecuniam non prensat,*pragm.*8.*de falsis*,Galluppus *prax.part.*2.*cap.*23.*num.*30. idq; genus Grammaticus *consf.*36. *num.* 14. Anton. Faber *lib.*9.*Cod.tit.*26.*def.*20.*pragm.*1.*in fin. de ictu scoppicti*; igitur, &c.

DECISIO CL.

DUbitatum est, an sine scrupulo conscientiæ possit concedi licentia deferendi victualia ad Tunetum, vel Gelbas pro redimendis captivis, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti Species.

ALiquid alicui justa ex causa permissum; numquid pro captivorum redemptione idq; genus extrà Regnum tranari fas est.

SUMMÆ.

Num.1.& 2.Thesis 1.& 2. decis.& probat.
Num.3.non obstant contraria.
Num.4.& 5.Thesis 2.finitio,& probatio.

1 TRansnatari posse reor, est Antonii Capicii *hic usque ad num.*6.memorantis sic prædefinitum fuisse;ibi:*ex proxime dictis habetur decisio, quod cum Januensis quidam velit onerare in terra drepani certam quantitatem salmarum frumenti causa deferendi ad Gelbas pro redimendo fratre non debet sibi denegari licentia, & sic fuerunt expeditæ provisiones opportunæ eū cautione idonea de expendendo pretium in dicta redemptione*, est Thori *compend. dec.to.*1.§.*vectigalia an deferri possint ad infedeles.*

2 Probatur:ex text. *in cap.significavit de Iudicis*: nam ubi justa supponitur esse causa ad infedeles accessus,toties superiorum inhibitio abs re foret, utpotè juribus obnoxia: siquidem ex naturali, & divino opponeretur juri, cum captivorum redemptio hisce uniformentur juribus, est enim pietatis causa, & quæ juxtà leges fiunt justa sunt;hinc Cicero pro Planco: *Pietas est fundamentum omniū virtutum: parentem ut Deum vereri atque non multo secus, ac parentes, liberos amare debemus*, & 2.de oratore:*pietati summa tribuenda laus est*; igitur, &c.

3 Neù obstat text.*in l.*1.*Cod.de com.& mercat.cap.quod olim de Iudeis*, idq; genus,cum alio extent in themate: siquidem Christianos ad infedeles justà remota causa tranari vetāt jura: idq; non immeritò cum hostes nostri sint; hinc Demostenes in orat. de ordinatione Civitatis literis prodit: *Armis hostes vincendi sunt, & in hisce salus est Reipublicæ*: quare juremeritò sacri canones excommunicationis pænā infligerunt, *de Judeis, cap.quorumdam, cap.ad liberandum, cap. quod olim concilium Sabienense,cap.*24.*& extravag.*10. *annis* 22. *de Saracenis, cap. copiosus* Papæ reservatam, & infamiæ labem incurrunt, ac intestabiles universis carentes actibus legitimis, *extravag. de Judeis, &c.* enimverò Turcæ ingenio ignavo, ac graviori minerva in exteros superbi, arrogantes sunt, crudelesque sunt juremeritò à cristianis persequendi sunt 23. *quæst.*8. *c.dispar*: quare rectè demostenes in oratione 3.contrà philipp.in isthæc habet verba: *qui ea,quibus ego capiar, agit, & parat, hic mihi hostis est,& si nondum feriat,neque jaculatur,&c.* igitur justa extante causa uti foret captivorum redemptio indultum ducitur.

Quid autem in eo, qui habuit à Domino Papa licentiam, prout habuit Benedi-

ctio-

ctus Ramus deferri facere frumenta ad infedeles, an intelligatur pro unica dilatione, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

Secunda Facti Species.

QUicquid pro frumento ad infedeles traiiciendo promissum sit: an pro unica tantummodò dilatione commentandū erit.

4 Pro unica solummodò dilatione interpretandum esse censeo, est Antonii Capicii *hic*. *num*.6. Thori *compend.decis,tomo* 1. §. *licentia impetrata*.

5 Probatur: ex text. *in l.boves*, §. *hoc sermone*, *ff. de verborum significatione*, Author est Capicius *hic*: siquidem in odiosis versamur, ac per consequens restrictio factitanda est, *cap.odia de regulis juris in* 6. *l.cum quidam*, *ff.de liber.& posthum. cap.renovantes* 22.*dist. l.penult.ff.de pænis,cap.in pænis* 49.*de regulis juris in* 6.*cap.ex litteris de constit.* ac per cōsequens pro una frumenti, idq; genus asportatione tantummodò interpretandum erit; secùs verò edifferendum ubi justa extat causa; nam tunc tacitè indulgentis intelligitur velle, dummodò ne inobedienter se gerat, cum semper obedientia vassalli circà dominum verificari debeat, quæ de omni debeatur jure, juxtà illud per me reges regnant, &c.

Pro Decis.hujusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

LIcentia à Rege vassallo permissa, ut à Regno pro rebus peragendis suis digredi possit: numquid vinculi fidelitatis, idq; genus exemptionem involvat.

Licentias estrà Regnum extrahendi frumētum per Civitatem permissa; si designatum sit tempus, an ipso extincto; identidem perempta ducenda sit permissio.

Si intrà tempus traiiciendi frumentum limitatum traiiciens à legitimo sit detentus impedimento aliquo: utrum etiamnum extincta ducatur tempestas; ac per consequens nova reposcitur Principis concessio.

SUMMÆ.

Num.1.& 2.Thesis 1.decisio,& probatio.
Num.3.4.& 5.Thesis 2.finitio,& probatio.
Num.7.Thesis 3.prædefinitio, & probatio.

1 LIcentiā à Rege vassallo permissā,ut à Regno pro rebus peragendis suis digredi possit vinculi fidelitatis, idq; genus exemptionem haud involvere plusquam est apertum, est Afflicti *decis*. 307. *num*.18.*usque ad* 26.ubi Ursillus *nu*.15.aliorumq;Author est Thorus *compend.decis.tomo* 1. §. *licentia concessa à Rege vassallo, ut possit exire*.

2 Probatur; sive in Regno,sive extrà sit vassallus, numquamnon subjectus est: quare ad rationem vassalli, ac jurisdictionis respectu domini merè materialiter se habet, quod extrà Regnum moram trahat;cum semper subjectus sit, numquam suam deperdendo Rex jurisdictionem; enimverò regionum varietas,haud in causa est, cur Principis jurisdictio deperdatur, atq; hinc fit,quod circà vassalli jurisdictionē Regis jurisdictionē dormire, at in suspenso extare, supponitur,adùsque vassallus extrà Regnum mansitet suum.

3 Licentiā extrà Regnum extrahendi frumētum per Civitatem permisſā;si designatum sit tempus: tunc ipso extincto identidem peremptam deducendam fore permissionem;tametsi frumenti extractio haud effecta sit;existimat de Marinis *observat.ad decis*.17.Rovit. 17.*num*.1.aliorumq;apud eumdem.

4 Probatur: ex text.*in l.virum, ff.si certum petatur, l.finali, ff.de condict. tritic.* Authores sunt supralaudati, nam limitata causa restrictum producit effectum, *l.in agris*, *ff. de acquirendo rerum dominio*, *l.cancellaverat,ff.de iis, quæ in testamento delentur*, *l.2.ff.de servis ex port.l.ex facto*, §.*item quæro*, *ff.de vulgari*,

5 *& pupillari substit*. idq;genus, nec actio, nec contractus extrà argentis mentem aliquid operatur, *l.non omnis*, *ff. si certum petatur*, *l. in agris*, *ff.de acquirendo rerum dominio*, *l.2. ff.de his, qui in testamento delentur*, *l.legata inutiliter*, *ff.de leg.*1.*l.cum tales*, *ff. de condit. & demonstr. l.age cum Geminiano*, *Cod. de transact.* Connanus *commentarior. juris civilis lib.*7. *cap.*1. *num*.13. in nostra porrò facti specie permittentis mens frumenti extrà Regnum extractionem, limitatam cōcessit tempestatem: igitur superioris velle extrà tempus istiusmodi nullum gignit effectum.

6 Probatur 2. ut frumenti extractio extrà Regnum efficiatur, necessum ducitur; ut in ipsius extractione permissio habeatur, consule Novar.*in pragmaticis de extract.seu exportatione animalium, auri, argenti, &c. prohibita per totum*, in nostro porrò casu extra tempus permissum nulla facultas obtenta esse supponitur,alioqui esset extrà facti speciem, quod per absurdum foret; igitur, &c.

7 Si intra tempus traiiciendi frumentum limitatum, traiiciens legitimo sit detentus impedimento aliquo:tunc etiamnum extinctum esse tempus, ac per consequens novam reposci Principis concessionem ducò; quare eodē prorsus medio, quo suprà commonstratum fuit,probatur thesis isthæc;neū fuisse legitimo detentū impedimento aliquid suffragatur:siquidem ad Principis concessionem id merè materialiter se habet, cum lapso restricto tēpore novū reposcatur Principis velle, etenim limitata causa,limitatum producat effectum, *l.in agris*, *ff.de acquirendo rerum dominio*, *l. can-*

cancellaverat, ff. de iis, quæ in testamento delentur, l. 2. ff. de servis export. l. ex facto, §. itemque, ff. de vulgari, & pupillari substit. l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de legatis 2. l. age cum Gemiuiano. Cod. de transact. cap. noscitur de sententia excomm. alioqui inobedienter se gereret, ac per consequens pænam luere deberet condignam, quæ suum sectatur Authorem, *l. sancimus, Cod. de pænis, l. absentem, ff. eodem.*

DECISIO CLI.

Reginalis Majestas Dominæ Germanæ de Fuxo constituit, & creavit per suas patentes literas Dominum Viceregem in Locumtenentem generalem, & armorum Capitaneum in Camera sua Reginali, &c. Dubitatum est de tribus. Primo, an dictus Vicerex possit in dicta Camera constituere aliquem Locumtenentem, qui loco sui ibidem se conferat, & faciat ea, quæ ipsi Domino Viceregi iniuncta sunt, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti Species.

Binarum Prorex Provinciarum quid prędefiniendũ si in una Provincia legitimo aliquo detentus sit impedimẽto, utputà ad maritima ora ab hostium incursione defẽsanda, & his similia: numquid etiamnum in sui locum alium sufficere valeat.

SUMMÆ.

A'num. 1. usq; ad 5. Thesis finitio, ejusdemque probationes.

Num. 5. & 6. Thesis 2. decisio ejusdemque probatio.

Num. 7. & 8. Thesis 3. prædefinitio, ejusdemq; probatio.

1 Sufficere posse puto 1. est Antonii Capicii *hìc à num. 1. & 2.* de Ponte *consilio 137. volum. 1.* Mastrilli *in tract. de Magistr. parte 2. lib. 5. cap. 6. num. 165.* Thorus Author est *compend. decis. par. 1. §. Vicerex duarum Provinciarum.*

2 Probatur: *ex l. 1. ff. de officio ejus*, nam jura illa scilicet text. *in auth. de defensor. civi. §. nullam auth. ut Judex sive quoquesuffic. §. nulli quoque auth. de mandato princip. §. eos auth. ut nulli judicum in principio*, in queis tametsi prædefinitum sit, quod Prorex neminem in sui locum sufficere potest: verumtamen id ritè procul à justa causa commentandum erit; etenim justa extante causa, ceù nostro in themate habetur tacitum ducitur permissũ. exemplo esto nostris tempestatibus de Proregibus nonnullis Romam progredientibus legatorum munere fungentibus alium in sui locum per hujuscemodi tempestatem suffice-
3 re; alioqui per absurda gliscerentur nempe, Regni perturbatio, & Provinciæ, vel devastatio; vel ejusdem deperditio, quæ sane extrà Principis Proregem creantis mentem forent; cum Principis mens sit publico consulere bono, quare juremeritò ipsius virtutis sunt. labor in negotiis; fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo
4 consilium in providendo. Cicero pro lege manilia: neù thesis isthæc alia indiget probatione: siquidem semper, ac justa, urgensq; extat ratio, ex incontinenti (inquam) tacite permissa esse supponitur Proregi ditio cum censeatur Principis velle Regnũ servare suũ possibili quo quiverit modo; alioqui imprudenter, ac insipienter se gereret: hinc Tullius 3. Tuscul. graficè memoriæ mandat: *insipientia nullum majus malum est*, & 1. Tusc. *nihil est hominis prudentia dulcius, aut sagaci, ac bona mente melius.*

Secundo dubitatum est: num ratione impedimentorum dicti Domini Viceregis, &c. possit facere dictum Locumtenentem, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

Secunda Facti Species.

Binarum Prorex Provinciarum: si in una extet Provincia an jurisdictionem exercere possit in alia.

5 Exercere posse opinor, est Antonii Capicii *hìc. num.* 8. Bartoli, Innocentii, Pauli de Castro, Alexandri, Tapiæ, aliorumq; Thorus Author est *compend. decis. tomo 1. vers. Vicerex duarum Provinciarum.*

6 Probatur: *ex cap. novit de officio legati, l. 1. Cod. de metropo.* nam Provinciæ istiusmodi Cives respectu jurisdictionis, perinde se habent, ac si forent una, cum jurisdictio utramque amplectatur Provinciam. argumento esto de illo, qui Provinciæ unius jurisdictionem exercens in qualibet Provinciæ parte degens, ipsam exercere potest, cum in Provincia exta-

tare ſupponatur, ſe habent namq; Provinciæ iſtæ per modum unius *extravag.de officio, &* *poteſtate Judicis deleg.cap.unic.*igit.&c.

Tertio dubitatum eſt: an antequam intret Cameram, poſſit iſtum Locumtenentem conſtituere, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

Tertia Facti Species.

Jurisdictionem Provinciæ obtinens quis: utrũ eam exercere poteſt priuſquam illam ingrediatur.

7 Haud exercere poſſe explorati juris eſſe, eſt Antonii *hic num.*7.de Ponte *deciſ.*28. *nu.* 4.*& conſilio* 137. *in principio, volum.*2. Maſtrilli *de Magiſtratibus parte 2.lib.*5.*cap.*6.*n.* 165.Thorus Author eſt *compend. deciſ. tomo* 1.*Vicerex an poſſit Locumtenentem aliquem conſtituere* nõ ſibi contradicẽs eodem loco *in* §.*Vicerex duarum Provinciarum ſi adepta poſſeſſione Regni*: ſiquidem loquitur acquiſita poſſeſſione, adeòq; extrà facti ſpeciem.

8 Probatur: ex text.*in l.obſervare,* §.*finali,ff. de officio Prot. Conſulis* Author eſt Capicius *hic, num.*7. nam tametſi priùſquam in Provinciã ingrediatur, à Principe juriſdictionem in actu ſignato obtinere ſupponitur: verumtamen illam exercere impoſſibile ducitur, niſi priùs in Provinciã ingreſſus ſit; per Provinciæ namq; ingreſſum juriſdictionem exercere poteſt: cum juriſdictio intus; ſecùs verò extrà Provinciam exerceri fas ſit, *l. ultima, Cod.ubi,& apud quem cognit.in integr.reſtit. l.ulti.verſ.qui certæ. Cod. ubi, & apud quem in integr.reſtit.*Faber 3.*Cod.tit.*12. *de juriſd. def.*23.*num.*2.*& def.*28.*num.*2. *in alleg. pag.* 196.Concil.Pariſ.3.*cap.*1.*de conſtit.in* 6.*cap. final.*Clem.*de foro competenti. cap.unic.l.ult. Cod.ubi, & apud quem,*Paulus *in l.*3.*ff.de officio Præſidis,* Ulp.*in l.*1.*ff.de officio Proconſulis,l.decemvirum,* 53.*Cod.de decurion.lib.*10. *l.ultrà in l.extrà* 16. Cod.Theodoſ. *de accuſ. l.cum unus,* §.*is,ff.de bonis author.judic. l.*1. *in fine,ff.de offic.Præfect.urb.*Donellus *lib.*17. *comment. cap.*9. ubi plures Oſualdus *lit. C.* Cujacius *lib.*1.Pauli *ad edictum in l. ult.ff.de juriſdict.*ubi Faber, & Goveanus, Gregorius *lib.*47.*ſyntag.cap.*21.*num.*33.Revardus *lib.*3. *conject.cap.*10.Covarr,*pract.cap.*10.*num.*7.*& in cap.alma* 1.*par.*§.10.*ſect.*1.*num.*9.

Pro Deciſ. hujuſce Illuſtratione.

CAPUT UNICUM.

Prorex Regni Neapolis antequam actualem muneris ſui poſſeſſionem capiat; juramentumq; de more præſtet: quam obtinet juriſdictionem.

Si officia à præterito Prorege vacantia collata fuiſſe differantur: ſi novi Proregis tẽpeſtate eorum poſſeſſio minime capta ſit: an illam deinde capere poſſint.

SUMMÆ.

Num.1.& 2.Theſis 1.deciſio, & probatio.
Num.3.& 4.Theſis 2.finitio, & probatio.

1 Prorex Regni Neapolis antequã actualem muneris ſui poſſeſſionem capiat; juramentumq; de more præſtet; tunc jus ad Regni poſſeſſionem rogitandã dumtaxat habere duco: quare noſtro in Regno de more eſt, ut in manibus noſtrorum ſpectabilium electorum in Eccleſia hujuſce Civitatis majori juramentum præſtet, univerſa capitula, omnibus Civitatibus conceſſa privilegia ſervare, eſt de Marinis *obſervat.ad deciſ.*236.Reverter.*num.*4.*& obſervat.ad deciſ.* 462.*num.*1. inſpicito de Franchis *deciſ.* 393. igitur nil mirum ſi intereà Prorex reverſurus cuncta adminiſtret, gratias, indulgentias cum ejus juriſdictio non ſit extincta, Author eſt de Marinis *reſol.juris lib.*1.*cap.*30.*num.*7. *&* 8.& *obſerv.ad deciſ.*472.*num.*2.

2 Probatur: ex text.*in l.*1.*ff.de officio Præſidis*: nam Regis literę per Catholicam Majeſtatem Proregi traditæ; nonniſi poſſeſſionem jubent; igitur juriſdictionem exerceri nequit, niſi acquiſita poſſeſſione, cum per poſſeſſionem ritè jus in re acquiratur, Concil. Lateranenſe 3. *tit. de ſententiis cap,* 2. *de ſententia, & re judicata, cap. cum aliquibus,l.cum vir, ff.de uſucap.l.rem alienam, ff.de pignorat.action.* Connanus *comment. juris lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 4. quare juremeritò Prorex in actu ſignato, ſecùs verò in actu exercito vocitatur.

3 Si officia à præterito Prorege vacantia collata ſint: ſi novi Proregis tempeſtate eorũ poſſeſſio minime capta ſit: tunc dein eorum capiendam fore poſſeſſionem reor, eſt de Marinis *reſolutione juris lib.*1.*cap.*3.*num.*8. Roviti *conſ.*81.*num.*8.aliorumq;

4 Probatur: officia namque iſtiuſmodi ritè collata eſſe ſupponũtur: ſiquidẽ, & vacationis, & juriſdictionis tempeſtate collata ſunt; quare juremeritò firma ducitur cauſa; tametſi effectus nempe poſſeſſio minime ſequuta ſit, quod noſtro in themate merè materialiter, ac per accidens reputatur, cum vacationis, ac electionis; ſecùs verò poſſeſſionis adipiſcendæ tempus inſpiciendum ſit; quare à prædeceſſore ritè collata autumãtur, cum cauſæ, & cauſati idem ſit judicium, *l.quominus,ff.de fluminibus, l.etſi amicis,ff.ad legem Juliam de adulter.l.ſi autem in fine,ff.de aqua pluvia, l.non ideo, Cod.de hæred.inſtit.l.maritus, Cod.de procurat.*

DECISIO CLII.

UNiversitas Terrę Licatæ habet magnum Territorium, quod deservit pascuis animalium hominum Universitatis, & sic ab antiquissimis temporibus deserviunt; ad præsens concregato consilio vult dictum Territorium infeudare, hoc est facere in eo defensam, quod nullus possit animalia immittere sine solutione, ad hoc, ut ex hoc reddita valeant deservire circà constructionem, & reparationem murorum: quibus Civitas maximè indiget, & circà alia necessaria, aliquid de Universitate, videlicet domini animalium contradicunt. Dubium est, an maior pars Universitatis possit illud facere, non obstante contradictione aliquorum particularium, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

SI de Universitatis agro ad Civium animalia depascenda inserviente hæsitatio aliqua suboriatur: numquid ager istiusmodi commune sit universitati, qua universitas sit, an verò singulis, qua singuli sunt? utrum infeudari possit? num majoris partis; vel cunctorum Civium reposcatur assensus,

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. Thesis decisio, & probatio.

1 IN hæsitatione potius commune esse agrum universitati, qua universitas est; quam commune singulis, qua singuli sint, ac per consequens ad subinfeudandum majorem civium partem reposci, ac inhibere posse, ne aliquis dein ad depascendum accedat, nisi prius soluto pretio ab universitate designato reor, inspicitò quæso Capicium *hìc per totum*, est Ursilli *decis.* 245. *num.* 10. de Franchis *decis.* 197. *num.* 3. aliorumque Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *territorium universitatis, quod deservit ad pasculandum animalia civium.*

2 Probatur: in hæsitatione namque semper commune bonum particulari præferendum est; hinc Cicero in Catil. 1. *Patria est communis omnium nostrorum parens*, & famil. 12. Cajo Cassio: *Commune Patriæ solum, & clarum est, & jucundum, & delectabile*, cum major ratio elidat minorem, *l. si dubitari in fine, ff. de fidejuss. l. cui pacto, ff. de servis exportand.* siquidem melioris ducitur conditionis, ac per consequens possidentis, *l. sabinus, ff. communi dividundo, l. per fundum, ff. de servit. rusticorum prædiorum cap. in re cōmuni de regulis juris lib.* 6. cum universitatis, qua universitas est sint onera; secùs verò singulorum; qua singuli sunt, utpotè est pontis Civitatis refectio; idque genus, cum singuli venientes, ut communitatis partis unusquisque pro virili persolvere astringēdus sit, quod identiddm liquet, ne diffidia inter cives suboriātur; cum Civitas in seditione nō possit esse beata, Cicero 1. de finibus, & 2. offic. *Proprium est Civitatis, atque urbis ut sit libera, & non solicita suæ rei cujusque custodia*, & pro Milone: *Qui periculum non timet proposita invidia, morte, pœna; qui nihilo segnius Rempublicam defendit; is vir verè, & civis putandus est*; & in Vatinium: *Civis est is, qui Patriam suam diligit; ac bonos omnes salvos; incolumesque desiderat.*

Pro Decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

JUre Regni nostri inspecto si universitas æs alienum legitimè contractum persolvere impotens sit: utrum adversus particulares cives executio fieri possit, ut creditorum indemnitati consulatur.

Quo pacto superiori in themate conveniēdi sunt divites isti cives, in solidum ne? an pro virili?

Universitas: numquid in ponderum, & mensurarum licitatione exploso novissimo licitatore præferenda sit.

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. Thesis 1. decisio, & probatio.
Num. 3. & 4. Thesis 2. finitio, & probatio.
Num. 5. & 6. Thesis 3. prædef. & probatio.

1 IUre Regni nostri inspecto si universitas æs alienum legitimè contractum persolvere impotens sit, tunc adversus particulares cives executionem fieri posse, ut creditorum indemnitati consulatur putat, de Marinis *resol. juris cap.* 257. *num.* 1. & 4. id probantis *ex prag. sanctione* 7. §. 7. *sub tit. de commissariis.*

2 Probatur; divites istiusmodi cives nonnisi com-

communitatis partes sunt,cum de comitatu, ac districtu Civitatis considerentur; igitur ad communitatis onera obstringendi sunt: per accidens enim se habet,quod cæteri alii cives æs alienum minime persolvant; nonnè isti communitatis utile sentiunt; igitur identidē onus perpeti par est, juxtà illud cujus est utile,ejus debet esse incommodum, *l.finali*, §.*sed cum C.de furtis, l.super vacuam,Cod.de tempor.in integr.restit.l.Julianus*, §.*ex vendito,ff. de actionibus empti,l.secundum naturam,ff.de regulis juris*, Terentius *comed.4. att.5. scena 3.in fine,pag.374.*hinc Cicero in Vatinium *civis estis, qui Patriam suam diligit bonos omnes salvos, incolumesque desiderat*; tametsi de solutione facta adversus cōcives pauperes actionem habent pro tēpestate habili ad persolvendum, qui durante impotentia non deturbandi sunt.

3 Superiori in themate conveniendos esse divites cives hosce pro virili,docet supralaudatus de Marinis *resol.juris lib.2. cap.247. à num.2.usque ad finem*, aliique.

4 Probatur: haud enim major ratio suadet nobis de uno,ac de alio igitur unusquisque pro virili est astringendus; secùs verò in solidum,nisi expresśè ad id se obligasset, juxtà dicterium illud, ubi est eadem ratio, ibi eadē juris prædefinitio, *l.illud,ff.ad legem aquiliā, l.si postulaverit*, §. 2.*ff. ad legem juliam de adulter.*quæ enim extrà mentem extant, pro nihilo ducenda, cum obligatio onus sit, inde est, quod procul à voluntate esse nequit, *l. in omnibus,ff.de obligat.& actio.* Hothomanus *consilio* 8.*num*.8.Author est.

5 Universitatem in ponderum, ac mensurarum licitatione exploso novissimo licitatore præferendam fore reor, inspicitò quæso Thorum *compend.decis.tomo* 1. *vers.præferri an debeat universitas in afflictu*, ibi per abundè id differit.

6 Probatur: privilegiatus hoc in casu cum non privilegiato desactò concurrit; igitur universitas utpotè privilegiata suum excedere debet adversarium; ut in terminis liquet, cum non sit addenda afflictio, Afflicto *l.navis*, §.*non autem,ff.ad leg.Rhodiam de jactu, l.divus Marcus in principio, ff. de officio Præsidis, l.si idem, ff.de jurisdict. omnium judic.l.pæna*,§.*final.ff.ad leg.Pompe.de parricid. l.tam dementis, Cod.de Episcop.& Cleric.cap. ex parte de Clerico ægrot.cap.si quis à proprio* 11.*quæst.5.* alioquin frustrà foret privilegiatus;enimverò privilegia sunt leges ad privatos homines, singulosque pertinentes Gellius *lib.*10.Balduinus *instit.lib.2.de jure naturali, gentium, & civili,pag.*31.præsertim uti edisserit Tullius 3.de finibus: *Quilibet, & universitatem tutari, & pro ipsa obtruncari debet*: quare juremeritò pro Planco edocet, *qui pro universitate vitam reddiderunt nusquam me hercule eos mortem potius, quam immortalitatem assecutos putavi*.

DECISIO CLIII.

NOtarius Petrus de Mayna de Civitate Cathaniæ accusatus de falso confessus est in tortura se fabricasse quamplura instrumenta falsa: dubitatum est, qua pæna puniri debeat, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

NOtarius nonnulla falsò texens instrumenta, quam luere hodie debet pænam.

SUMMÆ.

A'num. 1. usque ad finem Thesis decisio, ejusdemque probatio.

1 TAmetsi communi inspecto jure variæ inflictæ fuere pænæ juxtà personarum conditionem, *l.1.* §.*finali, ff.de falsis*, §.*item lex cornelia instit. de publicis judiciis*: verumtamen hodie juxtà Regni constitutionem, ac consuetudinem pænam solvere debent: quare in sicano Regno teste Capicio *hìc in fine*, mortis pænam expendere debet,juxtà constitutionem Regni, quæ incipit *Iudices* sub *tit. de apparitoribus*, est Follerii *in practica crim.rubr.item quod commisit falsitatem num.*70.Iulii Clari, aliorumque apud Thorum *compend.decis.tomo* 1. §. *notarius communiter pro notario habitus*.

2 Ast meo judicio crimina isthæc potius mortis pæna plectenda sunt, quam alia mitiori ilicet Triremis, vel amputationis manus, idque genus, ut de more fit:nam quamplurima conflantur delicta, nempe, & falsitatis, quod crimen inter graviora censetur, *l.* 3. §. 1.*ff.decurionibus*, licet & olim fuit capitale, *l.cornelia, l.1.& 5.Cod.de crimine falsi*, attamen hodie non est capitale, sed deportationis pæna imposita; nisi id reposcat magnitudo patrati criminis, *cap.1.de crimine falsi*,Constantinus *in l.22.Cod.de crimine falsi*,Leo Imperator *novella* 77.inde juremeritò Innocentius III.Bullas, & literas Pontificias falsò fabricantes; eisque utentes ad laicalem remittit Judicem, *cap.ad falsariorum de crimine falsi*, & damni illati, & furti; cum furari suo

in genere perhibeatur: etenim bona unius invito domino in alium transfert, *l.1. ff.de furtis, l.inficiando* 69.*ff.de furtis, l.2.* & 5.*C. eodem,canone omnes* 17.*quæst*.4. Cironius *in paratitl*:5.*decretal.de furtis tit*.18.

3 A fortiori thesis isthæc suum sibi vendicat locum, si nimirum verus non sit Notarius; etsi communiter pro vero ducebatur: nam pro usurpatæ jurisdictionis crimine pænarum pensum acriter dare debet, ac per consequẽs mortis,utpotè prædefinitum memorat Francus *decis.* 444. idem supralaudatus Thorus Author est; idque nonnisi ad aliorum pavo-
4 rem;cum non tam homines ad rectè operandum concitari debeat gloria; quam ignominia, Cicero part.orat.ibi: *Nemo est tam agrestis, quam si non ipsa honestas, contumelia tamen, & dedecus magnoperè moveat*,& de partitione orator.ibi: *Quis honorem, quis gloriã, quis laudem,quis ullum decus,tam umquam expetit, quam ut ignominiam,infamiam,contumeliam,dedecus fugiat? &c.*

Pro decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

NOtario, seu superstiti, seu in novissimo constituto spiritu instrumentum; idque genus fuisse infirmum fatenti: numquid præcisè per hoc fides præstanda sit, si instrumentum hujuscemodi ritè stipulatum, ac idoneis vallatum testibus esse prædicetur.

Notarius instrumenti procurationis minus stipulati exemplum refundens; quam expendere debet pænam.

De falso instrumentum redarguere volens quis: si protocollum rogitat, an Notarius illud tribuere astringendus sit.

SUMMÆ.

Num.1.& 2.Thesis 1.decisio,& probatio.
Num.3.& 4.Thesis 2.finitio, & probatio.
Num.5.& 6.Thesis 3.prædef.& probatio.

1 NOtario, seu superstiti, seu in novissimo constituto spiritu; insteumentum,idque genus fuisse infirmum fatenti:præcisè per hoc fidem haud præstandam fore arbitror; si instrumentum hujuscemodi ritè stipulatum, ac idoneis vallatum testibus esse prædicetur, est Specalatoris Pauli de Castro, Jasonis, Borrelli referentis sic in Romanu Senatu pluries prædefinitũ fuisse Farinacii, aliorumque de Marinis Author est *var.resol.lib.*1.*cap.*186.*num.*3.& *observat.ad decis.Revert.*6.*num.*1.

2 Probatur: præsumptio,possessiove namque nonnisi pro instrumento extare supponitur, adùsque secus comprobetur, cum melior sit possidentis conditio, *l.si debitor, ff. de pignor. l.*15.*qui destinavit, ff.de rei vindic.l.finali, C. eodem tit.instit.do interdict. cap.pro possess. de regulis juris lib.*6. ac per consequens,ceù verum, sollemne; ac de contrahentium voluntate fore celebratum arguendum, *l.cum precibus, Cod.de probat. l.sciendum, ff. de verborum oblig.§.nos autem,auth.de tabell.*quare haud sufficiens ducitur præcisa notarii confessio, cum alio ex capite fieri possit, ilicet si pecunia corruptus fuisset, vel id genus; neù tabellionis fassio, tametsi authoramenti sit, verumtamen haud est sufficiens ut instrumẽtum; ac per consequens teslium fidem perimere; neù plenam parturit fidem, utporè testes secus fatentes, dummodò in testibus sex sint, en carmina.

Ætas, conditio, sexus, discretio fama,
Et fortuna, fides, in testibus ista requiras.

quare juremeritò falsi testes capitibus fuere obruti. Daniel 3. *ac ignominiosè trucidati* 2. *regum* 21.

3 Notarium instrumenti procurationis minus stipulati exemplum refundentem arbitrariam solvere debere pænam arbitror 2.tametsi Ursillus *decis.*6.*num.*7. *ad relegationem per decemnium fuisse condemnatum*, memorat apud Thorum *compend. decis. tomo* 1.§. *notarius dans copiam instrumenti.*

4 Probatur: ubi pæna in jure minimè sancita habetur, toties Judicis arbitrium subnasci par est; alioqui crimina impunita restarent; quod per absurdum foret:siquidem bono expedit publico ut delicta puniantur, *l.ita vulneratus, §.quod si quis, vers. cum neque impunita,ff.ad legem aquiliam,l.licitatio,§.quod illicitè, ff.de publicanis. l.congruit* 13.*ff.de officio Præsidis, l.stichum, §.tametsi, ff.de solutionibus extravag.ad reprim.in princip. verbo impunita, cap.est injusta* 23.*quæst*.4.*cap.ut famæ* 35.§.1.*de sententia excomm.*cum delictis, & fraudibus aditus sit cludendus, *l. in fundo, ff.de rei vindic.l.cum is, §.si cum lis,ff. de transact.* idque genus, neminique debeant patrocinari, *l.itaque fullo,ff.de furtis,cap.dictum* 30.*quæst*.1.*cap.intelleximus de judic.c. tuæ* 12.*de cleric.non resid.* quare notarius iste pæna plectendus sit: siquidem instrumenti exemplar nõnisi ejusdem stipulationem supponit; quod est falsum; igitur nil mirum si *lex* 12.*tabular.falsarios de lapide deiici jubebant*, Alex.*lib.*6.*cap.*10.

5 De falso instrumentum redarguere volens quis: si protocollum rogitet: tunc Notarium illud tribuere astringẽdum esse arbitror 3.est Anton. Fabr. *diff.*27.*Cod. de fide instru.* de Marin.*resol.juris lib.*1.*cap.*186.*num.*4.& 5.& *observat.ad decis.Revert.*326.*num.*3.

6 Probatur: rogitatio namque isthæc justa ducitur: quandoquidem instrumentum cum protocollo necessariò confirmari debere,alioqui infirmum foret,cum à protocollo veluti suo è fonte esse trahat suum; igitur si causa sit nulla, identidem & effectus, *l. adigere, §. quamvis, ff.de jure patronatus, l.si pater,ff.de hæredibus instit.l.generaliter,Cod.de Episcopis, & Clericis, l.cum te, Cod.de pacto inter empt. cap.*

*cap.magna in fine de voto,cap.cum cessante 60.de appellat.*sin firma id est protocollus;firmus etiamnum effectus,ilicet instrumentorũ; igitur tabellio nulla dignus autumatur excusatione.

DECISIO CLIV.

IN Causa Domini Comitis Ayelli,&c.lapsis quamplurimis mensibus ultrà duos se voluntate repræsentaverunt Domino Viceregi, qui tradidit eis certas cameras Palatii Messanæ pro carcere cum fideiussoribus deinde non recedendo: pro parte accusatorum fit magna instantia, quod isti ponantur in carceribus, à quibus exire non valeant, cum fiendus sit processus; dubitatum est quid agendum, &c. *Hæc Antonius Capycius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

NObiles inquisiti, & Banniti si spontè post delictum se representent:quo pacto instãte adversario recipiendi sunt? numquid sub præcisa fidejussione? an verò in vinculis? utrum cum idonea cautione detinendi sunt? in jure dicendo represent ant; juremeritò sub certa custodia per Iudicem detinendi sunt: etsi ratione præsentationis in infligenda pœna ratio aliqua per Judicem habenda sit.

SUMMÆ.

Num.1.Thesis decisio.
A'num.2.usque ad finem, ejusdem probat.

1 IN vinculis idonea cum custodia detinẽdos fore censeo, inspicitò Antonium Capicium *hìc* Farinacium *in tracta. de carcer.quæst.*30.*num.*58.Capiblancum *in prag.*6.*de Baron.num.*45.*&* *prag.*19.*num.*10. Muscatellum *in praxi S. C. lib.*2.*par.*3.*glos.detinebuntur num.*48.Author est Thorus *compend.decis.* §.*Nobiles inquisiti, & Banniti si spontè.*

2 Probatur: Tò præsentasse, ac idoneam præstitisse cautionem haud sufficientia autumantur media ut si præsentatus dein fabricato processu reus reperiatur luere possit pœnam; siquidem si dignosceret per Iudicem esse probatum, vel proximè probaturum delictum,quippe fidejussione minus obstante fugam arriperet nil de bonis faciendo;cum vita bonis præferenda sit:

3 enimverò omnis natura sit diligens sui, Cicero 4.*de finibus*,ac conservatrix 5.*de finibus*, & pro Milone;ibi: *Est non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti;non instituti;sed imbuti sumus; ut si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, in tela,aut latronum,aut inimicorum incidisset omnis honesta ratio esset expediendæ salutis*,& in Vatinium: *Nemo est tam demens, tamque parum de se cogitans, qui alienam vitam magis,quam suam diligit:* Quoniam verò istiusmodi fidejussionis pœnæ sæpe numerò transiguntur; quinimò ad ipsas effugiendas cum dotes, tum fideicommissa

Pro Decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

NObiles Magistratus:numquid ob atrociora, enormiaque crimina furcarum pœnã luere debeant.

Nobilis pro furto patrato ad ignobilium pœnam damnatus, an firma ducenda sit sententia.

Si Bannitus plenariè; secus verò simpliciter per Principem in priscum sit restitutus statum: utrum bona consanguineis quomodolibet sive ante condemnationis sentẽtiam, sive post quæsita; ei restituenda sunt.

SUMMÆ.

Num.1.& 2.Thesis 1.decisio,& probatio.
Num.3.& 4.Thesis 2.finitio,& probatio.
Num.5.& 6.Thesis 3,prædef. & probat.

1 TAmetsi Nobiles Magistratus ob atrociora, enormiaque crimina furcarum pœnam luere debere, affirmat Thorus *compend.decis.tomo* 1. §.*nobiles officiales ob atrociora delicta*, laudans de Ponte *consilio* 36. verumtamen nostro in Regno nobilis decapitatur; ignobilis verò suspenditur, ut sæpe numerò in praxi servari cernitur. quinam verò nobiles habendi sunt id prudentis Judicis, ac Proregis arbitrio redigendum est; quare pro furcarum pœna effugienda sat est si in Regno pro nobili reputatur; vitam nobilium more degens, ceù extant Scalenses,Amalphitani,Surrentini, idque genus, inspicitò quæso Thorum *compend.decis.tomo* 1.§.*notorietatem nobilitatis ipsorum.*

2 Probatur: est longe namque discrimen inter nobilem, & rusticanum, idque genus, quatenus nobiles proximiores sunt Principi, quam

quam ignobiles, atque adeò magis Civitatis regimini inserviũt, quã cæteri alii cives; qua-
3 re Tullius pro Sexto in isthæc describit verba: *Omnes boni sẽper nobilitati favemus; & quia utile est Reipublicæ nobiles esse homines, dignos majoribus suis, & quia valere debet apud nos clarorum hominum senex de Republica meritorum memoria etiam mortuorum*, quod idẽtidem liquet, & in bellis gerendis, & in rebus Urbanis, in queis expeditiores extant nobi-
4 les, quam cæteri alii. argumento esto de exordio Romanæ Urbis, Author est Titus Livius igitur si Civitas, & utilitatem, & dignitatem ex hisce prensat, cur igitur in ipsorum supplicio dignitas, honosque aliquis ipsis non sit refundendus.

5 Nobilis pro furto patrato ad ignobilium pænam damnatus: tunc infirmam ducendam fore sententiam hujuscemodi censeo, consule Thorum *compend. decis. tomo* 1. §. *nobilis pro furto condemnatus ad pænam ignobilis.*

6 Probatur: si nobilis ignobilium pæna plectendus foret; sane bina sectarentur pugnantia, ilicet essent, & non essent nobiles: forent ut supponitur, ac per consequens nobilitatis privilegio frui deberẽt; non forent verò quia ignobilium pænam luerent; quæ profectò cõtrarietas effugienda est, *l. ubi repugnantia, ff. de regulis juris, cap. cum expediat de elect. lib.* 6. cum simul esse nequeat, *l. mutuis, ff. pro socio, l.* 1. *Cod. de furtis*, Menochius *remedio* 3. *retinend. num.* 516. idque genus, argumento *leg. ancillam, vers. si verò tonsores, ff. pro socio*, Cicero pro Marco Marcello: *Non modo excubias, & custodias, sed etiam laterum nostrorũ oppositus, & corporum pollicemur.*

7 Si bannitus plenariè, secus verò simpliciter per Principem in priscum sit restitutus statũ, tunc bona consanguineis quomodolibet; sive ante condemnationis sententiam, sive post, iterum acquiri, ac per consequens fore restituenda existimant, Baldus *in l. finali num.* 6. *vers. ex prædictis, Cod. de sententiam passis* Castrensis *in l. intercidit, ff. de condit. & demonst.* Fælini; Nattæ *consilio* 470. *num.* 31. edifferentis, *quod ab hoc placito neu in prædefiniendo, neu in consulendo esse recedendum*, de Franch. *decis.* 213. *à num.* 39. Rovit. *decis.* 37. *num.* 9. aliique Author est de Marinis *resol. juris lib.* 2. *cap.* 46. *num.* 15.

8 Probatur: ly plenariè idem æquipollens est, ac in priscum jubere, ut redigatur statum; alioqui haud plenariè, ast simpliciter crimini indulgere edifferetur Princeps, quod extrà ejusdem intellectum, mentemque foret, quæ enim sunt extrà mentem pro nihilo ducenda sunt, argum. *leg.* 1. §. *si conveniat, ff. depositi, l. contractus, ff. de regulis juris, l. lege, ff. de pactis convent. l.* 1. *Cod. de oper. lib. l.* 1. *Cod. commod. cap. contractus* 85. *de regulis juris lib.* 6.
9 quod profectò Principis velle, ceũ lex servãdum est, juxtà dicterium illud *per me Reges regnant, ac legum conditores justa decer-*
10 *nunt*; quare in Regno Principem obtinet locum, *Virg. Princeps ardentem conjecit lampada Turnus*; quinimò universos defensitare Vassallos, Cicero Philipp. 8. *ò dii immortales quam magnum est personam in Republica tueri Principis, quæ non animis solum debet, sed oculis servire civibus*; verum enimverò prisca rei conditio, nonnisi universa, sive ante; sive post condemnationis sententiam involvere perhibetur bona; igitur, &c.

DECISIO CLV.

NOtarius Marcus Pantho in iudicio confessus est seipsum mandante Thoma Bonfilio, ac proinde certam vineam, seu iura super ea promittere transmisisse quosdam, qui Ioannem Philippum de consilio (cui dictus Thomas erat futurus hæres ex substitutione Patris dicti Ioannis Philippi) occiderent, &c. evasit nec mortuus est. Dubitatum fuit, an Notarius Marcus sit in pænis, *cap.* 1. *de homicid. lib.* 6. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

MAndantes, consulentes aliquo pacto cooperantes: numquid in assassinii pænam incurrere prædicenter; tametsi vulneratus haud obtruncatus fuerit.

SUMMÆ.

A num. 1. usq; ad 5. Thesis finitio, & probat.
Num. 5. nonnullæ exploduntur commentationes.

1 IN assassinii pænam incurrere, ac per consequens suspendendos fore censent, Capicius *hic, in fine*, referens sic prædefinitum fuisse; ibi: *Et fuit dictus Notarius Marcus suspensus Iulii Clari lib.* 5. §. *assassinium num.* 6. *& in* §. *finali quæst.* 36. *nu.* 2. Gabrielis *lib.* 7. *tit. de maleficiis conclus.* 1. *n.* 18. Muscatelli *in pract. crim. rubr. de homicid. med. assassin. in sequẽti titulo de pænis delictor. prædictor. num.* 13. Petrus Caballus *in tract. de omni genere homicid. num.* 504. Farinacius consi-

consilio 10. Marcellus Calà *in tract. de modo articulandi, & probandi, glossa unica*, §.2.*nu.* 481. Author est Thorus *compend. decis. tomo* 1. §.*assassinium, an verificetur ex confessione inquisiti*.

2 Probatur: *ex cap.*1.*de homicidio lib.*6.nam crimen istiusmodi cum sit pessimæ conditionis, ac rectæ summoperè dissonum rationi, consequens fit, ut omni possibili pacto, quo fieri fas est plectendum sit; quæ enim juribus obnoxia sunt maximam luere debent pænã, etenim pæna culpæ commensuratur, *l. sancimus* 22. *Cod. de pænis, cap. non afferamus stateras in fine* 24.*quæst.*1.*&c.*igitur seu sit consulens, seu mandans, seu cooperans, seu exequens; sive sit promissa pecunia, sive tradita, sive aliquid ipsi æquipollens numquam non

3 suspensionis pænam expendere debent; nec canonum, juriumque finis assassinii crimen inhibens, dumtaxat sub simplici pæcuniæ promissione inhibere voluere, ast omni possibili pacto, quo quis medio aliquo lucro sibi promissa ad aliquem obtruncandum concitaretur, idque nonnisi avaritiæ labe; hinc eruditè Tullius 1.de leg.*quid fœdius avaritia*? & in Vatinium: *avaritia insatiabilis, immẽsa, & incredibilia potest, ita enim hominum mentes obstrictas tenet, ut eas nullo tempore respirare permittat*.

4 Iura verò à Capicio *hic* laudata in alia extant facti specie, ac per consequens de ipsis nil faciendum.

5 Hinc explodendæ sunt commentationes illæ, quibus docemur jura, canonesque media pecunia de mandantibus, vel de facientibus, secus verò de consulentibus, vel cooperantibus eloqui, cum pænæ sint restringendæ, *cap. odia de regulis juris in* 6.*l.cum quidam, ff. de liberis, & posthumis, cap. renovantes* 22. *dist.*

6 quod est falsissimum: quandoquidem canonũ: juriumque mens est, ut istiusmodi plectantur, sive sint mãdantes, sive facientes, sive consu-

7 lentes, sive cooperantes, sive id genus: quare nil mirum assassinium receptans, occultans est excommunicatus, *de homicidio in* 6.*cap.*1. & si est Clericus cujuscumque dignitatis deponitur ab officio, beneficio, dignitate, *laudato cap.*1.*de homicidio in* 6.

8 Probatur 2. crimina illa, quæ admodum homines ad maleficium concitant; summoperè plectenda sunt, idque nonnisi ad populi pavorem, ne in hujuscemodi amplius incidit crimina, ast assassinus ad obtruncandum excitatur, nonnisi avaritia Cicero 2. ad heren. ibi: *Duæ sunt res, quæ maximè homines ad maleficium impellunt luxuries, & avaritia*, & 2.de offic. ibi: *Corrupti sunt, depravatique mores admiratione divitiarum*.

Pro Decis. hujusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

SI nec obtruncatus, nec vulneratus, sed per accidens fuit, quominus necaretur quis: numquid præcisè per hoc assassinii pænam solvere debeat reus, ceù in supralaudata prędefinitione 155. dissertatum fuit.

Assassinus: numquid ad Baronem remittẽdus sit quis nonnullis edisserens: obtruncate Titium; vosque ab omni liberem pæna, idq; genus: an per præcisa verba isthæc in assassinii pænam incurrat.

SUMMÆ.

Num.1.2.3.& 4.Thesis 1.decisio, & proba.
Num.5.Thesis 2.finitio, & probatio.
Num.6.& 7.Thesis 3.prædef.& probatio.

1 SI nec obtruncatus, nec vulneratus, sed per accidens fuit, quominus necaretur quis, utputà si pila è manuali tormento immissa propè ipsius corpus transierit: numquid præcisè per hoc assassinii pænã luere debent, utpotè in supralaudata *decisione* 155. dissertatũ fuit; & reverà eodem prorsus pacto plectendos fore reos hosce, ac per consequens cunctos esse suspendendos, sive sint facientes, sive mandantes, sive consulentes, sive cooperantes, sive id genus docent Afflictus *in constit. si quis aliquem num.* 16. memorans sic vidisse servari de aliquo, qui injecit telum, quod offendit equum; secus verò hominem, Muscatellus *in pract. crim. in tit. de pænis delicti prædicti post tit. de homici. med. assassinnum* 12. Iulius Clarus *in* §.*assassinium num.*6. Petri Caballi *in tract. de omni genere homicid. num.*504. Thorus Author est *compend. decis. tomo* 1. §. *assassinus an puniri debeat pæna ordinaria*, si ad actum proximũ, etsi in §.*assassinium* si non fuit consumatum, sed tantum attentatum ad remigandum per Collaterale consilium sancitum fuisse refert.

2 Probatur 1. per accidens enim se habet, quod hic ab assassinis haud obtruncatus fuit; sat enim est, ut quis effectum attentet, ut in assassinii pænam incidat; quandoquidẽ enormissimum ducitur crimen istiusmodi: ut speculanti liquet, adeòque ne amplius patretur acrius puniendum est; quare oppositæ decisiones, quas memorat Thorus *compend. decis. tomo* 1.*vers. assassinium si non fuerit consumatum, sed tantum attentatum* in juris puncto publicis in thesibus nullius sunt momenti.

3 Probatur 2. tametsi regula sit, quod nemo est puniendus effectu non secuto, *l.*1.§.*finali, num.*4.*ff. quod quisque juris*, adeòque rogitans plusquam sibi debeatur minimè pænam luere debet, nisi effectu secuto *prag.*7. *de fal-*

4 *sis*; idque genus: verumtamen ad succedenda quædam atrociora crimina identidem nõ consumata, vultrix lex plecti jubet, scilicet, vel si quis iniquis suasionibus servum corrũpat, etiam si furtum non sequatur, *l. si servo* 26.*Cod. de furtis*, §.*sed si credat, vers. unde illud quæsitum, instit. lib.*4.*de furtis*, vel si monialem, vel virginem rapere tentaverit, *l. si quis non dicam* 5.*Cod. de Episcopis, & Clericis*,

cis, l.unica, Cod. de raptu Virg. vel in crimine *læsæ Majestatis divinæ, & humanæ, l.si quis 5.Cod.ad legem Juliam majestatis*, de Marinis *c.*323. *num.*1. vel in attentanda Patris nece, *l.*1.*& 7.ff.ad legem Pompejam de parricidiis*, idque genus; etsi actus Rei pervenire debeat ad potentiam primò proximam Gramm.*consilio* 36.*num.*14.Antonius Faber *lib.*9.*Cod.tit.* 26.*def.*20.*prag.*1.*in fin.de ict.scoppict.*igit.&c.

4 Probatur 3.inspecto Regni nostri jure non nè apocham falsificans, illamque banco offerens mortis pensumdat; tametsi pecuniam nõ prensat, *prag.*8.*de falsis*, Galluppus *prax.par.* 2.*cap.*23.*num.*30. argumento identidem esto de laxante rotam bellici instrumēti ad internicionem alterius ex condicto animo occidēdi, licet alius in columnis evaserit *prag.*1.*de ictu scoppicti, prag.*15.*de armis*; secùs verò si ex rixa id accidat, Gizzarellus *decis.*25.*num.* 10. quod idem liquet de illo, qui post binas noctis horas ensem nudum, strictumque secũ ferens, dignam luere debet pænam; tametsi neminem offendat, *prag.*1.*de armis*.

5 Assassinus: numquid ad Baronem remittēdus sit; distinguendum est, vel Baro id speciale obtinet privilegium, vel non. Si primum remittendum esse assassinum plusquam manifestum est; idque nonnisi privilegii ratione, quod profectò raro, immò numquam privilegium hoc Baronibus est permittendum: siquidem à Baronibus sæpe numerò condigna nõ

6 plectuntur pæna. Sin secundum ad Baronem non esse remittendum ex ipsismet terminis liquet, cum per M. C. V. dignam solvere debeat pęnam, enimverò pæna mensuratur culpæ, *l.sancimus* 22. *Cod. de pænis, cap. non afferamus stateras in fine* 24.*quæst.*1. *cap. quæsivit de iis, quæ fiunt à majori parte cap.*

7 Si quis nonnullis diceret obtruncate Petrum, & vos ab omni liberem pæna; vel interficite Titium, quod erit summoperè mihi gratum: an per verba isthæc in assassinii labem incurrat, & reverà utroque in themate incurrere censeo, est Thori *compend. decis. tomo* 2.§.*assassiniũ an judicetur ex eo,& §.assassiniũ an judicetur ob illa talia ammazzate.*

8 Probatur: eodem prorsus pacto. quo suprà ambæ facti species comprobatæ fuere; isthæc probatur thesis: æquipollentia sunt, perinde ac si mandans differeret *tibi hanc promitto pecuniam*; enimverò ex necatione isthac lucrum reportat assassinus: nempe, & libertatē adipisci, & aliquid lucrari: in æquipollentiis namque firmum ducitur argumentum, *l. stichus, ff.de manum. testam.*

DECISIO CLVI.

IN Causa olim mota per Magnificum quondã Julium de Scorciatis, contrà Ill. quondam Bernardum Vellamari Comitem Caputatii super petitorio, & possessorio Civitatis Satriani, & Castrorum Titi, & Calavelli, &c. dubitatum est, an dicta cessio valuerit sine Regio assensu, &c. *Hæc Antonius Capycius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

CEssio causæ absque regio assensu super feudo facta: numquid firma ducenda sit.

SUMMÆ.

A num.1.usque ad 7.Thesis finitio, ejusdēque probatio.

Num.7.jura à Capicio laudata non obstāt.

1 FIrmam esse autumant Antonius Capicius *hìc*, *in fine* describens sic per S.C.prædefinitum fuisse; ibi: *Major pars dominorum de consilio votavit valuisse dictam cessionem sine assensu ut fuere d.Vice Prenotarius D.Je:Martialis d.Princeps Bisiniani, sed d.Ciccius votavit non esse nunc votandum articulum: an valeat cessio quoad jus, sed solum quoad instantiam:& omnes fuimus concordes in hoc, quod quoad instantiam valeret cessio sine assensu: unde decretum est, quod non possit procedi ad ulteriora in causa stante cessione prædicta, sed ego post tres dies antequam decretum publicaretur dixi illis dominis declarando votum meum, quod procederet quando apparet in processu, quod dictus comes erat Vicerex in perpetuum; vel ad beneplacitum; nam si fuisset ad tempus dubitabam, an etiam quoad instantiam valeret cessio per legem* 1.*Cod.de contract.jud.* de Frãchis *decis.*593.Ursillus *decis.*232.*num.*1. Riccius *in praxi Ecclesiæ tit. de jure patronatus, decis.*214.*num.*287. aliique Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *cessio liti, & causæ super feudo esse valeat.*

2 Probatur: ex textu *in l.si pro fundo,Cod.de transactionibus* Capicius *hìc,num.*16.Author est: nam cedere liti causæque procul è regio assensu super feudo (rigorosè loquendo) feudũ alienare minimè perhibetur, *lib.*2.*tit.*9.*qualiter olim feud.pat.*§.*ult.in fine,& tit.*39.*de alienat.feud.pat.*§.1.Hothomanus *consil.*32.*n.* 1.argum.*leg.imperialem*, §.1. & §.*callidis de prohib.feud.alienat.per* Federic. *cap.à contrario de investit.de re al.fact.* idem Author *cons.*

31.*nu.*1. cum juri;quod habet rogitandi feudum, cedat; ac per consequens nullam directo injuriam irrogare ducitur domino, adeò-
3 que nulla dignus reputatur pæna; irrogetur enim ubi in actuali feudi possessione extaret, quod nostro in themate haud supponitur: siquidem etsi dominus utilis sive ignorante, sive dissentiente domino directo alienare nequit, *cap.*1.*de prohibita feudi alienat.per Lothar.* Hotmanus *lib.* 1. *feudorum de alienat. feudi tit.*13.*& consil.*32.*num.*16. de Marinis 2.*resol.cap.*84.*num.*1.*pag.*181.cum feudum nonnisi à fidelitate denominationem desumat suam, Hotom.*de feudis disput. cap.*26 .*lit. C.* Cironius *in paratitl.*5. *decretal. tit.de feudis*
4 20. quare omnia illa, quæ habent vim alienationis alienari à feudatario nequeunt, *l.finali, Cod.de rebus alienis non alienandis, dicta l.imperialem, & cap.à contrario,l.ea lege de cond.ob causam, l.si quis ita* 135.§.*ea leg.ff.de V.O.l.si fundum,ff.de fundo dot* cum quicquid lege inhibeatur,si fiat,pro infecto habetur,*l.nō dubium, ff.de leg.* hinc Cic.1.de finibus:*quod semel jam missum est, coherceri,reprimique non potest*, & in Pisonem: *Præterita mutare non possumus*, §.*sanctissimus, novella* 7. *de non alien.reb.Eccles.*Antonius Faber 4.*Cod.tit.*28. *def.*9.*& num.*1.*in allegat.*Cujacius 4.*Cod.tit. de rebus alien.non alien. lit.H. pag.*408. Donellus 6.*Cod.de fideicomm. ad leg. quoties nu.* 2.*&* 4. *Cod.de rebus alienis non alienandis ad l.sancimus* 7.*num.*7. Augustinus Barbosa *in*
5 *laudata leg.sancimus num.* 3. verumtamen isthęc in nostra facti specie deficiunt, cum aliud sit alienare, aliud cedere juri, quod habet rogitandi feudum, Hothomanus *consil.* 32.*num.*3.4.5.*& ferme per totum*; enimverò primū est inhibitum,ut supralaudatis in juribus demōstratū fuit; secus verò secundū,cum abdicet à se jus, quod habet;quod feudum nō est, ut ritè speculanti liquet: quemadmodum refutatio, quæ fit proximè successuro alienatio non est, *l.cum pater*, §.*quindecim. ff.de legatis* 3.Camerar. *in cap. imperialem lit. O.* Hotmanus loco supralaudato, ac per consequens non est inhibita,*dicto cap.imperialem ex constit.divæ Memoriæ*; igitur cum nulla directo irrogetur injuria domino;consequens
6 fit, ut firma sit;secus verò in feudi alienatione, ubi utpotè mendax respectu juramenti præstiti à feudo arcendus est; neù amplius ad feudi investituram admittendus est, Cicero pro C. Rab.posth. ibi: *Ubi quis semel pejerarit, ei credi postea etiam si per plures Deos juret, non convenit*.
7 Iura autem à Capicio *hic* laudata, ilicet textus *in l.quædam mulier, ff. de rei vindic. l.si sponsalibus*, §.1.*ff.de jure dotium*, idque genus alio in themate extant, ut ritè speculanti liquet.

Pro decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

Cessio per Fiscum: numquid facienda sit hæredi, qui succedit feudatario solventi Fisco, si simul ad hæreditariorum onerum contributionem astringebantur.

Cessio corporalibus in rebus: an idem ac traditio in iisdem operatur.

Jura cuncta cedens quis sua: quid cedere perhibetur.

Si actionis cessio super feudo infirma sit, in cujus ditione actiones restant.

SUMMÆ.

1 Cessionem per Fiscum haud esse faciendam hęredi,qui successit feudatario solventi Fisco, si una insimul ad hæreditariorum contributionē onerum astringebātur, ducunt Thor.*compen. decis.tomo* 1.§.*cessio an sit facienda per Fiscum hæredi*, momorans sic per Reg. Cam.Summ. pluries prædefinitum fuisse, de Ponte *consilio* 82.*die* 22.*Iunii num.*220.*vol.*1.
2 Probatur: debitori namque cessionem fieri haud par est; nonnisi ad liberandum, cum per cessionem, & æs alienum extinguatur, *l. per diversas* 22.*& sequen.Cod.mandat.*Antonius Faber 4.*Cod.tit.*29. *de hæred. vel action. vend.def.*2. *num.*1. *in alleg.l.nominis* 3. *Cod. de hæred.vel action.vendit.*idem Author 4.*tit.* 7.*de obligat.& actio.def.*1.*num.*13.*in allegat.* in nostro porrò themate & feudatarius,& feudatarii hæres Fisci debitores esse supponūtur; igitur ipsis cessio minimè fieri fas est.
3 Cessionē corporalibus in rebus idē,ac traditionem in iisdem producere effectum existimant Bartolus, & Doctores *in l.penultima, ff.de servit.*Salernit. *decis.*35. *num.*4. Osascus *decis.*51.*num.*5. aliique Author est de Marin. *resol.juris lib.*2.*cap.*238.*num.*13.
4 Probatur:aliud enim est medium,quo corporalis, & aliud quo incorporalis refunditur res: in corporali namque mobili nonnisi vera,realisque reposcitur traditio, *l.traditionibus* 29. ibi: *traditionibus, & usucapionibus dominia rerum non nudis pactis transferuntur,Cod.de pactis,l.numquam* 31.ibi:*numquā nuda traditio transfert dominium, ff. de acquirendo rerum dominio*, in corporali verò per traditionē fictam, quæ fit per illud, quod est substitutum à jure, loco corporalis traditionis, & acceptionis ilicet vel inspectione oculorum, *l.*1.*ff.de acquirenda possess.*aut per traditionem clavium, *l.*7. *Cod.de pactis*; vel per constitutum, & præcarium, *l. quod meo* 18.*l.qui bona fide* 19.§.*finali, ff. de acquirenda possess.cap.cum venisset de restit. spoliator, vel per lacerationem Schedulæ*; vel per illius traditionem debitori, *l. emptionem* 1. *Cod.de donat.* vel per patientiam alterius, vel per

retentionem usus fructus, idque genus, ac per consequens per juris, & debiti cessionem, *l. emptionem*; *Cod. de donat.* alioqui in corporales res numquam tradi possent, quod per absurdum foret, cum traditio sit rei, vel juris, vel possessionis de persona ad personam translatio, Virg. *cedat ius proprium Regi*, Sueton. de claris gramm. ibi: *Vixit ad extremam senectam, sed in summa pauperie, & penè inopia, abditus modico gurgustio, postquam tusculana villa creditoribus cesserat, ut Author est Bibaculus*.

5 Jnra cuncta cedentem sua; nonnisi utiles; secùs verò directas in cessionarium transferre suas, docet de Marinis *observat. ad decis.* 290. *num.* 2.

6 Probatur: actiones namque directæ personales sunt, *l. 5. ff. de obligat. & actio. l. 18. §. ult. l. 17. §. 1. ff. commod. l. 2. ff. de negotiis gestis, §. 4. instit. de pæn. tem. letig. l. 3. ff. ad exhib. l. actionũ 25. ff. de obl. & act. l. 3. ff. pro socio, l. ult. ad finẽ, ff. de contrahend. empt.* Balduin. *instit. de actio. pag.* 619. Hotmannus *ibidem col.* 1. *lit. A. & B. pag.* 781. *& instit. tit. de obligat. quasi ex contract. lit. D. & E. pag.* 687. ac per consequens de persona actù extante, ad aliam transire impossibile esse; cum accidens nõ possit esse sine subjecto, & substantia, *l. 4. in fine, ff. de actionibus empti*, Stephanus Bodeo *de justit. & jure in primordio*, quare extinguntur extincto subjecto, Gellius *lib.* 10. Balduinus *instit. lib.* 1. *de jure naturali gentium, & civili, pag.* 31. utiles verò actiones de cedente ad cessionarium transilire queunt, cum accidentia extrinseca adesse, & abesse possint præter subjecti corruptionem, *l. falsa, ff. de condit. & demonstrat. l. pacta conventa, ff. de contrahen. emptio. l. pro voluntariis, ff. de conpens. in rebus dotal. factis*, Coras. *lib.* 3. *miscell. cap.* 10. *num.* 10. alioqui cedens nil cederet, quod per absurdum esset, quod cunctis in statuitionibus est essugiendum, *l. ita si* 39. *in fine, ff. de oper. libert. l. nam absurdum, ff. de bonis libert. cap. in genesi de elect.* Terent. in Adel. 3. 3. 22. ibi: *est Hercle inepta, ne dicam dolo, atque absurda.*

7 Universa jura cedentem sua, dũtaxat simplicia, seù quæ actu sunt; secùs verò conditionalia cedere reor 2. est Baldi, aliorumque Regens de Marinis, *observ. ad decis.* 57. *num.* 6. Author est.

8 Probatur: neù obligationem, neù contractum ultrà contrahentis mentem effectum ullum producere posse explorati juris esse, *l. non omnis, ff. si certum petatur, l. in agris, ff. de acquirendo rerum dominio, l. 2. ff. de his, quæ in testamento delentur, l. legata inutiliter, ff. de legatis* 1. *l. cum tale, §. ultimo, ff. de condit. & demonstr. l. age cum Gemininno, Cod. de transact.* Connan. *commentar juris civilis lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 13. cum ex partium conventione legem accipiant, *l. 1. §. si conveniat, ff. depositi, l. contractus, ff. de regulis juris, l. lege, ff. de pactis conventis, l. 1. Cod. de oper. liber. l. 1. Cod. commodati, cap. contractus* 85. *de regulis juris lib.* 6: quare juremeritò pacta, & promissa servanda sunt, juxtà paciscentium mentem, sic Cicero 3. de officiis; ibi: *Pacta semper, & promissa servanda sunt; quæ nec vi, nec dolo malo facta sunt: illi servanda non sunt, quæ non sunt iis ipsis utilia, quibus promiseris*, & 1. de officiis; ibi: *Illis promissis standum non est, quæ coactus quis metu, aut deceptus dolo promiserit*, nam à contrahentium velle depẽdent, ac per consequens suum assequuntur esse: in nostro porrò themate cedentis intentio est cunctis juribus cedere suis simpliciter; seù prout actu extant; secùs futura conditionalia, quæ extrà concedentis mentem sunt, argu. *l. fistulas, §. frumenta, ff. de contrah. empt. l. 1. §. itaut si interdum à contr. sens. Cod. de jure emphyteut. l. ex cõductoris, §. si vis de locat. l. 2. in princ. ff. de hæred. vel action. vendit.* Faber 4. *Cod. tit.* 42. *de locato. defin.* 2. *per totum*, Gravet. *cons.* 294. Boer. *quæst.* 228. igitur, &c.

9 Universa jura præsentia cedentem sua; illa dumtaxat amplecti, quæ ipsi haud ignorata sunt; ac per consequens secùs illa, quæ ex nova, ac inopinata causa post cessionem factam, menti succurrunt, docet de Marinis *ad observat. Reg. Revert.* 553. *num.* 4.

10 Eodem prorsus medio isthæc probatur Thesis quo supralaudatæ theses comprobatæ fuere, cum contractus, pactave extrà contrahentis mentem nullum producant effectum, cum legem ex partium conventione reciperent, *l. 1. §. si conveniat, ff. depositi, l. contractus, ff. de regulis juris, l. lege, ff. de pactis conventis, l. 1. Cod. de oper. lib. l. 1. Cod. commodati, c. contractus* 85. *de regulis juris lib.* 6. verum enim verò circa ea, quæ ex nova dimanant causa, ac quæ inopinata ducuntur, extrà contrahẽtis mentem supponuntur, *l. cum quis* 38. *l. si cum Cornelius* 82. *de solut. d. l. 2. in princ. ff. de hæred. vel action. vendit.* arg. *l. si quis domum* 9. §. 1. *ff. de locat.* arg. *l. si vendito.* 6. §. 1. *in fine, ff. de serv. export. l. si sterilis* 31. §. *si tibi, ff. de act. empt.* Anton. Faber. *loco supralaudato, & definit.* 30. igitur, &c.

11 Si actionis cessio super feudo infirma sit, tunc penes creditorẽ actiones restare ducunt, de Franchis *decis.* 540. *n.* 6. Giurba *decis.* 63. *num.* 4. Castill. *lib.* 1. *controvers. cap.* 69. *nu.* 27. Ioseph de Rosa *consult.* 19. *num.* 7.

12 Probatur: ex *l. si quis vi, §. differentia, ff. de acquirenda possessione, l. nec utilem, ff. ex quibus causis majores, l. cum quis, §. debitorem, ff. de solum.* nam non entis nulla sunt attributa, ac per consequens nullum producit effectum, *l. 2. ff. de usu fructu, l. Sejæ, ff. de tutor. & curator. l. ejus, ff. de rebus credis, l. ejus qui in Provincia, vers. quoniam, ff. si certum petatur, l. 4. §. condemnatum, ff. de re judicata, l. 2. ff. de usufructu, l. Pomponius, §. finali, ff. de acquirenda possessione, l. si servum, §. finali, ff. de actionibus empti, l. nec nullum, §. si quis absentis, ff. de petitione hæred. l. 1. ff. de hæred. vendita, cap. bonæ de electione, cap. disolvendum de dispensation. impuberum*, quod

quod enim nullum est; nullum producit effectum, *l.4.§.condemnatum, ff.de re judicata, l.non putavit, §.non quavis, ff.de bonor.possess. contrà tabulas, l.2.ff.de authorit.tutorum, l.si aut nulla, Cod.de legit.hæred.l.non dubium, C. de legibus, l.finali, Cod. de sententiis expræssis præcitand.cap.illud de jure patronatus*; cessio porrò isthęc infirma supponitur, igitur nullius momenti: quare res ita se habet, perinde ac si ab initio nil actum fuisset.

DECISIO CLVII.

IN Causa Illustrissimi Principis Bisiniani, cum Ill. Duce Neritoni facta conclusione in dicta causa, in qua d.Princeps erat reus conventus: fuit pro eius parte petitum primum beneficium, & sic concessum; ob quod conclusio rescissa est, & termino beneficii elapso pro parte Domini Principis petitur repulsa testium examinatorum in primo termino, &c. *Hæc Antonius Capycius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

REpulsa facta conclusione; tametsi per primum beneficium rescissa: numquid ad pinguius probandum concedenda sit.

SUMMÆ.

A'num. 1. usquè ad 4. Thesis 1. decisio, & probatio.

A'num.4.usquè ad finem, Thesis 2.prædæfinitio, ejusdemque probatio.

1 NOn fore permittendam duco, est Antonii Capicii edocentis sic per S.C. sancitum fuisse, inspicitò Petram hìc, & Muscatellum *in praxi S.C. lib.1.par.6.glossa momentum num. 3.* aliosve apud Thorum *compend.decis.tomo 1.§.repulsa an concedi debeat facta conclusione licet rescissa*, dummodò rogitatio isthæc procul à justa causa, & calumniosè facta foret; quod ritè arguendum est si testium repulsam per primum petens beneficium, in primo termino sufficientèr probaverit, ac testes exploserit.

2 Probatur: repulsa namqae isthæc per primum rogitata beneficium, ad pinguius probandum, non conclusionis prorsus infirmitatem supponit, dumtaxat verò ut ad feracius commonstrandum per primum beneficium terminus concedatur; neù novum in jure est

3 aliquid sub uno firmum esse sensu; infirmum verò sub alio utpotè liquet in testamentariis paternis condendis tabulis, in quibus pater suum præteriendo filium, extraneũ instituendo heredem, tunc etsi testamentum sit quoad institutionem infirmum, *auth.ex causa, Cod. de lib.præteritis*, cum contrà pietatis officiũ ageret, quæ inter parentes, & liberos sacrosancta esse debet: quandoquidem pietatis officium iniquè violaret, *l.3.l.5.ff.de in officioso testam.l.6.Cod.eodem, §.2.instit. eodem*, Hotmanus *consilio 9.num.11.l.1.& l.filio 17.ff.de injust.rupt.l.si filius 7.ff.de lib.& posth. l.inter 30.de hæredit.quæ ab intest.*Novell.Justiniani *constit. 115*, verumtamen quoad legata, fidei commissa, idque genus est firmum, §.*sive igitur, auth.ut cum de appellat.cognosc. col.8.c. relatum 1.de testam.*sic à pari firma ducitur, quoad testium repulsam conclusio; infirma verò quoad & ulterius probandum, idque nonnisi beneficii ratione, quæ hoc in themate inspicienda est.

In alia causa vertente inter magnificum Ioannem Baptistã Cicinellum, & Universitatem Machiæ conventam; erat iam facta conclusio: pro parte Universitatis fuit petitum beneficium, in quo utraque pars examinavit: & fortè melius, & plus examinavit Ioannes Baptista actor. Magnifica Universitas petit repulsam contrà testes actoris etiam in primo termino examinatos; adversarius opponit de iuribus in hac decisione allegatis, &c. *Hæc Antonius Capyc.*

Secunda Facti Species.

REpulsa ex causa adversus testes examinatos ante, & post conclusionem, propter beneficium ad pingius probandum: an concedenda sit.

4 Concedendam fore censent Capicius *hìc* 5 *in fine* litteris mandãs sic per S.C. sancitum fuisse; ibi: *Sacrum Consilium cessit repulsam Universitati etiam ad testes actoris examinatos in primo termino ob causam quia Universitas possit dicere, quod ante conclusionem non petierat repulsam: ex quo stabat sub spe, quod testes sui eam revelarent contra proba-*

tiones adversarii: nec quod adversarius accumulavit ex primis testibus alios testes, ast facta quædam conjunctio probationum, ita quod primi testes, qui soli fortè non nocebunt universitati, nec cum aliis nocituri sunt; & sic non mirandum si ita contrarium fuit decisũ, Ursillus *decis.* 268. aliique Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *repulsa an sit concedenda ex causa contrà testes examinatos.*

5 Probatur: in isthac namque facti specie justa testium petendi repulsam supponitur causa, ilicet si testium repulsam reposcens Universitas foret, edisserens, quod in priori termino testium repulsa per suum minimè petita fuit procuratorem; enimverò Universitas, Civitas, Respublica hisce similia privilegiatorum fruuntur privilegiis, adeòque de ipsis summa habenda erit ratio, hinc Cicero in somno Scipionis: *omnibus qui Patriam conservaverint, adjuverint, auxerint certus est in Cœlo, & definitus locus, ubi Beati ævo*
6 *sempiterno fruantur*; quare Capiciana isthæc secunda facti species non opponitur primæ; nam prior illa justam petendi testium repulsam nequaquam supponit causam; secùs verò secunda, ceù ex Capicianis arguitur verbis.

Pro Decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

SI repulsa in primæva minus petita fuerit instantia: numquid in appellationis causa fieri possit.

Repulsa in prima haud rogitata instantia: an in appellationis causa facta publicatione de ipsa quiritari fas est.

In testium repulsæ termino: utrum audiẽtia committi possit.

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. Thesis 1. decisio, & probatio.
Num. 3. & 4. Thesis 2. finitio, & probatio.
Num. 5. & 6. Thesis 3. finitio, & probatio.

1 SI repulsa in prima minus petita fuerit instantia, in appellationis causa fieri posse reor 1. est Reg. Revert. *decis.* 262. aliorumque.

2 Probatur: appellationis namque Iudex nonnisi novus vocitatur, ac per consequens causæ notio ac novum examen fit, *l.* 1. *& toto titulo, Cod. quorum appellationes, arg. cap.* 2. *de consuetud.* Donellus *lib.* 24. *comment. cap.* 4. Maranta *in praxi* 6. *par. nu.* 6. Petrus Gregorius 3. *part. syntagm. lib.* 50. *c.* 2. igitur novum efformandum erit judicium, igitur nova causæ defensio, adeòque testium repulsa; præsertimve nostro in themate; cum in prima minus petita fuerit testium repulsa instantia; alioqui indefensus mansitaret, quod per absurdum foret; naturali etenim obversaretur juri, Caramuel *in theolog. mor. quæst.* 8. *casu* 37. *pag.* 124. Cironius *in paratitl.* 5. *decretal. tit.* 28. *de appellat. l.* 1. §. *ita cum edicto, ff. de sent. appellat. l. de unoquoque, ff. de judiciis, l.* 3. *C. de sicar. l. sedet, §. quæri, ff. quod metus caus. l. furem nocturnum, ff. de sicar. cap. olim* 1. *de restit. spoliat. & cap. si verò alicujus de sentent. excomm. cap. cum dilecto de senten. excom. lib.* 6. *l.* 1. *Cod. quando licet se* 51. *jud. vindic. l. si quis percussorem, ff. ad leg. Corn. de sicar. l. sciẽtiam, §. qui cum aliter, ff. ad leg. Aquil. cap.* 2. *de sent. & re judic. in fin. in clement.* Cujacius *in cap. cum inter* 5. *de exceptionib.* cum appellatio de sui natura suborta sit, nonnisi ut Iudicis defectum suppleat, Antonius Faber 1. *Cod. tit.* 2. *de Sacrosanctis Ecclesiis def.* 12. Grãnanieto 2. *decretal. de appellat, tit.* 28. *in cap. ut debitus honor* 59. *nu.* 19. *&* 20. cum sit introducta ad innocentiæ præsidium, Cironius *de appellat. recusat. & relat. tit.* 28. adeòque est invocatio auxilii superioris Iudicis, Hotmanus *verb. juris verbo appellatio, pag.* 531. & per consequens nova judicii discussio, idem Author *verbor. juris verbo appellare pag.* 53. inde est quod est exceptionis species, quod impossibile est ut fiat ab inferiore in cujus ditione nõ est superioris legem perimere, *l. formam, Cod. de officio Præfecti Prætoris, cap. cum inferior de major. obed.* Clem. ne Romani *de electione, l.* 1. §. *si quis in appellatione, ff. de appellation. cap. si duobus, cap. solicitudinem, de appellat. cap. placuit, cap. anteriorum* 28. 2. *qu.* 6. Iust. *novell.* 23. *l.* 4. *ff. de arbitr. cap. si quis à modo* 81. *dist. d. l.* 1. §. *si quis in appellat. cap.* 2. *de consuetud. in* 6. *cap. patet, cap. nemo, cap. cuncta* 9. *quæst.* 3. *l.* 1. *ff. à quibus app. non licet, cap.* 3. §. 1. *cap. à collatione* 11. *de appell. in* 6. *cap. scitote* 6. *quæst.* 3. *cap. singulas il* 2. *c. nullus primas, cap. conquæstus* 9. *quæst.* 3. *cap. pastoralis, de offic. ordinar. cap. dilectus, cap. cum causam, cap. solicitudinem, de appellat. cap. per tuas, de sentent. excomm. cap.* 1. *c. Romana, de foro competenti, lib.* 6. *cap.* 1. *de offic. delegat.* Solorzanus *tomo* 2. *de jur. ind. lib.* 3. *c.* 9. *num.* 21. Petrus Gregorius *in cap. conquerente* 11. *num.* 22. *de offic. ordin.* Trid. *sess.* 22. *de reform. cap.* 7. Barbosa *in collect. ad tex. in d. cap.* 2. *de consuetud.* & ad Trid. *in d. cap.* 1. *n.* 1. *& de potestat. Episcop.* 3. *par. allegat.* 54. *nu.* 46. *& de Canonicis cap.* 36. *num.* 6. verum
3 enimverò minimè supplere perhibetur si repulsam hance non admitteret, ut speculanti patet: quandoquidem suo in munere deficeret, aliquam commonstrãdo passionem, quod per absurdum foret, Cicero 2. de oratore: *Plura judicant homines, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia; aut dolore; aut lætitia, aut spe; aut timore, aut errore; aut aliqua permotione mentis; quam veritate; aut præscriptio; aut juris norma aliqua; aut judicii formula; aut legibus.*

4 Repulsa in primeva instantia haud rogitata, in appellationis causa facta publicatione de ipsa quiritari posse reor 2. quod suum vendicat locum, seù pars instantiam producit, qua-

quatenus sit expedita illos uti falsarios probare, est Afflicti *decis.* 266. referentis sic per S.C.prædefinitum fuisse, de Marinis Author est *observat.ad decis. Revert.*393. *num.*4. seù justitiam hance non producit; dumtaxat verò testium repulsam.

5 Eodem prorsus medio,quo facti species in primevo commonstrata fuit capite probatur: nam Tò *per adversarium instare testes, utpotè falsarios se velle repulsare*, id minimè necessum ducitur,cum pro superfluo reputatur, *l.*1.*§.quibus, Cod.de novo Cod.l.fin. C.qui admit.ad bon.possess.& in proæmio decretal.* ibi: *resecatis superfluis, Clement.exivi,§.quamvis, l.hæc stipulatio, §.divi,ff.ut legator.nomine caveatur, l.non cogendum, ff. de procuratoribus*; quandoquidem in testium examinis visione, id per consequentiam dignosci necessum est.

6 In testium repulsæ termino audientiã,juxtà ritũ M.C.V.146.committi nequire reor 3.est Afflicti *in constit.in pecuniariis num.* 70. Roviti *in prag.*11.*num.*19.*de ordine Judicis*,Sãfelic.*in prax.Judic.sect.*57.*num.*11. de Marinis *observat.ad decis.Revert.*393.*num.*1. quæ in viridi extant observantia procul à recta ratione minime ab hisce recedere fas est; uti extant ritus M.C.V. qui uti jura servãdi sũt.

DECISIO CLVIII.

IN Causa Magnificorum Nicolai Antonii Caraccioli, & Fratrum filiorum quondam Galeatii Caraccioli. Primo dubitatum est quanta debeat esse legitima dicti Lelii? & an in eius computatione filiæ fæminæ prædictæ faciant partem, stante consuetudine Neapolitana, *quod stantibus masculis fæminæ non succedunt, sed debeant dotari, &c. Hæc Antonius Capycius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti Species.

LEgitima à Patre secundo genito institutionis hæredis titulo relicta; aliis verò filiis hæredibus simpliciter institutis quanta esse debeat.

SUMMÆ.

Num.1.Thesis 1.decisio, & probatio.
Num.2.3.& 4.Thesis 2.finitio,& probatio.
Num.5.& 6.Thesis 3.prædef.& probatio.
Num.7.& 8.quanta debet esse vita, & militia refundenda à primogenito fratribus prudentis Judicis arbitrio redigendum est,ejusdemque probatio.
Num.9.Thesis 4.decisio, & probatio.

1 TAmetsi prisca inspecta tempestate liberorũ legitima quarta erat pars, *§.ult.instit.de inoffic.testamento,l.Papinianus, §.quoniam cum suis §§.ff. de inofficios.testament. l.cum quæreretur* 6. *l. parentibus* 8.*Cod.eodem, §.tam autem naturales liberi, inst.eodem*, Cujacius *in lib.*2.*respons.Pap.ad l.*32.*famil. erciscund. lit. C.pag.* 799.Fachineus 4.*controvers. cap.*28. Gonzalez 3.*decretal.tit.*26.*de testamen. in cap.Raynuntius* 16.*num.*17. Donellus 19. *comment. jur.civil.cap.*4.*vers.de hac portione legitima*, Hotmanus, Balduinus, Vultejus, Pichardus, cæterique Institutarii *in d.§. tam autem naturales liberi* 2.*institut.de inofficios.testam.* verumtamen hodie est tertia bonorum pars si filii sint quatuor; vel minus, auth. *de triente*, §.1.auth. *novissimè,Cod.de inoffic.*Novell.*de imens.donat. in princ.* consule supralau.auth. *in locis præcitatis*, & Jacobum Cujacium *in expositione novellæ* 18. non procùl à principio, ac Antonium Fabrum *de err.pragma.decad.*11.*error.*9.secùs si suprà quatuor forent: quandoquidẽ tunc esset medietas illius,quam quis ab intestato peteret, quod sibi vendicat locum, sive legitima ex testamento, sive ab intestato debeatur; jura, authoresque præcitati:enimverò utrobique par urget ratio.

Quoad secundum dubium erat,an Dominæ Eleonoræ,&c.*Hæc Antonius Capic.*

Secunda Facti Species.

IN prædefinienda legitima masculis danda: utrum de dotibus filiabus datis aliqua habenda sit ratio, extante consuetudine *stantibus masculis fæminæ non succedunt*.

2 De dotibus filiabus datis quoad legitimæ computationem inter masculos faciendam, nullam de dotibus habendam fore rationem; ac per consequens deductis dotibus sororibus datis; quod in paterno,maternoque patrimonio restat,ære remoto alieno, *l.Papinianus,§. quarto,ff.de inoffic.testam.l.cum quæritur,C. eodem*, Fachineus 4.*controvers. cap.*34. *lit.D. &* 7.*earundem, cap.*47.*lit.C.vers.quintum, quia legitima debetur*, juxtà masculorum numerum dividendum esse; quare thesim hance in juris puncto quemlibet ritè tutari posse censeo, est contrà Capicium *hic*, *num.*7. describentem secùs per S.C. prædefinitum fuisse; ibi: *& super utroque puncto S.C. ita votavit hoc modo* 23.*Maii* 1520.*visis dictis duobus*

bus punctis, & scripturis cum eisdem exhibitis; quoad primum videtur dictis magnificis dominis de Sacro Consilio, quod legitima debita præfato Reverendo Abbati Caracciolo, & sibi relicta per quondam magnificum Galeatiũ Caracciolum, Patrem communem eorumdem in ejus testamento sit, & esse debeat decima sexta pars bonorum hæreditatis dicti quondam magnifici Galeatii: in cujus hæreditatis computatione, & dictæ legitimæ deductione habeatur ratio de dotibus datis tribus sororibus eorumdem fratrum, filiabus dicti quondam manifici Galeatii in vita ipsius, Franchum *decis.* 549.Annam *in singulari* 214. Gabrielem *lib.* 6.*de legitima conclus.*2. Crassum *de success.ab intestaso,* §.*legitima, quæst.*7.*num.*4. Fabium de Anna *in consilio* 25.*num.*42.Minad.*in consilit.in aliquibus in* 7.*notabili, num.*11. Molfesium *in commem.ad consuetud. Neapol.par.* 4.*quæst.*17.*num.*2.*ubi nu.*3.aliam refert decisionem novissimam S.C. & *quæst.*17. *nu.*31. de Marinis *resol.juris lib.*1. *cap.* 252. *num.*3. 4.& 5.10.11. & 12. aliosve Thorus Author est *compend.decis.tomo* 1. §. *legitima relicta à Patre secundo genito aliis filiis hæredibus institutis*.

3 Probatur: *ex l.si defunctus, l.*2.§.*si duo de collat.bonor.l.si servo legato,* §.*si testator, ff. de legatis* 1.*l.fideicommissa,* §.*interdum, ff. de legatis* 3. dotes namque seù à parentibus, seù à fratribus, vel id genus sororibus datæ in fratrum utile, vel detrimentum verti debent cum communi ex patrimonio sint deductæ, ac per consequens legitima fratribus tribuẽda juxtà patrimonii vires de eo, quod remansit designanda, prædefiniendaque est, *l. cum quæritur, Cod.de inoffic.testam. d.l.Papinian.* §.*quarta, ff.eodem,* argum. *l.irritum, Cod. ad legem falcid.l.in ratione,* §.*quod vulgo, ff. eod.* enimverò legitima est pars hæreditatis, *d.authent.de trient.& semisse,* Fachineus 4.*controver.cap.*65.*à lit.B.usque ad E.&* 6.*earundem cap.*56.*per totum,* consule Donellum *lib.* 19. *de jure civili, cap.*4. *vers. cum constituimus, pag.*277.quare esse primo genitum, vel secundo genitum in legitima tantummodò; alios verò in tota hæreditate hæredes institutos id merè materialiter ad nostram facti speciem se habere autumo, ut speculãti liquet; igit.&c.

4 Probatur 2. legitima nonnisi de eo, quod est in patrimonio deducenda erit, cum patrimonium deducto ære alieno intelligatur, *l. subsignatum,* §.*bona, ff. de verbor.signif.* Donellus *de jure civili lib.*8.*cap.*25.*sub num.*50. ac per consequens de eo, quod actu est, secùs verò de illo, quod fuit: dotes porrò sororibus idque genus datæ non sunt amplius in patrimonio; ast fuere: igitur nil mirum si legitima utpotè onus, nonnisi ex patrimonio actu extante designanda erit.

Et cum inter eosdem fratres esset differentia de vita, & militia, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

Tertia Facti species.

Vita, militiaque: num per primogenitum cæteris linquenda sit fratribus; quantave designanda sit.

5 Esse relinquendam censeo, est Antonii Capicii *hic, num.*8.referentis sic per S. C. prædefinitum fuisse; ibi: *S.C. declaravit præfatũ Nicolaum Antonium primogenitum teneri ad solvendam dictam vitam, & militiam Marcello Fabio, & Lucio suis fratribus pro vita, & militia quolibet anno*.

6 Probatur: filii namq; nonnisi ex patrimonio alendi sunt, *d.l.scimus,* §.*repletionem, C. de inofficios.testam.l.cum quæritur, Cod. eod. d. l. Papinianus,* §. *quarta, ff. eodem, &c.* ad quod parentes naturali inspecto identidem jure adstringuntur, *l.si quis à liberis, ff.de liberis agnoscend. l.jus naturale, ff.de justitia, & jure, l.unica,* §.*tacent, C.de rei uxor.action. l.ult.Cod.de lib.agnosc. cap.cum haberet de eo, qui cog.consag.uxor.suæ, l.*2.*C.de alendis liber. à parent.l.penult.Cod.de patr.potesta.*hinc Cicero 3.act.in Verrem: *nihil nobis natura jucundius, nihil charius esse voluit, nihil dignius in quo omnis nostra diligentia, indulgentiaque consumatur; quare dum habemus parvos liberos, & interim est, quam longa nostrum cujusque vita futura sit, consulere viri; ac prospicere debemus; ut illorum solitudo, & pueritia, quam firmissimo præsidio munita sit,* quod profectò onus extincto patre, nonnisi ad patrimonii successorem transit, ac per consequens ad primogenitum, cum omnia jura activè, passivè ad hæredes transiliãt, *l.cum hæredes, ff.de acquirenda hæredit. l.hæres in omne, ff.de acquirenda hæredit. l.hæreditas* 28.*ff.de regul.juris, l. aristo, ff.de regulis juris,* quandoquidem hæreditas cum onere traiicere supponatur suo, nam omnes actiones activæ, passivæque ad hæredem transeunt. *l.hæres in omne, ff. de acquirenda hæredit. l. hæreditas, ff.de regulis iuris,* Donellus *de jure civili lib.*14.*cap.*25.*nu.*50.*pag.*309.Osualdus ad Donell.*lib.*8.*cap.*25.*in princip.*

7 Quanta autem esse debeat vita, & militia per primogenitum fratribus danda: tametsi Capicius *hic, num.*8.describit per S. C. prædefinitum fuisse quintam partem medietatis fructuum, & redditutum; ibi: *quintam partẽ medietatis fructuum, & redditutum Terræ Vici, & medietatis Lacus de Barano, & hoc in anno* 1521.27. *Aprilis*; verumtamen melius prudentis Iudicis arbitrio id redigendum esse existimo.

8 Probatur: in militia, vitaque designanda, & fratrum numerus, eorumdemque qualitas, ac patrimonium introspicienda sunt, quibus ritè

ritè inspectis, Judex prudenter decernit, *l. quos nos*, §.*verbum vivere*, *ff.de verbor.signif.* arg. text. *in l.* 1. *de tutelis*, Capycius Latro *decis.*176.*num.*40.*cum sequ.*Surd.*de aliment. tit.*2.*quæst.*2.*num.*9.Merlin.*controvers. lib.*1. *cap.*10.de Ponte *consil.*79.*num.*1.*vol.*1.Napodanus *in consuctud.etsi testator. num.*3. DD. *in cap.licet de voto, & in cap.Imperialem*, §. *prætereà de prohib.feud.alien.per Feder.* Cardinalis Alexander *in cap.per venerabilem,qui filii sint legitimi, in* §. *quod autem*, Afflictus *in d.cap.Imperialem*, §.*prætereà.& in quamplurimis suis decis.* 43.152.138. de Franchis *decis.*20.& 61.hinc Cicero 6.in Verrem. *est boni Iudicis*, inquit *parvis ex rebus conjecturam facere uniuscujusque, & cupiditatis, & incontinentiæ*, neù in determinatis, indifferētibus,variisve ulla refundenda sit regula;alioqui ex antecedenti indifferenti illatio determinata sectaretur; quod philosophicis palestris dissonum est, nam antecedens utpotè causa se habet,ex qua effectus putà illatio dimanat; inde est, quod determinata causa, determinatum prodit effectum,*l.in agris,ff.de acquirendo rerum dominio, l.cancellaverat,ff. de iis, quæ in testamento del.l.*2.*ff.de servis ex export.l.ex facto*, §.*item quæro*, *ff. de vulgar. & pupillar.substit.l.cum pater dulcissimus,ff. de legatis* 2.*l.age cum Geminiano*, *Cod. de transact. cap. ea noscitur de sententia excommunicatio*.secùs verò indeterminata;igit.&c.

Quod secundum punctum erat, an dominæ, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

Quarta Facti Species.

FRater in legitima dumtaxat portione institutus: numquid pro virili portione sorori ab intestato dedecenti unà cum fratribus universaliter à patre hæredibus institutis succedere possit.

9 Una cum fratribus æquo succedere sorori pede ab intestato plusquam manifestum fore existimo, est Antonii Capicii *hic* litteris mandandantis sic per S.C.sancitum fuisse, ibi: *Quo verò ad secundum punctum de successione quondam magnificæ Elionoræ communis dictorum magnificorum fratrum, sorores, & filiæ dicti quondam magnifici Galeatii videtur de jure dicendum, quod dictus Reverendus Abbas admittatur ad successionem in hæreditate, & bonis ejusdem quondam magnificæ Elionoræ unà cum fratribus præfatis suis dividendo dictam hæreditatem intèr eos per partes æquales; ita quod dictus Reverendus Abbas habeat de ea integram quintam portionem; & ita ut præmittitur, videtur dictis magnificis dominis de consilio.*

10 Probatur: frater namque hoc in themate nonnisi à patre dumtaxat in legitima; secùs verò à sorore institutus esse supponitur; igitus utpotè non à sorore, explosus consequens fit, ut in ejus bonis succedendus sit, *l. ad intestati, & l.defunctis, Cod.de legit.hæred.l.lege* 12.*tabul.l.meminimus, Cod.eodem, l.*2. §. *hæreditas, ff.de suis, & legitimis*, auth.*cessante*, *Cod.de legit.hæred.*argum.*l.lege obvenire, ff.de verbo signif.*argum.*l.*1.*ff.de legit.tutoribus,institution.de legitim.agnator.successʃ.per totum, novell.*22.84.118.§.*quia verò hoc in auth. de consagu.fratr.*§.*sin autem defuncto*, auth. *de hæred.ab intestat.*argum.*l.*2.*ff.qui petant tuto. l.*2.*ff.ad Tertyl. l.sciant, Cod. de legitimis hæredibus*, consule Hothomanum, Balduinum, Vulteium, Borcolten, Stephanum Bodæum, idque genus *instit.de legitim. agnator.succes. fermè per totum*,neù firma ducitur illatio isthæc: est explosus à patre, igitur identidem à sorore;neù in patris manu est filium removere suum, & à suis, ac à filiæ bonis; quandoquidem ab una persona diversi generis ad aliam infirmum ducitur argumentum; secùs verò ubi eadem urget ratio, cum tunc eadē sit juris prædefinitio, *l.illud,ff.ad leg.Aquiliā, l.si postulaverit*, §.2.*ff.ad leg. Juliam de adulteriis.*

Pro Decis. huiusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

SI Pater sit Bannitus; vel Rebellis, cujus bona proscripta sunt: quantanam filiorum legitima esse debeat?

Pater sex habens filios, binos scilicet masculos; quatuor verò fæminas, dote filiabus relicta, masculos deinde universales hæredes instituens suos sub onere,ut perpetuò bona in sua asserventur familia: quid prædefiniendum si filii legitimam ipsis debitam alienare velint;quo pacto stabilienda sit:nūquid augumētum,quod ex fæminarum portione vigore statuti *stātibus masculis*,&c. deducitur filiorū portioni, legitimæque acquiritur, adeòque filiis, qua filii sunt? an verò hæreditati, seù bonis fideicommisso subjectis? ac per consequens filiis,qua hęredes sunt; adeòq;agumentum illud alienare nequeunt utpotè fideicōmisso subjectum.

Si secundo genitus sive Laicus, sive Clericus cujuscumque dignitatis foret, ac per cōsequens aliunde habet, in quo opulenter vivere posset: an ipsi vita, & militia danda sit;

Quidvè prædefiniēdū si pater in causa fuit cur ipsi Ecclesiasticum acquiratur beneficiū,

Quidvè demū si secūdogenito legatum sit feudum; designatumque: utrum à fratre primogenito vitam, militiamque super aliis petere possit feudis, in quibus primogenitus successit.

SUMMÆ.

Num.1.Thesis 1.decisio.

A.

A'num.2.usque ad 7.ejusdemq; probatio.
Num.7.Thesis 2.finitio.
A'num. 8. ejusdemque probatio , & objectiones, & solutiones.
Usque ad 2.facti speciem.
Num.13.Thesis 3.prædefinitio.
A'num.14. usque ad finem , ejusdemque probationes.

1 SI Pater sit Bannitus, vel Rebellis, cujus bona proscripta sunt, quantanam filiorum legitima esse debeat: reverà quicquid sit (prisca inspecta tempestate) hodie universa Banniti bona descendentibus, ascendentibus transversalibusque suis acquiri in viridi esse observantia, edocet de Marinis *resol.juris, cap.35.num.7. in fine.*

2 Probatur : ex novissimo authenticorum jure, ilicet textus *in auth.bona damnatorum, Cod.de bonis proscriptis.*

3 Sin autem rebellis sit Pater, ac ipsius cuncta confiscata sunt bona dissidium est apud Doctores, Author est de Marinis *resol. juris,*
4 *cap.35.num.7.* verum hoc in themate melius prudentis Iudicis arbitrio redigendum fore puto : nam quamplurimæ inspiciendæ sunt circumstantiæ, nempe filiorum numerus, patrimonium, criminis gravitas; ac absurda, quæ evenire possent.

5 Disparitatis ratio, quæ inter Bannitum, ac Rebellem est; quatenus Bannitus est reus, ast haud infidelis; siquidem adversus domini personam non immediatè procedit; at solūmodò in Regno, & furatur, & grassatur contrà domini vassallos; rebellis verò est infidelis respectu proprii domini; siquidem strictè rebelles vocitantur à jureconsultis illos, qui in fide, qua Principi, aut Reipublicæ obligati existunt; non præstant, aut bellum redintegrant postquam victi semel, aut deditione in gratiam fuerint recepti, exēplo esto de Istraelitis in deserto adversus dominum, & Moisen non obtemperantibus ducis præcepto, & de Darii, Bessi, & Narbazanis ducibus, qui & ab ipso defecere eumque obtruncarunt Quintus
6 Curtius Author est *lib.5.* idque genus; igitur utpotè gravius crimen, graviorem solvere pænam debere par est, cum pæna, & culpa suos tenere debeant Authores, *l.sancimus, C. de pænis, l.quæsivit de iis, quæ fiunt à majori parte capituli, cap. Romana in fine de sententia excommunicationis lib.6.l.absentem, ff.eodem titulo*: tametsi ambo procùl à pæna necari possunt ab omnibus, *auth.item quacumque, Cod.de Episcopis, & Clericis.*

7 Pater sex habēs filios, binos videlicet masculos; quatuor verò fæminas, dote filiabus relicta, masculos dein universales hæredes instituens suos sub onere, ut perpetuò bona in sua asserventur familia: quid prædefiniendum si filii legitimam ipsis debitam alienare velint; quo pacto stabilienda sit: numquid augumētū quod ex fæminarū portione vigore statuti *stantibus masculis, &c.* deducitur filiorū portioni, legitimæq; acquiritur; adeòque filiis, quà filii sunt? an verò hæreditati, seù bonis fideicommisso subjectis, ac per consequens filiis, qua hæredes sunt, ideòque augumentnm illud alienare nequeunt, utpotè fideicommisso subjectum? & reverà augumentum acquiri hæreditati, ac per consequens bonis fideicommisso subjectis, adeòque filiis, qua hæredes sunt; secùs verò filiorum legitimæ independenter à bonis fideicommisso subjectis, ac per consequens haud filiis, quà filii sunt; at quà hæredes, inde est, quod augumentum istud, ceù legitimæ non acquisitum inalienabile est, Authores extant Alexander, aliique contrà Curtium Juniorem, de Marinis *resol.juris lib.1.cap.252.à num.4. usq; ad* 10. aliosque.

8 Probatur: dotes namque filiabus à Patre datæ, corpus ab hæreditate sejunctum, remotumque parturiunt, ac per consequens inter hæreditaria amplius haud annumerantur bona, *l.3.§.ergo, ff.de min.* Donellus *in commen. de jure civili, lib.9.sub nu.30.pag.413.* quandoquidem etsi sit mulieris: verumtamen est in viri bonis, *l.quamvis 75.ff.de jure dotium, l. dote 9.Cod.de rei vindic.* Faber 4. *Cod.tit.22. de non numer.pecunia, def.6.num.1.in allega.* neù legitima filiis debita ex alio refundenda sit capite; quam ex patrimonio, *l.scimus, §. repletionem, l.cum quæritur, Cod. de inofficio testam.l.irritum, Cod.ad leg.falcid.l.in ratione, §. quod virgo, ff. eodem, l. Papinianus, §. quarta, ff.de inoffic.testam.* Fachineus 4.*controvers.cap.23. vers.fundamentum est, quia hæc bona, & 7.earundem, vers.quia legitima liberis debetur,* patrimonium porrò fideicommisso subjectum esse supponitur; igitur juxtà patrimonii vires, ac filiorum numerum isthæc decernenda, designandaque est legitima, auth. *de trint.& semiss.§.1.* Donellus *lib.19.de jure civili, vers.de hac pactione legitima,* supralaudatus Fachineus 4.*controvers.cap.28.* neù strictè loquendo (uti adversarii somniarunt) augumentum hoc legitimæ fieri, sed hæreditati; quandoquidem augumentum se habet, ut accessorium ad suum principale, quod est hæreditas, secùs verò legitima, ac per consequens ei cedit, ejusdemque sectatur naturam, *l.etiā, Cod.de jure dotium, regula accessori um de regulis juris.*

9 Dices 1. ubi quis alterius contemplatione exploditur; toties portio, quam persona explosa habitura esset; in eum transire debet, in cujus contemplatione exclusa est, *l. si defunctus, l.2.§.si duo de collat.bonorum*: verumenimverò quicquid à fæminis removetur, id nonnisi in masculorum utile verti debere explorati juris esse, *l. si servo legato, §. si testator, ff.de legatis 1.l.fideicommissa, §. interdum, ff.de legatis 3.* igitur, &c.

10 Distinguenda erit major si simpliciter explosus esse prædicetur, neù testatoris volūtati adversatur; ac per consequens suo in genere portionem istiusmodi acquirit; tunc hoc sub sen-

ſenſu vera eſt major, ſin autem ſecùs, utpotè foret noſtro in themate infirma eſt: eodem pacto diſtinguenda eſt minor; niſi teſtatoris velle obverſetur, Andreas Alciatus *in l.ſi filius ejus,verſ.etſi num.5.ff.de liberis,& poſthumis,*Cujacius *in ff.de legatis* 1.*ad leg.*1.*&* 116. *lit. B, tomo* 2. juxtà textum *in l.proponebatur, l.Titia* 1. §.*ultimo, ff.de legatis, l.cum virum, Cod.de fideicomm. hæred. l. quiſquis, ff.de legat.*3.idem Author *in conſult. conſult.*37.*lit.D.tomo* 1.*pag.*393.*l.licet,ff.de legatis* 1.*l.cum pater,* §.*ab inſtituto,ff.de legatis* 2. idem ibidem *conſultat.* 15. *lit. D.* atque adeò in maſculorum utile ſuo in genere vertatur,uti eſt in noſtra facti ſpecie, cum onere nempe fideicommiſſi, vera eſt minor; alio pacto falſa una cum ejus illatione.

11 Dices 2.tametſi fæminas ſuas habere dotes ſupponuntur,quandoquidem fæminarum patrimonium dos eſt, quam à quolibet repetere poteſt, *cap.ex literis de pignor.* Concil. Lateranenſe 3.*in appendit. tit. qui filii, cap.* 2. *& parte* 5.*cap.*46.*cap.donatio de donat.inter vir. & uxor.* verumtamen in patrimonii diviſione,ejuſdemque contemplatione venire perhibentur; non ſibi acquirentes, at ipſorum fratribus, in quorum beneficium augumentum, ipſarumque portiones ipſis deberentur; igitur augumĕtum acquiritur fratrum legitimæ procul ab ullo fideicommiſſi onere.

12 Gratis id aſſumis,atqui non probas: nam dotibus acceptis ſuis mulieres, de ipſis nulla habenda erit ratio; ac per conſequens ab iſtiuſmodi patrimonio exploſæ ſunt,enimverò parentem dediſſe,ad quod refundendum jura neceſſitant, etiam ſi filia dives ſit, *l. ulti. Cod.de dotis promiſſ.*argum. textus *in* §.*optimè, in auth.de non eligendo*, argum. *legis ſi à liberis, ff. de liberis agnoſcend.* neù augumentum fieri dici poteſt patris finis, dotes ſuis conſtituendo filiabus, ut quicquid in familia reſtet, fideicommiſſo ſubdatur, exceptis legitimis, quę filiis debentur ex puro patrimonio remanſo,abſque ulla filiarum contemplatione, quod ritè efficiendum eſt, *l. Papinianus,* §.*quoniam, ff.de inoff. l. ſcimus, Cod. eodem, l.omni modo, l.quæ nuper Cod.eodem, l.ſi totas, Cod.de inoffic.donat.l.ſi quis* 33.*Cod. de inoff.cap.ſi pater, de teſtam.in* 6.*cap.cum naturale,* 1.*diſt.l.cum ratio, ff. de bonis damnat.l.ſcripto,*§.*ult ff.unde liberi, l.nam etſi* 15. *ff.de inoffic.l.fin.ff.quor.bonor.* auth. *de hæred. & falcid.* §.*primum igitur*,argum.*l.*1 *ff.de juſtit,& jur.*Oſualdus *lib.*19.Donelli, *cap.*4.*littera T.*Cujacius *in novella* 18. Vultejus *in* §. *penult.inſtit.de inoffic.*Pichardus *in rubrica de hæredit.quæ ab inteſtat.nu.*61.Petrus Gregorius *lib.*44.*ſyntagmatum, cap.*4.Sarmiento *lib.*2.*ſelect.cap.*14.Faber *de error.pragm.decade* 14.*error.*5.*& decade* 74.*errore* 7. cum teſtatoris velle ſi juribus obnoxium non ſit,ceù lex ſervandum eſt, juxtà dicterium illud:diſponat teſtator, & ſit lex, *cap.indicante de teſta.*uti noſtro in themate minimè opponitur.

13 Ex quo haud obſcurè liquet augumentum iſtiuſmodi, neù ex ſtatuti robore,neù ex jure accreſcendi venit, cum reverà nihil ſit, at totum ſuo in genere in hæreditate remanſit, in eamdemque tranſiit.

14 Si ſecundogenitus ſive Laicus, ſive Clericus cujuſcumque dignitatis foret;ac per conſequens aliunde habet, ex quo opulenter vivere poſſit: an ipſi vita, & militia danda ſit quidve prædefiniendum ſi pater in cauſa fuit, cur ipſi Eccleſiaſticum acquiritur beneficiū. quidve demum ſi ſecundogenito legatum ſit feudum, deſignatumque: utrum à fratre primogenito vitam, militiamque ſuper aliis rogitare poſſit feudis, in quibus primogenitus ſucceſſit; & reverà tametſi ſecundogenitus, ſive Laicus, ſive Clericus cujuſcumque dignitatis ſit, ac per conſequens aliunde habet, ex quo vivere poteſt, verumtamen vitam, militiamque ipſi per primogenitum identidē dandam fore arbitror primo, eſt de Marinis *reſol.juris lib.*2.*cap.*45.*num.*4.aliorumque.

15 Probatur: in conſtitutionibus *Comitibus* hujuſce Regni Imperator Federicus indiſtinctè de ſecundogenito eloquitur, de Marinis *lib.*2.*reſolut.cap.*45.*per totum,* Tiraquel.*de jure primog. quæſt.*75. Petrus Gregorius *tract.de vita, & militia, quæſt.*4. Minad.*conſ.* 1.*num.*67.Menochius *conſ.*411.*num.*6. Maſtrill.*dec.*83.*num.*20.Capicius *dec.ult.*Afflict. *in d.conſtit.comitibus, in* 3.*quæſt.num.*6. de Ponte *tract.de poteſtate, tit.*7. §.4. *à num.*28. Anna *conſ.*120.*iu princ.* idque genus; ac per conſequens nullam factitans diſtintionem inter divitem, pauperemque; inter Clericum; Laicumque igitur neù nobis diſtinguere fas eſt: ſiquidem lex generaliter loquens, generaliter eſt intelligenda, *l.de pretio, ff. de publ. in rem act.l.in fraudem,* §.*ultimo,ff.de teſtam. mil.l.*1.§.*generaliter, ff. de legatis præſtandis, l.*1.§.*quod autem, ff.de aleat. l.finali in fine, Cod.de dotis promiſſ.cap.ſolitæ,*§.*finali de majorit.& obedientia,* & ubi non diſtinguit; nec nos diſtinguere decet, *l. non diſtinguemus, ff. de receptis arbitr.l.præſes.ff.de officio Præſidis, l.*2.§.*convenire, ff.de judic. l.quos prohibet, ff. de poſtulando, l.*1. §.*generaliter, ff. de legatis præſtandis, l.quamvis, ff. de in jus vocando, l. ſi ſervum,*§.*non dixit,ff.de acquirenda hæred. l.*1.§.*quod autem, ff.de aleator. l.unica, C.qui pro ſua juriſdit.cap.conſuluiſti* 2.*quæſt.*5. *cap. ſolitæ de major. & obedientia, cap.quia circà* 22.*de privileg. clementina ultima de reſcriptis,* nam ſi voluiſſet, expreſſiſſet, *l.unica,*§.*ſin autem ad deficientis, Cod.de caducis tollend.l. ſi ſervus,* §.*Prætor ait, verſ.non dixit, ff. de acquirenda hæred. cap.ad audientiam* 2. *de decimis, cap.*2.*de tranſact.Prætor.*

16 Probatur 2.militia namque, & vita, quæ ſecundogenito datur onus feudi ducitur,cum ſit feudo impoſitum; igitur ex feudo refundenda ſit; per accidens enim, ac materialiter ſe habet, quod ſecundogenitus aliundè habet ex quo vivere poſſit; cum id ſe habeat merè

extrinsecè, ac impertinenter ad onus, quod secundogenitus super feudum habet.

17 Si pater in causa fuit, cur secundogenito beneficium; vel id genus acquiratur, identidem secundo genitum vitam, militiamque rogitare posse arbitror secundo, dummodò expressè per patrem id non sit declaratum, de Marinis *resol. juris lib. 2. cap. 45. num. 17.* aliorumque.

18 Probatur: utrumque filio dare voluisse Patrem præsumitur, adùsque secus expressè reluceat, cum secundogenitus in possessione sit, cur vita, militiaque sibi à patre refundatur, adùsque secus per eumdem divulgatur, *l. si debitor, ff. de pignor. l. is qui destinavit, ff. de rei vendic. l. finali, Cod. eodem tit. l. qui accusare, Cod. de edendo, §. retinendæ, vers. commodum, instit. de interdict. cap. pro possessore de regulis juris in 6.* inde fit, quod oppositum sit demonstrandũ, cum quid facti sit, *l. in bello, §. facta, ff. de captivis, & postlim. reversis, l. si emancipati 9. Cod. de collat. l. 1. Cod. de probat. l. quæcumque, §. finali, ff. de publican. l. assecuratio, Cod. de non numerata pecunia, cap. cum Joannes, §. verum de fide instrum. cap. licet de cõstit. in 6.* enimverò haud verbis atqui facto probatur, hinc Cicero ad quintum fratrem *sunt facta verbis difficiliora*, & in Salust. *non procacitate linguæ vitæ sordes eluuntur*, quandoquidem paterna dilectio ita reposcit, ut suo consulat filio, quam possibile erit, hinc Cicero 4. de finibus: *id natura tributum est, ut ij, qui procreati essent, à procreatoribus amarentur, & post reditum ad quirites, nil dulcius hominum generi à natura datum est; quam sui, cuique liberi*, una etenim ducuntur persona cum filio; unaque vox, *l. ultima, C. de impuber. & aliis, l. 13. ff. de liber. & posthum.* ac è diverso filius respectu patris, idem Tullius orat. post red. ad Senatum, ibi: *Parentes clarissimos habere debemus, quod ab his vita, patrimonium, libertas, Civitas tradita est*; quare juremeritò, quam maximè laudanda sit filia illa, quæ proprio lacte patrem in vincula conjectum alebat, Corasius *tomo 1. in ff. Author est*.

19 Secus verò de primogenito edisserendum est, si id efficiat secundogenito: siquidem ab onere militiæ, & vitæ ob cujuscemodi utile collatum se solvisse arguitur, *l. 1. §. sed scimus, Cod. de latina libertate tollenda*; enimverò æs persolvit alienum; adeòque compensat, cum debitum sit necessarium, *l. ultima, Cod. Theodos. de testam. l. pater 54. ff. ad leg. falcid. §. ex contrario, instit. de legat.* argum. *leg. si legatario 22. in princip. ff. de fideicommiss. libert. l. 4. l. si duobus 5. ff. de legatis 2. l. si legatarius 37. in princip. ff. de legatis, l. si libertas 41. in princip. ff. de bonis libert. l. Imperator 70. §. si centum, ff. de legatis 2. l. cum pater, §. Titio, ff. de legatis 2. l. si debitor 12. ff. ad leg. falcid. l. si compẽsandi 6. Cod. de hæred. instit. l. si filia 20. §. item Papinianus, ff. famil. ercisc. l. quod jure 6. ff. quando dies legat. l. 2. §. 1. l. penult. & ultima, ff. de dote prælegat. l. cum ab uno 53. ff. de legatis 2. l. cum pater 77. §. qui dotale, ff. de legatis 2.* nam hoc in themate liberalitatis præsumptio exploditur, argum. *legis rem 18. ff. de adimendis legat.* Robertus *lib. 2. animadvers. cap. 16.* Petrus Barbosa *in l. si cum dotem, §. si cum Pater 20. ff. soluto matrim.* Cujacius *lib. 8. respons. Papin. & lib. 10. quæst. Pauli in l. debitor 82. ff. de legatis 2. & lib. 7. qq. Papin. in l. 71. §. Titio, de condit. & demonstrat. & lib. 3. obser. cap. 16.* Faber *lib. 4. conjectur. cap. 9. & 11.* Osualdus *lib. 8. comment. cap. 7. lit. H.* Valentia *lib. 3. illustr. ad tit. de legatis, cap. 2. à num. 16.* Cujacius *lib. 17. quæst. Papi. in l. 51. ff. ad Trebell. & lib. 19. quæst. Pauli in l. qui dotem 46. ff. soluto matrimonio ad l. 8. §. siquidem uxori de dote præstanda*,

20 Si secundogenito, sive legatum pingue, sive unum feudum per Patrem plura possidentem feuda cum assensu legatum fuerit, tunc identidem à fratre primogenito in aliis feudis ipsi acquisitis vitam, militiamque per secundogenitum peti posse arbitror 3. dummodò Pater nil expresserit. est de Marinis *resol. juris lib. 2. cap. 45. num. 10.* aliorumque apud eumdem.

21 Probatur: inepta ducitur illatio isthæc: pater secundogenito feudum designavit; igitur ab aliis removit: nam ut ab aliis explosus sit expressum Patris velle reposcitur; enimverò in odiosis versamur; inde fit, quod restringẽdum sit, *l. cum quidam, ff. de liber. & posthumis, cap. renovantes 22. dist. cap. odia de reg. juris in 6.* quandoquidem ex prælaudata Regni constitutione *Comitibus* secundogenito, quoad vitam, & militiã aliis in feudis primogenito aquisitis possessio acquisita esse supponitur, à qua haud est despoliatus censendus est secundogenitus, nisi expressum Patris velle liqueat; enimverò ubi de re gravi peragitur; ibi espressus stabilientis reposcitur velle; alioqui divinatio fieret, quod per absurdũ foret, *l. ita si 39. in fine, ff. de oper. libert. cap. in genesi de elect.*

DECISIO CLIX.

IN Causa Magnificarum Hippolitæ Carraphæ, & Camillæ Carraphæ, contrà d. Ducem Montis Draconis d. Joannem Vincentium, & d. Federicum earum fratres utrinque coniunctos, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

SOrores utrinque conjunctæ dotatæ: numquid ad bonorum extrà Urbem Neapolitanam extantium, sive aunculi, sive patrui ab intestato decedentis successionem admittendæ sunt, non obstante earum resignatione in fratris beneficium facta, cum clausulis generalibus in forma; nulla tamen præfati aunculi successionis mentiona...

SUMMÆ.

Num.1.Thesis decisio.
A'nu.2.usq;ad finem, ejusdem probationes.

1 SOrores hujuscemodi ab aunculi, vel patrui ab intestato decedentis successione explodendas fore puto, est Anto. Capicii *hic, in fine* describentis sic per S.C.prædefinitum fuisse; ibi: *Fuit judicatum, quod successiones D.Comitis Aliani, & D.Hieronymi Carraphæ conventos, esse abolvendos: quo verò ad mille ducatos petitos per D.Hyppolitam à Duce ex causa legati esse condemnandum ipsum Ducē pro rata, idest pro quarta parte, pro qua fuit hæres, &c.* Ursilli *decis.* 322.*num.*5.Annę *alleg.*7.*num.*48.de Franch. *decis* 543.*num.*7.& 546.Riccii *in collect. decis.*30.Decii *consilio* 379.aliorumque Thorus Author est *compend. decis. tomo* 1. §. *sorores utrinque conjunctæ, & dotatæ, an admittantur, &c.* dummodò per ipsas universa ilicet, & adventitia, & profectitia; materna, avernaque, seù de præsenti, seù de futuro cum corporalia tum incorporalia, idque genus resignata fuere bona.

2 Probatur 1. tametsi de aunculi successione nil mentionatum per sorores fuisse supponitur (alioqui dissertationi nullus foret locus) verumtamen tacitè, ac æquipollentèr in generalibus continetur clausulis, quæ brevitèr amplectuntur quicquid per contrahentes fusè faciendum esset, ut speculanti liquet, alioqui clausularum finis peffundaretur, cum frustrà foret repertus: enimverò quam maximè contractibus prodest, ut verborum copia paucis essentiallbus texantur, congeranturque verbis.

3 Probatùr 2, de conceptu clausulæ generalis est ad universa sequentia referri Azeved. Author est *l.*6. *num.*2. *tit.* 15. *lib.*4. *novæ recop.* alioquì generalitatis conceptum deperderet, in nostro porrò themate generales supponuntur clausulæ; igitur nulla restrictio est facienda; præsertim cum sit contrà contrahentium mentes, pactave, quæ ceù leges servanda sunt, *l.*1.*§.si conveniat, ff.depositi, l.*1.*ff.de pactis, l. juris gentium, §.Prætor ait, ff.eodem tit.l.*1.*ff. de constit.pecunia, l. cum amplius in fine, ff.de regulis juris, cap.*1.*de pactis*,

4 Probatur 3. generalis namque dispositio omnes amplectitur species, *l. si Torus, ff. de legatis* 3.*l.cum quærebatur, ff.de verbor.signific.l.in obligatione generali, ff.de pignor. l.*3.*ff. de evict.l.qui peculii, ff.de peculio, cap.veniēs, cap.quintavallis de jurejurand.cap.ultimo de officio Vicarii in* 6.*l.si duo, ff.de administr.tutor.* enimverò ad instar generis se habet, quod singulas amplectitur species suas, *laudata l.si chorus, & l.si duo, l.omnes, Cod.de præscript.* 30.*l.*2.*ff.de liber.& posthum. l.si optio, ff. de opt.legat.l.fundus legatus, ff.de fundo instruct.* inde fit, quod remoto genere; removentur species, *l.sancimus, Cod.de usur.rei judic.l.*1. *§.quod autem, ff.de aleator. l.*1.*in fine, ff. de suis, & legit.hæred. l.si causa cognita, Cod. de transact.§.vulgo instit. de success.cogna.* atque adeò generis expressio, universas continentis species, eumdem prodit effectum, ac singulæ species forent expressæ, *l.si chorus, ff. de legatis* 3.*l.cum quærebatur, ff.de verborum significatione, l.si duo.ff.de administr.tutor.* at in nostra facti specie generales extant clausulæ; igitur, &c.

Pro Decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

SOrores utrinque conjunctæ cum fratribus concurrentes, quibus earum succedendi jus, dotium causa resignavere: numquid ad Sororis præfatæ defunctæ successionem, cum cunctis fratribus matre in medio extante concurrere queunt.

Soror ex paternis per fratrem dotata bonis: an extincto fratre in bonis, quæ acquisita fuere, ac remanserunt succedere possit.

Si soror ob dotis receptionem resignasse feratur: utrum fratribus ab intestato succedentibus, succedere valeat.

Soror paternis in bonis: num fratri succedere queat si ex ipsis per fratrem dotata fuerit bonis.

Soror, seù à Patre, seù à fratre paternis de bonis dotata, quæ universis rebus, ac successionibus etiamnum feudalibus ipsis, eorumque hæredibus, successoribusque resignasse feratur: numquid de mortuo fratre nullo extante hærede ad feudi successionem admittenda sit.

SUMMÆ.

Num.1.& 2.Thesis 1.decisio, & probatio.
Num.3.& 4.Thesis 2.finitio, & probatio.
Num.5.6 & 7.Thesis 3.prædefinitio, & probatio.
Num.8.& 9.Thesis 4.finitio, & probatio.
A'num.10.usque ad finem, Thesis 5. decisio, & probatio.

1 Sorores utrinque conjunctas cum fratribus concurrentes, quibus earum succedendi jus dotium causa resignavere, ad sororis præfatæ defunctæ successionem unà cum cunctis fratribus matre in medio extante concurre nequire, adeòque esse à fratribus explosas, si cunctis paternis, maternis, aliisve resignarunt bonis reor, est de Franchis *decis.92.à num.6.ad* 9. de Ponte *consilio* 39.*num.*19.*&* *consilio* 61.*num.*92.*volum.*1.Molfesii *in comm. ad consuet. Neapol. parte* 4.*quæst.*17.*num.*12. Thorus Author est *compend.decis.tomo* 1.§.*sorores utrinque conjunctæ concurrentes cum fratribus*.

2 Probatur: per generalem hoc in themate resignationem, cuicumque possibili successioni, sive ex patris, sive ex matris parte suborienti, per istiusmodi sorores resignatum esse supponitur; igitur sorori extinctæ minimè succedere possunt: nam resignatio isthæc sub generali illa resignatione intruditur; alioqui bina sectarentur pugnantia, utputà esset, haùdque foret generalis, quod per absurdum esset, quod cunctis in statuitionibus est effugiendum, *l.ita si* 39.*in fine,ff.de oper.libert.l. nam absurdum,ff.de bonis libertor.cap.in genesi de elect.*

3 Sororem ex paternis per fratrem dotata bonis: extincto fratre in bonis illis, quæ fratri paternis ex bonis acquisita fuere, ac remanserunt succedere nequire docent, afflictus *in constit.in aliquibus in* 4.*notabili in* 9.*quæstione in fine*, de Franchis *decis.*87.*nu.*7.Thorus Author est *compend.decis.tomo* 1. §.*soror dotata de bonis paternis an mortuo fratre.*

4 Probatur: habuisse sororem hanc quicquid sibi ex paternis debeantur bonis supponitur; neù hoc in themate ulla arguitur fraus, quæ nemini patrocinari debet, *l.itaque fullo, ff.de furtis, cap.dictum* 30.*quæst.*1.*cap.intelleximus de judic.* neù ipsi aditus sit aperiendus, *l.in fundo,ff.de rei vindic. l. cum is*, §.*si cum lis,ff.de transact.*

5 Sororem ob dotis receptionem resignantē: tunc fratribus ab intestato succedētibus, succedere non posse explorati juris esse.thesis isthæc se ipsa liquet, neù probatione indiget aliqua; quandoquidem ob dotis reciperationem in maternis, & paternis, & avernis, ac quomodolibet proventibus in fratris utile renunciasse supponitut bonis; alioqui de subiecto, haud supponente sermo haberetur; adeòque quæstionationis status pessundaretur; igitur hærede ab intestato fratre, soror explodenda est à defuncti successione.

6 Secùs verò edisserendum est si soror non in fratris, at in matris utile ob dotis receptionē resignaverit; tunc juxtà ea, quæ sibi convenirent fratri succederet, cum pacta contractusque à contrahentium mente legem accipiant, *l.*1.§.*si conveniat,ff.depositi, l.contractus*, §.*si conveniat,ff.depositi, l.contractus,ff. de regulis juris, l.lege,ff.de pactis conventis,l.*1.*Cod. de oper.liber.l.*1.*Cod.commodati, cap. contractus* 85. *de regulis juris in* 6. presertimve si absq; filiis frater è vivis decesserit, ceù prædefinitum refert junctis aulis per S.C. Molfesius *in comm.ad consuet. Neap.parte* 3.*quæst.*9.*num.*4.*&* *in tit.de renunc.quæst.*3.*num.*16. Author est Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *soror, quæ accepta dote renunciavit*.

7 Probatur: soror isthæc legitimo utitur jure suo, ac per consequens succedendi; enimverò nemini irrogat injuriam, *l.injuriarum*,§.1,*ff. de injuriis, l.*3.§.*is tamen,ff.de liber.hom.exibend.l.qui injuria*, §.*is qui, ff. de jurejurand.* quod juxtà leges sibi permissum hæredibus, ab intestato succedentibus, de Marinis 2.*resol.cap.*208.*num.*1.*&* *num.*14. *&* *cap.*210.*n.*1.juxtà textum *in auth.defuncto, Cod. ad Senatus C. Tertyll.* cum de jure fratris appellatione contineatur, *l.tres fratres,ff.de pactis,l. Lucius* 78.*ff.ad Senatus Consultum Trebell.* idem de Marinis ibidem *cap.*209.*num.*3.quid autem dissertandum sit inspecto consuetudinario jure Civitatis Neapolitanæ, consule eūdem authorē ibidem *n.*2.17.*&* 18.*l.*1.*&* 2.§.*hæreditas,ff.de suis, & legitim.*arg. *l.lege obvenire, ff.de verb.signif.l.*1.*ff. de legit.tutor. tot.tit.instit.de legit.agnat.tutel.l.ad intestati, l.defunctis,Cod de legit.hæredib.l.lege* 12.*tabu. Cod.de legit.hæredib.l.meminimus, Cod.eodem tot.tit.unde cognati.* Ulpian.*in fragment. tit.* 26.*de leg.hæred.leg.*1.*&* 3.*ff.de suis, & legit.* Paulus *lib.*4.*sent.tit.*8. *l.penult. C.de legitim. hæredib l.penult.& ult.Cod.de legit.hæred.*cōsule Hotmanum, Balduinum, Pichardum, Vvlteium, Stephanum, Borcholten *instit. de legitima agnator.success. per totum*; neù resignatio ullo pacto in fratris utile supponenda est: equiparatur enim soror in isthac facti specie cuilibet fratri ultri succedenti fratri, retinendo jus, quod sibi debetur uti supponitur: enimverò resignatio quælibet suo in genere recipienda est, cum aliquid extrà resignantis mentem gignere nequeat; alioqui effectus procùl à sua refunderetur causa, quod impossibile est.

8 Paternis congruam habētem ex bonis dotem; tunc nil aliud rogitare posse existimat, Thorus *compend.decis.tomo* 1.§.*soror an succedat fratri eo mortuo in bonis paternis*, Afflictus *in constit.*in aliquibus *in* 4.*notab.*9.*quæstion.in fine*, de Franchis *decis.*87.*nu.*7. Molfesius *in consuetud.Neapol. parte* 4. *quæst.*29. *num.* 16. aliique.

9 Thesis isthæc probatione haud indiget: siquidem quicquid sibi debebatur, traditum fuisse supponitur; inde fit, quod nullus ei amplius permittitur regressus; alioqui prensaret plus, quod sibi deberetur, quod juribus obnoxiū foret; dummodò legitimi fratres hæredes sint: secùs verò si nullus: quandoquidem tunc ab intestato universa per ipsam lucrantur, cum resignatio nonnisi in suorum; secùs verò in extranei utile facta supponatur; inde fit, quod præter ipsius mentem, nullum gignere quit effectum, *l.non omnis, ff. si certum petatur*

tur, l.in agris, ff. de acquirendo rerum dominio, l.2.ff.de his, quæ in testam.delentur, l.legata inutiliter, ff.de legatis, l.cum tale, §.ult. ff.de cōdit.& demonstrat. l.age cum Geminiano, Cod.de transact. Connanus *comment.juris civilis lib.7.cap.1. nu.13.* & si in legitima sit læsa,ei supplementum refunditur, Hotmanus *consil.11.num.2.* juxtà text. *in l.scimus 36.§. repletionem, Cod.de inoffic.testam.*Faber 7.Co. *de dedit.libert.def.6.num.1.in allegat.authen. cessante, Cod.de legit.hæred.*

10 Sororē,seù à Patre,seù à fratre paternis de bonis dotatam;quæ universis rebus,ac successoribus etiānùm feudalibus ipsis , eorumque hæredibus,successoribusque renunciasse feratur : tùnc extincto fratre , nullo extante hærede ad feudi successionem admittendam esse edocent , de Franchis *decis.* 317. Lanarius *consilio* 60. *num.* 146. de Ponte *in rubr. de succes.feudor. lect.* 12. *num.*24. aliique Author est Thorus *compend.decis.tomo* 1. *§.soror dotata à patre , vel à fratre de bonis paternis .*

11 Probatur 1. sororis resignatio hoc in themate merè materialiter venire prædicatur : nam necessariò soror ad fratris successionem admittenda est ; enimverò in successionibus ab intestato proximior est admittendus,*auth. post fratres, Cod.de legit.hæred. §.is autem, §. illud, §.si verò, auth.de hæred. ab intestato venient.*quod usque ad 10.in feudis verò usque ad 7. gradum, §. *hoc quoque de successionibus feudi,* secùs in descendentibus, cum successio usquè in infinitum detur,*§.hoc quoque de his, qui feudum dare possunt ,* cum nemo mortalium sit,qui legitimè fratri successor in isthac facti specie fieri possit; alioqui extranea proles propriæ foret præferenda, quod juribus dissonum foret , ceù supralaudatis in juribus commonstratum fuit; igitur, &c.

12 Probatur 2. sororis resignatio nonnisi in suorum utile fuit; quibus verò extinctis, perinde se habet, ac si non fuisset,juxtà dicteriū illud:desinente causa; deest effectus,*l.adigere, §.quamvis, ff.de jure patronatus, l. si pater,ff. de hæredibus instit.l.generaliter, Cod. de Episcopis, & Clericis, l.cum te,Cod.de pactis inter emptor.cap.magnæ in fine de voto, cap. cum cessante* 60.*de appell.cap.si pauper Clericus in fine de præbendis lib.*6.cum una ex causa datum, si causa illa non sequatur revocatur , *l. 1.ff.de condict.causa data ,* & causa restricta restrictum gignit effectum, *l.in agris, ff. de acquirendo rerum dominio, l.cancellaverat,ff. de iis, quæ in testamento delentur, l.2. ff.de servis export.l.ex facto, §.item quæro, ff. de vulgari, & pupill.substit. l.cum pater, §. dulcissimis, ff.de legatis 2.l.age cum Geminiano , Cod.de transact.cap. ea noscitur de sententia excommunicationis:*verum enimverò sororis resignatio nonnisi limitata; conditionalisve fuit; ilicet si fratres, pater, omnes sui in quorum utile renunciatio vertebatur superstites essent ; igitur limitatum causa isthæc producere debet effectum, *l.in agris,ff.de acquiren. rerum dominio, l.cancellaverat, ff.de iis, quæ in testament.delent.l.2.ff.de servis export.l.ex facto, §.item quæro, ff.de vulgari, & pupillari substit.l.cum pater, §.dulcissimis,ff.de legat.2. l.age cum Geminiano, Cod.de transact. cap.ea noscitur de sent.excomm.*igitur cnnctis extinctis suis causa revocatur ; ac per consequens resignatio, igitur successor fit perinde , ac si minùs resignasset, etsi prisca inspecta tempestate sororis nomen,fratrisque suspectum erat Petronius in satyr. *Si non fastidis fæminam ornatam, & hoc primum anno virum exportatam,concilio tibi, ò juvenis, sororem habès tu quidem,& fratrē* Iustus Lipsius 2.*var. lect.c.* 1.hinc Martialis *lib.*1. *epigram.*4. & *lib.* 12. *epigram.* 20.

Quare non habeat fabulle quæris,
Uxorem Themison, habet sororem .

DECISIO CLX.

IN Causa N.cum Nicolao de Clara, dubitatum est, an dictus Nicolaus conventus à præfato N.nomine dictæ Ecclesiæ possit declarare Forum Sac.Consilii, & petere remitti ad Reg.Cameram tanquam Officialis Regię Dohanæ Neapolis, &c. *Hæc Antonius Capycius .*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species .

ECclesia Laicum in S.C.conveniens : numquid per Laicum causæ remissio, ut in Regia Camera utpotè Officialis Regiæ Dohanæ majoris Neapolis conveniatur; peti possit.

SUMMÆ.

Num.1.& 2.Thesis decisio, & probatio.

Num.3.& 4.Thesis oppositio,& solutio.

1 ROgitationem hanc minimè fore admittendam , ac per consequens in S.R.C.conveniendum fore censeo,est Capicii *hìc, num.*1. ibi : *Fuit decretum non esse remittendum ; eo quod Ecclesia habet fori electionem , etiam ubi agit* Folletii *in cap. Regni, quod decretum num.* 13.

Tap.

Tap. *in constit. statuimus nu.* 21. de Franchis *decis.* 234. *num.* 4. Carav. *in ritu* 133. *num.* 1. Riccii *in collect. decis.* 86. Marcelli Calà *in tract. de modo articulandi, & probandi, glos.* 1. §. 1. *num.* 100. Vasq. *controvers. illustr. lib. c.* 5. *num.* 1. Martæ *de jurisdict. parte* 2. *cap.* 30. *nu.* 19. Riccii *in praxi var. resol. in resol.* 147. Thorus Author est *compend. decis. tomo* 1. §. *Ecclesia an habeat fori electionem etiam ubi ageret*.

2 Probatur: Ecclesia de factò fori electionem habet identidem ubi agit; & ex interpretatione constitutionis *statuimus* Regis Roberti, & ex ritu Magnæ Curiæ Vicariæ 233, qui occipit *item Clericus num.* 219. *ibi item si Clerici*, Authores sunt Capicius *hìc* de Franchis *deci.* 234. *num.* 4. idque genus: nam tametsi Regia Camera respectu ipsius Laici competens est Judex: attamē luminare majus, minus præoccupare differitur; quandoquidem summæ majori inest minor, l. 1. §. *stipulati, ff. de verbor. obligat. cap.* 1. *de arbitr. lib.* 6. & cui conceditur majus, identidem minus permitti videtur, *l. filius familias, §. finali, ff. de donat. l. Marcellus, ff. de donat. causa mortis, l. non debet, ff. de regulis juris, cap. ex parte de decimis*, ac per consequens hoc in themate Regia Camera minus competens ducitur Judex; dormire namque supponitur; neù privilegium ipsi à Regia Camera concessum, ut scilicet coram ipsa conveniendus sit Magistratus quilibet; sibi subjectus; in isthac facti specie permissum censetur; siquidem aliis in thematibus secus in hoc concessum est; utputà si cum Laicis dumtaxat in foro dissertandum erit; igitur, &c.

3 Dices de factò ab Ecclesia ad minorem firmum ducitur argumentum, Menochius *consilio* 1299. *num.* 5. quemadmodum ab Ecclesia ad Fiscum, idem Author *consilio* 39. *nu.* 4. at neù minor, neù Fiscus cujuscemodi fruuntur privilegio; igitur indidem Ecclesia, cū utrobique par urgeat ratio, ac per consequēs eadem juris prædefinitio, *l. illud, ff. ad legem Aquiliam, l. si postulaverit, §. 2. ff. ad legem Juliam de adulter.* hinc Cicero 3, Tuscul. *munus animi est ratione uti, &c.*

4 Vniversaliter loquendo infirmum est antecedens: nam etsi Ecclesia cum hisce, idque genus in aliquibus convenit: verumtamen secùs in cunctis, est enim spiritualis res immediatè sub Dei dominio extans Isaias *cap.* 56. *domus mea, domus orationis vocabitur*, Hyeremias *cap.* 7. David. *psalm.* 68.

Pro Decis. huiusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

Ecclesia pro feudalibus bonis: num in Regia Camera Summariæ convenienda sit.

Coram quo domino ratione feudi Ecclesia convenienda est.

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. Thesis 1. decisio, & probatio.
Num. 3. & 4. ejusdem oppugnatio, & solut.
Num. 5. & 6. Thesis 2. finitio, & probatio.

1 Eclesiam pro feudalibus bonis in Regia Camera Summariæ conveniendā esse autumant, Anna *in repet. constit. constit. divæ memoriæ num.* 35. *infra verbo Ecclesia*, Carolus de Crassis *de effect. cleric. in* 1. *effect. num.* 7. 9. *cum sequentibus*, Thorus Author est *compend. decis. tomo* 1. §. *Ecclesia pro bonis feudalibus potest conveniri in Regia Camera Summariæ*.

2 Probatur: per accidens voluntariè, utpotè feudataria convenienda est, idque nonnisi ratione contractus, pactive, quæ legis vim obtinent, *l.* 1. §. *si conveniat, ff. depositi, l. contractus, ff. de regulis juris, l. lege, ff. de pactis conventis, l.* 1. *Cod. de oper. liber. l.* 1. *Cod. commod. cap. contractus* 85. *de regulis juris in* 6. cum nulla religioni offēsa irrogetur; tametsi quoad personas Ecclesiasticas convenire, haud par est, cum Ecclesiasticæ personæ juxtà firmiorem opinationem divino inspecto jure exemptæ sint, ut fusè alibi demonstratum fuit; secùs verò quoad bona Ecclesiastica: quandoquidem in hisce vi contractus feudalis per accidens fit conventio; igitur, &c.

3 Dices Ecclesiæ, Clericorumque bona indidem divino inspecto jure exempta esse ducūtur; cum Ecclesiastica sint: concomitantur, etenim Ecclesiam uti accessorium, quod de sui natura principale sectatur, *l. etiam, Cod. de jure dotium, reg. accessorium de regulis juris lib.* 6. igitur neù personas; neù earumdem bona per dominū directū conveniri par est.

4 Tametsi Clericorum bona concomitanter, ac per accidens divino attento jure exempta esse ducuntur, Grannianieto 3. *decret. de præbendis, & dignitatibus tit.* 5. ad textum *in c. ratio nulla* 3. verūtamē nostro in themate ratione cōtractus initi cum domino directo per accidens, & sequestrari, & divendi possunt; alioqui frustrà cum Ecclesia de feudo contraheretur; etenim nullus foret conveniendi modus; nec personaliter; nec realiter, quod per absurdum foret.

5 Coram quo domino ratione feudi Ecclesia convenienda est, & reverà tametsi directus dominus Rex, vel id genus sit, ac per consequens coram ipso Ecclesia principaliter uti feudataria convenienda sit: verumtamen conveniri identidem coram Iudice illo poterit, qui à Principe designatus fuerit, est Thori *compend. decis. tomo* 1. §. *Ecclesia ratione feudi convenitur coram domino feudi etiā si agatur.*

6 Probatur: in Principis manu est feudum permittentis, ut coram se, vel ministro suo Ecclesia feudataria conveniatur: quicquid enim per alium fieri potest; per se ipsum fieri perhibetur, *l.* 1. *ff. quod quisque juris*, arg. *legis* 1. *ff. de solut.*

DECISIO CLXI.

IN Causa Crusconi carcerati in Magna Curia Vicariæ, & petentis se debere remitti ad Curiam Ecclesiasticam, cum per literas Clericatus, & per significatoriales Vicarii Neap. fidem fecerit de Clericatu in minoribus, &c. dubitatum est, an ex quo de aliqua monitione non apparet, debet muniri, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

CLericus seù prima initiatus tonsura, seù in minoribus constitutus ordinibus, si criminaliter incusatus, ac per Secularem Iudicem in vincula injectus, ibique dententus esse prędicetur: numquid Ecclesiastico ipsum flagitante; ad eumdem per laicale forum remittendus sit.

SUMMÆ.

Num.1. Thesis prædefinitio.
Num.2. & 3. ejusdem probatio.

1 QUicquid sit de Capicii requisitis, ejusdemque placitis enumeratis, quæ cuncta hodie in desuetudinem abjere: quod in M.C.V. actu servari assolet est: si antequam crimen patrasset Clericus in habitu, & in tonsura incedebat, ac divinis emancipabat officiis; tunc hoc commonstrato ad Ecclesiasticum remittendum esse reor Judicem, est Capicii *hìc, in fine*, Iulii Clari *in §. finali, quæst.* 36. *num.* 18. de Ponte *consilio* 14. *num.* 10. *vol.* 1. Mastrilli *decis.* 112. *num.* 1. Petri Caballi *resol. crim. centuria* 1. *casu* 60. *num.* 17. Riccii *in prax. Eccles. decis.* 606. Thorus Author est *compend. decis. tom.* 1. §. *Clericus in minoribus constitutus inquisitus.*

2 Probatur: consuetudinis nostræ ratio esse potest (ni me fallat opinio) ut Clericus clericatus dignitate, ac fori exceptione gaudeat necessum est, ut habendus sit uti Clericus: atqui si in habitu, & tonsura, ac divinis minimè inserviat officiis, non ut Clericus, immò utpotè Secularis habendus est: siquidem à Seculari in nihilo discriminatur, cum Clericus;
3 idem æquipollens sit, ac sors, quatenus de sorte sunt domini, divus Hieronymus epistola ad Nepotianum, cum in domini sortem sit vocitatus; *dist.* 21. *cap. Cleros*, Concilium Cononiense 2. *par. cap.* 1. Concil. Aquisgran. sub Ludovico Pio *cap.* 99. quare juremeritò singulari uti debet habitu; idque nonnisi, ut à Laicis secernatur, ac coronam ad modum circuli ferre, nonnisi in memoriam coronæ spineæ; quã Christus detulit Germanus Constantinipolitanus in theo. rerũ Eccles. Author est: tametsi alii secus opinantur edisserentes, ut hoc symbolo arctior ostendatur vita; idque genus, quæ cum ita sint; ac in Clerico non in habitu, & tonsura incidente deficiant, consequens fit, ut clericali, haud frui debeat privilegio, cum privilegium hoc nonnisi religioni concessum sit, adeòque Clerico religiosè viventi.

Pro Decis. hujusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

CLericus habitum, & tonsuram ferens, divinis, haud inserviens officiis: numquid clericatus foro communi attento jure frui debeat, ac per consequens si per Secularem Iudicem in vincula ob crimen aliquod injectus sit, ad Judicis Ecclesiastici instantiam remittendus erit.

Clericus sive prima, sive minoribus initiatus ordinibus; habitum, sed non tonsuram; vel tonsuram; secùs verò habitum deferens, an Clericatus dignitate communi attento jure gaudere debeat; ac per consequens ad Ecclesiasticum per Secularem dimittendus sit Judicem.

SUMMÆ.

Num.1. & 2. Thesis 1. decisio, & probatio.
Num.3. & 4. Thesis 2. finitio, & probatio.

1 CLericum habitum, & tonsuram ferẽtem, ac divinis, haud inserviẽte officiis: clericatus foro jure communi attento frui debere, ac per consequens si per Secularem Iudicem in vincula ob crimen aliquod injectus foret, ad Judicis Ecclesiastici instantiam remittendum
2 esse, edocent Authores; nam ut Clericatus dignitate fruatur quis, necessum est, ut pro Clerico communiter habeatur: verum enimverò ut quis pro Clerico habeatur; sat est, ut & habitum, & tonsuram deferat, ac reverà Clericali sit insignitus tonsura, cum in divinis servitium pro clericatu commonstrando, haud sufficiens sit; quandoquidem actus isti identidem à Laicis hodie administrari assolent; igitur, &c.
3 Clericus sive prima, sive minoribus initia-

tiatus ordinibus,habitum, sed non tonsuram; vel tonsuram, secùs verò habitum deferens: an clericatus dignitate communi attento jure frui debeat, ac per consequens ad Ecclesiasticum per Secularem dimitteudus sit Judicem; & reverà si per accidens absque habitu incedat quis (quod idem æquipollens est, ac per modicam tempestatem) ac per cunctos communiter Clericus habebatur;tunc hoc in casu per Secularem Iudicem ad Ecclesiasticum dimittendum fore reor.

4 Probatur:tametsi Tridentina Synodus docet habitum, & tonsuram: verumtamen juxtà Authores nonnullos ly (Et.) idem æquipollens est, ac (vel): verum enimverò Tridentinum ut verũ fatear eloquutum fuit de consilio; secùs verò de præcepto, ac de eo, quod regulariter loquendo; non autem raro fit;quare sat est,ut quis pro Clerico habeatur, ut clericatus deferat habitum, & si minus tonsuratus sit, seù coronam deferat, utpotè nonnulli incedere assolent Clerici: cum raro fit(ut experientia nos edocet)quod quis semper, & coronam, & habitum deferat; enimverò merè materialiter se habet, ut quis per tempus aliquod alterutrum deferat,

DECISIO CLXII.

IN Causa Francisci de Raynaldis, cum d. Comite Sanctæ Severinę convento super reivindicatione cujusdam feudi, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

FEudum in alicujus Baronis Territorio extans, privilegium à Rege obtinentis, quod in ejus districtu feuda etiamnum quaternata habentes, illa ab eodem Barone, ejusque hæredibus; successoribusque recognoscantur,ac in casu devolutionis ad ipsum, idque genus devolvantur: numquid ob feudatarii felloniniam, sive rebellionem contrà Regem patratam,ad Baronem devolutum autumatur feudum, nulla tamen extante sententia declaratoria privationis feudi.

SUMMÆ.

Num.1.& 2.Thesis decisio, & probatio.

1 AD Baronem haud esse devolutnm existimant Antonius Capicius *hìc,in fine* Lanarius *consilio 20. num.* 14. Thori *compend.decis. tomo* 1. §.*feudum existens in Territorio alicujus Baronis habentis privilegium.*

2 Probatur: adùsque declaratoria sententia per Judicem verificetur; feudi possessio pro reo extante supponitur ac per cõsequens melior sit ipsius conditio, *l.si debitor,ff.de pignoribus, l.is qui destinavit, ff.de rei vindic. l.finali, Cod.eodem, l.qui accusare, Cod. de edendo,* §.*retinendæ, vers.commodum, instit. de interdict.cap.pro possessore de regulis juris lib.* 6.de Franchis *decis.*167.*num.*13.idque genus nam sententia declaratoria crimen probatum ac per consequens feudum deperdidisse supponit, alioqui ipsius essentia pessundaretur: quicquid enim supponitur, haud est commõstrandum; igitur adùsque declaratoria verificetur sententia ad Baronem feudum,haud devolutum hoc in themate ducitur.

Pro Decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

FEudum ex pacto non aliter hæreditarium: numquid ex delicto in dominum patrato; domino ne? an agnato acquiratur?

SUMMÆ.

A'num.1.usque ad finem, Thesis decisio, probatio, & oppugnatio, & solutio.

1 FEudum ex pacto non aliter hæreditarium ex delicto in dominum patrato, domino potius,quam agnatis acquiri censent, Thorus *compend. decis.tomo* 1.§.*feudum ex pacto non aliter*, edocentis sic per R.C.Summ.prædefinitum fuisse aliique.

2 Probatur: nullum habere agnatos jus supponitur in feudo istiusmodi; quinimò crimen per subditum in dominum patratum naturali obversatur juri;ac per consequens per idem jubetur,ut ad eumdem revertatur dominum; perinde ac si numquam vassallus iste feudum possederit, Canone *origo* 32.*quæst.*4.Ælianus *lib.histor.animal.*9.*cap.*1.hinc Cicero 5.Tusc. *Bestiæ pro suo partu ita propugnant,ut vulnera excipiant, nullos impetus, nullos casus reformident*, & 2.de orat.*Feræ partus suos diligunt, & nos in liberos nostros uti debemus indulgentia*,idem de parentibus edisserendum est. exemplo esto de Leone,qui præda sua,parentes senes alit supralaudatus Ælianus apud Forcatulum *de justitia,& jure num.*2.Author est; inde fit, quod Andromacha apud Euripidem edisserebat filios animas esse, Corasius *de justitia, & jure in* §. *jus naturale, vers. hinc educatio*; enimverò extincto dantis jure, extinguitur, & accipientis, *l. ex vectigali* 31. *ff. de pignor.l.ex duobus*, §.1. *ff. de in diem adiecto*,

cap.nuper de donat.inter vir.& uxor. Thesaurus *dec.pedem.* 156.*n.* 12. quemadmodum roborato dantis jure; confirmatur, & accipientis, *l.cum vir, ff.de usucap.l.rem alienam, ff.de pignorat.actione*: verum enimverò feudi jus ex crimine in dominum per vassallum patrato omninò extinguitur; igitur non transit ad agnatos; alioqui criminen hoc condignam,
5 haud persolveret pænam, ut speculanti liquet, cum delicti paritas, pænæ æquabilitatem reposcat, *l.nihil interest, ff.de adulter.l.si quemquam in fine, Cod.de Episcopis, & Clericis*; ac juxtà delicti mensuram futurus est plagarum modus, *cap.non afferamus* 24.*quæst.* 1.*Mencah. illustr.quæst.cap.*24. *num.*17. foret namque vassallus in isthac facti specie nimis severus contrà directum dominum suum, ac per consequens, & morte, & feudi privatione dignus est, secus ipse, tum ejusdem agnati, & cognati. exemplo esto de C.Fabio Africæ Proconsule, qui cum crudelem nimis cum Vassallis se præstitisset, provincialium seditione vivus in palatio âbustus fuit, Ful.*lib.*9.*c.*10. Author est.

6 Dices feudi jus ob vassalli extinctionem agnatis jus quæsitum esse supponitur; igitur procul à justa causa ab hisce removendum non est: quandoquidem juribus dissentaneum est, adeòque non faciendum: quod enim juribus consonum est, id pro justo, licitoque habendum, Cujacius *tomo* 2. *de justit.& jure lit.B.pag.*164. cum quod æquum sit, id rectum est, Antonius Faber *in jurisprudentia de justit.& jure princip.*2.*illat.*7.

7 Distinguendum est antecedens; si nullum in dominum crimen per vassallum esse patratum supponatur: verum ducitur antecedens; secus verò si sit commissum, ut nostro in casu suppponitur.

8 Idem edisserendum est de quaternato feudo ob feudatarii culpam, tunc immediatè illi acquiritur, à quo feudum obtinuit, Thorus *cōpend. decis.tomo* 1. §.*feudum quaternatum*: enimverò ob feudatarii culpam feudum ad priscum revertitur statum; perinde quasi pænes neminem exstitisset.

DECISIO CLXIII.

CAEsaria Majestas investivit Illustrissimum D.Rasmundum de Cardona, Viceregem huius Regni de officio Magni Admirati, &c. dubitatum est secundum quam formam debeant concedi capitula præfato D. Raymundo, &c. *Hæc Antonius Capycius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

CApitula magni admiratus munia involventia; si fuerint diversimodè diversis admiratis permissa; si per Regis rescriptum Sacro Regio Consilio præceptum fuerit, ut alicui juxtà assuetum conferendi modum hujuscemodi conferatur dignitas; quo pacto hoc Regis rescriptum commentandum erit.

SUMMÆ.

Num.1.& 2.Thesis decisio,& probatio.

1 CApitula isthæc juxtà Regis rescriptum per S.C.concedenda fore juxtà modum proximis novissimis admiratis permissum duco, est Antonii Capicii *hìc* edocentis sic per S.C.sancitum fuisse; ibi: *Et sic per prædicta fuit conclusum, & oblatum d. Viceregi, quod S. C. vult concedere capitula prout fuerunt concessa proximis ultimis admiratis, videlicet Principi Bisiniani, & Comiti Capudatii*, Capiblanci *in præg.*4.*de Baron.num.*16. Author est Thorus *compend.decis.tomo* 1.§.*capitula concernentia officium magni admiratus*.

2 Probatur novissima namque potius, quam prima observanda est consuetudo, *l.mella*, §. 1.*de aliment.& cibar.legat.* cum novissimus conferendi modus priscis deroget modis; nam per novum conferendi modum à pristino recedit, perinde quasi in desuetudinem prisci abiere modi: quare juremeritò Regis rescriptum juxtà novissimum conferendi modum commentandus erit.

Pro decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

SI plures sive à magno admirato, sive à Barone, vel à quolibet alio ad idem munus adlecti forent: quisnam ipsorum ad munus hujuscemodi admittendus est.

SUMMÆ.

A num.1. usque ad finem, Thesis finitio, & probatio.

1 SI plures, sive à magno admirato; sive à Barone, vel à quolibet alio ad idem munus electi forent; quisnam ipsorum ad munus hujuscemodi admittendus est, distinguendum est; vel omnes eadem tem-

pestate à magno admirato, idque genus electi fuerint, & tunc primum possessionem capientem præferendum esse censeo, est Masulli describentis sic ad Vicariæ relationem per S.C. sancitum fuisse, Thorus Author est *compend. decis.tomo* 1.§.*officiales plures electi à Barone.*

2 Probatur:ubi plures concurrentes ejusdem reputantur generis;toties diligentior est præferendus;admittendusque ceù in creditoribus ejusdem generis liquet: siquidem testatum est in jure, ut vigilantibus suppeditandum sit, *l. qui autem* 6.§.*sciendum, l.pupillus* 24.*ibi vigilavi meam conditionem meliorem feci*, inde fit, quod jus civile vigilantibus scriptum est, ideòque non revocatur id, quod percepi, *l. judicate, ff. de re judicata*, Molina 2.*de justit.disp.*236.*vers.observandum*: verumenimverò nostro in themate sedulior arguitur ille,qui primò officii possessionem capit; igitur, &c.

3 Vel omnes æqualiter sint diligentes; tunc æquè admittendi sunt,quod ipsis ex terminis liquet, cum non sit melior ipsius conditio,ac alterius, omnesq; sunt Regii de Marinis *resol. juris lib.*2.*cap.*31.*num.*13.

4 Vel unus post alium per magnum admiratum electus sit; tunc in novissimo vocitatus loco præferendus est: siquidem priores revocatæ arguuntur volũtates,ac per consequẽs in novissimo velle,atq;adeò nominato persistere supponitur, cum mortalium velle usq;ad novissimũ vitæspiritũ variari ipsamet experiẽtia nos in dies edocet,*l.*4.*ff.de adim.legat.l.cũ hic status*,§.*ait oratio,ff.de conat.inter vir.& uxo.*

DECISIO CLXIV.

IN Causa Joannis Thomasii Tonti filii naturalis quondam Domini Loysii Tonti contrà filios, & hæredes quondam Nicolai Tonti super præstatione alimentorum, &c. Primo dubitatum est: an filio spurio debeantur alimenta in foro civili in Terris Imperii, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti Species.

FIlio naturali: numquid per Patrem alimenta danda sint, ac per consequens ad ipsorũ præstationem astringendus sit hæres.

SUMMÆ.

A num.1. usque ad 7. Thesis 1.decisiones, & probationes.

A num.7.usque ad 10. Thesis 2. finitio, & probatio.

A num.11.usque ad finem, Thesis 3. prædefinitio, & probatio.

1 Stringendum esse opinantur, Bartolus, Baldus, Jason, Gravetta, Anton.Capicius *hìc in principio*, aliiq; Surdus *de alimentis quæst.*9.*per totam* Author est, neù secus per Patrem in testamento sanciri potest.idem de naturali edisseritur filia, cui alimentorum loco dos sufficienda est. nomine hìc naturalis filii venit ille, qui sive ex concubina, sive ex soluta subortus sit.

2 Probatur 1.ex textu *in l.si quis à liberis*,§.*unde si parens, ff.de liberis agnoscendis*, auth. *licet, Cod. de naturalibus*; ibi: *hujuscemodi enim naturales filios pasci boni viri arbitrio necesse est,l.nemo potest.ff.de legatis* 1. quare juxtà Surdum *hìc, num.*11.inspecta sermonis proprietate concubina dumtaxat dignitate ab uxore discriminatur, *l.item legato*, §.*parvi, ff. de legatis* 3. quod ex Virgilii verbis comprobatur,concubinam conjugem appellantis; igitur, &c.

3 Probatur 2. jus naturale quodcumque generans suam alere prolem jubet,quod etiamnum in animalibus rationis expertibus ipsa nos in dies edocet experientia: quandoquidẽ quodlibet animal irrationale filios alit suos, quod summoperè per cæsareum comprobatur jus: quare juremeritò filii pro alimentis præstandis parentes astringere queunt suos, *l.si quis à liberis in princ.*§.1.*de lib.& agnos.*Coras.*loco supralaudato*, Stephanus Bodæus *de justit.& jure in verbo educatio pag.*9. Balduinus *de jure naturali gent.& civil.num.*5.laudans Gellium *lib.*12. *cap.*1. neù injuriam illi

4 inferunt: siquidem utens quis jure suo,nemini infert injuriam, *l.injuriarum*, §.1 *ff.de injuriis, l.*3.§.*is tamen, ff. de libero homine exhibendo, l.qui injuriarum*, §.*is qui, ff. de jure jurando, l.jurejurando, l. quod Reipublicæ, l. injuriam, ff.de injuriis, l.fluminum*,§.*ultimo, ff.de damno infecto, l.proculus, ff.eodem titulo, l.si donaturus*, §.*si quis indebitam*, *Cod. de condict.ob causam,l.si meo,ff.de aqua pluvia arcenda, cap.cum Ecclesia* 21. *vers.quia de*

5 *elect.* atque hinc fit, quod juris executio injuriam non continet, *l.injuriarum actio*, §.*is,*

6 *qui inter, ff.de injuriis*, quod idem edisserendum est de filio respectu parẽtum; cum utrobique par urgeat ratio, adeòque eadem legis statuitio, *l.illud, ff.ad leg. aquil. l.si postulaverit*, §.2.*ff.ad leg.Juliam de adulter.*

Se-

Secundo in eadem causa dubitatum est: an hæc æquitas foveat spureos petentes alimenta ab hæredibus Patris Patre mortuo, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

Secunda Facti species.

Filio spurio quo jure præstanda sunt alimenta.

7 Tametsi Antonius Capicius *hic usque ad num.*3.Gabriel *lib.6.tit.de aliment.conclus.*1. Surdus *in tract.de alim.tit.*8.*privileg.*9. Riccius *collect.decis.*110. apud Thorum *compen. decis. tomo* 1. §. *alimenta utrum præstari debeant spurio*, edocent ex æquitate canonica, ac in foro civili identidem in terris Imperii
8 per Patrem prestanda esse alimenta:verumtamen in juris puncto negandũ esse suppositũ existimo:supponũt enim Authores istiusmodi filiũ spuriũ certũ habere patrem,quod est absurdum: siquidem ab hisce Authoribus rogitandum est, quid sit filius spurius? nonnisi ex meretrice gignitus? quid est esse ex meretrice dimanatus? nisi Patrem habere incertum? en quomodò ab incerto rogitantur alimenta? en nullo ex Patris parte jure?cum jura ab in-
9 certo non petant. Sin Patris similitudo, seù ex capillis idque genus arguatur; tunc juxtà nonnullos Authores ad præstanda alimenta astringẽdũ esse Patrẽ:verum ut vera fatear,id potius portendere est; quam procul à funda-
10 mento aliquo commonstrare; cum in meretricio utero diversa sint semina, ex queis gignitur proles.

Tertia Facti Species.

Filii spurii, vel adulterini, vel ingestuosi, idque genus sint an Patris hæredes eos alere adstringendi sunt.

11 Astringendos esse ducunt Antonius Capicius *hic*, *num.*3.de Franchis *decis.* 178. *num.* 6.Antonius Gabriel *lib.6.tit.de alim. conclus.* 1.Author est Thorus *compend.decis.* §.*alere spurios, adulterinos, vel natos ex quocumque coitu.*

12 Hoc in themate distinguendum est: vel de spuriis sermo est; vel de aliis. Si de spuriis, haud per Patris hæredem alendi sunt, quod ex suprà commonstratis liquet: ubi ipsorum Pater ignoratur; alere namque filios onus est, quod procul à certitudine imponi minime fas est, nec sufficit si aliqua similitudo inter filium ingestuosum, & aliquem copulam habentem habeatur, cum id potius portendere, quam procul ab aliquo fundamento cõmonstrare sit; si igitur nec testator juxtà nostra principia minus astringebatur, à fortiori ejus hæres, qui defuncti personam, & jus repræsentat, *l.hæreditas* 28.*ff.de reg. juris*, cum hæreditas sit jus succedendi in universum jus defuncti, Her.Vlt.*instit.lib.*2.*tit.*13.*de exhæreda.lib.pag.*276.*num.*17.

13 Sin de ingestuosis adulterinis, idque genus ex illicita gignitis copula, tunc & cæsareo, & canonico jure minime esse astringendum hæredem pro comperto habeatur, §.*hinc descendit*;ibi:*maris atque fœminæ conjunctio*, quam nos matrimonium appellamus;hinc liberorũ procreatio;hinc educatio,&c. *instit.de jure naturali gentium. & civili*;secus naturali jure, cum istiusmodi copulæ per isthæc jura inhibitæ sint; secus verò naturali inspecto jure, quod & prolem procreare, & educare jubet, §.*finali, auth.quibus modis natu. effician.sui, auth.ex complexu, Cod. de incestis nuptiis*, *l. humanitatis, & in auth.licet,Cod.de naturalibus liberis*; quod de copula in primo gradu inhibita, haud est edisserendum; cum ab hac natura abhorreat; tametsi verificato copulæ casu inter filium, & matrem,idque genus,tũc prolem alere tenentur, ceù causa ad suum effectum asservandum,hinc Cicero 2. de orator. *non est boni, neque liberalis parentis, quem procreavit, & eduxerit, eum non vestire, & ornare;præsertim cum se locupletem esse negare nõ possit*, & pro Cluent.*nullum est nomen amantius; indulgentiusque, quam maternum.*

Pro Decis. hujusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

Filia spuria à Patre minus congruè dotata numquid extincto Patre nulla superstite legitima Sobole congruæ dotis supplementũ rogitare possit.

De naturali filia: num idem est prædefiniẽdum, ac de filia spuria suprà dissertatũ fuit.

Alimenta seu naturali, seu spuriæ filiæ præstanda,quo pacto designanda sunt, juxtà Patris conditionem ne?an juxtà ejus substantiã?

SUMMÆ.

Num.1.& 2.Thesis 1.decisio, & probatio.
A'num.3.usque ad 7. Thesis 2.decisio, & probatio.
A'num.7.usquè ad finem, Thesis 3.finitio, & probatio.

1 Ex suppositione, quod Pater spuriam filiam, utpotè filiam divulgavit suam (alioqui difficultati nullus foret locus, ceù suprà in præcedenti decisione commonstratum fuit) distinguendum esse reor 1.vel dos filiæ spuriæ per Patrem data æquipollens alimentis esse prædicatur;vel nõ. Si primum infirmam fore hoc in themate filiæ rogitationem pro comperto habetur, est Bartoli *in auth. ex complexu, Cod. de incestis nuptiis, & in l.finali, ff.de his,quibus ut indignis,*

gnis, Capicii *decis.*181.*nu.*1. Surdi *de alimentis, tit.*1.*quæst.*10.*post num.*5. Author est de Marinis *resol.juris lib.*2.*cap.*94.*num.*2.

2 Probatur: filia namque spuria in Patris ditione haud extare supponitur, cum non sit filia legitima, & naturalis, quæ in Patris facultate extat *toto tit.instit.de patria,& potestate*, ubi Antonius Faber, Balduinus, Franciscus Hotmanus, Bodæus, & id genus; neù ipsam dotare pater est cogendus, alioqui inter legitimam; illigitimamque copulam nullum haberetur discordiculum; quod per absurdum foret; tametsi ex suprà commonstratis illam uti effectum ex causa sua dimanantem naturali inspecto jure alere compellendus est, cum causa suum asservet effectum; qua desinente deest, *l.adigere*, §.*quamvis,ff.de jure patronatus,l.est pater,ff.de hæred.instit. l.generaliter*, *Cod.de Episcopis, & Clericis, l.cum te, Cod. de pacto inter emptor. cap.magnæ in fine de voto, cap.cum cessante* 60.*de appellat.* ac per consequens si dos ipsi data alimentis æquipollens sit, profectò nil aliud quiritare potest.

3 Sin secundum tunc de alimẽtorum supplemento petere posse reor 2. est ex mente supralaudatorum Authorum.

4 Thesis isthæc probatione minimè indiget, cum de eo perquirat spuria filia, quod sibi debetur, juxtà alibi comprobata.

5 De naturali filia idem esse prædefiniẽdum, ac de filia spuria suprà dissertatum fuit duco; quare rigorosè loquendo eam dotare patrem minimè esse astringendum; dumtaxat verò alimenta ipsi præstare, tametsi sub dotis nomine illa refũdere possit; atque hinc fit, quod in istiusmodi facti specie commentandi sunt, de Marinis *loco supralaudato num.*3. aliique;

6 nam si congruam filiæ naturali dotem refundere astringendus foret pater; nulla profectò extaret differentia inter copulam licitam, & illicitam, quod sacris canonibus dissonum foret: quandoquidem favorabiliores sunt licitæ; quam illicitæ copulæ; igitur in patris facultate est dotem aliquam alimentis æquipollentem præstare.

7 Alimenta seù naturali, seù spuriæ filiæ præstanda, reverà juxtà patris conditionem tribuẽda esse pro comperto habetur: quare merè materialiter se habet si pater pinguiorem obtineat substantiam; sat est si decenter filiæ juxtà ejus qualitatem alimenta refunderet, quod prudentis Iudicis arbitrio redigendum est.

8 Probatur: si filiæ alimenta juxtà patris substantiam, secùs verò ejus conditionem præstanda forent; ilicet si pater rusticanus sit, cẽtum mille nummos habens aureos; tunc precium filiæ naturali juxtà patrimonii substantiam dandum, quippe æquipollens legitimæ foret filiæ; quod per absurdum esset; alioqui nullam inter filiam legitimam, & naturalem, ac purè naturalem discordiculum esset.

DECISIO CLXV.

IN Causa Domini Comitis Gructariæ, cum Domino Barone Sereni dubitatum est: an ex quo dictus Baro dum instantia causæ, quam agitabat contrà præfatum Comitem, esset perempta lapsu trientii, obtinuit in ea insufflari spiritum vitæ, & iterum perempta est, valeat iterum, & sic secundo aliam insufflationem obtinere, &c. *Hæc Antonius Capicius*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

INstantia ex triennii lapsu perempta per insuflationem spiritus vitæ à Principe incitata: numquid per eumdem excitari possit insuflationem.

SUMMÆ.

Num.1.& 2. Thesis decisio, & probatio.
Nu.3. Tex.*in l.finali, C.si sæpius,&c.* haud obstat.

1 EXcitari posse censent Antonius Capicius *hìc, num.*5. ibi: *fuit tandem in causa prædicta secundo loco insuflatus spiritus vitæ*, Grammaticus *decis.* 69. *num.*4. Muscatellus *in pract.S.C.par.*7.*glosa sententiam num.*50. Tap.*in constit. omnes bajuli locorum num.*7. Joannes del Castillo *deci. Sicil.*11.*num.*24. Riccius *in collect. decis.* 89. Marta *de jurisdit.par.*2.*cap.*45.*num.*17. Thorus Author est *compend.decis.tomo* 1.§.*instantia perempta lapsu triennii*.

2 Probatur: *ex l.fine* §.*restitutus, ff.de minoribus*: nam eadem virtus in secunda, idque in infinitum, ac in prima spiritus vitæ insufflatione reposcitur: ast prima vitæ spiritus insufflatio per Principem jam permissa esse supponitur; igitur identidem, & aliæ per ipsum haud dubiè permitti possunt; cum utrobique par urgent ratio, ac per consequens eadem juris prædefinirio, *l.illud, ff.ad leg.aquiliam. l. si postulaverit*, §. 2. *ff. ad leg.juliam de adulter.*

3 Neù obstat textus *in l.finali, Cod.si sæpius in integr.restitutio.postul.* siquidem in alia extat facti specie, ceù ex ipsismet textus verbis liquet.

Pro

Pro decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

Acta ordinatoria: numquid perempta instātia extincta esse ducuntur, & num idem de litigiosi vitio edisserendum erit.

Instantia adversus Clericum in foro Ecclesiastico occæpta: an extincta ducatur; ac per consequens laicali in foro contrà hæredem laicum Clerici novum inchoandum erit judicium.

Instantia semel in civilibus perempta: an per spiritum vitæ insufflationem rursus revivisci possit.

Instantia cum Laico incæpta: utrum extincta ducatur, ac per consequens ad Clericū successorem non transit instantia actoris facto perempta, litem non prosequentis si conventus vitæ spiritus insufflationem obtinuisse feratur, an ad expensas astringendus sit reus.

SUMMÆ.

Num.1.& 2.Thesis 1.decisio,& probatio.
Num.3.& 4.Thesis 2.finitio,& probatio.
Num.5.& 6.Thesis 3.prædefinitio,& proba.
Num.7.& 8.Thesis 4.decicisio,& probatio.
Num.9.& 10.Thesis 5.finitio, & probatio.

1 Acta ordinaria perempta instantia extingui autumat, de Marinis *resol.juris lib.*1. *cap.*54. *nu.*5. quemadmodum litigiosi vitium extinguitur extincta instantia. idem Author *num.* 7.*&* *observat.ad decis.Revert.*135.*num.*2. *&* *observ.*578.*num.*2.

2 Probatur: ubi perempta proditur instātia, toties nullum ducitur judicium, de Marinis *resol.juris pag.*95, quandoquidem per instantiam judicii occæptio habetur, juxtà Authores nonnullos, juxtà verò alios per litis contestationem, quæ est principalis negotii apud competentem Judicem narratio, & ad eam secuta respontio animo litigandi, *cap. unico de litis contestatione, cap. dudum il* 2.*de elect. l.rem non novam* 12.§.*patroni,vers.propositā, Cod.de judiciis, l.unica*;ibi: *lis enim tunc cōtestata videtur cum Judex per narrationem negotii causam audire cæperit,Cod.de litis cōtestat.*inde fit quod tunc incipit,ubi Judex de meritis causæ nosse incipit, *l. nihil, Cod. de procur.* in Regno verò lis contestatur ratione termini, de Marinis *tomo* 1.*cap.*184.*num.* 7.Pratus 7.*for.cap.*6.*nu.*8.Caravita *ritu* 288. *prag.*1.*de ord.judic.*Franc.*deci.*457.igitur perempta instantia,extinctove judicio, amplius reviviscì nequit, *l.qui rem,* §. *arcam, ff. de solut.l.ejus, qui* §.*finali, ff.de jure fisci,*Surdus *decis.*51.*num.*5.ac per consequens & acta ordinatoria, & litigiosi vitium extincta sunt; secus verò in causis fiscalibus inspecto Regiæ Cameræ foro, de Marinis *observat. ad decis.* 578. *num.* 2.

3 Instantiam adversus Clericum in foro Ecclesiastico occæptam minimè fore extinctam, ac per consequens in eodem Ecclesiastico foro laicum Clerici hæredem conveniendum; cum eodemque judicium inchoatum prosequendum esse censeo.

4 Probatur: Ecclesiasticum namque privilegium potius trahit, quam trahitur;ac per cōsequens si judicium coram Ecclesiastico Judice adversus Clericum efformatum sit;consequens fit, ut coram eodem competenti solvatur Judice,ne laicus trahat Clericum;alioqui juribus oppugnaretur, cum hæres judicium cum defuncto inchoatum cōsectari debeat, nam defuncti personam representat, *l. hæreditas* 28. *ff. de regulis juris*, adeòque omnes activæ, passivæq;actiones in hæredem transeunt;neù frustrà tempus servisse per Ecclesiasticum videatur Iudicem.

5 Instantia semel in civilibus perempta: an per spiritum vitæ insufflationem rursus revivisci possit, & reverà tametsi ultrà binas vices istiusmodi spiritus vitæ insufflationem per Principem permitti non posse per S. C. sancitum fuisse memoriæ proditum est per Thorum *compend.decis.tomo* 1.§.*instantia semel perempta in civilibus,*an iterum revivisci possit, quam prædefinitionem sectati fuere. Grammaticus *decis.* 69. *& in consilio civili* 165.Muscatellus *in pract.S.C.par.*7.*glosa sententiam num.*51.Capiblancus *in prag.* 8. *nu.* 139.*de Baron.*Mastrillus *de magistratibus lib.* 3.*cap.*4.*nu.*370.*&* 371. Riccius *in collect.dec.* 89.Anna *in constit.constit. divæ memoriæ nu.* 291.edocet fuisse usque ad 5. vicem concessā insufflationem: verumtamen in juris puncto publicis in thesibus posset quispiam secus indubiè defensitare; edisserens adùsque Principem libuerit. est aliqua ex parte, Ursilli *decis.* 346.

6 Eodem prorsus medio isthæc probatur thésis,quo suprà commonstratum fuit: siquidem Principis velle hoc in themate, haud limitatum esse debet: limitata etenim causa, limitatum producit effectum, *l.in agris, ff.de acquirendo rerum dominio, l. cancellaverat, ff. de iis, quæ in testam.delent.l.*2,*ff.de servis export.l.ex facto,* §.*item quæro, ff. de vulgar. & pupill.subst.l.cum pater,* §.*dulcissimis, ff. de legatis* 2. cum ejus plenitudo à suo pendeat velle; nec adversarios Principis velle metiri posse pro comperto habetur: quare cum in Principe authoramentum perenniter extet; Cicero pro lege manilia:jure meritò instantia in civilibus extincta per Principem pro ejus libito revivisci potest.

7 Instantiam cum laico incæptā extingui, ac per consequens ad Clericum successorem, haud transire edocent, Ursillus *decis.*215. *nu.* 2. Molfesius *in add.ad quæst.*8. *tit. de person. nu.*5.Thorus *compend.decis.tomo* 1. §.*instantia incepta cum laico, an transeat* memorantes sic sancitum fuisse.

8 Probatur: ex templò ac successor Ecclesiasti-

ſtica eſt perſona in continenti(inquā)privilegii ratione variari ducitur forum, ac per conſequens Eccleſiaſtica, utpotè divino inſpecto jure à laicali exempta juriſdictione, (ut feracius alibi probatū fuit) potius trahere ad ſuum, quam ad aliud laicale trahi forum ducitur; igitur, &c.

9 Inſtantia actoris facto perempta litem non proſequentis; ſi conventus vitæ ſpiritus inſufflationem obtinuiſſe feratur ad expenſas aſtringendum haud eſſe reum, aſt potius actorem docent Grammaticus *deciſ.*91.Muſcatellus *in pract.S.C.par.*7.*in* 1.*lib. gloſ. ſententiam in add.ſub num.*53. *lit.E. incip.utimur proprio*, Riccius *in collect. deciſ.* 89. 116. & 2049.Roviti *in prag.*1.*num.*15. *de inſt.cauſa non reſt.*Thorus Author eſt *compend.deciſ.tomo* 1.§.*inſtantia perempta facto actoris litem non proſequentis*.

10 Probatur:rei munus eſt ſe,ſuaſq;tutari rationes, cum reus excipiat, *l. vendicantem cū l.ſequ.ff.de except.l.except.doli, ff.de evict.*inde eſt, quod reo in ambiguis potius,quam actori favendum eſt, *l.favorabiliores, ff.de regulis juris*, §.*retinendæ, inſtit.de interdictis, c.cum ſint part. de regulis juris lib.* 6. ac per conſequens actoris rationes explodere, *l.* 1. *in principio, ff.de edendo*:nam cum ad actoris litis periculum ſpectet; juremeritò ad ipſum impenſas erogare pertinebit; inde fit, quod actor prius agere in foro debet; adeòque fori reum ſectari, *l.in criminali, Cod. de juriſdict. omnium judic.l.juris ordinem, Cod.eodem tit. l.finali, Cod.ubi in rem actio, l.*2. *Cod.ubi*, & *apud quem, cap.experientiæ, cap. ſi quiſque* 11.*quæſt.*1.*cap.ſane, cap.cum ſit generale,cap. ſi Clericus de foro*.

DECISIO CLXVI.

IN Cauſa Illuſt.Dom. Ducis Hadriæ, & Ducis Termularum, cum Univerſitate Sancti Severi, & cum Univerſitate Theram ſuper validitate privilegiorum per Cæſ.Maieſtatem conceſſorum dictis Ducibus de Terris prefatis, &c. *Hæc Antonius Capycius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

PRivilegium vaſſallo à Rege permiſſum: numquid ab eodem extingui poſſit.

SUMMÆ.

A'nu.2.uſq;ad 8.Theſis 1.deciſio,ejuſdemq; probationes.

A'nu.8.9.&.10.Theſis2.finitio,& probatio.

1 DIſtinguendum eſt, vel privilegium iſtud ſubdito à Rege indultum, ſimpliciter eſſe ſupponitur, tunc ſive juſtam concedendi cauſam, ſive non habeatur; in Principis manu eſt ipſum revocare poſſe pro comperto habetur,eſt Baldi, Abbatis, Felini,aliorumque Author eſt Capicius *hic, num.*1.

2 Probatur: illo ex dicterio per quas cauſas res gignitur; per eaſdem extinguitur, *l. nil tam naturale,ff.de regulis juris, l.filio quem pater, ff.de lib.& poſthum. cap. ab exord.* 35. *diſt.*Cajus *lib.*1.*regul.lege omnia, ff. de diverſ. regulis juris*, Paulus *lib.*65.*ad edictum, l.quibuſcumque,ff.eodem*, Petrus Faber *de diverſis regulis juris ad leg.*35.*cap.omnis* 27.*quæſt.* 2.*cap.omnis res de reg.juris in decretal.*cum in Principis ditione ſit, & leges *juxtà illud*: per me Reges regnant, ac legum conditores juſta decernunt, & privilegia indulgere, eademque revocare, Hotmanus *in comment. verbor.jur.verbo lex, pag.* 751. & *verbo privilegia, pag.*863. Gonzalez 2.*decret. tit.*1. *de judic.in cap.cum veniſſent* 12.*num.*3.*pag*.40. cum unuſquiſque in juriſdictione ſua ſit moderator, & arbitrer, *l.in re mandata,C.mandati, l.in traditionibus, ff.de pactis*, Donellus *de jure civili lib.*11.*cap.*9. *num.*17. *pag.*580. *tomo* 2.

3 Vel privilegium hujuſcemodi à Principe ſubdito indultum, juxtà aliqua fuit concedendi ratio, utputà, vel meritorum, vel pecuniæ vaſſalli ſtudio; tunc ſubdiſtinguendum eſt; vel juxtà haud revocandi per principem habeatur ratio, tuncque tametſi ex abſoluta, ac plenitudine facultatis ſuæ id per ipſum fieri poteſt: verumtamen procul à peccato minimè fieri poſſe pro comperto habetur, eſt aliqua ex parte, Baldi, Capicii *hic*, *num.* 10.

4 Probatur: ſubditi merita nonniſi præmio compenſanda ſunt: extant namque jus, & debitum inter ſe collata; inde Plaut. *benafacta benefactis cumulanda*, & Tullius: *improbus eſt homo ille, qui beneficium ſcit ſumere*; & *reddere neſcit*, & Ovid. *eſt aliqua ingrato meritum exprobare voluptas*, neù in Principis manu eſt procul à peccato à contractibus cū ſubditis celebratis pro libito reſilire poſſe, cum jam tertio jus ſit acquiſitum, quod irrationabiliter eſtingui nequit, Antonius Faber 6.*Cod.tit.*5.*de teſtam.def.*2.*in allega.num.* 21.

21.Corasius *in ff.de constit.princip.ad legem*
5 *beneficium* 3. *num*.4. *pag*.197. siquidem contractus ex partium conventione legem accipiunt, *l*.1.§.*si conveniat, ff. depositi, l. contractus, ff.de regulis juris, l.lege, ff. de pactis conventis, l*.1.*Cod.de oper.lib.l*.1.*Cod.commodati*;
6 *cap.contractus* 85.*de regulis juris lib*.6.cum etsi sint à primordio voluntatis: verumtamen ex post facto fiunt necessitatis, *l. non id circò in fine*, *ff. de contrahenda emptione, l. si mandavero*, §.*sicut, ff.mandati, l. cujus bonis in principio*, *ff. de curator. furios. l. sicut ab initio, Cod.de act.& obligat.l.de contractu, C. de rescindenda vendit, l.quamvis,Cod.de trāsact.l.eo quod, Cod.si certum petatur*, *l.si quis*
7 *argentum*, §.*finali, Cod.de donat*. quandoquidem attento naturali jure contractus servare astringitur; etsi non quoad vim coactivam; attamen quoad directivam: inde est, quod sic & jura, & Authores commentandi sunt, scilicet Corasius *in ff.de leg.*& Senat. *ad leg. non ambigitur* 9.*num*.4.Hotman.*consilio* 131.*nu*. 2.*lit.D*.Amaya *observat.juris lib*.1.*c*.1. *n*.92.
8 Vel privilegium hoc à Principe subdito concessum justa aliqua adimendi ratio habetur, uti in isthac Capiciana supponitur prædefinitione, ilicet ex justis belli causis;ac pro pacis bono, idque genus (etsi pecuniæ ratio-
9 ne indultum à Principe hìc descriptum est) tunc per Principem revocari posse arbitror, est Capicii *hìc in fine*, edocentis per S.C.prædefinitum fuisse; ibi: *major pars dominorum votavit stantibus clausulis privilegii,quod potuit Rex privilegia revocare*, *& terras ipsas alienare*, Annæ *alleg*.69.*num*.27.*& alleg*.87. *in principio*, Antonii Gabrielis *lib*.3.*de jure quæsito non tolle.conclus*.3. de Ponte *cons*. 70. *num*.40.*vol*.1.*& consil*.15.*num*.15. *volum*.2. Pascal.*de vir.patr.potest.parte* 1. *cap*.1. *num*. 83.Capiblanci *in prag*.8.*parte* 2. *num*.31. *de Baron*.Tap.*in l.finali, de constit. Principum par*.1.*cap*.1.*num*.16.contrà Vasq.*lib*.1.*contr. illustr.cap*.5.*num*.14.Ursillum *decis*.361. *nu*. 20.Thorus Author est *compend.decis.tomo* 1. §.*privilegium concessum subdito an possit ad*
10 *nutum Regis*; tametsi Princeps ratione debiti cum subditis contracti aliquid ipsis æquipollens refundere astringendus sit, cum jure debitum supponatur.
11 Probatur: ubi justa aliqua in Principe privilegium adimendi habetur causa (quæ enim justè peraguntur; juribus haud obnoxia sunt; quemadmodum lege permittente, quod fit justè, ac ritè fit, *l. quis sit fugitivus*, §. *apud labeonem,ff.de edilit.edicto, cap.quid dicam* 14.*quæst*.4.) toties nemini injuriam infert, *l. injuriarum*, §.1.*ff.de injur.l*.3.§.*is tamen*, *ff. de libero homine exhib.l.qui injuriarum*, §. *is qui, ff.de jurejurando*: siquidem contractum servare cum tanto onere,incommodove haud par est; neù ipsius velle cum tanto fasce se obstringere voluisse arguitur; nec naturalis ratio id suadet, quod enim juribus consonum est, id pro justo, licitoque habēdum, Corasius *tomo* 2.*de justitia, & jure leg*. 6. quandoquidem bonum commune particulari prævalere supponitur, cum major ratio minorem elidat, *l.si debitori in fine. ff. de fidejuss. l.cui pacto, ff.de servis exportand.* & cui conceditur majus,à fortiori, & minus permitti fas est, *l. filius famil*.§.*finali,ff.de donat.l.Marcellus, ff. de donat. caus.mort.* cum tunc particulare non ducatur bonum, ast dumtaxat commune, Cicero parad.1.*quod rectum,& honestum, & cum virtute est, id solum opinor bonum*.

Pro Decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

Privilegium ad beneplacitum per Principem alicui simpliciter concessum: numquid per concedentis extinctionem extinguatur.

Quandonam per secundum primo derogatum autumatur privilegio.

SUMMÆ.

Num.1.& 2.Thesis 1.decisio,& probatio.
Num.3.& 4.Thesis 2.finitio, & probatio.

1 Privilegium ad beneplacitum per Principem alicui simpliciter concessum, per concedentis extinctionem extingi autumant, Revert.*decis*.38.*in principio*, aliique. quod liquet ex *cap.si gratiosè de rescriptis in* 6.*cap.litteris eodem titulo cap.finali de officio Delegati*: nam ubi privilegium per Principem alicui simpliciter datum esse supponitur; nil de tempestatis concessione mentionando; toties adùsque Princeps vitam degit suam, permissum ducitur: quandoquidē si Princeps perpetuò, vel ad plures vitas concedere voluisset, sanè id expresè divulgasset, quicquid enim expresè permissum non est,id indultum, haud arguitur, alioqui portendere foret.
2 Quando nam per secundum primo derogatum autumatur privilegio distinguendum est:vel in secundo privilegio concesso de primo nil expresè mentionatum sit; tunc primum,secundumque obtinet privilegium;sive primum generaliter, sive specialiter concessum esse supponatur.
3 Vel in secundo de primo expressa fit derogationis mentio, tunc secundum; secus verò primum obtinet privilegiū, inspicitò Revert. *loco supralaudato*, nam ubi Princeps in secunda privilegii concessione nil expresserit de primi privilegii derogatione; toties Princeps à primevo, haud recedere ducitur privilegio, ac per consequens, & primum, & secundum dare velle adùsque secus expresè probatur: est namque beneficiarius in possessione, & primi, & secundi à qua non est pro-
4 cul à recta ratione despoliandus;cum possidētis melior sit conditio, *l.si debitor,ff.de pignoribus, l.is qui destinavit, ff.de rei vindic. l. finali*,

nali, Cod.eodem tit.l.qui accusare, Cod. de edendo, §. retinendæ, vers. commodum, instit. de interdict. cap. pro possessore, de regulis juris lib. 6.

DECISIO CLXVII.

IN Causa Manfredini de Buchis, cum Nicolao Francisco Follerio, &c. ac in executione sententiæ opponentibus exceptionem compensationis de debito ducatorum 3000.&c. Primò dubitatum est: an possit opponi d.exceptio stante re iudicata, & parata executione, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti species.

COmpensationis exceptio adversus sententiæ exequutionem opposita: numquid impedimento est quominus exequutioni demãdetur, si in incontinenti probari per scripturas, testesque offeratur.

SUMMÆ.

Num. 1. 2. 3. & 4. Thesis 1. finitio, & probat, A'nu. 10. usq; ad finẽ, Thesis 2. finit. & prob.

1 HAud impedimento esse reor 1. est Antonii Capicii *hic in fine*, memoratis sic per S.C. prædefinitum fuisse; ibi: *Fuit votatum, quod procedatur ad executionem; & nihilominus in causa compensationis opposita Magna Curia faciat justitiam, posset enim esse, quod ante adveniẽtem diem venditionis pignorum, quæ primò debent præcedente discussione capi, deinde subhastari, seu æstimari, deinde vendi, inter has moras fiat liquidum debitum, de quo compensando opponitur, &c.* Vrsilli *decis.231.num.5.* Muscatelli *in praxi S.C.lib.2. par.3. glos. servata num.125.* Peguera *decis.17.3.Cataloniæ,* Riccii *collect. decis.* 1358. Martæ *de clausulis parte 1. primæ clausulæ* 297. Thorus Author est *compend. decis. §. compensationis exceptio opposita adversus exceptionem*, adversus Gothofredum *in notis ad leg.verum est lit. N. ff. de compensas.* Treutler. *select. disput. volum.1. disput.25.thes.11.lit.D.* Bondende *jure cõtrov. collust.43.n.32.* quos novissimè laudat sectaturq; modernus Hispanus Dõ Leonardus Gutierrez de la Huerta *tract.de compensat.quæst. 31. nu.40.* qui compensationis materiam feracius, erudito schemate; summaque minerva pertractat; hucusquè à nemine cumulatè hoc plectro intextam, editamque, nullique secundam.

2 Probatur: liquidum cum illiquido, haud compensare fas est, *cap. bona fides de deposito, l.si constat, Cod.de compensat.l.finali. Cod. eod.* Cujacius *in rubric.Cod.de compensat.lit.D.& in l. cum militi 16. ff. de compens. §.1. lit. E.* Hotmanus *in l.ex causa num.2.de compensat.* Faber *4.Cod.tit.31.def.10.* Vulteius *in §. in bonæ fidei, instit.de actio.* Vinn. *1.select.opin.50.* Donellus *4.Cod.de compens.ad l.ult. num.6.in fine*, cum illiquidum hæsitabile sit, Antonius Faber *4.Cod.de compens.tit.23. def.2. num.2. & 3.in allegat.pag.378.* juxtà textum *in l.ul-*

3 *tima, C.de compens.* enimverò compensatio nil aliud est, quam crediti, & debiti inter se contributio, *l.1.& 2.* idque genus, *ff. de compensat.* idem Faber ibidem *def.13.num.1.in allegat.& def.18.num.6.in alleg.* quandoquidem

4 paratã sentẽtia habet exequutionẽ, & cæsareo, & canonico jure inspectis, *l.mino.4.ff.de mino. l.pignora 50.de evict.l.4.§.si ex conventione, l. à divo pio cum suis §§. ff.de sent.& re judic.l. 2.Cod.de exequut.rei judic.* Parlador. *lib.2.rerum quotid.cap.ult.in princip.* Pichardus *in manud.2.par.§.5.* adeòque inter liquida recẽ-

5 senda sit: quare S.R.C. sententiæ, appellatione remota extemplò exequuntur Mastrillus *decis.158.* Author est, etiamnum reclamatione interposita, Afflictus *decis.342.num.3. & decis.354.* Rovitus *prag.5.num.3. de officio S.C.*

6 de Marinis *2.quotidianar.cap.278.num.3.* tametsi oppositis intrà sex dies nullitatibus ex actis dimanantibus executio retardatur, *prag. 4.§.16.de dilat.* Gallup. *parte 3.cap.6.ex l.4.§. condemnatum, ff.de re judicata, l.1.ff.quando provocare non est necesse*, Afflictus *decis.283.*

7 quare juremeritò sententia in rem transiliens judicatam exequutoriales expediuntur literæ, *l.minor viginti quinque, ff.de minor. cap.cum aliquibus, de re judicata*; igitur etsi quis per testes, scripturasque, idque genus paratus esse prædicatur: attamen minimè probatum supponitur; ac per consequens probandum, quod de sui conceptu illiquidum reputatur; alioqui præsens cum futuro compensaretur tempe-

8 stas, quod per absurdum foret; neu tritum dicterium illud aliquid refragatur; ilicet proximè accingendus habetur pro accincto, *l.ex eo tempore, ff. de testam. milit.* siquidem alio in themate expenditur; cum hic indefinitivis versemur sententiis, quæ utpotè paratam habentibus exequutionẽ, nullã solutionis morulam patiuntur, quod adversarios fugiunt, sententiæ definitivæ essentialem ignorantes con-

9 ceptum. Rogitandum ab hisce quid est sententiam paratam habere exequutionem? nonnisi à continenti effici? si executionis morula,

la, ac temporis intercapedo admitteretur aliqua; nonnè essentialis paratæ executionis conceptus pessundaretur?

Secundo dubitatum est, an contrà opponentes exceptionem compensationis obstet iuramentum, & ipsius compensationis renunciatio, &c. *Hæc Ant. Capic.*

Secunda Facti Species.

COmpensationis, ac renunciationis compensationis exceptionem opponens: num ei juramentum obstare prædicatur.

5 Obstare hujuscemodi solutionis juramentũ (simpliciter eloquendo) contra compensationis, & renunciationis exceptionem reor 2. est adversus Gutierrez *de compensat.lib.*1. *quæst.* 17.*n.*43. aliosque apud eumdem; quare infirma est Capiciana distinctio *hic*, *num.* 4. ibi: *Mihi visum est in hac materia*, est Annæ *in alleg.*8.*num.*3. Gabrielis *lib.*2. *tit. de jurejurando, conclus.*7.*num.*2.Tap.*in prag.*5. *num.* 4.*de officio S.C.*Vivii *in sylva comm.opin.opinio* 115.*promittens num.*2.Ursilli *decis.* 381. *num.*4.Cacher.*decis.pedem.*92.*num.*18. aliorumque Thorus *compend.decis.tomo* 1.§.*juramentum an obstat contra opponentem exceptionem compensationis*, memorans sic per S.R.C.prædefinitum fuisse.

6 Probatur: juramentum namque versatur circa illud, quod est notum juranti, ac per consequens firmiter interesse supponitur: igitur compensationis, aut resignationis compensationis exceptioni obstat juramentum.

Pro Decis. hujusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

COmpensationis exceptio: numquid adversus instrumentum liquidum, & juratum opponi valeat.

Meliorationum exceptio: an definitivam immorari possit sententiam.

Exceptio declinatoria fori: utrum per Clericum etiamnum post sententiam oppugnari possit.

SUMMÆ.

A'num. 1. usque ad 4. Thesis 1.decisio, & probatio.

A'num.4.usque ad 10. Thesis 2. finitio, & probatio.

Num.11.Thesis 3.prædefinitio, ejusdemque probatio.

1 COmpensationis exceptio: numquid adversus instrumentum liquidum, & juratum opponi possit distinguendum est: vel exceptio isthæc liquida est; ac de ipsa nullam habuerit jurans notionem; tunc indubiè juramento minus
2 obstante identidem opponi posse arbitror: vel si nec liquida erit exceptio; vel de exceptione liquida jurans notionem habuerit; tunc secus erit edisserendum, est Capicii *in supralaudata decis.à num.*4. *usque ad finem*, Afflicti *decis.*381. *à num.*1.*ad* 5.Antonii Gabrielis *lib.*2.*tit.de jurejurando, conclus.*7. *num.*1. *&* 8.Vivii *in sylva commu.opin.opinion.*114. *compensatio num.*3. *& opinione* 315. *promittens in principio*, Riccii *collect. decis.* 1381. Martę *in tract.de clausulis,parte* 1.*clausula* 297.aliorumque Author est Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *exceptio compensationis an possit opponi contra instrumentum liquidum, & juratum*, describens sic per S. C. prædefinitum fuisse; quare S.R.C.decisio sub hoc intellectu commentanda erit.consule supralaudatum Gutierrez della Huerta *de compens.lib.* 1.*quæst.*17.*num.*43.

3 Probatur: quæ enim præter contrahentium mentem sunt nullam gignunt obligationem; cum contractus ultrà agentium mentem, nil operantur, *l.non omnis, ff.si certum petatur*, *l.in agris, ff.de acquirendo rerum dominio, l.* 2.*ff.de his, quæ in testam.delentur, l. legata inutiliter, ff.de legatis* 1.*l.cum tale*, §.*ultimo, ff.de condit.& demõstrat.l.age cum Geminiano, Cod.de transact.*Connanus *comment. juris civilis lib.*7.*cap.*1. *num.*13. nam ex partium conventione legem prensãt,*l.*1.§ *si conveniat, ff.depositi, l.contractus, ff.de regulis juris,l.lege, ff.de pactis conventis, l.*1.*Cod.de oper.liber l.*1.*Cod.commodati, cap. contractus* 85. *de regulis juris lib.*6. quare si contrahentem liquida haud fugisset exceptio, sane minus jurasset; en quo pacto nostro in themate prætèr contrahentiũ mentẽ foret, ac per consequens nullam involveret obligationem: secus verò in secunda facti specie, siquidem juramento per ipsum præstito ex diametro oppugnare prædicatur.

4 Meliorationum exceptio: an definitivam commorari possit sententiam distinguas; vel impensæ hujuscemodi liquidæ sunt; vel illiquidæ: si illiquidæ sive ante, sive post definitivam sententiam opponantur, tunc per hasce haud immorari posse sẽtentiã existimo, legitima tamen per actorem præstita cautione hoc in themate de ipsarum persolutione. consule de Marinis *resol.juris lib.*2. *cap.*133. *num.* 18.

5 Probatur: liquidum cum illiquido nullam inter se omogenitatem habere supponitur; ac per consequens nullam patitur compensationem; definitiva porrò liquida esse (ex suprà commonstratis) supponitur sententia; igit.&c.

6 Vel meliorationum exceptio liquida sit, ac ante sententiam definitivam opposita fuit, tunc sentẽtiæ exequutionem retardari, quinimò

mò definitivam sententiam infirmam esse, si de istiusmodi exceptione nullam habuisse feratur rationem existimo secundo, est Marescot. *lib. 2. var. resol. cap. 112. num.* 18. de Marinis *var. resol. tomo 2. cap. 133. num.* 18. aliorumque, nam de factò hic liquidum
7 supponitur creditum, ac per consequens debitum; à quo definitiva regulanda est sententia: quandoquidem introspicere debent Iudices, in quem melioramenta isthæc vertuntur, qui per definitivam damnandus sit sententiam; alioqui Judices illum damnarent, qui nil deberet, quod per absurdum foret.

8 Vel meliorationum exceptio liquida, probataque post sententiam definitivam in jure dicendo extemplo representaretur, opponereturque; tunc definitivæ sententiæ immorationem, compensationemque causare existimo 3. est adversus de Franchis *decis.* 112. *nu.* 15. apud de Marinis *num.* 19.

9 Probatur: definitiva namque sententia, utpotè liquida, cum liquidis compensationibus compensanda est; quandoquidem frustrà hoc in casu per actorem cautio præstaretur (ceu somniavit de Franchis supralaudatus) cum jam creditum reluceat liquidum, neu probandum; ast probatum; quare nil mirum si sententiæ valor evanescat.

10 Exceptionem declinatoriam fori per Clericum etiamnum post sententiã opponi posse censet de Marinis *resol. juris lib. 1. cap. 109. nu. 2.* aliique apud eumdem: sententia namque isthæc, utpotè ab incompetenti lata Judice nullius ducitur roboris: siquidem in Judice jurisdictio reposcitur, cum Judex sit persona publica jus dicens, juxtà leges, *cap. forus de verborum significatione*; quare juremeritò ejus jurisdictio est potestas in jure dicendo, *l. potestatis verbo* 215. ubi Alciatus *num. 7. Cod. de verborum significatione*, quæ in laico Judice respectu Clerici divino inspecto jure desiderantur, propter ipsius exemptionem; igitur seu ante, seu post conclusum in causa, sive ante, sive post definitivam sententiam per Clericum exceptio isthæc opponi fas est.

DECISIO CLXVIII.

IN Causa Universitatis Baroli, & quorundam Molentium, cum D. Marchione Polignani prætendentis Vassallos suos de Mola esse angarios, seu perangarios, & non potuisse ad habitandum prætextu, quod Universitas teneatur dare sibi anno quolibet Camerarium, atque AErarium per ipsum d. Marchionem eligendos, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

SUbditi (qui hodie vassalli vocitantur) sive angarii, sive perangarii Baronis alicujus: numquid ab ejus jurisdictione justa extante causa recedere possint, utputà si universitas anno quolibet Cammerarium, Ærariumque per ipsummet Baronem eligendos creare astringebatur; sed non elegerit, idque genus.

SUMMÆ.

A num. 1. usquè ad finem, Thesis decisio, & probatio.

1 TAmetsi in S. R. C. contrà Baronem prædefinitum fuit, Author est Antonius Capicius *hìc in fine, ibi votatũ, & judicatum est pro Vassallis contrà d. Marchionem*, quam decisionem sectati fuere Follerius *in constit. ascriptitios num. 2. & seq.* Thorus *compend. decis. tomo 1. §. vassalli angarii perangarii alicujus Baronis an possint recedere*; aliam identidem S.R.C. decisionem in subditorum favorem latam memorantis: verumtamen posset quispiam publicis in thesibus in juris puncto secùs tutari, ac per consequens sive justa, sive non recedendi causa habeatur, adhuc pro ejus libito alibi transire posse subditum pro comperto habetur: sat est enim si extrà Regnum suum non tranet.

2 Probatur: verus dominus, verusque Princeps, idque genus est solummodò Rex, in cujus jurisdictione extare astringendi sunt subditi, ceù communitatis, seù Regni partes, illam servare, defensitareque debent, atqui Barones, Duces, Marchionesque, idque genus minus principaliter, ac utpotè Regis Ministri commentandi sunt: igitur nil mirum si à Baronis sollicitudinibus, hisce similibus quis se esse liberum voluerit; lubenter id efficere posset: quandoquidem subditi nostro in themate haud Baronum mancipia sunt; ast Baronis voluntarii subditi; neù in Regis voluntate est subditos velle immediatè Baroni subdere suos; at liberos, ac per consequens in qualibet Regni parte vitam degere voluerint, incolant; sat est enim si in Regno habitent; igitur, &c. num autem Capiciana hìc verba, & argumenta probẽt tu mi Lector Judex esto.

Pro decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

Sub-

Subditi Baronis in propriis extantes oris: numquid propriam deserere culturam; illamque in alienis Baronis locis exercere possint.

Subditi Baronis, an extrà ejusdem jurisdictionem inservire astringendi sunt.

SUMMÆ.

Num.1.& 2.Thesis 1.decisio, & probatio.
A nu.3.usq; ad finem, Thesis 3.præfinitio, & probatio.

1 Subditos Baronis in propriis extantes oris, propriam deserere culturam, illamque in alienis Baronis locis exercere per eumdem astringi nequire censent, Fabius de Anna *in addit. novissima ad singul.* 461. *rustici ejus Patris*, Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *Vassalli an possint aliena territoria colere*; edisserens sic per S.R.
2 C. prædefinitum fuisse; aliique: nam adùsque in propriis Baronis locis extare supponitur quis, ceù communitatis pars, illi subdere ducitur, ac per consequens suis potius inservire, ibique culturas exercere suas, quam exteris astringitur, quod naturalis ratio identidem edocet, cum pars debeat se conformare toti.
3 Subditi Baronis an extrà ejusdem jurisdictionem inservire adstringendi sunt distinguas: vel servitium extrà per subditum Baronis efficiendum, in communitatis utile verti prædicatur, vel non. Si primum per Baronem subditos astringendos fore, nedum infra 8.milliaria, utpotè sancitum per S.R.C. memorat Joannes Vincentius de Anna *singulari* 160.Author est Thorus *compend. dec.tomo* 1. §. *vassalli an teneantur servire extrà territorium*; *sed etiamnum ultrà*.
4 Sin secundum secùs est prædefiniendum; si nulla extet rationabilis causa; sed ex proprio Baronis motivo id jubetur: quare distintione hac conciliantur, textus *in l.quod nisi*, & text.*in l.sequ.ff.de oper.liber*.cum decisione S.R.C.enimverò textus cujuscemodi subditũ extrà territorium inservire minus esse astringendum edocentes ritè commentandi sunt si nulla extet rationabilis causa; S.R.C. verò decisio si aliqua habeatur.
5 Probatur; Baronis jurisdictio in districtu, secùs verò extrà extare supponitur, Concilium Parisiense 3.*cap.*1. *de constit. in* 6. *cap.finali*, Clem.*de foro compet.cap.unico*; quandoquidẽ subditi prout in Baronis districtu vitam degentes, & Baronis jurisditioni, & communitati subdere supponuntur, secùs extrà supralaudata jura, utpotè est, per Collaterale Consilium decretum, Thorus *compend.decis.tomo* 1.§.*vassalli an teneantur ad servitia*, inspicitò de Marinis *resol.juris lib.*1.*cap.*32. *nu.*15. sicque de reliquis aliis edisserito prædefinitionibus.

DECISIO CLXIX.

IN Causa hæredum Gabrielis de Fornariis, contrà Franciscum de Plano condemnatum ad Magnam summam: dubitatum est an ex quo d. Franciscus condemnatus fuit per Sententiam Regiam habentem executionem paratam, & à d.sententia reclamavit, possit petere revisionem dictæ causæ, stans carceratus, antequam cum effectu solvat, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

Sententia per S.R.C.lata, quæ executionem obtinere supponitur paratam: numquid revisio hujuscemodi causæ per idem Tribunal permitti possit.

SUMMÆ.

Num.1.& 2,Thesis 1.decisio, & probatio.

1 Post exequutionem in bonis paratam; vel si nil in bonis sit, tunc Reo prius in vincula iniecto permittendam causæ revisionem autumant, Capicius *hìc in fine*, sic per S.R.C.sancitum fuisse; ibi:*Sacrum Consilium decrevit procedendum esse ad revisionem stante Francisco carcerato tanquam executione facta, & sic fuit processum*, Ursillus *decis.*231.*num.*4.Thorus *compen.decis.tomo* 1.*vers.revisio causæ an fieri possit lata sententia*.
2 Probatur: sententia per S.C. lata paratam obtinens executionem nullo immorari possit pacto, atque adeò executoriales expediuntur literæ,*l.minor* 25.*ff.de minoribus*,*cap.cum aliquibus de re judicata*, arg. *l.ult. Cod. si ex falsi.instrum.l.divus* 33.*ff.de rei vindicat. l.juste* 11.*ff.de acquirenda possess. l. qui auctore* 137.*de reg.jur.l.penult.ultim.& ferè toto tit. Cod.de execut.rei judicat.* Antonius Faber 3. *Cod.tit.*18.*de inoff.test.defin.*1.*num.*4. *in allegat.in fine, &* 4.*ejusdem tit.*39.*de rerum permut.defin.*10.*num.*17. *in allegat.* quare jure meritò in S.R.C.etiam sententia, à qua est reclamatum exequitur, & expeditur mandatũ de

tum de parendo, Rovitus *pragm.5. num.3.de officio S.R.C.* Pratus 2.*for.cap.35. num.41.* de Marinis 2.*quotidianar.cap.278.num.3.* ac per consequens causæ revisio in bonis executionem præsupponit, quibus desinentibus reus in vincula detrudatur; alioqui latæ sententiæ natura pessundaretur, quod per absurdum esset.

Pro Decis. hujusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

REvisio laudi per S.C. divulgati: numquid post illius executionem per eosdem dignosci debeat Iudices.

Revisio nullitatis sententiæ S. R. C. an ex iisdem permittenda sit actis.

SUMMÆ.

Num.1.& 2.Thesis 1.decisio,& probatio.
Num.3.& 4.Thesis 2.finitio,& probatio.

1 REvisionem laudi per S. C. divulgatam: ejus executionem per eosdem Judices ducunt nosci posse, Rovitus *in prag.1.de arbitris num.31. in novissima recopilat.comment.super pragm.* Thorus *compend.decis.tomo 2.* revisio laudi promulgati per S.R.C.&c.si alterutra ex his par-

2 tibus de hoc rogitet; idque nonnisi ut Judices de cujuscemodi causa edocti melius ipsius veritatem dignoscant, ac per consequens ne lites in infinitum prorogentur, Cironius *in paratitl.tit.de appellat.pag.160.* Tullius *philippica* 8.Cujacius *lib.12.observat.cap.4.* ceù alibi fusè commonstratum fuit; juremeritò sic per S.R.C. sancitum fuit: tametsi in causa revisionis alii per Proregem dari assolent Iudices.

3 Revisionem nullitatis sententiæ S.R.C. iisdem ex actis esse permittendam duco; consule Thorum *in supplemento decis. §. remissio nullitatis sententiæ*, ibi verborum congeriem halluvionemque reperies, ac erudito marte

4 stabilies tuo; nam tametsi eadem numero extare supponuntur acta: verumtamen alias ob novas ponderationes, rationesve, quæ ab actore fiunt, evidens est, ut iidem Judices melius edocti, perspicaciusque acta recognoscentes justitiam administrare possint, hinc Tullius 6.in Verrem. *est boni Judicis parvis ex rebus coniecturam facere uniuscujusque, & cupiditatis, & incontinentiæ*; igitur, &c.

DECISIO CLXX.

B*Ald.in l.per hanc ult.solum. vers.pone minor, &c. Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

MAjor ad articulandum, testesque producendum superventilatibus articulos priscos, sive per Ecclesiam, sive per minorem in primo termino productos: numquid restituatur.

SUMMÆ.

Num.1.Thesis decisio.
Num.2.& 3.ejusdem probatio.

1 REstituendum fore duco, est Antonii Capicii *hìc in fine*, edocentis sic per S.R.C.prædefinitum fuisse; ibi: *tamen S.C. in ea causa decrevit, quod possit comes & articulos, & testes producere super concernentibus articulos antiquos, seu productos per Ecclesiam in primo termino*, de Franchis *decis.169.nu.7.* Muscatelli *in praxi S.C. par.6.glossa communis num.4.* Tap.*in constit. minor.jura* Vrsilli *decis.94.nu.1.* Thorus Author est *compend.decis.tomo 1. §.major an restituatur ad articulandum.*

2 Probatur: ubi sive minori, sive Ecclesiæ, vel id genus restitutio permittitur, *l.1. §.minorem, & §.verum, l.ait Prætor, §.non solum, l.pactis 28. §.si pecuniam, l.si minor, §.finali cum leg.sequ.l.si tutor 48.l.æres 50. ff.de minoribus, cap.auditis 3.de restitut.in integrū, cap.cum causa, ff.de rei judic.cap.ad nostram, de rebus Eccles.cap.1.de in integr. restit.lib.6.* Hotmanus *conf.125.* Donell. *lib.21.comment. cap.19.* Velasco *de privil.pauper.tit.3. quæst.* 8.Fachineus *lib.10.controver. cap.1.* Barbosa *in cap.requisivit 1.de rest in integr. & lib.2. juris Eccles. cap.3. num.183.* ut novos super articulo prius discusso producere possit testes; toties haud in congruum ducitur, ut id identidem majori, sive cum Ecclesia, sive cum minori oppugnante alios in foro ducere valeat testes, aliasve probationes, alioqui injustitiæ actus verificaretur, quod per absurdum foret, Cicero 1.de officiis: *omne officium, quod ad conventionem hominum, & ad salutem tuendam valet, anteponendum est illi officio, quod cognitione, & scientia continetur; officiisque scientiæ anteponenda sunt officia justitiæ: considerate enim agere. plus est, quam cogitare prudenter.*

Pro Decis. huiusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

Ma-

Major, qui minori succedit: numquid primum beneficium defuncti rogitare possit illa in causa, in qua minori; vel pupillo defactò convenire supponitur.

Si minor idque genus defuncti majoris hęres sit: an primum petere possit beneficium.

Hæres privilegiatus, seù minor; seù pupillus, & his similes: utrum defuncti, haud privilegiati forum consectari debet, seù quoad lites occæptas, seù incæptandas.

SUMMÆ.

A' num. 1. usq; ad 4. Thesis 1. decisio, & probatio.

A' num. 4. usq; ad 6. Thesis 2. finitio, & probatio.

A'num. 6. usq; ad finem, Thesis 3. decisio, & probatio.

1 Majorem minori succedenti primũ beneficium defuncti rogitare posse illa in causa, in qua minori, vel pupillo defactò convenire supponitur, docent Bartolus *in l.interdum, ff. de minor.& in l.non solum, ff.de in integrum restitutione*, Carolus Tap.*in constit.minor.jura num.*10.*& in constit.mulieribus num.*2.Muscatellus *in praxi S.C.lib.*1.*par.*6.*glosa in integrum num.*4.Thorus *in compend.decis.tom.* 1.§.*beneficium restitutionis*, Afflictus *decis.* 211.referens sic per S. R. C. prædefinitum fuisse, aliique Author est de Marinis *observa. ad decis.Revert.*115.*num.*3.*&* 4.

2 Probatur 1.tametsi privilegium personale de persona ad personam transire impossibile ducitur; cum sit jus personale; quod de sui conceptu extincto subjecto, seù persona indidem ipsum perimitur, Gellius *lib.*10.Balduinus *lib.*1. *instit. tit. de jure naturali gent. & civili pag.*31.accidentis naturam imitando,*l.* 4.*in fine, ff.de actionibus empti*, cum privilegium sit quoddam præcipuum, & singulare jus à Principe permissum, Hotmanus *verbor. juris verbo privilegia*, Gonzalez *decretal.tit.* 1.*de judic.in cap.cum venisset* 12.*num.*3. verumtamemen nostro in themate causa restitutionis in integrum est, nonnisi læsionis, seù deceptionis causa, *l. quod si minor*, §. *restitutio, ff.de minoribus, l. si locus, ff. qnemadmodum servit.l.*1.*Cod.de reputationibus,l.*2.*Cod. in quibus caus.*Paulus *lib.*1.*sententiar.tit.*7.*l.* 1.§.*certè,ff.ad Macedon.l.*3.*ff.rem ratam,l.sed si* 8.*num.*6.Cujacius *lib.*26.*ff.Juliani,ff.si quid in fraudem, l.*1.§.1.*ff.de collat.bonor. l.*2.*ff.ne de statu defuncti, l.facta* 63.§.14.*ff.ad Trebell.* consule Osualdum ad Donell.*lib.*21.*cap.*4.*lit.* D.Duarenum *ad tit.ff.de acquirend. cap.*10. Pichardum *de vulgari cap.*10.Pacium *cent.*3. *quæst.*3. D.Josephus de Retes *lib.*1. *opuscul.c.* 10. quæ ad hæredem minoris transmigrari necesse est, cum hæres defuncti personam representet, *l. hæreditas* 28.*ff. de reg. juris*; igitur, &c.

3 Probatur 2.etsi pupillo,minorique idque genus in integrũ restitutionis beneficium copulativè ilicet & personæ, & læsionis ratione convenire prædicatur: verumtamen principaliter ratione læsionis; minus verò principaliter causa personæ ducitur; igitur nil mirum si extincto privilegiato primum hujuscemodi beneficium ad minoris hæredem; idque genus nonnisi læsionis causa transilire autumatur; idque nonnisi quia & hæres defuncti personam representat, *dicta l.hæreditas*, & restitutio sit in priscum reductio statum, Gonzalez 2.*decretal.tit.*4.*de in integrũ restit.cap. quæsivit in comment.num.*8.adeòque ex obligatione gignitur, Donellus 7.*juris civilis, c.* 21.*num.*50.

4 Si minor idque genus defuncti majoris hęres sit: an primum petere possit beneficium distinguendum est: vel defunctus major in causa læsus esse supponitur; vel non: si primũ minorem hoc in casu primum rogitare posse beneficium plusquam manifestum est: sin secundum non posse: quare Sacr. Reg.Consil. Regiæ Cam. Summ. M. C. Vic. decisiones, quas memorat Afflictus apud supralaudatum de Marinis *ad decis.*115.*num.*5. in alio extant themate: nam decisionum hujuscemodi ratio fuit, quatenus majori ad pinguius probandum in integrum restitutio non competit; quæ ratio diversa est, ac illa, quæ in nostra facti specie est, in qua de læsione dissertatur.

5 Primæ Thesis igitur partis probatur: in integrum restitutio ratione læsionis à quolibet defuncto facienda; ad alium transire debere necessum est: quare merè materialiter se habet, seu sit minor, seu major hæres, vel defunctus: nam læsio de sui conceptu reatus est,ac per consequens reo cuilibet cujuscumque generis sit haud patrocinari debet; neu aliena cum jactura lucrari par est, *l.nam hoc natura* 14.*ff.de condit.indeb.* Antonius Faber *in jurisprud.de justit.& jure princip.* 2. *illat.* 1.*in fine*, Donellus *comm. de jure civili lib.*4. *de rebus privat.cap.*5.*sub num.*20.*&* 30.quę cum ita sint; atque adeò ab esse privilegiato præscindere dissẽratur rationes cujuscemodi: jure meritò sive sit minor, sive major hæres id nostro in themate mere materialiter se habet; adeòque læsio quælibet, quoscumque amplectitur hæredes,sive majores,sive minores sint.

6 Hæres privilegiatus, seu minor, seu pupillus hisce similis: num defuncti non privilegiati forum consectari debeat, sive quoad litis occæptas, sive incipiendas,reverà;tametsi nostro in Regno quoad lites cæptas secus verò quoad incipiendas defuncti forum consectari debere hæredem privilegiatum servari debere edocent de Franchis *decis.*364. *num.* 1.Tap.*in constit.minor.jura num.*10. *& in constit.mulieribus num.*2.Muscatellus *in praxi S.C.lib.*1.*parte* 6. *glossa in integrum num.* 7. Molfesius *ad consuetudines nostras par.* 4. *quæst.*

*quæst.*8.de Marinis *obser.ad decis.*115. *Rever. num.* 7. verumtamen in juris puncto secus erit edisserendum, adeòque seu quoad lites occæptas; seu quoad incipiendas defuncti forum privilegiatum hæredem minime consectari debere.

7 Probatur: *ex dispositione legis unicæ, Cod. quando Imperator inter pupillum, & viduã*: defuncti bona per privilegiatum hæredem hæreditatis aditione acquisita privilegiata fiunt, priscam non privilegiati denominationem deperdentia, cum se habeant, ut accessoria ad suum principale, quod est privilegiatus regula accessorium de regulis juris, *l.etiã Cod.de jure dotium*; igitur, &c.

8 Dices hæres defuncti personam repræsentat, *l.hæreditas* 28.*ff. de regulis juris*; igitur ejus consectari debet forum, præsertim ubi lis contestata sit, occæptaque.

9 Distinguendũ est antecedens si non sit privilegiatus concedo antecedens, si sit privilegiatus nego antecedens unà cum ejus illatione: quare distintione hac jura ritè, & commentantur, & conciliantur.

DECISIO CLXXI.

ANdriella Cocozola Uxor quondam Mariani Vulpis petebat reassumi in publicam formam instrumentum suum dotale à Protocollo: erantque mortui Iudex, Notarius, atque omnes testes, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

INstrumentum dotale: numquid à protocollo Notarii publici demortui omnibus identidem testibus extinctis reassumi, ac in publicam redigi possit formam; si in protocollo, & Iudicis subscriptio, & testamentum à viro conditum; & legatum, & dos, & antefatum per eum relicta esse differantur, ex quibus componitur testamentum.

SUMMÆ.

Num.1.& 2.Thesis decisio, & probatio.

1 REassumi posse existimo, est Capicii *hic in fine*; memoratis sic per S.R.C. prædefinitum fuisse; ibi: *S.C. decrevit esse faciendam dictam reassumptionem*, Vrsilli *decis.*111.*num.*3.Tap.*in constit.privilegia num.*2.Roviti *in prag.*2. *num.*2. *de fide instrumentor.* aliorumque Thorus Author est *compend.decis.tomo* 1. §.*instrumentum dotale an possit reassumi, & in publicam formam reduci*.

2 Probatur: in protocollo namque hujuscemodi cuncta ad firmam stabiliendam fidem esse supponuntur, ceu extant & judicis subscriptio, & testium sufficiens numerus, idque genus; igitur, &c.

Pro decis. hujusce illustratione:

CAPUT UNICUM.

INstrumentum per Notarium factum: quandonam per alium reassumi valeat tabellionem.

Instrumentum: an ex protocollo reassumi possit si testis, Judex, Notariusque demortui esse prædicentur, ac in protocollo, seu in contractus fronte mentionatur, quod contractus ille reassumptus fuit, ac in publicam redactus formam.

Instrumentum ubi rescindi petitur: utrum in publicam reassumi debeat formam.

Si Notarius extinctus sit, ut instrumentum ab istiusmodi tabellionis protocollo reassumetur; quænam reposcuntur.

SUMMÆ.

A'num.1. usque ad finem, Thesis finitio & probatio.

1 INstrumentum per Notarium intextum: quando nam per alium reassumi possit tabellionẽ; reverà ubi justa extare supponitur causa reor, ilicet si Notarius vel mentecaptus, vel in hostium ditione, idque genus foret, consule Franchum *decis.* 300. Riccium *collect. decis.* 361. Thorus *compend. decis.tomo* 1. §. *instrumentum confectum per Notarium quando possit reassumi*, memorans sic per S.R.C.sancitum fuisse: siquidem id necessum ducitur; alioqui instrumenti confectio imperfecta restaret.

2 Instrumentum ex protocollo reassumi posse, si testis, Judex, Notariusve demortui sint, ac in protocollo; seu in contractus fronte mentionatur, quod contractus ille reassumtus fuit; ac in publicam redactus formam, &c. Afflictus *decis.*48.Riccius *collect.dec.*161. Thorus *compend.decis.tomo* 1. §.*instrumentũ an possit reassumi de protocollo si fuerint mortui testes*.

3 Probatur: extant namque hoc in themate cuncta illa, quæ pro instrumenti reassumptione reposcuntur ceu ritè perpendenti liquet: siquidem de ipsius reassumptione, ac de in- pu-

publicam formam redactione, idque genus eloquitur, quæ de ipsorum conceptu firmam involuunt fidem; hinc Tullius in Lælio: *genus hoc sermonum positum in hominum veterum authoritate, & eorum illustrium, plus nescio quo pacto videtur habere gravitatis*, & in Topicis; *opulentos homines, & ætatis spatio probatos, dignos credatur, putamus, non rectè fortasse: sed vulgi opinio vix mutari potest*, ac demum 2. de oratore: *in suadendo nihil est optabilius, quam dignitas*; igitur, &c.

4 Instrumentum ubi rescindi petitur: utrum in publicam reassumi debeat formam, & tametsi in publicam reassumendum fore formam prædefinitum per S.R.C. edocet Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *instrumentum quando petitur rescindi, quam debeat reassumi*, quam prædefinitionem sectantur Anna *in sing*. 252. *instrumentorum*, Tap. *in constit. instrumentorum robur num*. 12. Riccius *in collect. decis*. 152. Masullus ad Capicium *decis*. 29. *num*. 2. Amend. ad Franch. *decis*. 373. aliique Thorus Author est *compend. decis. tomo* 1. §. *instrumentum quando petitur rescindi*: verũtamen pro ipsius rescissione id haud necessum ducitur: nam sat est si actus ritè divulgetur publicus; quo actum celebrans per instrumẽti modum rescindi declaratur: quandoquidẽ

5 entia procul à necessitate minime multiplicanda sunt, *l. hæc stipulatio*, §. *divi*, *ff. ut legator nomine caveatur*, cum superflua acta sint

6 reprobata, *l*. 1. §. *quibus*, *Cod. de novo Codice*, *l. finali*, *Cod. qui admitti ad bonor. possess*. & in proæmio decretal. ibi: *resecatis superfluis clementina exivi*, §. *quamvis de verborum significatione*.

7 Si Notarius extinctus sit, ut instrumentum ab istiusmodi Notarii protocollo reassumetur, saltem binos fide dignos rogatos postulari testes, vel Iudicem ad cõ ractus cum teste uno, vel Notarium si superstes foret cum uno teste duco, est Afflicti aliorumque, quos laudat, sectaturque Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *instrumentum non potest reassumi*, memorans sic per S.C. sancitum fuisse.

8 Probatur: seu Judicis ad contractus, seu Notarii persona duobus æquipollere perhibetur testibus; ac per consequens tres forent in summa testes, qui haud insufficienter probarent, ac per consequens optime testamenti reassumptio fieri potest; quandoquidem Notarius inter publicas cõnumeratur personas, Codex Theodosianus 6. *tit*. 10. *de Primigerio, & Notariis in l. Notariorum* 2. *in comment. pag*. 89. Cujacius *lib*. 13. *observat. cap*. 3. Antonius Faber 4. *Codicis tit*. 16. *de fide instrum. def*. 18. *num*. 1. *in allegat. pag*. 350. Connanus *juris civilis lib*. 2. *cap*. 2. *num*. 2. *pag*. 81.

DECISIO CLXXII.

IN Causa Didaci de Fillos, cum Domina Benardina minutila, dubitatum est: an dictæ D. Benardinæ competat exceptio hostica ob virum eius D. Iulium de Capua in Castris militantem, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

MIlitis uxor: numquid viri privilegiis frui possit; ac per consequens impedimento esse, quominus causæ expeditio immoretur.

SUMMÆ.

Num. 1. Thesis decisio.
Num. 2. 3. & 4. Thesis finitio, & probatio.

1 DIstinguendum est; vel militis uxor actu ejus viro in bello extãti mãcipare prædicatur; vel non: si primum quippe militis privilegiatis uti, ac per consequens impedimento esse posse, quominus lis expediatur pro comperto

2 habetur. Sin secundum secus erit edisserendum: quare Capiciana isthæc prædefinitio in isthac secunda facti specie commẽtanda erit, ubi Capicius *hic in fine* per S.C. sic fuisse prędefinitum edocet; ibi: *tamen Sacrum Consilium decrevit non obstante dicta exceptione procedendum esse ad expeditionem dictæ causæ contra dictam Bernardinam*, quam prædefinitionem sectati fuere, Tap. *in constit. hostic. num*. 14. Riccius *in collect. decis*. 157. Muscatellus *in praxi S.C. parte* 6. *glos. privilegiata num*. 6. aliique Thorus Author est *compend. decis. tomo* 1. §. *exceptio hostica an competat uxori illius*.

3 Vtraq; thesis pars utroq; prorsus probatur medio, ex *l*. 1. *Cod. de uxoribus militũ*, siquidẽ mulier actu in militia ejus inserviens militi viro (ceu in Germania extat in praxi) inter milites enumeranda est; ac per consequens militibus æquipollens esse præsumitur, cum ex ipsarum servitio summum recipiant juvamen castra: quandoquidem memoriè nobis à priscis proditum est mortalibus inter actu bellantes suis emancipent cibos, arma idque genus ferentes; igitur nil mirum si hujuscemodi uti debeant privilegio; secus verò illæ, quæ extrà militiam extant, cum nullum afferant præsidium; tum quia militare privilegium personale est, ac per consequens extrà personam transire nequit; enimverò extinguitur extincta persona, *l. in omnibus*, *ff. de*

de regulis juris, *cap. privilegium eodem tit. lib.*6. nam privilegium est jus præcipuum, & singulare à Principe concessum, Hotmanus *verbor. iuris verbo privilegia*, Gonzalez *decretal. tit.* 1. *de judic. in cap. cum venissent* 12. *num.* 3. Gellius *lib.* 10. Balduinus *instit. lib.* 1. *de jure natural. gent. & civil.*

4 Neu obstant textus *in l. in sacris la* 3. *Cod. de prox. sacr. scri. lib.* 12. *l. finali, Cod. de prapo. age. in reb.* siquidem in alia extant facti specie.

Pro Decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

EXceptionem hosticam contrà creditores suos opponens quis: numquid adversus debitores agere possit alios.

Exceptio hostica per militem in aliqua Regni parte pro ipsius custodia extantem opposita: an judicivm cum ipso inchoatum deesse efficiat.

SUMMÆ.

A' num. 1. usq; ad 5. Thesis 1. finitio, probatio, & objectio, & solutio.

A' num. 5. usq; ad finem, Thesis 2. decisio, & & probatio.

1 EXtemplò ac adversus debitores agere velit quis, hosticam allegando exceptionem, ac per consequens in Senatu contrà eosdes sistit; tunc adversus eumdem cum creditores, tum debitores, & agere, & se tutari posse existimo; quare privilegium deperdere perhibetur, consule Annã *allegatione* 75. Tapiam *in constit. hostici n.* 11. Riccium *in collect. decis.* 57. *&* 1373. Thorus Author est *compend. decis. tomo.* 1. §. *exceptionem hosticam allegans*.

2 Probatur: ubi privilagium belli causa à Rege obtinere differitur quis, ne à creditoribus in foro conveniatur suis; toties si contrà suos agere velit debitores, tunc derogari videtur privilegio, ac per cõsequens resignare: quandoquidem naturalis dictat ratio, ut si adversus alios agere velit, contra ipsum actionem retorquere par est: siquidem extemplò, ac suos adversus debitores in foro agit quis; ex inincontinenti (inquam) absens haud proditur, ac per consequens præsens privilegio abutens suo; igitur, &c.

3 Dices in foro sistere dicitur hìc qua actor; secus verò qua reus; suo utens privilegio; igitur nostro in themate hosticam allegans exceptionem adversus creditores suos; contra debitores agere possit.

4 Argumentum istiusmodi naturali opponitur juri: siquidem si ipsi qua actor percommodum in foro sistere ducatur; cur haud qua reus? quod quippe naturali oppugnatur juri; igitur nil mirum si in incontinenti, ac ut actor in jure dicendo agat; indidem ceu reus ab actoribus, seu creditoribus conveniendus est, inspicito textum *in l.* 2. §. *sed si agant, ff. de judiciis*, & S.R.C. decisionem penes supralaudatum Annam *in fine*, in qua prædefinitum fuit privilegiatum adversus debitores agere posse: siquidem haud obstant cum in alia sint facti specie.

5 Exceptionem hosticam per militem in aliqua Regni parte pro ipsius custodia extantem oppositam: judicium cum ipso in foro inchoatum, haud deesse efficiere existimo, ceu per S. R. C. prædefinitum fuisse literis prodit Thorus *compend. decis. tomo* 3. §. *exceptio hostica opposita per militem degentem.*

6 Probatur: longe dispar est ratio de milite extrà Regnum in Regis servitio bellãte, ac in aliqua Regni ora extante: cum majus servitium sit: siquidem in aliqua Regni parte degens res suas aliquo pacto curare possit, secus extrà. igitur nil mirum si intrà suo frui nequeat privilegio, secus verò extrà.

DECISIO CLXXIII.

QUando sunt plures conventi, inter quos aliquis est privilegiatus foro, &c. *Hæc Antonius Capyc.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

PErsonæ privilegium cum aliis, haud privilegiatis conventæ: numquid ad competentem remittendæ sunt Iudicem.

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. Thesis decisio.

Num. 3. & 4. ejusdem probatio.

1 DIstinguendum est: vel causa est dividua; vel individua, si divisibilis; tunc unumquemque, sive privilegiatum, sive non ad suum fore remittendũ Judicẽ pro comperto habetur, est Capicii *hic in fine*, describentis sic per S.R.C. prædefinitum fuisse; ibi: *nos in S. C. servamus, quod causa est dividua retinemus Laicos, & remittimus Clericos, & alias personas privilegiatas; & inter dividuas causas intelligimus hypotechariam etiam quoad istum effectum.* Vel est individua, & tunc tametsi, & privilegiatos, & non privilegiatos per secularem esse dignoscendos Judices per eumdem Senatum decisum fuisse testatur, idem supralaudatus Ca-

Capicius ibidem, quam prædefinitionem sectati fuere de Franchis *decis.426.in fine* Pisanellus ad Afflictum *decis.* 213. Julius Clarus §.*finali quæst.*36. *num.* 41. Anna *in singulari* 74.edocens alias sic identidem fuisse per S.C. decisum,Ursillus *decis.*213.Riccius *in collect. decis.*679.Marta *de jurisdict.par.*4.118.*num.* 11.aliique Author est Thorus *compen.dec. tomo* 1. §. *personæ privilegiatæ conventæ cum aliis personis non privilegiatis*: verumtamen hoc in themate locum præventioni esse concedendum duco.

3 Probatur 1. quæ enim mixti fori differuntur in hisce præventioni dari locum apud cūctos Authores pro comperto habetur, Antonius Faber 3.*Cod.ubi de crim.agi oportet def.* 2.*& num.*1.*in allegat.*Larrea *decis.*1.Cranat. Vela apud Gonzalez 1.*decretal.de offic.judic. ord.in cap.perniciosa* 1.*num.*9. inde est, quod realis præventio reali præfertur,Barbos.*lib.*3. *voto* 92. quare supralaudatæ prædefinitiones sub hoc commentandæ sunt sensu; igitur si causa individua sit, atque adeò Judex Ecclesiasticus prævenerit;tunc & Ecclesiasticum, & sæcularem dignoscere potest;vel è diverso.

4 Probatur 2. per accidens namque Judex sæcularis dignoscit Ecclesiasticos, utputà ratione reconventionis, si à laico Clericus in Senatu coram eodem laicali reconveniatur Iudice. exemplo esto si Clericus mille à laico ratione legati rogitet;laicus verò conventus tercentum dotis causa: enimverò reconventio isthæc necessaria est;alioqui Iudex ritè sententiam ferre nequit, cum haud dignosceret, in quo Clericus foret debitor, sicque de hisce similibus edifferito; secus verò alio pacto, inde est, quod Authores denegantes laicali Judici, sive per se, sive per accidens notionem ecclesiasticam, *l.*2.*&* 3.*Cod.si à non competenti, l.*6.§.*si quis, ff.de injusto rupto, c. decernimus de judic.auth.statuimus, Cod.de Episcop.& Cleric.cap.at si Clerici* 4.*cap.Clerici* 8.*cap.cum non* 10.*de judic.cap.placuit,cap. Clericum, & fere per totam* 11. *quæst.*1. *cap. si diligenti, cap.significasti de foro compet.*cōsule Cujacium *ad tit.Cod.si à non compet.*hoc sub themate minus commentandi sunt;quandoquidem res super qua judicium efformandum sit individua est; nec sententia rigorosè loquendo privilegiatum attingit; cum sit extrà ipsius jurisdictionem, laudat. *l.*1. *Cod. si à non compet.l.post* 9.*Cod.de sent.l.*2.*&* 3.*Cod.si à compet.l.*6.§.*si quis, ff. de injust. rupt.* & his similia Cujacius indidem; atqui rem ipsam, quæ præventionis ratione sibi ut subjecta effecta,super illa judicium efformat Judex suū.

Pro Decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

Privilegium filio concessum: numquid ad Patrem transire differitur.

Per viri extinctionem: an uxoris privilegium extinguatur.

Laicus Clerici socius, quodnā sortiri differitur forum: quidve de pupilli consocio sit prædefiniendum.

SUMMÆ.

A num. 1. usquè ad 4. Thesis 1. finitio, & probatio.

A num. 4. usq; ad 6. Thesis 2.decisio, & probatio.

A num. 6. usq; ad finem, Thesis 3. prædefinitio, & probatio.

1 Privilegium filio concessum: numquid ad Patrem transire differitur distinguendum est: vel sermo est quoad honores; vel quoad pænas corporis effugiendas, si primum tunc ad Patrem, haud transilire ducitur: siquidem privilegium personæ adhæret, qua extincta identidem ipsum peremptum est, ac per consequens de persona,ad personam transilire impossibile est;cum accidentis naturam sectetur, quod de subjecto in subjectum non transit, *l.*4.*in fine, ff.de actionibus empti, l. ejus,qui in Provincia* 41. §.*quod si stipulatus, ff.si certum petatur*; igitur, &c.

2 Sin secundum, & tunc filii privilegium aliquo pacto ad Patrem transire dictitatur: quandoquidem jura filii sblendorem denigrari per Patris pænam minime sinunt; ac per consequens, finem volens, ilicet filii sblendorem,etiam,& medium velle debere par est: quare si sit Doctoris Pater rusticanus aliquis, potius ad exulandum, quam ad fustigandum, vel ad triremes, idque genus damnandus est:

3 hinc juremeritò distinctione hac cum placita inter se diffidentia, tum textus *in l.*1.*ff. de Senatoribus*,tum textus *in* §.*generaliter auth. constitutio,quæ de dignitatibus* inter se conciliantur, consule de Marinis *observat.ad decis.* 395.*à num.*2.*usque ad* 7.

4 Per viri extinctionem: numquid uxoris privilegium extinguatur distinguendum est: vel mulier isthæc viduale militis demortui torum servet; vel non: si primum viri perfuncti privilegio frui debere,ac prius reor.est nonnullorum, quos laudat, sectaturque de Marinis *tomo* 2.*cap.*250.*per totum.*

5 Probatur 1.*ex l.mulieris* 13.*Cod.de dignitatibus lib.*12.*l.finali, Cod.de incolis lib.*10.*l. mulieres,Cod.de dignitatibus lib.*12.*l.quoties, C.de privileg.scolarium lib.*12.igitur,&c. Authores sunt apud supralaudatum de Marinis: siquidem uxor vidualem servans lectum in primevis vivere ducitur nuptiis, ac per consequens domicilium detinere; igitur, &c.

6 Probatur 2. ubi vir in bello decessisse fertur; ipsiusque uxor vidualem servare supponitur forum; toties afflictio haud addenda sit afflictio, *l.navis,* §.*cum autem.ff.ad legem rhodiam de jactu, l. divus Marcus in principio,ff.de officio Præsidis, l.si idem,ff. de jurisd. omnium judicum, l.pæna,* §.*finali, ff.ad legem* Pom-

Pompejam de parricid. l.tam dementis, Cod. de Episcopis; & Clericis, cap.ex parte de Clerico ægroto, cap.si quis à proprio 11. quæst.5. ac per consequens iisdem prorsus frui debet privilegiis, ac prius: idque nonnisi ad militis demortui filios sustinendos, quod bono uniformet publico, ne mortales à bellando pro Principis servitio deficiant.

7 Laicus Clerici socius, quodnã sortiri differitur forũ: quidve de pupilli cõsocio prædefiniendum, distinguendum est, vel res divisibilis est, vel non: si primum laicum coram cõpetenti Iudice conveniendum, ac per consequens unumquemq; à competenti dignoscẽdum fore Judice suo censeo: sin indivisibilis, tunc propter præeminentiam Ecclesiastico coram conveniendum esse Iudice.

8 Probatur: ubi res divisibilis esse predicatur; toties judiciorum confusio optime eludi potest, ac per consequens unusquisque messem in suam falcem immittere, haud perhibetur: quare Bartolus aliique, quos laudat, sectaturque de Marinis *resol.juris lib.1. c.208. nu.14.* in secunda thesis parte commentandi sunt, sic de pupilli consocio edisserendum est, atque Authores supralaudati interpretandi sunt apud supralaudatum de Marinis *nu.15.*

DECISIO CLXXIV.

IN Causa hæredum Gabrielis de Ferrariis, cum Francisco de Plano, &c. Primum dubium esse posset quis contractus sit ille, qui per capitula initus fuit inter dictos quondam Gabrielem, & Franciscum, &c. *Hæc Antonius Capyc.*

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti Species.

SI unus industriam; alter verò pecuniam pollicetur suam, recedensque à conventione isthac, mille consocio solvat, nil de lucro cessante, damnoque emergente mentionato: nũquid præcisè per hoc societatis hujuscemodi ducendus sit contractus.

SUMMÆ.

Num.1. Thesis 1. decisio.
Num.2. & 3. ejusdem probatio.
A num.4. usq; ad finem, Thesis 2. finitio, & & probatio.

1 SOcietatis contractum esse autumo, est Capicii *hìc à num. 1. usque ad 5.* de Ponte *consilio 90. num. 11. & 15. volu. 2.* aliorumque Thorus Author est *compend. decis. tomo 1. §. societas an contrahatur si unus operam posuerit.*

2 Probatur: ex *l.tenetur, §.1 ff.de action.empti,* Author est Capicius *hìc, in fine*: nam in contractu istiusmodi universa pro societatis contractu efformando essentialia inesse dicuntur: siquidem *Tò unus operam, industriãque; alter verò pecuniam polliceri cum recessus pæna*, isthæc de ipsarum conceptu societatis sollemnia involvunt; enimverò societatis contractus est, per quem rerum, aut negotiationis cum lucro, vel damno commutio inducitur, *l.1.§.plane, ff. de tut. & rati. dist.* arg. *legis si non fuerint 29. ff. eodẽ, l.quid enim 80. ff. eodem,* Balduinus *instit. de societate in §. quia sæpe,* & in cæteris per abunde Hotmanus, ibidem *lit. G. & à lit. C.* Stephanus Bodeus, Vultejus, idque genus; nec quod de

3 damno emergente, lucroque cessante nil mentionatum fuerit aliquid suffragatur: quandoquidem ex contractu hujuscemodi celebrato id in consequentiam infallibiliter arguitur, cum damnum emergens, lucrumque cessans societatis contractum comitari differantur, alioqui quis aliena cum jactura locupletaretur, quod juribus dissonũ esset, *l.nam hoc natura 14. ff. de condi. indeb.* Antonius Faber *in jurisprud. princip. 2. illat. 1. in fine, tit. de just. & iure,* neu de his, ut aliquid mentionetur necessum ducatur, cum id merè materialiter nostro in themate se habeat.

Secundum dubium, esto quod esset contractus societatis, an stante conventione jurata transeat; ita quod hæredes ligent perseverare, &c. *Hæc Ant. Capic.*

Secunda Facti Species.

HÆres socii: numquid societatis juratæ contractum per defunctum celebratum post ipsius extinctionem servare astringendus sit, ac per consequens in casu recessus pænam in societatis contractu adjectam, utputà si inter societatis contractum celebrantes aliqua in causa recessus absque justa ratione adjecta fuit pæna, ilicet mille, idque genus persolvere debeat.

4 Tametsi per S.R.C. sancitum fuisse defuncti hæredem societatis contractum servare astringendum fore, ac per consequens in casu recessus pænam in societatis contractu adjectam persolvere, testis est Antonius Capicius hìc

hic in fine; ibi: *S. C. votavit, & judicavit bene judicatum per Audientiam in condemnando Franciscum ad belluta non consignata, & ad pecuniam pro bellutis in capitulis contentam; & in dissolvendo societatem: sed condemnavit hæredes Grabrielis ad ducatos mille, ex quo recesserunt à societate, quia ita in capitulis cautum erat, &c.* quam decisionem secati fuere, de Ponte *consilio* 90. *num.* 14.*&* 15.*volum.*2.Thorus *compend.decis.tomo* 1.§.*hæredes socii an ligentur ex contractu*

5 *societatis juratæ*: verumtamen esse distinguendum censeo: vel defunctus id servare hæredem suum jussisse feratur; ac hæredem id ante hæreditatis aditionem haud fugiebat; tunc societatis contractū hujuscemodi servare;ac per consequens in themate recessus pœnam ibi adjectam persolvere cogendum fore duco: quare S.R.C.decisio isthæc in isthac facti specie commentanda erit.

6 Sin autem testator id jussisse, haud feratur; tunc hæredem ad contractum hujuscemodi servare minime compellendum fore censeo 2.ac per consequens; nec ad pœnæ solutionem teneri.

7 Prima Thesis pars se ipsa liquet: siquidem hæres hæreditatem adire volens, conditiones minus legi obnoxias in testamento per testatorem adjectas servare astringendus sit, cum testator in testamento, ceu legislator se habeat, Andreas Alciatus *in l.si filius ejus num.* 5.*vers.ita etsi,ff.de liberis, & posthumis*, Cujacius *in ff.de legatis* 1.*ad legem* 1.*&* 116.*lit.* B.*tomo* 1.*pag.*788.*& in consultation.consult.* 37.*lit.D.tomo* 1.*pag.*393.*& consult.*15.*lit.G. pag.* 371. quare hæreditas hæc conditionalis supponitur, scilicet si hanc hæreditatem adire velis,has servare debes conditiones.

7 Secunda Thesis pars probatur:contractus, qui summi extant ponderis,non ad hæredem transeunt; nisi clarū testatoris velle reluceat, cum in hæsitatione haud sit onustandus hæres; inde fit, quod in claris;secus verò in obscuris defunctus,hæresque una ducuntur persona; cunctaque jura activa, passivaque in hæredem transiliunt, *l.cum hæredes,ff.de acquirend.hæred.l.hæres in omne,ff. de acquir. hæred.l.hæreditas* 28.*ff.de regulis juris,l.arist. ff.de jure delib.*arguitur namque ritè testatorem contractum hunc servari velle, adùsque superstes foret; secus verò fateri, potius id prædicere foret, quam ritè cum fundamento dissertare: nam hæredibus hæreditas non adeundi ansa refunderetur, quod communi obversaretur bono,quod summopere servandum est; hinc Cicero *imitemur nostros brutos*; enimverò defunctorum voluntates, haud efficerentur, quod per absurdum esset,est nãque testatoris velle, ac lex,supralaudata jura, authoresque, quod cunctis in dispositionibus est effugiendum, *l.ita si* 39.*in fine,ff. de oper. libers.l.nam absurdum,ff.de bonis libert.cap. in genesi de elect.*inde fit, quod si hæres negligens sit, tunc executio ad Episcopum devolvitur, *cap.nos quidem* 3.*cap. ult.*13. *quæst.*2. *cap.admonere* 16.*quæst.*1.*cap.de laicis* 17.*qu.*2.*cap.si hæredes, cap.tua nos,cap.Joannes* 19. *de testam.clem.unica eodem tit.*Trid.*sess.*7.*de refor.cap.*15.*& sess.*22.*cap.* 16.*& sess.*25. *cap.* 14.idque genus Robertus *lib.*1.*rer.judic.cap.* 19.Solorzanus *tomo* 2.*de jur. Indiar.cap.*24. *num.*122.*& lib.*4.*cap.*27. Valenzuola *consil.* 124.*num.*24. quare juremeritò cum in hæsitatione versari diceretur; potius hæredi,quã cum testatore contrahentibus favendum est.

Pro Decis.hujusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

HÆres in lite cum defuncto occæpta conventus: numquid terminum ad conficiẽdum inventarium à lege permissum opponere possit.

Hæres ex defuncti contractu conventus: an ex propria persona fori exceptionem opponere valeat.

Hæres defuncti: utrum pro excessibus per officialem defunctum tempore sui officii patratis damnari possit,si lis cum defuncto contestata fuisse prædicetur.

SUMMÆ.

A'num. 1. usque ad 4. Thesis 1.decisio, & probatio.

Num.4.& 5.Thesis 2.finitio,& probatio.

A'num.6. usquè ad finem, Thesis 3.prædefinitio,& probatio.

1 HÆres in lite cum defuncto occæpta conventus: numquid terminum ad conficiendum inventarium à lege opponere possit distinguendum est: vel lis cum defuncto incæptata circa rem mobilem, quæ in inventario describenda erat;vel non. Si primum exceptionem hanc per hæredem inventarium conficientem apponi posse; ac per consequens terminum à jure hæredi inventarium conficienti concessum rogitare posse reor: quare S. R. C. decisio, quam laudat Thorus *compend. decis. tomo* 1.§.*hæres conventus in lite incæpta*,minime in isthac facti specie interpretanda est.

2 Probatur:tametsi lis cum defuncto incæpta esse prædicatur, ac per consequens hæres idem assiduare perhibetur, & judicium, & litem: verumtamen in iis commentandum erit, quæ hæredi haud ignorata sunt; secus verò in nostra facti specie, cum mobilis res hæredi adùsque inventarium conficiat ignorata esse supponitur, ac per consequens in hisce minime sit aliqua afficiendus molestia, ceu de rebus ignotis, adeòque utpotè de subjecto minus supponente, cum voluntas in incognitum ferri nequeat:enimverò in mente retenta nil operatur, *l.si repetendi, ff. de condit.ob causam.*

3 Sin secundum eam opponere impossibile ducitur: siquidem judiciū de re nota inchoatum differitur, ac per consequens conveniendus est hæres, qui cum defuncto una ducitur persona, *l.hæreditas* 28.*ff.de regulis juris*, ac idem, secus verò novum assiduare differitur judicium

4 Hæredē ex defuncti contractu conventū ex propria persona fori exceptionem opponere nō posse duco, est de Franchis *dec.*234.Tapiæ *in rubrica de officio magni cancell. num.* 7. Martæ *de jurisdict. parte* 2.*cap.* 30. *num.* 19. Author est Thorus *compend.decis. tomo* 1.§. *hæres conventus ex contractu defuncti*, describens sic per S.R.C.prædefinitum fuisse.

5 Probatur: si privilegiatus quilibet defuncti hæres (excepto Clerico, qui divino inspecto jure exemptus esse ducitur, uti supra aliis in locis cumulate differtatum fuit) ad forum trahere actorem potuisset suum; profectò sūmum sectaretur absurdum, ilicet, & tempestas circa lites inchoatas deperderetur, & creditores ad alium Senatū ipsis fortassis ignotum traheretur, quod summum creditoribus afferret incommodum, ac per consequens è communi alienum bono.

6 Hæredem defuncti pro excessibus per officialem defunctum tempore sui officii patratis damnandum fore, si lis cum defuncto contestata fuerit censeo, Lanarius *consilio* 43.*sub num.*2.*vers.ex qua conclusione*, Thorus *compend.decis.tomo* 1.§.*hæres defuncti an cōdemnari possit testans*, sic per S. R. C. prædefinitum fuisse.

7 Probatur: actiones activas, passivasq; universas hæredis personam consectari pro comperto habetur, *l.hæreditas, ff.de regulis juris*; igitur se defunctus ad id principaliter persolvere adstringendus erit; identidem ejus hæres, qui ipsius personam repræsentat, *l. hæreditas* 28.*ff.de regulis juris*, quod suum vendicat locum, seu lis contestata sit cum defuncto; seu non.

DECISIO CLXXV.

IN Causa Pyrrhi de Lamberto, cum Io: Vincentio Carapha, &c. modò evenit, quod Pyrrhus præsentavit in Magna Curia instrumentum venditionis petēs procedi via executiva, iuxtà formam ritus vigore iuramenti, & inde per infor. extraiud. constat dicta bona posita inter partes fuisse satis longè maiori pretio, quam verè valeant, & quod iste contractus præsumatur sic factus in fraudem usurarum, &c. *Hæc Antonius Capycius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

INstrumentum usurarium sub mutui colore celebratum: numquid nostri ritus via liquidari possit: si extrà judicialis prædictorum informatio Judici nota sit.

SUMMÆ.

Num.1. Thesis decisio.
A'num.2.usq;ad finem, ejusdem probatio.

1 HAud liquidari posse duco, est Capicii *hic* Vivii *decis.*304.*num.*1. Caroc.*in suis decis. casu* 133. *num.*8. aliorumque Thorus Author est *cōpend.decis.tom.*1.§.*instrumentum usurarium sub colore mutui celebratum*.

2 Probatur: usurario contractui nullo pacto favendum est, cum inhibita sit à lege, de usuris, *cap.super eo*, Concil.Lateranense 3.*tit.de usuris cap.*1.Concil Aquisgran. sub Ludovico Pio *cap.*62.14.*quæst.*4.*cap.nullus, cap.nec hoc quoque*, Concilium Parisiense 6.*lib.*1.*cap.* 53.*cap.*1.*de usuris, cap.quoniam, cap.quia eodem tit. dist.*46.*cap.non licet, cap.sicut dist.* 47. *cap.Episcopus*, Concilium Chartaginense 3.*cap.*16. ac per consequens quantum possibile erit ne patretur; neu ad ipsius executionem perveniatur, ipsi obsistendum est: quare juremeritò prisci Philosophi usuram quasi rationi naturali repugnantem damnarunt: siquidem manifestè injustum est, ut rei non fructiferæ puta pecuniæ, exigatur fructus; idque cum gravi proximi, præsertim pauperis

3 damno; hinc Romani 12.tabularū caverunt; ne quis plus unciario fænore fæneraret: mox tribunitia rogatione adsemiunciam fænus redactū est, statim ad semissem, postea ad trientem. demum L. Gemutius tribunus plebis tulit ad Populum, ne omninò fænerari liceret: paulatim iterum fænus succrescens Cæ-

4 sar succidit; inde ritè Lucullus, quod Asiam Cato, quod Siciliam fænore liberassent lau-

4 dati fuere; hinc postmodum Antiphanes dissere assolebat: usuram quæstumque illicitum breves habere delicias, longam autem calamitatem, Laert.*lib.*1.*cap.*9, igitur nil mirum si ipsius liquidatio haud efficienda sit; immò rescindenda; tametsi ipsius veritas extraordinarie Judici liqueat, nam si ordinario uti deberet schomate; quippe tempus frustrà cōterere foret, ac mortalium conscientias in ipso perturbaret animo.

Pro

Pro Decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

INstrumentum inter debitorem, creditoremque de interesse ex aliquo capitali decurso, pariter in capitali redacto celebratum: numquid usurarium ducendum sit, ac per consequens infirmum; præsertim si ex cambiis, recambiisque contractus hujuscemodi celebratus esse prædicetur.

Juramentum: an instrumentum roborare possit.

SUMMÆ.

A' num. 1. usq; ad 5. Thesis 1. finitio, ejusdemque probatio.

Num. 5. Thesis 2. decisio, & probatio.

1 INstrumentum inter debitorem, creditoremque de interesse ex aliquo capitali decursu pariter in capitale redacto celebratum: tametsi usurarium ducendum esse, ac per consequens infirmum; præsertim si in cambiis, recambiisque contractus hujuscemodi celebratus sit per S.R.C. prædefinitũ fuisse describit, Thor. *cõpe. dec. to. 2. §. instrumẽtum, seu cõtractus factus inter debitorẽ, & creditorem*: verumtamen in juris puncto quispiam ritè publicis in thesibus secus defensitare potest edisserens firmũ fore instrumentũ.

2 Probatur: instrumentum, seu contractus usurarius vocitandus erit ille, qui aliquid ultrà sortem, lucrari dictitatur, quod naturali oppugnatur juri, *l. nã hoc natura, ff. de condict. indebiti, l. jure 207. ff. de reg. juris*, Cicero *lib. 3. de offic.* ibi: *illud natura non patitur, ut aliorũ spolii nostras facultates copias, & opes augeamus*, Connanus *1. comment. cap. 1. & 2.* Divus Augustinus *lib. 9. de Civit. Dei cap. 4.* & à fortiori de canonico jure *cap. in Civitate 6. de usuris, cap. consuluit 10. vers. etiam, cap. finali de usuris, cap. ad nostra de empt. & vendit. cap. illo vos de pignor.* hisce simili..., consule Divum Gregor. *lib. 12. epist. 31. ad felicem Siciliæ Episcopum*, Trident. *sess. 24. de refor. cap. 8.* Petrum Gregor. *lib. 3. partit. tit. 5. cap. 4. & 32. & de usuris lib. 2. cap. 6. nu. 7.* Leotardum *de usur. quæst. 24. per totum*, Lessium *lib. 2. eodem tract. cap. 20. nu. 116.* aliosque: in nostra porrò facti specie ultrà sortem nil lucratur; igitur, &c.

3 Major ex terminis liquet; minor verò probatur: extemplò ac interesse ex capitali deductum, in capitale, versum esse differatur: in incontinenti (inquam) interessis amplius naturam detinere, immò deperdere ducitur, ac per consequens capitalis esse imitatur: siquidem amplius interesse haud vocitatur; at fuit, ut perpendenti liquet.

4 Probatur: Tò interesse, vel est debitum, vel non. Si primum: igitur si est debitum, quomodo usurarium: usurarium enim indebitum est, ac ultrà sortem dicitur; igitur, &c. sin secundum; igitur minimè est interesse, ac per consequens ejus pessundaretur natura; igitur, &c.

5 Iuramentum instrumentum usurarium haud firmare posse existimo, inspicito Bonacinam *tomo 2. de contractibus disp. 3. quæst. 1. puncto 1. num. 7. per totum*; enimverò iniquitatis juramentum esse, nefas est, cum non possit esse invocatio Dei in testimonium falsitatis; hinc Plaut. in amphit. 4. 281. ibi: *per Jovem juro me esse, neque me falsum dicere*, & Tullius pro Cecinna: *si enim sunt viri boni; me adjuvant, cum id jurati dicunt, quod eo juratus insimulo*, ac per consequens firmare nequit illud, quod procul à lætali peccato fieri impossibile ducitur, ceu contractus usurarius; igitur, &c.

DECISIO CLXXVI.

IN Causa Domitii de Guarino, cum d. Joan. Petro Theatino, &c. Prima est difficultas: an debeat fieri hæc restitutio secundam consuetudinem Civium Licii, & nobilium non viventium jure Francorum: an verò secundum consuetudinem viventium iure Francorum: an secundum ius commune, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Secunda Facti Species.

DOtis restitutio in dubio quo pacto facienda sit, secundum consuetudinem loci ne? an francorum? vel communi jure.

SUMMÆ.

A' num. 6. usq; ad finem, Thesis decisiones, & probationes.

1 COmmuni jure potius, quam alio in hæsitatione restituendam fore dotem autumo, est Capicii *hic nu. 1.* Maresc. *var. resol. lib. 1. cap. 41.* aliorumque Author est Thorus *compend. decis. tomo 1. §. dotis restitutio in dubio, an fieri debeat.*

2 Probatur: ubi de jure communi, ac Regni juribus, & de consuetudine hæsitatio habetur: quod nam jus ex hisce servandum sit, toties

ties potius commune, quam quodlibet aliud servandum sit jus; siquidem tūc jus commune dormire, ac per consequens non servari differitur, quoties haud obscura, vel consuetudinis, vel Regni juris notio habetur; enimverò nonnisi nobilitatis ratione, quam obtinere supponitur jus communē, actualisque ejus servationis possessionis, à qua minus despoliandum sit, nisi consuetudinis, vel alterius juris Regni clara habeatur agnitio, etenim nuper non possidentis conditio melior est, *l. si debitor, ff. de pignoribus, l. his qui destinavit, ff. de rei vendicat. l. fin. Cod. eod. tit. l. qui accusare, Cod. de edendo, §. retinendæ, vers. commodum instit. de interdict. cap. pro professore de regulis juris lib. 6.* igitur, &c.

Secunda difficultas: an stante Constit. Regni in aliquibus: quæ excludit filiam, fæminam stantibus masculis, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

Secunda Facti species.

Filia à Patre dotata (quæ per Regni constitutionem extantibus masculis à bonorum successione explosa esse supponitur): numquid præcisè per hoc sui juris efficiatur: an verò identidem in Patria extare prædicetur ditione.

3 Præcisè per hoc juris sui effici existimo, est Bartoli, Baldi, aliorumque contra Antonium Capicium *hîc, num. 2. usque ad 6.* de Ponte *consilio 41. num. 10. volum. 1.* Minado. *in constit. in aliquibus in 2. nota. num. 2.* Thorus Author est *compend. decis. tomo 1. filia à Patre dotata, an talis dicatur sui, vel Patris.*

4 Probatur: implicat aliquem adequate in duorum extare ditione, cum in eadem re bini in solidum dari nequeant domini, *l. possideri 3. §. ex contrario*; ibi: *plures eamdem rem in solidum possidere non possunt, ff. de acquirenda, vel amittenda possess. herm.* Vulteius *2. instit. tit. 13. num. 15.* verum enimverò extantibus nuptiis extemplò uxor in viri facultatem transit, ac cum ipso una ducitur persona, *cap. ad Apostolicam de convers. conjug.* Grannanieto *3. decretal. ad textum in c. verum 2. de convers. conjug. num. 2.* Cironius *in paratitl. de sponsal. & matrim.* immò uxoris caput erit vir, *§. accedit aliquando, instit. tit. 8.* quibus alienare licet, vel non, cum sit ei subdita *33. quæst. 5. cap. Est ordo, cap. noluit, cap. mulierem, & cap. adam*; igitur non in Patris facultatem identidem extare differitur maritata filia, alioqui bina pugnantia, esset; haudque foret sub patria potestate, quod per absurdum foret.

5 Hinc suboritur difficultas: extincto viro: numquid in priscam Patris ditionem transilire prædicatur filia, & reverà transire duco, quod placitum esse debet à fortiori, Capicii, de Ponte, Minad. supralaudatorum: nam si viri tempestate in patris manu esse doceāt, à fortiori eo extincto.

6 Probatur: adùsque filia in viri manu esse supponitur; ex in incontinenti (inquam) Patria dormire autumatur potestas; enimverò in duorum ditione dominorum extare jura, haud sinunt, *l. si ut certo 5. §. si duobus ult. ff. commodati,* Oroz *4. de apic. juris, cap. 8. nu. 7.* Faber *in juris pruden. de jur. natur. gent. & cap. princip. 4. §. ad hanc illationem, pag. 50.* demortuo verò viro; reviviscit, perinde quasi numquam sub alterius falcultate fuerit; enimverò sui juris fit, tametsi soluto matrimonio lugubribus vestibus hæredum viri expensis induci debet, Hotmanus *consil. 50. nu. 13. pag. 248.* igitur, &c.

Tertia difficultas, &c. habeat locum in filia dotata, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

Tertia Facti Species.

Dos mulieris propter masculos à statuto exclusæ; extincto ejus viro à quonam recuperanda sit, à muliere vidua; eaque extinta, ab ejus filiis hæredibus ne? an verò à Patre dotante, vel ab ejus hærede?

7 A muliere vidua, eaque extincta ab ejus filiis dotem hanc rogitandam, recuperandam fore, secus verò à Patre, vel ab ejus hæredibus reor. est de Franchis *in consuetud. si qua moriens in add. incip. an autem in hac decima parte fol. 195.* Minad. *in constit. in aliquibus in 3. not. num. 11. in fine,* Thorus Author est *compend. decis. tomo 1. §. dos mulieris exclusæ propter masculos à statuto*: quicquid sit de Capicii doctrina *à num. 6. usque ad 14.*

8 Probatur: illi recuperationis dotis actio convenit, cui dos restituenda est; quandoquidem jus ad petendam dotem habet, *cap. donatio de don. action. inter vir. & uxor. l. 2. 11. 13. & 22. ff. solut. matrim. l. de die, ff. de pactis dotal. cap. 1. & 2. de donat. inter.* dotis porrò restitutio hoc in casu, nōnisi viduæ mulieri, vel ejus hæredi; secus verò Patri, vel ejus hæredi restituenda est; igitur, &c. minor verò probatur: ex incontinenti, ac Pater filiæ dotem refundit suæ; confestim (inquam) in filiam irrevocabiliter translatum supponitur dominium, dedit namque Pater filiæ, quod ei debebatur, ilicet dotem, quæ loco legitimæ dari proditur; igitur, &c.

Quarta difficultas est: quando non obstante, &c. *Hæc Antonius Capycius.*

Quarta Facti Species.

FIlii universaliter Matri succedentes si infantes decesserint; ac per consequens neu per se, neu per Patrem infantium nomine hæreditas haud adita fuisse tradatur: numquid dos, seu hæreditas isthæc ad Patrem transmittatur.

9 Dotem, seu hæreditatē hanc Patri acquiri; secus verò Matris hæredi existimo, est contrà Capicium *hìc, num.25.&* 26.aliosve.

10 Probatur: ex textu *in l. unica*, §. *cum igitur, Cod.de caducis tollendis*: nam mulieris dos patrimonium est: verumtamen ipsa extincta filiis acquiritur, quibus dein extinctis ipsorum dominiū, & jus Patri; secus verò Matris hæredibus adipiscitur, juxtà dicteriū illud quicquid filius acquirit; Patri acquirit, *l.si venditor*, §.*si pupillus*, *ff.de in diem adject.*

11 Dices dos potius mulieris, quam Mariti patrimonium est, *l.Pomponius, ff.familiæ erciscundæ, l.3.§.sed an hoc, ff.de minor.*tametsi vir quoad effectum; seu administrationem sit dominus, *l.si ego 9.l.quamvis 75.ff.de jure dotium, l.doce ancillam,Cod.de rei vindic.* igitur ad uxoris potius affines, cōsanguineosque dos acquiri debet; quam ejus Marito; enimverò semper proximior in gradu ab intestato est admittendus, auth.*post fratres,Cod.de legit.hæred.§.is autem, §. illud, §. si verò. auth.de hæred.ab intestat.venient.*quod usque ad 10.servatur gradum; in feudis verò usque ad 7.§.*hoc quoque de successoribus feudi*; secus verò in descendentibus, cum usque in infinitum refundatur, §.*hoc quoque de his, qui feudum dare possunt*, Capicius *hìc num. 27.* igitur, &c.

12 Tametsi dos sit uxoris patrimonium; secus verò alterius, *dicta l.Pomponius, & dictæ l.3.* verumtamen ipsa extincta, haud amplius uxoris; at filiorum est: etenim isti Matris hæredes, sive ex testamēto, sive ab intestato sūt, inde fit, quod si à parētibus sit præteritus testatoriæ quassantur tabulæ, *l.1. & l.filio 17. ff.de injusto testam. l. si filius 7.ff. de liber. & posthum.l.inter 30.ff.de liberis, & posthumis*: enimverò lex 12.tabular.etiamnum superstite Patre filio paternam despondit familiam; adeoq; quodāmodò ejus dominus esse videatur, *l.in suis 11.ff.de liber. & posthum.* Hotmanus *instit.de exheredat. liber. lit.A. & B. pag.*318. siquidem filiis jus ex lege acquisitū esse supponitur, ac per consequens Patri cum una eademque cum filio ducatur persona, *l. ultima, Cod.de impuberibus*, & aliis: quare cum Matris hæreditas per infantes filios adire nequiverit, *l.infanti, Cod.de jure deliberando, l.pupillus si fari, l. negotiis contrahendis, ff.de regulis juris*, consequens fit, ut per eorum Patrem adiri possit; filiorum jus, personasve repræsentantem.

Quinta difficultas est: an iste filius filiæ domini Ioannis Petri, &c. *Hæc Antonius Capycius*.

Quinta Facti species.

SI Pater stipularetur sibi, vel hæredibus suis, successoribusque dotis restitutionem faciēdam fore; extantibus etiamnū filiis ex nuptiis dimanatis: numquid extinctis nuptiis dos hujuscemodi Patri restituenda sit, si ibi consuetudo sic decernens introducta sit.

13 Et stipulationem, & consuetudinem hanc saltem, quoad legitimam maternis ex bonis filiis debitam infirmas fore reor: tametsi firmæ forent, quoad legitimæ excessum filiis haud debitum. est contrà Capic.*hìc à nu.* 18. *usque ad* 23.Minad. *in constit.in aliquibus in* 4.*nota num.*6.Ursillum *decis.*236.*num.*7.Maresc.*var.resol.lib.*1.*cap.*41.aliosque, quos laudat, sectaturque Thorus *compend.decis. tomo* 1.§.*dotis restitutio in casu soluti matrimonii, & §.filiæ fæminæ morientes*, tametsi Capicius *hìc, num.*24.secus docuit.

14 Probatur: seu pactio, seu stipulatio; vel cōsuetudo quælibet, quę naturali oppugnatur juri nullius ducitur momenti, Petrus Faber *de diversis reg.juris ad leg.2.lit.E.pag.*15.juxtà textum *in cap. cæterum 5. de juramento calumniæ, cap.constitutus de fidejussore*, Granpianieto *in cap.sicut 2.de prob.num.7. l. quidam in princip.ff.de condit. instit.* siquidem numquam superius per inferius dirimi par est, *l.formam, Cod.de offic.præfect.prætor. cap. cum inferior de major.& obedient.* Clement. *ne Romani de elect.*quod jus quæsitum est juri naturali, ac per consequens fortius, quam quærendum, *l.si ita scriptum*, §.1.*l.si ita surripuisset, ff.de legatis* 2.verū enimverò naturali jure alimenta à Matre filio debentur, *l.1. §.jus naturale, ff.de justit.& jur.*in quorum locum legitima succedit, *cap.si Pater de testament.in 6.cap.jus naturale 1.dist.l.cum ratio, ff.de bonis damnat.l.scripto, ff.ultim.ff. unde liberi, l.nam etsi 15.ff.de inoffic.l.finali,C.quorum bon.*auth.*de hæred.& falcid.* §.*primum igitur*, Donellus *lib.19.comment.cap.*4.Cujacius *in novella* 18.Larreateq; *lib.7.select. cap.* 6.Valentia *tomo 3.de liber.& posthum. cap.1.* Pacius *methodic.ad Cod.tit.28.cap.6.num.*30. idque genus, in quorum locum juri civili inspecto legitima suffecta fuit; igitur nec per pactionem, nec per consuetudinem aliquam id ullo pessundari queat pacto: tametsi de legitimæ excessu optime ab uxoris Patre stipulari fieri fas est; enimverò de suo, secus verò de alieno stipulari differitur.

Sex-

Sexta difficultas est: nam constante matrimonio, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

Sexta Facti species.

SI Pater solvendo dotem in omni restitutionis dotis eventu restitutionis dotem sibi, ac hæredibus suis faciendam fore stipuletur: an firma ducatur stipulatio isthæc, firmam esse autumant, Capicius *hic, num.*17. de Ponte aliique apud Thorum *tomo* 1. *compend. decis.* §. *consolidatio in filiam fieri an imputatur.*

15 Probatur: *Tò in omni restitutionis dotis eventu* de sui conceptu, haud filios filiæ suæ explodere differitur; neu si infantes forent; priusquam hæreditatis aditio extincta Matre verificetur, decesserint, ipsorum Patrem superstitem non excludunt, at cunctis illis demortuis, ipsorumque successoribus potius Patri, ejusque successoribus restitutio facienda est; quam aliis personis extraneis.

Secundum principale dubium, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

Septima Facti Species.

DOs materna: utrum ex consuetudine generali in filiorum favorem suborta filiis danda sit.

16 Dandam fore existimat Antonius Capicius *hic, num.*28.

17 Probatur: consuetudo namque isthæc minime naturali, vel civili derogare perhibetur juri; quinimò juribus hisce conformis: nam filii ex paternis, maternisque alendi sunt bonis, ceu suprà commonstratum fuit cum inhisce succedant, Cujacius *ad leg.* 26. *de legitimis hæred. lit.H. pag.* 280. *tomo* 1. Donell. Enucleatus *lib.*7.*c.*12.*pag.*107. igitur, &c.

Quid erit iudicandum de ducatis 500. nondum solutis, &c. *Hæc Anton. Capyc.*

Octava Facti Species.

SI Pater filiæ suę antequam decedenti dotem promissam, vel non totam dedisse feratur, quid prædefiniendū: numquid ad totū; vel ad ipsius partem adstringendus sit? an verò inter ipsum; ac uxoris Maritum dos æquabiliter dividenda sit.

18 Distinguendum est: vel filii ex nuptiis hu-
19 juscemodi suborti sint; vel non: si secundum, & seu dos à Patre promissa data sit ejus filiæ viro; seu non; tunc nil Marito acquiri potest, ac per consequens quicquid sibi solutum fuisse supponitur ejus Socero restituendum
20 esse arbitror: tametsi dotis fructus Marito adipiscuntur adusque Matrimonii onera sustineat, cum sit dominus dotis quoad effectū, *l. doce ancillam* 9. *Cod. de rei vindicat.* igitur nil mirum si extincta uxore filiis, haud extātibus dos Patriæ, vel ejus successori restituatur, dummodò à Patre ejus filiæ viro dos, vel ejus pars persoluta fuit.

21 Vel filii suborti esse supponuntur, & tunc subdistinguendum est: vel ante Matris extin-
22 ctionem decesserint; vel post: si primum perinde se habent, ac si gigniti minime fuissent, ac per consequens nil ipsorum Patri superstitibus filiis per Matris extinctionem acquiritur; secus verò prius peremptis.

23 Vel filii post Matris obitum esse superstites prædicentur, & tunc seu dos ab Avo materno promissa, tradita non sit; seu aliqua in parte sit debitor Matris Pater; reverà hoc in themate in eo, quod est debitor Avus maternus totum superstitibus filiis acquiri opinor, ac per consequens ipsis fore restituendā
24 dotem; tametsi Capicius *hic in fine*, testatur secus per S.R.C. prædefinitum fuisse; ibi: *S.C. habuit causam pro difficili; ideo induxit partes ad compromittēdū in posse Consilii de jure, & de facto in amplissima forte, & deinde vigore arbitrii laudavit dimidium dotis restituendum Patri, aliud remanere apud virum, in quo dimidio restante apud virum inclusi intelligantur ducati* 500. *non dum sibi soluti,* quam decisionem sectatur Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *Maritus, & Pater filiorum*, edocens esse dividendum cum Socero pro medietate.

25 Probatur: ex templò, ac Mater superstitibus filiis, filiabusque extincta esse supponitur, materna bona, ac per consequens dos filiis acquiritur, consule Fabrum *lib.*6.*Cod.tit.*19. *de verbor. signif. def.* 22. cum filii succedant Matri, §. *novissime, instit. tit.*4. *de Senat. consult. orficiano, l. si spurius, l. hac parte, ff. unde cognati*, argum. *legis cum ratio, ff. de bonis damnat. l.*1. *ff. eorum*, Bodeus *lib.*2. *instit. tit.* 19. *de inoffic. testam.* §.1. *lit.B. & C. & lib.*3. *tit. de offic. Senatus Consult.* §. *novissime, l. si ejus* 2. *ff. de legit. hæred.* inde est, quod ipsis querela de inofficioso testamento permittitur, *l.*3. *& l. filiam* 15. *Cod. de inofficioso testam.* Hotman. *lib.*2. *instit. tit.*14. *de hæred. instit.* §. *mater, lit. B.* siquidem filius à parentum successione maternum explodit Avum, auth. *ex successione, Cod. de suis, & legitimis, l. unica, Cod. de his, qui ante apertas tabulas, l. apud hostes* 8. *Cod. de suis, & legit. l. nam etsi* 15. *ff. de inoffic. testam.* Antonius Faber 6. *Cod. tit.*29. *de his, qui ante apertas tabulas def.*1. *num.*1. *&* 2. *in allegat.* Hotmanus 3. *instit. tit.*26. *de hære-*

dit.

*dit.quæ ab intestat.deferuntur lit.F.*igitur quo pacto uxoris dos Patri per Maritum restituẽda sit,si ejus filiis acquiratur; igitur,&c.

Pro Decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

SI causa demortui viri dotis restitutio vi Neapolitanæ consuetudinis facienda sit: numquid identidem de ipso forjudicato edisserendum sit.

Dos quo pacto restituenda sit, in solidum ne? an in quantum facere potest?

SUMMÆ.

Num.1. 2.&3. Thesis 1.decisio,& probat.
Num.4.& 5.Thesis 2.finitio,& probatio.

1 SI causa demortui viri dotis restitutio vi neapolitanæ consuetudinis facienda sit; identidem de ipso forjudicato esse decernendum duco. est de Franchis *decis.*562.Molfesii *in comm.ad consuetud.Neap.par.*4. *quæst.*47. *num.*21.23.24. *& par.*6.*quæst.*5.*num.*3.*& quæst.*10.*num.*15. de Ponte *consilio* 159.*num.*21.*volum.*2.Giurbæ *decis.Siciliæ* 16. *nu.*7. Thorus Author est *compend.decis.tomo* 1.§.*dotis restitutio facienda viro mortuo juxtà consuetudinem Neapolitanam*, referens sic per S. R. C. sancitum fuisse.

2 Probatur: idem prorsus nostro in themate jus est esse extinctum, ac forjudicatum esse: quandoquidem jure Regni inspecto civiliter extinctus forjudicatus habetur, *constit. Regn. pænam eorum, vers. quoad. omnia Authores apud Scialojam in praxi cap.*15. *nu.*1. ac per consequens nil mirum si ab ipso dotis restitutio rogitanda sit.

3 Dos quo pacto restituenda sit, in solidum ne? an in quantum facere potest? & tametsi Thorus *compend.decis.tomo* 1. §.*dotis restitutio fieri debet*, edocet per restituentes dotem, juxtà consuetudinem Neapolitanam in solidum; secùs verò in quantum facere possunt dotem fore restituendam: idemque in dotem polliciente per S. R. C. prædefinitum fuisse testatur, laudans de Franchis *decis.* 366. *&* 424.*&* 164.Molfesium *in commenta. ad consuetud.Neapol.par.*6.*quæst.*9.*num.*9.Pascal *in tract.de viribus Patriæ potest. par.*2. *num.*22. aliosve. verumtamen regulariter loquendo sic

4 esse distinguendum reor: vel sive dotem promittens; vel ejus dotem restituens si persona conjuncta sit putà, sive uxoris, sive viri in 1.2.& 3.gradu, sive id genus, tunc haud in solidum; at in quantum facere queunt cogẽdi sunt: ratio namque naturalis id reposcit, ut speculanti liquet, vel purus fuit promissor, tunc identidem quantum facere potest conveniendus sit, cum donatio ultrà donantis mentem haud astringat, etenim ex partium cõventione legem accipit, *l.*1.§.*si convenit, ff.depositi, l.contractus, ff.de regulis juris,l.lege, ff.de pactis convent.l.*1. *Cod.de oper.liber.l.* 1.*l.commodati, cap. contractus* 89. *de regulis juris lib.*6.Ant.Faber *in jurisprudentia tit.* 4. *princ.*6.*pag.*148.vel demum aliæ sint personæ in gradibus remotioribus,tunc in solidum restituitur dos;cũ in hisce minimè habeatur tãta reverentia; sicut in cæteris: quare decisio, & supralaudati Authores sic cõmentandi sunt.

DECISIO CLXXVII.

IN Causa Manfredini de Bucchis, cum Perotto Villaguto fuit dubitatum: an pensiones domorum adiudicatarum, quæ cucurrerunt, seù perceptæ sunt per conventum pendente lite adiudicationis factæ in favorem Perotti contrà Manfredinum veniant in adiudicatione,vel augeant prætium domorum,&c. *Hæc Antonius Capycius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

PEnsiones domorum adjudicatarum per conventum lite pendente perceptæ; cui nam acquiruntur; convento ne? an actori?

SUMMÆ.

Num.1.& 2.Thesis prædefinitio,& probat.

1 COnvento (quicquid sit de Saliceti, aliorumque distinctione, ut edocet *hic* Capicius per totum) acquiri adùsque definitiva per Judicem promulgetur sententia; ac per consequens ad ipsarum restitutionem, haud astringendum fore duco, dummodò justo possidere videatur titulo,cõsule Franchum *decis.* 613. Riccium *in praxi var.resol. in resol.*322. Author est Thorus *cõpend.decis.tomo* 1. §.*pensiones domorum adjudicatarum perceptæ.*

2 Probatur: pensiones hujuscemodi justo per conventum titulo exiguntur, usquequò per sententiam cõvictus prædicetur definitivam, cum melior sit possidentis conditio, *l.si debitor. ff.de pignor. l.is, qui destinavit, ff. de rei*

vindic. siquidem tunc exigendi jus deperdit; cum per hanc sententiam extinguatur.

Pro Decis.hujusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

PEnsionis perceptio: nunquid domus possessionem probare prædicetur.

Si fructus vultrà pensionis duplum rei locatæ excrescant: an pensio identidem excrescat.

Si domus alienata sit; pẽsio in fine anni ne? an verò emptori? Si res alienata locata esse reperiatur.

SUMMÆ.

A' num. 1. usq; ad 5. Thesis 1. finitio, & probatio.

A'num.5.usque ad 10. Thesis 2. decisio, & probatio.

A'nu.10.usq;ad finem, Thesis 3. præfinitio, & probatio.

1 PEnsionis perceptio: numquid domus possessionem probare prædicatur distinguendum est: vel solutio isthæc uni dumtaxat fit; tunc domus possessionẽ probare per pensionis solutionem autumo 1. est Afflicti *decis.* 325. *in princ.* Antonii Gabrielis *lib.*3.*de locato conclus.* 4. Peregrini *de fideicomm.ar.*47.*num.*35.Rotæ Romanæ *in novis.decis.*506.& 681. aliorumque Thorus Author est *compend. decis.tomo* 1. §. *pensionis perceptio an probet possessionem domus.*

2 Probatur: pensionis namque solutio de sui conceptu, nonnisi domino fieri ducitur: siquidem jus illam percipiendi habere supponitur; cum actus secundus potentiam illum producendi supponat: nam solutio debitum supponit, ac per consequens crediti extinctionem: igitur si nostro in themate actus secundus pẽsionem percipiendi habeat; juremeritò potẽtiam; seu jus illud percipiendi supponere arguitur; alioqui daretur effectus procul à causa productus, quod per absurdum foret; enimverò effectus suum habet esse à causa, qua extincta desinit, *l.adigere,* §. *quamvis, ff.de jure patronatus, l.si pater, ff. de hæred. instit.* hinc Tuliius pro Antonio Cecinna; ibi: *potestis principia negare cum extrema concedantur.*

3 Vel duobus divisibiliter fit pensionis solutio, tunc pro utroque suo in genere probare autumo 2.tametsi secus per S.R.C.sancitum fuisse testatur Thorus loco supralaudato.

4 Thesis isthæc eodem prorsus probatur, pacto, quo suprà prima thesis pars commonstrata fuit: siquidem utrobique par urget ratio; inde fit eadem juris prædefinitio, *l.illud, ff.ad legem aquiliam, l.si postulaverit,* §.2. *ff.ad legem juliam de adulter.* neu S.R.C. prædefinitio nostræ oppugnat thesi; cum plenam secus verò semiplenam deneget probationem.

5 Si fructus ultrà pensionis duplum rei locatæ excrescant: numquid pensio identidem excrescat, haud excrescere tribus junctis aulis refert prædefinitum Anellus de Amato *cõsilio* 21. Thorus Author est *compend. decis.tomo* 1. §. *pensio rei locatæ excrescentibus fructibus ultrà duplum.*

6 Probatur: contractus ultrà contrahentium mentem non astringunt, *l.non omnis, ff.si certum petatur, l.in agris, ff.de acquirendo rerũ dominio, l.*2. *ff. de his, quæ in testamento delentur, l.legata inutiliter, ff.de legatis* 1.*l.cum tale,* §.*ultimo, ff.de condit.& demonstrat, l.age cum Geminiano, Cod. de transact.* Connanus *commentar.juris lib.*7.*cap.*1.*num.*13.cum ex partium conventione legem accipiant, *l.*1.§. *si conveniat, ff.depositi, l.contractus, ff.de regulis juris, l.lege, ff.de pactis conventis, l.*1. *Cod. de oper.liber, l.*1.*Cod.commodati, cap.contractus* 85. *de regulis juris lib.* 6. neu ullam in

7 contrahentibus ligamen involvunt, nisi in iis, quæ sæpè numero accidere assolent; secus verò rarissimè, ut nostro in themate foret: nã uberrima fructuum excrescentia isthæc præter locantis intentionem fit: quare si locans id prævidisset sane, vel non locasset, vel majori prætio, quam de more; igitur, &c. inspicitò de Marinis *resol. juris cap.* 186. *num.* 5. edocentem si domini industria, id evenisset; secus erit sanciendum.

8 E' conversò sic esse decernendum duco, si tenuissima foret aliqua ex causa, ilicet, vel ob summum frigus; idq; genus fructuum perceptio: siquidem tũc conventam pensionem persolvere debet: cum utrobique par urgeat ratio, juxtà dicterium illud commodum ejus es-

9 se debet, cujus est incommodum, *l. finali,* §. *sed eum, Cod. de furtis, l.super vacuam, Cod.de tempor.in integr. restit. l.Julianus,* §.*ex vendito, ff. de actionibus empti, l.secundum naturam, ff.de regulis juris,* §. *item prætium, instit. de empt.& vendit.*

10 Si domus alienata sit pẽsio in fine anni cuinam persolvenda est alienanti ne? an verò emptori? si res alienata locata esse reperiatur distinguendum est; vel de pensione isthac futura inter contrahentes aliqua inita fuit pactio; vel nulla. Si primum pactionem inter ipsos initam servare necessum sit, cum à pactis ritè celebratis resilire haud par sit; neu à jure id permissum est, *l.*1.§.*si conveniat, ff.depositi, l.*1.*ff.de pactis, l.jurisgentium,* §.*Prætor ait, ff. eodem tit.l.*1.*ff.de cõstit.pecun. l.cum amplius in fine, ff.de regulis juris, cap.*1.*de pactis,* tametsi consultius sit post pactum stipulationẽ facessere; hinc juremeritò Agorastocles in penulo stipulationem post pactum adhibere voluit.

Audin tu patrue, dico ne dictum neges
Tuam mihi majorem filiam despondes
P.pactã rem habeto. A.spondisne? P.spondeo.

igitur, &c. sin secundum à die translationis dominii in emptorẽ pensionis utile exordiri plusquam manifestum est, ac per consequens ipsi

ipsi pro hujuscemodi parte pensionis solutio facienda est, ex theorica Salicet. *in l. julia §.si fructibus, ff.de actionibus empti*, Baldi *in l.filius familias, §.apud Marcellum, ff. de legatis* 1.Covarr.*var.resol.lib.1.cap.15*. Molinæ *de hispan.primogen.lib.3.cap.11*. Barbosæ *in l.divortio in 6.parte, ff.soluto matrimonio*, Thesauri *decis.56*. Castilli *decis. 4. num. 16*. Fontanellæ *de pactis nuptial. claus. 7.glos. 3. parte 15.num.16*.de Marinis *observat. ad decis.Revert.265.num.5*.Author est referens per S.C.sic sancitum fuisse.

11 Probatur: tametsi enim in exordio, ac in exitu pensionis exactio fiat: verumtamen quoniam singulis quibusque diebus utile percipiatur; juremeritò pensiones hasce inter fructus annumerandæ sunt: siquidem ex continenti, ac in rei emptorem perfectè transactum supponitur esse dominium; extemplò (inquã) istius venditor, haud amplius dominus devocatur: igitur fructuum pensio ipsi solvenda, adùsque rei dominium pænes se detinet: præstat namque rei emptor rem; prout est in se, ac per consequens cum fructu suo.

DECISIO CLXXVIII.

IN Causa Magnifici Roderici Pignalosæ, cum Magnificis Electis Civitatis Neapolis, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

REgens M.C.V. à Prorege adlectus: numquid ab electis Civitatis Neapolis, utpotè advena explodi potest.

SUMMÆ.

A num.1. usquè ad finem, Thesis 1.prædefinitio, & probatio.

1 DIstinguas: vel electores à regia majestate id renuendi privilegium obtinuere vel non: si primum eum
2 renuere posse pro comperto habetur; alioqui esset, haud foret privilegium, quod per absurdum est, quod cunctis in statuitionibus est effugiendum, *l.ita si 39.in fin. ff.de oper. libert. l.nam absurdum, ff. de bonis libert.cap.in genesi de elect.* Terent. in adel.3. 22.ibi: *est Hercle inepta, ne dicam dolo; atque*
3 *absurda*, sin secundum, tunc ex ipsismet terminis liquet posse; cum Prorex nonnisi Regis Vicarius sit, ac per consequens Regentem Magnæ Curiæ Vicariæ pro ejus libito, cujuscumque conditionis sit creare potest.

Pro decis. hujusce illustratione:

CAPUT UNICUM.

REges Regiæ Cancellariæ; Præses S.R.C. ac Locumtenens R.C. Summ. numquid Regentem M.C.V.præcedere debeant.

Regens M.C. Vic. in cujus locum esse suffectus ducitur.

Regens in Supremo Consilio Italiæ, quibus nam in Regno præferendus est.

SUMMÆ.

Num.1.& 2.Thesis 1.decisio, & probatio.

Num.3.Thesis 2.finitio, & probatio.

Num.4.& 5.Thesis 3. prædefinitio, & probatio.

1 REgentem Regiæ Cancellariæ; Præsidẽ S.R.C.ac Locumtenentem R.C.Sum. Regentem M.C.V. præferre debere Regentem M.C.Vic. duco, est Capicii Latro *consultation. 43. num. 22*. aliorumque.

2 Probatur: Regens namq; Reg.Cancell.Præses S.R.C.ac Locumtenens R.C.S. perpetuò funguntur munere, secus verò Reg. M.C.V. neu à Prorege creatur, utpotè Proregens M.C.V. sed à Rege, neu præsunt Tribunali inferiori, ut Proregens; at superiori; igitur, &c.

3 Regentem M. C. V. in Capitanei Civitatis Neapolis locum esse suffectum existimãt, Capicius Latro *consult. 48. num. 61*. Caravita aliique, quare hodie hujuscemodi Capitanei munus extinctum esse supponitur.

4 Regentem in Supremo Consilio Italiæ universis Regni hujusce Magistratibus, nempe Præsidi S.R.C, Regenti Regiæ Cãcellariæ; Locumtenenti, ac M.C.V.Regenti præferendum fore, Capicius Latro *consultat. 43. num. 12. & 13.* aliique apud eumdem docent,
5 quod liquet *ex l.1. Cod.de consult. lib.12. l.1. Cod.de propo. labor. 12. ibi quos nostri lateris comitatus illustrat*: quare tametsi ordo à Principe splendorem accipiat: verumtamen minus æqua lance fulget ille, qui abest, quam ille, qui in Principis præsentia extat: quandoquidem Regens in Supremo Italiæ Consilio; in Supremo Senatu extare supponitur; secus verò S.R.C.Præses; idque genus, cum Tribunalia isthæc respectu Supremi Consilii Italiæ inferiora sint; enimverò ex hisce foris ad Supremum Italiæ Consilium detur appellatio; secus verò è diverso; igitur, &c.

DECISIO CLXXIX.

IN Causa Sancii de Samundio, cum Magnifico Iacobo Carbono, petebat Sancius à Iacobo Castrum Paduli concessum aliàs Avo suo per quondam Serenissimum Regem Ferdinandum Primum ex tit. venditionis: & quia aliàs spectabat ad eundem Iacobum iure antiquo, &c. fuit dubitatum: an ista confessio præiudicet ipsi Iacobo, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

COnfessio in judicio super articulis facta; nulla incompetentiæ jurisdictionis ratione habita: numquid præcisè per hoc firma ducenda sit.

SUMMÆ.

A num. 1. usq; ad finem, Thesis 1. finitio; ejusdem probatio.

1 INfirmum esse docent, Capicius *hîc in fine*, edocens sic per S.R.C. prædefinitũ fuisse; ibi: *in hac causa judicatum est in favorem d. Magnifici Jacobi*, absolutusque fuit Thorus *compend. decis, tomo* 1. §. *confessio facta in judicio mediantibus articulis.*

2 Probatur: *in cap. ut si Clerici in principio de judiciis*, Capicius *hîc, num.* 6. Author est; nam Judicis incompetentiã infirmum reddere Iudicis actum explorati juris est, *l.* 2. *&* 3. *Cod. si à non compet. l.* 6. §. *si quis, ff. de injusto rupto*, argum. *legis* 1. *Cod. si à non competen. l. post* 9. *Cod. de senten. l.* 2. *Cod. si à non competen. cap. decernimus de judiciis*, auth. *statuimus, C. de Episcop. & Cleric. cap. si diligenti, cap. significasti de foro competenti, cap. at si Clerici* 4. *cap. Clerici* 8. *cap. cum non* 10. *de judiciis, cap. placuit. cap. Clericum* 11. *quæst.* 1. cum jurisdictionis actus Iudicis, pro ipsius firmitate competentiam supponat, *cap. si diligenti de foro competenti, l.* 2. *l.* 6. *Cod. de excusat. tutor. l.* 3. *l.* 16. *l.* 18. *l.* 23. *Cod. eodem*, Donellus *de jure civil. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 30. Cironius *toto tit. de judiciis, & de foro competenti*; igitur confessio isthæc, utpotè coram incompetenti celebrata Judice infirma ducenda sit: neu aliquid suffragatur, quod ibi fuere articuli extantes: quandoquidem id merè materialiter se habet, perinde quasi, haud fuisset: in nostro porrò casu, quod de formali est; Judicis incõpetentia est; ac Rei in foro super articulis existentibus interrogationes, igitur, &c.

Pro Decis. huiusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

COnfessio à minore sponte criminis alicujus in judicio absque curatore gesta: numquid firma censenda sit.

Confessio absque legitimis tormentorum motu extorta indiciis: utrum mandanti obnoxia sit; si tortus mandantem ipsum evocarit; ac inter mandantem, & obtruncatum aliqua habeatur inimicitia.

In tortura delicta fassus quis aliqua, de queis nulla extebant indicia: an de cæteris interrogari; ac per consequens torqueri possit.

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. Thesis 1. finitio, & probatio.
Num. 3. & 4. Thesis 2. decisio, & probatio.
Num. 5. Thesis 3. prædefinitio, ejusdemque probatio.

1 COnfessionem à minore sponte criminis alicujus in judicio absq; curatore gestam: firmam censendam esse docent, Afflictus *dec.* 208. Tap. *in constit. minor. minorum jura num.* 32. Follerius *in praxi crim. rubric. etsi confitebuntur num.* 19. Riccius *in collect. decis.* 683. *&* 323. aliorumque Thorus Author est *compend. dec. tomo* 1. §. *confessio minoris spontanea alicujus delicti facta*; quare juremeritò adversus hasce confessiones in integrum restitutionem habere supponitur minorem.

2 Probatur: minor nec integram personam; nec judicium habere supponitur, quo desinẽte quicquid ab ipso geritur, ceu jurisdictione carente, tanquam infirmum habendum est, cum inter fragiles, ac infirmos annumeretur sexus, *l.* 1. *ff. de minor. l.* 1. *ff. de legit. tutel. l. cũ in plures*, §. *cum tutor. ff. de admi. tutor. l. sæpe ita, ff. de verb. signif. l. ait Prætor, ff. de minor. l.* 1. 4. *& ult. Cod. si advers. usucapionem, l.* 1. *&* 2. *Cod. si advers. donationem, l. quod si minor* 24. *ff. de minorib. l. ex contractu* 44. *ff. de re judicata*, Justin. *in nov. constit.* 72. Balduinus 2. *instit. tit.* 13. *de tutelis, vers. qui propter ætatem se defende nequit, pag.* 106. inde fit, quod ipsi in integrum restitutio à juribus permittitur, *cap. requisivit* 1. *de in integrum restit. cap. auditis* 3. *eodem tit. cap.* 1. *eodem tit.* hinc Tullius de amicitia 32. ibi: *tu verò perge Leli: pro hoc enim, qui minor est natu meo jure respondeo*, & Terent. in Eunucho 2. 2. 58. *sed video herilem filium minorem huc advenire.*

3 Con-

3 Confessionem absque legitimis tormentorum metu extortam indiciis, mandanti obnoxiam esse, si tortus mandantem ipsum evocarit, ac inter mandantem, & obtruncatum aliqua habebatur inimicitia; si multasque pro comperto habetur; tametsi sub idonea relaxandum esse cautione censeo, est Grammatici *voto* 6. Summi Opificis Boerii *dec.* 163. *num.* 8. Thori *compend. decis. tomo* 1. §. *confessio extorta absque legitimis indiciis*.

4 Probatur: ut firma tortura sit, necessum ducitur, ut præter semiplenam probationem etiamnum sufficientia habeantur indicia, Antonius Faber 4. *Cod. tit.* 15. *de testibus def.* 20. *in alleg. num.* 1. verum enimverò nostro in themate legitima indicia habere minus supponuntur; igitur nil mirum si tortura isthæc, ceu infirma, nullum producit effectum.

5 Delicta aliqua in tortura fatetem aliquem; de queis nonnulla extabant indicia, de cæteris haud esse interrogandum, ac per consequens, neu torquendum existimo, est contra Grammaticum *decis.* 34. *num.* 34. edisserentem in occurrenti casu ita fuisse servatum, quod itidem affirmat *in decis.* 48. *in principio sub n.* 2. Bajardum ad Clarum, §. *finali, quæst.* 24. *per totum*, Scacciam *de jud. caus. civil. & crimin. cap.* 97. *num.* 180. *vers. si de consuetudine*, aliosque Thorus Author est *compend. decis. tomo* 1. §. *confessus in tortura aliqua delicta de quibus extabant*, memorās sic nostris in foris servatum fuisse; quare si indicia de reliquis haud extare supponuntur, quippe de hisce minus est torquendus.

6 Probatur: ex principio universali illo ab omnibus comprobato: tunc quis torquendus est; ubi, & semiplenæ probationes, & indicia adversus ipsum extare supponuntur, *l.* 1. *l. maritus, ff. de quæstionibus, l.* 8. *&* 9. *ff. eodem*, *l. quoties*, *ff. eodem*, *l.* 1. *ff. eodem*, *l. milites*, §. *oportet*, *Cod. de quæstionibus*, Guazzinus *defensa* 30. *cap.* 4. *num.* 12. Mascardus *lib.* 3. *de probationibus, concl.* 185. *num.* 20. in nostro porrò casu indicia, & probationes de reliquis minime esse supponuntur; igitur, &c.

DECISIO CLXXX.

IN Causa Illustr. Don Raymundi de Cardona Viceregis, cum Regia Curia, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

PEcunia à Prorege belli tempestate missa, si in itinere per aliquos surrepta fuerit hostes, latronesque; cuinam deperditio sit? Proregine? an vero Regi? vel id genus.

SUMMÆ.

A num. 1. usq; ad finem, Thesis 1. decisio, & probatio.

1 DIstinguendum est; vel Proregis culpa pecunia isthæc deperdita sit, tūc eam deperdere Proregem plusquā apertum est.

2 Probatur: culpam namque nemini patrocinari debere explorati juris esse; hinc Tullius de amicitia 75. ibi *maxima autem culpa in eo est, qui & veritatem aspernatur, & in fraudem obsequio impellitur*, & de senectute 7. *sed omnium istiusmodi quærelarum in moribus est culpa, non in ætate*, ac per consequēs suos debere tenere Authores, *l. sancimus, Cod. de pænis, cap. quæsivit de iis, quæ fiunt à maiori parte capituli, cap. Romana in fine de sē-*
3 *tentia excommunicationis lib.* 6. siquidem ubi non est, ibi delictum esse nequit, *c. cum voluntate de sententia excommunic.* quare si Proregis culpa id evenisse feratur, ipse ad pecuniæ deperditæ restitutionē Regi faciēdam adstringendus sit, ilicet si procul ab idonea cautione, seu terra, seu mari eam miserit; igit. &c.

4 Vel Regis jussu id egisse feratur Prorex; tunc præstita prius debita sedulitate ad nil adstringendum fore Proregem censeo; siquidem in culpa, haud esse supponitur; ac per consequens damnationis motivo caret.

5 Dubietas in præsentia est: numquid colligati cum Rege ad hujusmodi deperditionem divisibiliter astringendi sunt.

6 Haud teneri duco, ac per consequens pecuniæ idque genus deperditionem fieri dumtaxat Regi, vel Reipublicæ, vel alteri mittēti.

7 Probatur: experientia nos in dies edocet, quod unusquisque Rex Imperator, elector; vel id genus securam pecuniam designatam mittere debeat: siquidem pactio inter ipsos inita, sic celebrari assolet; neu ad pecuniam deperditam adusque cæteros astringendos fore Principes dispeximus; neu ad onus hujuscemodi astringi ullus opinatur Princeps: quare Capiciana isthæc decisio nullum obtinere potest locum, inspicitò Capicium *hic* plura dissertantem, variosve textus variis in thematibus laudantem Peregrinum *in tract. de fideicom. art.* 51. *num.* 4. *&* 5. Thorum *compen. decis. tomo* 1. §. *mandatarius an excusetur, vel teneatur*.

Pro Decis. hujusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

Pro-

PRorex in Regno Neapolitano, quam infligere possit pænam: numquid Collateralis voto indigeat.

Prorex: an delictis pænam absque partis remissione delinquenti indulgere possit.

SUMMÆ.

Num. 1. 2. & 3. Thesis 1. finitio, & probatio.
A num. 4. usq; ad finem, Thesis 2. decisio, & probatio.

1 TAmetsi Prorex in Regno Neapolitano Regis Vicarius est, atque adeò usq; ad summam nummorum aureorum trium mille cum voto Collateris Consilii pænam irrogare potest Author est Capicius Latro *consult. 1, num. 40. & 41.* verumtamen meo judicio secus censeo, ac per consequens, & majorem, & minorem juxtà delicti gravitatem plectere potest, seu depēdēter, seu independēter à Collaterali voto.

2 Probatur: in Regno Neapolitano Regis personam, ac per consequens ejus Vicarium esse supponitur Prorex, Author est Capicius Latro *consult. 47. num. 20.* de Ponte *de potestat. Proregis tit. 7. §. 5. num. 10. & num. 1. 2. & 3.* igitur Regni caput ducitur. neu Collateralis votum quo ad Regnum custodiendum, regendumq; utpotè essentialiter reposcitur; perinde quasi si Collateralis Consilii assensus, haud viri ficaretur; Proregis stabilitio infirmaretur: reposcitur namque de consilio; ad instar Regis, qui ex plenitudine ditionis suæ aliquid independenter à regentium consilio firmiter jubere potest, alioqui subderetur consilio; quod per absurdum foret; igitur sic à pari suo in genere de Prorege decernendum erit: tametsi ut universa ritè, maturèque perageret opere prætium est cuncta in Collaterali Consilio divulgare, deinde auditis dom. Reg. votis, tunc quicquid sibi utilius pro Regni regimine videatur; illud efficere debet; quod semper intelligitur, quoad regimen Regni; secus verò civilibus in causis, in queis dom. Reg.

3 votis se conformare debet; siquidem in hisce juris communis, & Regni notio reposcitur; quæ in Regentibus esse supponitur, qui Regni administrationis dinastæ sunt.

4 Tametsi de more partis remissio reposcitur, atque adeò ex suppositione, quod absque partis remissione indulgendum sit; dominorum Regentium votum reposci edocet Thorus *compend. decis. in supplem. §. Prorex an possit delinquenti indulgere pœnam delicti absq; remissione partis*, laudans Horatium Montan. *controv. forens. controv. 52.* verumtamen inspecta Proregis ditione partis remissionem pro delinquentium indulgentia, haud necessariam fore, ac per consequens independenter etiamnum à Collaterali Consilio id per ipsum effici posse autumo.

5 Probatur 1. Prorex hoc in Regno nonnisi Regis locum præoccupat, de Ponte, & Capicius Latro locis supra laudatis, ac per consequens procedere potest in iis, in quibus restrictam à Rege, haud habuerit facultatem, cum limitata causa restrictum producat effectum, *l. in agris, ff. de acquirendo rerum dominio, l. cancellaverat, ff. de iis, quæ in testam. delentur, l. 2. ff. de servis export.* adeòq; perinde se habet, ac si foret Rex: verū enimverò Rex ditione inspecta sua major; immò independenter à Collaterali Consilio procedere potest; igitur indidem Prorex, etsi decens sit semper hisce in casibus cum maturo Collateralis Consilio agere.

6 Probatur 2. si in cunctis hisce facti speciebus partium remissio reposcatur, ac per consequens Prorex procul à partis remissione nil agere posset: quippe reis delinquendi ansa refunderetur: siquidem si pars remissionem nullo pacto facessere vellet; sane delinquens restaret Reus, ac per consequens delinquendi ansam haberet, quod bono obversatur publico, quod Prorex regere, custodireque debet, ac per consequens in hisce ex optimis, justisq; causis ex facultatis plenitudine, quæ fulget, procedere possit: quare Tò Collateralis votū reposci potius de consilio, quam de essentia quiritatur.

7 Probatur 3. vel Prorex est inferior. vel superior, vel æqualis Reg. Coll. Consilio: non inferior, alioqui per absurdum sectaretur, haud esse Regni Vicarium, neu æqualis ob eamdem rationem; igitur independenter: tametsi ritè suo fungatur munere, optimum ducitur consilium, semper à Collateralis voto non discedere: quandoquidem Collaterale Consilium creatū fuit nonnisi ut Regni tranquillitas habeatur, ac per consequens cum consiliariis suis regeret Regnum. exemplo esto de Alexandro Magno, qui semper cum Consiliariis optimis suum exercuit munus, Quintus Curtius Author est; secus verò Salomonis filius, qui socordia sua Regnum deperdidit.

DECISIO CLXXXI.

IN Causa Ioannis Francisci Caietani, & filiorum ex se, & quondam Magnifica Brianda Cantelma contrà d. Comitem Populi, &c. *Hæc Antonius Capic.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti

Facti Species.

FEudum in dotem filiæ spuriæ cum Regio assensu datum: si deinde per Senatum vindicatum fuerit, quænam quantitas pro dote refundenda erit; æquipollens ne alimentis? (cũ filiæ spuriæ alimenta dumtaxat tribuenda sint) an verò alio pacto?

SUMMÆ.

A' num. 1. usq; ad finem, Thesis 1. finitio, & probatio.

1 ÆQuipollentem (rigorosè loquendo) alimentis, quantitatem pro dote refundendam fore duco: tametsi ex æquitate aliquid aliud juxtà prudentis Iudicis judicium, attenta personæ cõditione, est Capicii *hic in fine*, referentis sic per S.R.C. prædefinitum fuisse; ibi: *in hac causa fuit dictus Comes condemnatus filiis Ioannis Francisci, & Briandæ ad restaurum dotiũ evictarum liquidandum, & inde fuit liquidatum ad duc. longe minus, quam sit pretium Castrorum*, de Franchis *dec.* 283. *num.* 8. Gabrielis *lib.* 6. *tit. de alimentis, conclus.* 1. *num.* 7. aliorumque Thorus Author est *comp. dec. to.* 1. §. *feudũ datum in dotem filiæ spuriæ.*

2 Probatur; filia spuria nonnisi ex Regis, vel Proregis privilegio feudi capax efficitur; enimverò feudum à fidelitate differtur, Hotmanus *de feudis disput. cap.* 26. *lit. C.* Cironius *in paratitl.* 5. *decretal. de feudis* 20. quæ in fæmineo præsertim spurio desideratur sexu, ceu experientia nos edocet, cum in Vassallo, & fidelitas, & consilium reposcantur, quæ profecto in cunctis laudabi ia sunt; hinc Tullius pro Planco: *omnia igitur tua consilia non magis prudentiæ plena, quæ summa est videntur, quam fidelitatis*; igitur Regis, vel id genus privilegio desinente in pura spurii formalitate restare supponitur, ac per consequens rigorosè loquendo dos ipsi præstanda alimentis æquipollens esse debet; tametsi juxtà personæ conditionem aliquid aliud refundendum erit; idque nonnisi ex æquitate.

Pro decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

QUemadmodum spurius feudum habendi incapax esse supponitur: numquid idẽ de muto, surdo, idque genus prædefiniendum erit.

Demortuo feudatario Patre filio relicto spurio, sed per Principem cum facultate in bonis succedendi paternis legitimato: an *capitulo ex præsumptuosè* locus fiat.

Filius spurius per Regis privilegium legitimatus; ac una cum cunctis clausulis derogatoriis restitutus: utrum præcisè per hoc paterna fulgeat nobilitate.

SUMMÆ.

Num. 1. 2. & 3. Thesis 1. decisio, & probat.
Num. 4. & 5. Thesis 2. finitio, & probatio.
A' num. 6. usq; ad finem, Thesis 3. prædefinitio, & probatio.

1 QUemadmodum spurius feudum habendi incapax esse supponitur: idem de muto, surdo, idque genus prædefiniendum esse autumo, est Thori *compend. dec. tomo* 1. § *feudum habere an possit mutus*, edisserens ita per Coll. Consil. prædefinium fuisse, Caroli Tap. in *annot. ad cap. Regni* 33.

2 Probatur: quælibet persona bellandi incapax (de qua in præsentia extat facti species) feudi incapax ducitur: cum sit contra concedentis finem; enimverò permittentis feudũ finis est uti subjecto capaci ad bellandum; si id necessum fiat, Cironius supralaudatus Author est; verum enimverò nedum de spurio, cum sit infirmæ fidei, quæ summoperè in bello reposcitur; at etiamnum & de muto, & de surdo idque genus verificatur: nam personæ ejuscemodi incapaces ad bellandum esse supponuntur, ceu ipsis ex terminis liquet; cum neu surdus quicquid à Duce jubetur audeat,

3 neu mutus præcipere potest: secus verò edisserendum est, si incapacitas isthæc haud à natura habeatur; sed per accidens in vitæ spatio: siquidem tunc à suis laboribus, ac fidelitate minus despoliandus sit, utpotè per Collaterale Consilium sancitũ extitit, Author est Thorus *compend. decis. tomo* 2. §. *feudatarius mutus, surdus, aut imperfectus, l.* 10. *Cod. quibus non est permis. fac. testam. l. qui in potestate* 6. *ff. eod.* §. *item surdus, & mutus, instit. eodem*, consule Hotmanum, Balduinum, Vulteium, Stephanum Bodeum *instit. eod. d.* §. *item surdus, & mutus.*

4 Demortuo feudatario Patre filio relicto spurio; sed per Principem cum facultate in bonis succedẽdi paternis legitimato, si regius assensus legitime obtentus sit; tunc *capiti ex præsumptuosè* locum haud fieri reor, inspicitò de Marinis *observat. ad decis. Reg. Revert.* 197. 195. & 196.

5 Probatur: caput *ex præsumptuosè* locum habet, ubi Regius, haud obtentus sit assensus, ac per consequens quælibet feudi alienatio ipso desinente infirma ducenda sit: quæ cum ita sint; juremeritò feudi alienatio nostro in themate firma est; cum Regius prius obtentus fuisse supponatur assensus.

6 Filius spurius per Regis privilegium legitimatus, ac una cum cunctis clausulis derogatoriis restitutus: numquid præcisè per hoc paterna fulgeat nobilitate distinguas, vel id expresè Rex concessit, & tunc ex Regis privilegio, ac per consequens ex gratia paternam acquirit nobilitatem, adeòque si unus de nobilium consessu Pater extabat, indidem, & ipse hujuscemodi fruitur dignitate;

7 sin

7 sin autem de hoc expressè, haud mentionatur Rex; at in communi; tunc sedilium dignitas in isthac legitimatione minimè intrusa autumatur: quandoquidem de aliorum nobilium gravamine peragitur, ac per consequens expressum Regis reposcitur velle.

8 Probatur in Regis ditione isthæc supponitur facultas, ut ex illegitimo legitimus fiat, ignobilis fiat nobilis aliquis, ac per consequens ex non sedili in nobilium consessu sedeat, idque genus: quandoquidem in ejus manu est, & condere, & derogare legi, Corasius *in ff. de legibus, & Senat. ad legem non ambigitur* 9. *num.* 4. *pag.* 261. Amaya *observat. jur. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 92. *pag.* 438. Hothomanus *in comment. verbor. jur. verbo lex, pag.* 751. & *verbo privilegia, pag.* 863. Gonzalez *secundo decretal. tit. de judiciis in cap. cum venissent* 12. *num.* 3. *pag.* 40. *cap. justum nona distinctione* Seneca *epist.* 9. Auxovius *in septem Sapientibus*; ibi: *pareto legi quisquis legata sanxeris*, Corasius *lib.* 4. *miscellanearum*, *cap.* 4. apud Gonzalez *primo decretal. tit.* 2. *de constitut. in cap. cum omnes* 6. *num.* 11. *pag.* 52. Petrus Faber *de diversis reg. juris ad* 8. *commentationem legis non omne* 144. *pag.* 526. cum, illegitimatio quoad successionem nonnisi humano attento jure inhibita sit; adeòque neu ex testamento, neu ab intestato succedere queunt, *cap. non omnes* 33. *quæst.* 2. §. *finali*, *auth. quibus modis nauturales efficiantur sui*,

DECISIO CLXXXII.

IN Causa Lauræ de Avitaia, & Benardini de Avicemma, cum Cassandra de Campo, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

ALienatio rei immobilis per Monasterium alicui, ejusque successoribus promissa accedente etiamnum deinde apostolico assensu: si alteri postmodum per Monasterium inaudito hujuscemodi promissario facta fuisse prædicetur: numquid præcisè per hoc firma ducenda sit.

SUMMÆ.

A num. 1. usq; ad finem, Thesis 1. finitio, & probatio.

1 VAlidam esse duco; tametsi Antonius Capicius *hìc in fine* per S.R.C. haud prædefinitum fuisse refert, inspicito de Franchis *decis.* 191. *num.* 10. Gabrielem *in lib.* 3. *tit. de emptione, & vendit. conclus.* 2. *num.* 34. Lanarium *consilio* 62. *num.* 7. Masullum *in addit. ad istam decisionē*, aliosque Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *alienatio rei prohibitæ ex pacto facto, &c.* hujusce memoriæ scriptor est.

2 Probatur: quicquid per Monasterium, idque genus super re alienari inhibita promissum esse prædicatur, id infirmum censetur; adùsque, & apostolicus, & novus Monasterii assensus, *cap. sine exceptione* 12. *quæst.* 2. *cap.* 2. *de rebus Eccles. alien. vel non, lib.* 6. *cap. quisquis* 19. *cap. quicquid* 30. *cap. alienationis* 37. *cap. sine* 52. 12. *quæst.* 2. *cap. vulteratiæ* 12. *qu.* 2. & ad campanæ sonum Monachi congesti cum sollemnibus à jure requisitis verificantur: quandoquidem incapax alienandi ducitur Monasterium persona; ac per consequens meliorem potius, quam deteriorem facessere potest conditionem suam; enimverò miserabilibus videlicet minori pupillo viduæ, idque genus æquiparatur personis, *l. orfano* 31. *C. de Episc. & Cler. l.* 1. *l. minoribus, ff. de minor. l. etiam ei* 45 *ff. de minor. l. si res pupillaris* 49. *ff. de minor. l. unica, Cod. de filio familias minore*, idque genus, & ubi opus necessum ducitur; in integrum restitutionem rogitare, *dicta l. orfano* 31. *Cod. de episc. & Cler. cap. cum venissent de in integrum restit.* quæ efficit, ut læsus in priscum redigatur statum, Gonzalez 1. *decretal. tit.* 4. *de in integrum restit. cap. quæsivit in comment. num.* 8. adeòque restituendi obligationem supponit, Donellus *de jure ci-*

3 *vil. lib.* 13. *cap.* 14. *num.* 20. igitur, &c. quare jueremeritò cum hisce, idque genus semper cautè agendum sit.

Pro Decis. hujusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

MOnasterium ex Monachi, vel Monialis persona: numquid suspectum allegare possit Judicem.

Alienatio rei Ecclesiasticæ inhibita: an etiamnum ejusdem rei obligatio vetita esse ducatur.

Monasterii bona; vel id genus; si justa alienandi habeatur causa: utrum absque Pontificis assensu alienari possint.

Bona Ecclesiæ salvo Pontificis assensu cū clausula *nec aliter, nec alio modo* alienās: num in excommunicationis sententiam incidere prædicetur; si possessionem tradidisse feratur; Pontificis prius assensu, haud impetrato.

SUMMÆ.

Num.

Num.1.& 2.Thesis 1.decisio,& probatio.
Num.3.& 4. Thesis 2. finitio, & probatio.
Num. 5. & 6. Thesis 3. prædefinitio, & probatio.
A'num. 7. usq; ad finem, Thesis 4.prædefinitio, & probatio.

1 Monasterium ex Monachi, vel Monialis persona suspectum allegare posse Judicem docent Novarius *in rubric.de suspit. offic.col.1. num.4.* Rovitus *in prag.1.num.70. de suspict. officia.* Thorus *compend.decis.tomo 1. §. Monasteriū, an possit allegare suspectum Judicem ex persona Monachi,* memorans in S.R.C.junctis Aulis sic prædefinitum fuisse, & in supplemento eodem §.

2 Probatur: universa Monachi, vel Monialis jura activa, passivaque in Monasterium transacta esse supponuntur, auth.*ingressi,Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis, cap. nolo, cap. non dicatis* 11.§.*cum hujus* 12.*quæst.*ac per consequens ad Monasterium spectare Monachi jura, ceu sibi incorporata defensitare debere, haud ambigitur: quare juremeritò Monasterii procurator suspectum Judicem allegare debet, argum.tex.*de SS.Episcop. §.sed, & hoc presenti, collat.9.auth. ingressi, auth.si qua mulier, Cod.de Sacrosan.Eccles.auth.nisi rogati, Cod.ad S.C. Trebellianum,* cum Monasterium representet.

3 Bona Ecclesiæ salvo Pontificis assensu,cum clausula *nec aliter, nec alio modo* alienans, in excommunicationis sententiam incidere,cōtentam in extravag. ambitiosè de rebus Ecclesiæ non alienandis existimo;si possessionem tradidisse feratur, Pōtificis prius assensu haud impetrato, est Navarri *in consilio 1. de rebus Ecclesiæ non alienandis,* Sayri *decis.11. eodem tit.*Genuensis *in praxi Archiepiscop. cap. 45.* Riccii *in praxi Eccles. parte 1. resol.53.* de Marinis *observat.ad decis. Revert.94. num.4. & 5.*hujus memoriæ scriptor est.

4 Probatur:ex isthac reservationè ritè arguitur scientia contractionis rei inhibitæ alienari, de Marinis *loco supralaudato num.4.& 5.* enimverò possessionem tradere de sui conceptu Pontificis assensum præsupponere debere necessum est, alioqui ceu actus à sacris vetitus canonibus infirmus esset, *cap.sine exceptione 12.quæst.2.cap.2.de rebus Eccles. alienan.vel non, lib.6.cap.non licet 20. cap. Diaconi 12.quæst.2.cap.quisquis 33.quæst.9. cap. nosti, de electione, cap. ambitiosæ extrà de rebus Eccles.non alienand. cap. placuit 51. cap. Episcopus 58. cap.quicumque 66. cap. si Episcopus 12.quæst.2. cap. hujusmodi, vers. apud duos 12,quæst.2.cap.nullus 39.17.quæst.4.cap. 3.de jure patron. cap. auditis 29. cap. quia propter 42.de elect.*Concilium Aurelia.4. *cap. 9.*Paulus 4.*constit.2.injunctum,* Sarmiento 1. *part.de reddit.cap.2.per totum,* ac per consequens censuram violaret; nam aliquem procul à Pontificis assensu in possessionem redigere; neu simpliciter; neu sub conditione verificari par est; cum semper Pontificis decretum violetur, adeòque in censuram incurritur.

5 Alienationem rei Ecclesiasticæ inhibitam: etiamnum ejusdem rei obligationem vetitum esse haud ambigitur. est Revert *decis.2. num. 255.*nonnullos describens Authores.

6 Probatur ex textu *in l.1.§.eam rem, ff.quæ res pignori obligari possit,* Author est idem supralaudatus: siquidem obligatio nonnisi alienationis via ducitur: quandoquidem mater actionum obligatio est,cum ex obligatione dimanet; inde fit, quod quælibet actio obligationem supponit, Tholosan. *syntag.juris lib.24.cap.2.num.1.*hinc Tullius pro Cecinna; ibi: *quod spopondit qua in re verbo uno se obligavit, id non facit; maturo iudicio sine ulla religione Judicis condemnatur,* ac per consequens nil mirum si, & alienatio, & obligatio inhibitæ sint; alioqui res obligata ad ejusdem alienationem devenire nequiret, quod per absurdum foret, cum frustrà sit potentia illa,quæ actum haud gignit secundum, *l.hæ enim, §.si Prætor, ff. de suspectis tutor, l. multum interest, Cod. si quis alteri, vel sibi cap.pastoralis, §.quoniam de rescriptis.*

7 Monasterii bona, vel id genus si justa alienandi habeatur causa, absque Pontificis assensu alienari nequire existimant de Marinis *resol.juris lib.1.cap.6.num.1.*

8 Probatur 1. Tametsi prisca inspecta tempestate licita erat rerum Ecclesiasticarum alienatio; his dumtaxat verificatis; nempe justa causa, & forma, *cap.1.de rebus Ecclesiæ non alienandis in 6.clem.2.eodem tit.* verumtamen hodie præter isthæc, Pontificis assensus reposcitur, ut sancitum est *in extravag. ambitiosè de rebus Ecclesiæ aliēnādis vel non,* in qua quilibet alienandi modus inconsulto Romano Pontifice inhibetur. *cap.ambitiosæ, extrà de rebus Eccles.non alienan. cap.ad audientiam 12.de præscript.cap.per tuas,de donationibus,* Concil.Aurelian.4. *cap.9.* Paulus 4.*constit.2.injunctum*; igitur, &c.

9 Probatur 2.ubi requisitum aliquod pro effectu aliquo verificando essentiale autumatur; toties ipso verificato actus infirmus est. exēplo esto, & de unione respectu totius qua definēte deest totum; & de testibus in testamentariis deficientibus tabulis, *l. hac consultissima 21.Cod.de testam.§.sed hæc instit.lib.2.tit. de testam.ordinand.*atqui nostro in themate apostolicus essentialiter reposcitur assensus; ad instar feudorum,in queis regius necessariò verificari debet assensus, *l.imperialem, §.1.& §.callidis, de probib feud. al. per fed. & cap.è contrariò, de invest.de re al.fact.§.ult.in quibus causs.feud.*Hotmanus *cons.31.per totum;* igitur, &c.

DECISIO CLXXXIII.

IN Causa d. Ducis Neritoni, cum domino Principe Bisiniani: dubitatum est, an si debitum ex causa dotis transfusum sit in causam mutui, seu mutuum transeat, seu vigeat cum eisdem privilegiis, quoad cursum usurarum, seu interusurii dotalis, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

INteresse ex dote dimanans: numquid mutui robore tribuendum sit, si dotalis contractus in mutui vim versum esse prædicetur, ac per consequens cum iisdem dotis privilegiis, idque genus refundendum sit.

SUMMÆ.

A num. 1. usq; ad finem, Thesis finitio, & probatio.

1 DIstinguendum est: vel instrumentum mutui, & perfectum sit, & prior contractus dotalis extinctus esse omninò supponuntur; vel non. Si
2 primum, & tunc juxtà contractum mutui interesse solvendum sit: siquidem primeus dotalis contractus extinctus esse supponitur; ac per consequens cum iisdem privilegiis, idque genus in mutui contractum transilire nequit; quare juxtà hanc secundam pactionem contrahens interesse solvere astringendus est: sin
3 secundum, & tunc primam obligationem in suo restare robore plusquam manifestum est, adùsque per contractum perfectum extincta prædicetur; ac per consequẽs nil obligationis dotalis in mutui vim transit, consule *hic* Capicium, Lanarium *consilio* 18. *num.* 9. Thorum *compend. decis. tomo* 1. §. *usuræ, seu interesse dotis an debeantur vigore,* aliosque:
4 enimverò perfecta secunda obligatio, priorem supponit imperfectam: igitur donec secunda perfecta perhibetur; in suo manfitare supponitur robore, cum melior sit possidentis conditio, *l. si debitor, ff. de pignor. l. is qui destinavit, ff. de rei vindic. l. finali, Cod. eodem tit. l. qui accusare, Cod. de edendo, §. retinendæ, vers. commodum, instit. de interdictis, cap. pro possessore de regulis juris lib. 6.*

Pro decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

INteresse dotium post viri obitum: an mulieri à viri hæredibus tribuendum sit.

Interesse dotis, per sororẽ fratri cessæ: quo tempore ipsi à fratribus deinde dandum sit.

Interesse, seu usuræ dotis viro haud solutæ; tametsi lapso biennio debeantur: si longeva tempestatis intercapedo lapsa fuerit: numquid rogitari queunt; an verò dono datæ ducendæ sint.

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. Thesis 1. decisio, & probat.
Num. 3. & 4. Thesis 2. finitio, & probatio.
Num. 5. & 6. Thesis 3. prædefinitio, & probatio.

1 INteresse, seu usuræ dotis viro haud solutæ: tametsi lapso biennio debeantur; si longeva tempestatis intercapedo lapsa fuerit: tunc rogitari posse, adeòq; haud fore donatas, ac per consequens quolibet tempore, ac istæ petuntur restituendas esse duco, est Grammatici *decis.* 70. Mascardi *de probat. conclus.* 1377. *num.* 96. Vivii *in silva comm. opin. in opinion.* 626. Molfesii 10. *parte quæst.* 16. *num.* 11. *in consuet. Neap.* aliorumque Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *usuræ, seu alimenta dotium non solutæ marito, quamvis debeantur.*
2 Probatur: irrita, infirmaque ducitur illatio isthæc, non rogitat quicquid sibi debetur; igitur dono dat: siquidem id sæpe numerò, vel ex inertia, vel socordia, vel id genus; vel alio ex fine subnascitur; quam ex donationis motivo; enimverò ex antecedenti indifferenti, determinata haud gignitur illatio; quemadmodum ipso permisso, ejus consequentia concedenda est, si ritè ex ipso dimanat, *l.* 1. §. 1 *ff. si ususfructus petatur, l.* 3. §. *qui habet, ff. de servit. rustic. præd.* ipsoque extincto, ejus identidem destruitur illatio, *l.* 1. §. *hujus rei, ff. de officio ejus, l. veteres, ff. de itinere, actuque privato;* igitur, &c.
3 Adùsque à viri hæredibus, & alimenta, & habitationem, & his similia prensat mulier, dotium interesse ab eadem non esse petendũ reor: inspicito Franchum *decis.* 217. Molfesiũ *in comment. ad consuetud. Neapol. parte* 6. *qu.* 10. *num.* 7. *& sequ. & num.* 17. ubi *num.* 20. alias tradit similes decisiones S. C. *parte* 7. *quæst.* 11. *& quæst.* 12. Riccium *collect. decis.* 98. aliosque Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *interesse dotium an debeatur mulieri post mortem.*
4 Probatur: inter dotium interesse, ac uxori ali-

alimenta præstanda & habitationem; idq; genus defactò compensatio verificatur, cum compensatio nonnisi inter liquidum, & liquidum detur; secus verò inter illiquidum, Antonius Faber 4. *Cod. de compensat. tit. 23. def. 2. num. 2. & 3. in allegat. pag. 378. & def. 13. n. 1. in allegat. pag. 381. & def. 18. num. 5. in allegat.* Donellus *in l. compensationes ult. nu. 5. & 6. Cod. de compensationibus*, Cujacius *in rubr. Cod. de compensat. lit. D.* Vulteius *in §. in bonæ fidei, instit. de action.* Anton. Faber 4. *Cod. tit. 31. defin. 10.* Hotmanus *in l. ex causa, nu. 2. circa finem*, Gonzalez *in cap. 2. de deposit num. 10. ad finem*, Pichard. *in d. §. in bonæ fidei num. 17. instit. de action.* juxtà textum *in l. finali, l. si constat, l. neque scriptura 6.* ubi Donellus, Vissembachius, & his similes, *Cod. de compensat. cap. bona fides de deposit.* igitur nil mirum si à viri hæredibus nil præstandum sit, dummodò dotis interesse apprimè, & alimenta, & habitationem, & similia excederet: siquidem tunc aliter de excessu illo prædefiniendum erit, ne cum aliena quis locupletur jactura, quod juribus obnoxium est, *l. nam hoc natura, Cod. de condict. indeb. l. naturaliter, §. finali, l. hæc conditio 66. ff. eodem tit. l. bona fides 50. ff. de action. empti, l. jure naturæ 206. ff. de regulis juris, l. ult. Cod. de usucapion. pro emptor. cap. suam de pænis, cap. locupletari 47. de regulis juris lib. 6.* Antonins Faber *in Iurisprudentia tit. 1. de just. & jur. princ. 2. illat. 1. circa finem.* hinc Cicero 3. *officior.* ibi: *Nam ut sibi quisque malit, quod ad usum vitæ pertineat, quàm alteri adquirere concessũ est, non repugnante natura. Illud natura non patitur, ut aliorum spolii nostras facultates, copias, opes augeamus. Neque verò hoc solùm natura, idest juregentium, sed etiam legibus Populorum (quibus in singulis Civitatibus Respublica continetur) eodem modo constitutum est, ut non liceat sui commodi causa nocere alteri*, & 4. Act. Verr. *Non est permissum*, inquit, *ut impunè nobis liceat, quod alicui eripuerimus, id alteri tradere*, & 3. *de finibus*; ibi: *Alienum est à justitia, ad quam nati esse videmur, detrahere quid de aliquo, quod sibi assumat*.

5 Interesse dotis per sororem fratri cessæ, quo tempore ipsi à fratribus deinde tribuendum sit, & tametsi à tempore petitionis à fratribus sorori interesse hujuscemodi dandum esse sancitum refert de Franchis *decis. 46.* quam prædefinitionem sectatur Thorus *compen. decis. tomo 1. §. interesse dotis cessæ per sororem fratri, an debeatur*, aliique: verumtamen melius à die denegationis currere, ac de ipso rogitare posse existimo.

6 Probatur: acontinenti ac dos à sorore fratri cessa sit, & ab eadem tradita; neu soror in familia alitur; atqui extrà, nil de familia reciperans; toties necessum ducitur, ut de suo suppeditatur, ac per consequens de interesse ex dote dimanante, ut se ipsam asservet. hinc Tullius 5. de finibus: *Omnis natura est conservatrix sui*, & 4. de finibus; ibi: *Omnis natura vult esse conservatrix sui, & ut salva sit, & in genere conservetur suo*, & 2. de finibus: *Omne animal simul ut ortum est, & se ipsum, & omnes partes suas diligit*; igitur à die denegationis sustẽtationis, interesse istiusmodi refundendum est.

DECISIO CLXXXIV.

IN Causa Magnifici Michaelis Cossæ usufructuarii Terræ Procidæ, cum Magnifico Petro Cossa eius filio, ac proprietario dictæ Terræ. donaverat enim Michael Petro Procidam reservato sibi usufructu: dubitatum est, quis possit à Vassallis exigere adjutoria, an Michael usufructarius? an Petrus proprietarius, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

SI in feudo duo extarent domini, unus proprietarius, alter verò usufructuarius: auxilium à vassallis domino debitum, cuinam ex hisce duobus refundendum sit, usufructuario feudi ne? an verò ejusdem proprietario?

SUMMÆ.

A nu. 1. usq; ad fin. Thesis 1. decisio, & prob.

1 QUicquid sit de Antonii Capicii hìc doctrina, rationes utriusque referentis, nempe, & usufructuarii, &

2 proprietarii, aliorumque; lubet me hoc in themate sic distinguere: vel vassalli utrique præstare auxilium queunt, vel non; si primum tunc haud magis usufructuario; quam proprietario à vassallis præsidium præstandũ esse reor: siquidem uterque suo in genere verus feudi dominus reputatur, cũ proprietarius

3 tametsi actu feudi usufructu minus utatur: attamen ex se suo in genere verus ducitur dominus, cum extincto usufructuario; ususfructus cum proprietate consolidetur, *l. 3. l. si domina 10. l. ambiguitatem 12. Cod. de usufructu, l. vel si servo 15. ff. familiæ ercìscundæ, l. usumfructum 5. ff. de usu, & usufructu legato.*

to, cap.privilegium de regulis juris in 6. §.finitur, instit.de usufructu,l.si servus 27.ff.quibus modis ususfructus, & id genus; igitur etsi non sit actu usufructu fruens ; verumtamen est inpotentia proxima , quod ad veram do-
4 minii essentiam sat est; sin secũdum tunc potius usufructuario, quam proprietario præsidium hoc à vassallis refundendum sit : enimverò licet verus feudi dominus proprietatis vocitatur : attamen adusque usufructuarius superstes sit ; proprietas dormire ducitur ; ac per consequens per accidens à vassallis servitium præstandum sit: quandoquidem intereà ipse suo in genere pro vero habendus sit domino , ac per consequens servitium à jure ipsi debitum tribuendum erit , ubi necessitas reposcit ; alioqui haud foret usufructuarius ;
5 cum ipsius essentia pessundaretur ; nam omnem ex feudo utilitatem non reciperaret,cum actuale servitium, quod inter utile , quod ex feudo percipi assolet ; prensare non perhiberetur .

Pro Decis.hujusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

BAroni dotem à Patre legatam solventi:nũquid præsidium præstare astringendi sunt subditi.

Baroni oppidum , idque genus ementi : an subditi succurrere teneantur .

SUMMÆ.

Num.1.2.& 3.Thesis 1.decisio, & probatio.
Num. 4. & 5. Thesis 2. finitio,& probatio.

1 BAroni dotem à Patre legatam solventi: numquid præstare astringendi sunt subditi, & tametsi astringendos fore vassallos à Barone per S. R. C. prædefinitum fuisse edocent Anna *in singulari 11.adjutorium*, Molsesius *in consuet.Neap. parte 6.quæst.4.num.20.* Amendola ad Franchum *decis.42.num.4.*Capiblanchus *in prag. 1.de Baron. num.71.* Thorus *compend. decis.*
2 *tomo 1.hujus memoriæ Scriptor est* : verumtamen in juris puncto quispiam publicis in thesibus tutò secus defensare posset,ceu deinde per idem Tribunal prædefinitum fuisse testantur Camillus Salernitanus *in addit.ad rubric.consuetud.Neap.de jure dotium,colum. 3. vers. cæterum adde sollemnem folio 230.* Thorus *cempend.decis.tomo 1. §.adjutorium an debeatur à vassallis pro sorore maritanda.*
3 Probatur : dotis solutio à Barone facienda extrà ipsius jurisdictionem esse ducitur:quandoquidem Baroni opitulari adstringendi sunt vassalli in iis,quæ ad bonum servandum protendunt publicum , ac per consequens belli studio , vel id genus ; hinc Tullius in somno Scipionis; ibi : *Omnibus qui Patriam conservarint, adjuverint , auxerint certus est in Cœlo, & definitus locus , ubi beati ævo sempiterno fruantur*, & Philipp.14. *debemus grata eorum virtutem memoria prosequi , qui pro Patria vitam profuderunt*;secus verò in illo, quod ad privatum ejus bonum pergit; quandoquidem numquamnon privatum communi cedit bono .
4 Baroni Oppidum idque genus emẽti:numquid subditi succurrere teneantur, & licet in R.C.S.semel ad suppeditandum Baroni astringendos fore subditos prædefinitum fuisse describunt nonnulli Iacobus de Ayello *in trac. de jure adhoæ,nu.32.vers.quintus casus,& an possit, &c.*Capiblancus *in prag.1. num.66.de Baron.*Author est Thorus *tomo 1.compen. decis. vers.adjutorium an debeatur Baroni pro*
5 *emptore Terræ* : verumtamen secus in juris puncto erit decernendum,idque ob rationem demonstratam in primo capite, cum eadem militet ratio , ac per consequens eadem juris statuitio, *l.illud, ff.ad leg.aquil. l.si postulaverit, §.2.ad leg.jul.de adulter.*

DECISIO CLXXXV.

IN Causa Domini Diomedis Carraphæ Comiti Magdaloni, cum Domina Comitissa eius Matre, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti Species.

SI alicui fructus feudi relicti esse prædicentur: numquid, & Magistratus creare , & jurisdictionis criminalis proventus percipere possit.

SUMMÆ.

Num.1.& 2.Thesis 1.decisio, & probatio.
Num.3.& 4.Thesis 2.finitio,& probatio.

1 HAud prensare posse duco , est Antonii Capicii *hic* referentis sic per S. C.prædefinitum fuisse ; ibi : *S. C. votavit ad d.Comitissam non spectare creationem Capitaneorum , nec fructus jurisdictionis criminalis*; Thori *compend. decis. tomo 1.§.officialis creatio an spectat ad usufructuarium .*
2 Probatur : Ly *Magistratuum creatio* . Tũ *criminalis jurisdictionis proventus* nobilioris extant conditionis , ac mera fructuum perceps-

ceptio simpliciter prolata; ac per consequens in Tò fructuũ perceptio generaliter sumpta, minus cōprehendi differuntur isthæc nisi de ipsis expresè mentionatur: quare species hujuscemodi respectu perceptionis fructuum generaliter sumpta, eterogenea ducitur; neu cōcedentis mens est hasce species amplecti; enimverò quæ extrà mētem sunt; pro nihilo ducenda, cum nil valerà agentium operari possint, *l.cum omnis.ff. si certum petatur, l.in agris, ff.de acquirendo rerum dominio, l. 2 ff.de his, quæ in testam.delentur*, Connanus *comment.juris civilis lib.7. cap.1. num. 13.*

Est bene verum, quod quamvis dicta Comitissa certis annis, &c. *Hæc Antonius Capycius.*

Secunda Facti Species.

Legatarius per interpretationis errorem à legato recedens: numquid facta deinde germana ejusdem interpretatione illud acquirere possit; ac per consequens variare.

3 Illud lucrari posse, ac per consequens variare autumo, est Antonii Capicii *hic in fine*, memorantis sic per S.C. prædefinitum fuisse; ibi: *Sacrum Consilium admisit tamquam errorem juris incerti: unde judicavit in ejus favorem pro dotibus, & juribus dotalibus*: Thori *compend.decis.tomo* 1. §.*legatarius recedens à legato per errorem*.

4 Probatur: legatarius hoc in themate haud in culpa esse supponitur; ac per consequens minimè pænam luere debet, cum pæna supponat culpam, Divus Thomas 2. 2. *quæst.* 108.*art.2.in solut.&* 112.*quæst.*87. *art.*7. *&* 8.ac delicto commensuretur, *l.sancimus* 22. *Cod.de pænis, cap. non afferamus stateras in fine* 24.*quæst.*1.*cap.felicis nu.*12. suum teneat Auctorem, *l.sancimus, Cod.de pænis, l. absentem, ff. eodem tit.* hinc Cicero paradox. 3. *Peccare est tamquam transilire lineas, & ibidem peccare certè licet nemini*, & denique 1. offic.*quæ parva videntur esse delicta, neque à multis intelligi possunt, ab iis etiam diligentius est declinandum*; si igitur in primordio germanam fecisset interpretationem, sane variatio minus suborta fuisset; reciperasset namque legatum illud sicut erat recipiendũ.

Pro decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

Usufructuarius feudi jurisdictionis contentiosæ in officio delinquens suo: numquid privandus sit munere defuncti bona pro legato restituendo.

Hypothecata: an identidem pro ipsius fructibus ab hærede perceptis obstricta sint.

Si contrà hæredem judicium inceptum sit, & de collusione, & de legatarii interesse suspicio habeatur: utrum legatario in foro sistere fas est.

SUMMÆ.

Num.1.2.& 3.Thesis 1.finitio, & probatio.

Num.3.& 4.Thesis 2. prædefinitio, & probatio.

Num.5.& 6.Thesis 3.decisio, & probatio.

1 Usufructuariũ feudi jurisdictionis contentiosæ in officio delinquētem, munere suo esse privandum existimat, Paris *de sindicatu*, memorans sic per S.C.sancitum fuisse, Thorus *compend. decis.* §.*officialis delinquẽs in officio,&c.*Author est.

2 Probatur: Magistratus in suo delinquens munere reus efficitur, ac per consequens per superiorem plectendus sit suum: expedit nãque bono publico, ut delicta puniantur, *l.ita vulneratus, §.quod si quis, vers.cum neque impunita, ff.ad legem aquiliam, l.licitatio, §. quod illicitè, ff. de publican.* consentaneum porrò est eum privare officio, neu amplius, delinquendi ansa præbeatur, neu fraudibus aditus fiat, *l.in fundo, ff. de rei vindic. l. cum is, §.cum lis.ff.de transact.l.qui sub prætextu, Cod.de sacros.Eccles.*neminique patrocinari debeat, *l.itaque fullo, ff.de furtis, cap. dictum* 30.*quæst.*1.*cap.intelleximus de judic. cap.tuæ* 12.*de Cleric.non resid.* & ne subditos scandalo offendat, cum æquissimum sit ad aliorum exemplar magistratus delinquentis punire; hinc juremeritò Cicero de legibus: *Sudandum est iis, qui magistratum gerunt pro communibus commodis adeundæ inimicitiæ: subeundæ sæpe pro Republica tempestates: cum multis audacibus improbis, nonnunquam etiam potentibus dimicandum, &c.* & Rex Assuerus iratus contrà Vasthi Reginam, interrogavit sapientes suos sententiam ferre; illi non excusarunt absentem; at responderunt, *Regis justa est indignatio*, ac postmodum Cato major incitans Magistratus ad puniendum delinquentes, dixit: *eos qui cum valeret, non interpellarent, flagitia admittentes, hæc incitare* Plut.in Apoph.

3 Si contrà hæredem judicium inceptũ sit, & de collusione, & de legatarii interesse suspicio habeatur, tũc legatario in jure dicẽdo assistere esse permissum reor, ut per S.R.C. prædefinitum fuisse junctis Aulis litteris prodit Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *legatarius an possit assistere in judicio attentato contra hæredem*.

4 Probatur: ubi de alicujus interesse in foro peragitur toties illum in foro admittere fas est, ne quis indefensus linqueretur, quod juribus obnoxium foret, cum defensio à naturali suborta sit jure, Caramuel *Theologia*

mo-

moral. quæst. 8. casu 37. pag. 124. Cironius *in paratitl. 5. decretal. tit. 28. de appellat.* quod suum vendicat locum, etsi de hoc aliqua habeatur suspicio, cum rectè haud dissonum sit rationi; adeòque faciendum, cum pro justo licitoque habeatur Cujacius *tomo 2. de justitia, & jure leg. 6. pag. 164.* igitur. &c.

5 Defuncti bona pro legato restituendo hypothecata, identidem pro ipsius fructibus ab hærede perceptis obstricta esse; adeòque fructus legati etiamnum fore tacitè hypothecatos haud ambigitur, est adversus Franchum *decis. 374. num. 12.* Thorus *compend. decis. tomo 1. §. legatarius etsi habeat tacitam hypothecam in bonis testatoris.*

6 Probatur: eadem prorsus de legato urgere proditur ratio; ac de ejus fructibus, ac per consequens eadem juris prædefinitio, *l. illud, ff. ad leg. aquil. l. si postulaverit, §. 2. ff. ad leg. jul. de adulter.* siquidem legatum legatario ex testatoris mente refundendum est, quæ ceu lex servanda est Andreas Alciatus *in l. si filius ejus, num. 5. vers. ita etsi, ff. de liberis, & posthumis,* cum à testatore ad legem firmum ducatur argumentum; igitur etiam fructus ex legato dimanantes: quandoquidem uti accessorii suo cedunt principali, *cap. accessoriũ, de regulis juris in 6. l. etiam, Cod. de jure dotium;* alioqui hæres cum aliena locupletaretur jactura, quod à juribus alienum, *l. nam hoc natura 14. ff. de condit. indebiti,* Antonius Faber *in juris prudẽtia de justit. & jure princip. 2. illat. 1. in fine, pag. 5.* Donellus *commen. de jure civil. lib. re rebus privat. cap. 5. sub num. 20. & 30.* neu id à defuncti mente alienũ est; cum extincti mens sit, & legatum, & ejusdem fructus legatario acquiri, quod ex illo etiam liquet dicterio, res domino fructificat suo; argum. *l. nam hoc natura, Cod. de condict. indeb. l. in re naturæ 206. ff. de regulis juris, l. hæc conditio 66. l. naturaliter, §. finali, ff. de condict. indeb. l. bona fides 50. ff. de action. empt. l. ult. Cod. de usucapion. l. 6. ff. de acquirendo rerum dominio, l. in pecudum 28. ff. de usur. l. centum 22. Cod. de rei vendicat. l. 3. Cod. de cond. ex leg. l. 4. §. 3. ff. fin. reg. l. 4. in fine, Cod. de crim. expil. hæred. l. quæsitum 40. in fine, ff. de acquirendo rerum dominio, l. 4. §. lana, ff. de usur. §. si quis à non domino,* ubi Hotmanus, Balduinus, Vulteius, Stephanus Bodeus, Borcholten, idque genus, *instit. de rer. divis. & adquir. ear. dom.* ac per consequens apud eundem asservanda est, Oroz *de apicibus juris civilis lib. 1. cap. 5. num. 2.* igitur, &c.

DECISIO CLXXXVI.

IN Causa Magnifici Francisci Milani, cum Domina Ducissa Terræ Nove, &c. *Hæc Antonius Capic.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

PRocurator in lite rei feudalis designatus; nũquid judicium per litis contestationem cæptum assiduare adstringendus sit, si principalis sit.

SUMMÆ.

A num. 1. usq; ad finem, Thesis 1. decisio, & probatio.

1 ESse cogendum autumo, est Antonii Capicii *hìc in fine,* edocentis sic per S.C. sancitum fuisse; ibi: *Sacrum Consilium decrevit procedendum esse in causa cum dicto Procuratore tamquam domino litis,* Annæ *singulari 329.* Frec. *de subfeu. lib. 3. in 15. qu.* Thorus *compend. decis. tomo 1. Procurator constitutus in lite rei feudalis* hujus memoriæ Scriptor est.

2 Probatur: acontinenti, ac litis contestatio fiat; litis dominus procurator fieri perhibetur, *l. neque 11. §. ipsi etiam tutores, Cod. de procurat. l. procuratoribus 22. & sequ. Cod. de procurat.* Antonius Faber *4. Cod. tit. 28. de pigno. actione 13. num. 2. in allegat.* cum litis contestatio sit judicii primordium, Cironius *in paratitl. de litis contestat. num. 5. pag. 118.* ac per consequens cum ipso judicium assiduare debent; immò ad id astringendus sit, ne lites in infinitum protrahantur, Cironius *in paratit. tit. de appellat.* Tullius *Philippica 8.* Cujacius *lib. 12. observat. cap. 4.* idque genus, *l. litibus, §. litibus, Cod. de agricol. lib. 11. l. properandum, Cod. de judiciis; l. quidam, ff. de rebus creditis, l. minoribus 6. ff. de minoribus, l. labeo 3. §. 1. ff. de recept. l. ult. ff. pro suo, cap. irrogantium 2. de sent. & re judicat. cap. sicut 2. quæst. 1. cap. finem, cap. fin. de dolo, & contum. cap. nonnulli, vers. cùm autem de rescriptis, Clem. dispendiosam de judic. cap. constitutis de procurat. l. si servus de oblig. & action. l. æquissimum 17. de usufruct. l. 4. ff. de alienat. judic. Clem. sæpe de verbor. significat. cap. finem litibus de fin. & contum.* Trident. *sess. 24. de reformat. cap. 20. & sess. 25. cap. 10.* consule Cujacium, idque genus *in d. cap. jurgantium 2. de sent. & re judic.* Osualdum ad Donell. *lib. 23. commen. cap. 9. lit. Z. & lib. 26. cap. 1. lit. K.* supralaudatum Cujacium *lib. 1. observat. cap. 8. & lib. 17. cap. 23.* Quintil. *declam. 309.* nevè frustrà tempus conteratur, alterius creationem expectando; igitur, &c.

Pro

Pro Decis. hujusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

PRocurator partis: numquid procuratorio nomine ad deponendum, utpotè principalis cogi possit.

Si principalis absens sit: utrum Procurator in termino sibi ad probandum dato jura offerre; vel reseruare possit.

Procurator litis dominus factus, si principalis extinctus sit;neu hæres in Senatu appare: num interea in causa procedere valeat.

SUMMÆ.

Num.1.& 2.Thesis 1.decisio,& probatio.
Num.3.& 4. Thesis 2.finitio,& probatio.
Num.5.& 6.Thesis 3.prædefinitio, & probatio.

1 PRocuratorem partis: numquid procuratorio nomine ad deponendum, utpotè principalem non esse adstringendum explorati juris esse, est adversus Afflictum *decis.*92.Riccium *collect. decis.*141. aliosque Thorus Author est *compend.decis.tomo* 1.§.*procurator partis an cogi possit ad deponendum*.

2 Proba.Procurator,qua procurator est procuratoris,secus verò principalis gerere perhibetur munus, *l.*1.*in princ.l.*3 *d.filii* 8.*l.si quis* 31.§.*unius,l.qui proprio* 47.*in princ. l.Paulus* 69.*ff.de procurat.l.rectè* 36.*ff.de judic.l.si diligenti* 5.§.*ult ff.mandati, l.licet* 42.§.*is qui, ff. de procurat. l.ult.quando Fiscus vel privat. l. qui stipendi de procurat.l.*1.*ff.pro empt.l.si verò,* §.*contrario, ff. de procur.* Teutlerus *lib.*1. *select. thes. disput.*9. ubi Bachovius, Vulteius *de judiciis lib.*1.*cap.*7. *num.*59. Duarenus *ad tit.de procurat.cap.*2.*&* 9. Petrus Gregorius *lib.*3.*partit.tit.*18.*cap.*7.Donellus *in l.data* 1.*num.*41.*&* 15. *Cod. de obligat. & transact. & in l.excepta* 1.*num.*12.*Cod.per quas personas, &c.& in l.procuratorem* 11.*num.*2.*Cod. mandati, vel contra,*cum alterius; secus verò suam representet personam, extant namque correlativa isthæc inter se,principalis, & procurator, qui pro suo constitutivo domini mandatum reposcit, *l.*3.§.*sed etsi forte, ff. judic.solvi,*Faber 4.*Cod.tit.*14.*def.*30.*num.*2.*in allegat.& tit.*19.*defin.*2.*num.*1.*in allegat.* siquidē tametsi sui muneris est principalis personam, & representare,& defensare, Gonzalez 1.*decretal.in cap.cum pro causa* 6.*in commēt. tit.*38.*de procurator.*jura,Authoresque supralaudati;verumtamen ubi deponit,nonnisi pro curatorio nomine; secus verò ut principalis deponit illa, quæ si principalis in Senatu foret; deponeret; igitur, &c.

3 Si principalis absens sit: tunc procuratorem in termino sibi ad probandum dato;jura offerre, vel sibi reservare posse edocent, Bartolom.de Capua *in const.lite legitimè cōtestata in vers.in textu, vers.proponat*, Thorus *compend. decis.tomo* 1. §. *procurator potest reservare,vel offerre jura in termino* memoriæ, tradens sic in M.C.V.sancitum fuisse.

4 Probatur: ignorantiæ causam allegare posset, ac per consequens utpotè ignorans jura ad terminum sibi àJudice datum reservare, quod à recta haud alienum reputatur ratione; quandoquidem ignorantia facti, justa, & probabilis excusat,*cap.ignorantia de regulis juris in* 6.inde fit,quod in dubio non præsumitur, nisi scientia probetur, *l. verius, ff.de prob.cap.præsumitur* 47.*de regulis juris lib.*6. cum non differatur negligere,vel jus contemnere suum, *l.nec ignorans,Cod.de donat.*neque currit tempus, *l. quandiù, Cod. qui admitti*.

5 Procurator litis dominus factus, si principalis extinctus sit; neu hæres in Senatu appareat, intereà in causa procedere posse censeo: neu obstat S.R.C. prædefinitio, quam refert Thorus *compen.decis.tomo* 1. §.*procurator effectus litis:*siquidem in alia facti specie extat: loquitur enim de principalis rebellione; in qua procurator haud est admittendus,*l.penultima,* §.1.*ff.de publ. judic.* Julius Clarus *in pract.crim. quæst.*32. Antonius Faber 4. *Cod. tit.*15.*de testib.def.*25.*num.*1. *in allegat. l.penult.*§.*ult.ff.de public.judiciis,*argum.*l.ultim. Cod.de acc.*argum.*l.de munere,* §. *penult. ff.de quæst.l.penult.*§.*ult.& l.inter, ff.de public. judic.*consule Donellum *lib.*18.*de jure civili, c.* 10.*à vers.in criminalibus causis*.

6 Probatur:irrita ducitur illatio isthæc principalis obii:; igitur identidem ejus procurator,ac per consequens adusque legitimus successor in judicio sistit; ipse interea nil agere debet, quod per absurdum est;quandoquidem id bono refragari differitur juri: quæ enim juribus opposita sunt; haud facienda sunt; eninverò pro non justis habeantur, Cujacius *tomo* 2. *de justit. & jure, l.* 6. *pag.* 164. cum expediens sit bono communi,ut lites finiantur, Cironius *in paratitl. tit.de appellat. pag.*160.*philippica* 8.Cujacius *lib.*12.*observa. cap.*4.Gonzalez *in cap.cum sit Romana* 5. *tit.* 18.*de appellat. in comment. num.*4. *pag.*771. ac hæreditatis jacentis jura tueantur, cum testatorem representet; siquidem hæreditas jacens idem æquipollens est, ac non adita, vel acquisita ei, cui delata est, quæ in nullius bonis est, *l.*1.§.1.*de rerum divisione,l.denique,* §.*quæsitum quod vi,aut clam*. Nec possessionem habet, cum possessore careat. Possessio enim quid facti est,& animi capax,non est incorporea res, qualis est hæreditas jacens, Cujacius *ad l.*88.*de acquirenda, vel omittenda hæreditate, lit.D.pag.*535.*tomo* 1.

DECISIO CLXXXVII.

IN Causa Magnificorum Leonardi, & Perloysii Comi fratum ad invicem, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

AQuam habens in fonte ejusdem domus venditor, quæ per stillicidios, canalesve ad alias ipsiusmet alienantis domos aliquantulum divisas ducitur: si ob Judicis necessitatem, vel id genus domum hujuscemodi alienare adstringatur: nũquid aquam, ut ad alias fluat domus sicut prius, sibi reservare possit.

SUMMÆ.

A num. 1. usq; ad finem, Thesis 1. decisio, & probatio.

1 SIbi reservare posse haud est ambigendum: tametsi cum servitute isthac minori appretianda sit domus, ac ipsa remota, est Capicii *hic in fine*, consule Thorum *compend. decis. tomo* 1. §. *aquam habens venditor in fonte*, nonnullas facessentem distinctiones; quæ juxtà Capicianam facti speciem frustrà censendæ sunt; si facti speeies ritè perpendatur.

2 Probatur: tametsi domus alienatio hoc in themate permissa sit (siquidem Iudicis authoramentum urgere edisseritur) verumtamen circa ejusdem alienationis modum nulla ducitur necessitas, ac per consequens justa ex causa servitutem hanc imponere potest venditor; idque ne cæteræ suæ domus aqua careant, quam prius habebant: quandoquidem nemo est adstringendus tãto cum onere suam alienare rem, cum unusquisque sit moderator, & arbitrer in re sua, *l. in re mandata, C. in re mandata*, nisi ratio aliud Judici suadeat, argum. *l. ita vulneratus* 15. §. *ult. ff. ad l. aquil. l. sunt personæ* 43. *ff. de relig. & sumpt. funer.*

3 Hinc suboritur difficultas: quid prædefiniendum si simpliciter nil mentionato de servitute, domum alienasset suam: numquid servitutem hanc ilicet per canales ad alias domus suas aquam ducere sibi reservasse perhibeatur.

4 Haud sibi reservasse plusquam est apertũ: siquidem rem minimè viliori alienavit pretio; sed illo, quo æstimata fuit domus, prout est in se: cum res quælibet, quæ alienatur; eo pacto, quo reposcitur, divenditur: verumenimverò in nostra facti specie nulla in re reperitur servitus; igitur procul à servitute isthac alienata ducitur, *l. si quis domum* 9. §. *Julianus, l. si quis fundum, ff. de locato, l.* 1. 8. *Cod. de servitut.* Antonius Faber 4. *Cod. tit.* 42. *defin.* 30. *num.* 2. *in allegat. &* 3. *ejusdem tit.* 12. *de jurisdict. omn. judic. defin.* 17. *num.* 4. *in alleg.* nam in oneribus, servitutibusque, idque genus imponendis; non simpliciter, at expresse contrahentium velle reposcitur, cum de re gravi agatur, Alciatus *regul.* 2. *præsumption. præsumpt.* 3. *d. l. cum quis* 38. *l. si cum Cornelius* 82. *de solut. l. penult. ff. si servit. vindicet, l. via*, §. *quæcumque*, *ff. de servit. offic. præd. l. in vendendo* 66. *ff. de contract. empt. l. tenetur* 6. §. *si tibi, & seq. ff. de action. empt. l. penult. ff. de evict. l. si partem* 19. §. 1. *ff. quemadmod. servit. amitt. l. in concedendo*, §. *cum duabus seqq. ff. de aqua, & aqua pluv. arcend. l. aquæ* 4. *Cod. de servit. & aqua.* argum. *l. penul. ff. de evictiõn. l. si cui* 9. *ff. de aqua, l. certo gener. de servit. l. si via* 26. *ff. rustic. præd.* idẽ Faber 3. *Cod. tit.* 24. *de servit. & aqu. definit.* 2. *quasi per totum, pag.* 239. *& def.* 4. *num.* 1. *in allegat. pag.* 240.

Pro Decis. hujusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

QUid prædefiniendum si domus isthæc per appretiatores minori appretiata fuisse feratur pretio, idque nonnisi appretiatorum errore, qui cum præfatis servitutibus eam alienare reputarunt: numquid infirma sit alienatio isthæc? an rescindi possit? utrum illatum reficiendum sit damnum?

Si in alienatione præter alienantis intẽtionem aliquid plus divenditum repertum sit: numquid illud plus venundatum sit.

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. Thesis 1. decisio, & probat.
Num. 4. & 5. Thesis 2. finitio, & probatio.

1 QUid prædefiniendũ si domus isthæc minori per appretiatores appretiata fuisse feratur pretio; idque nonnisi appretiatorum errore, qui cum præfatis servitutibus eam alienare reputarunt: numquid infirma sit alienatio isthæc? an rescindi possit? utrum illatum reficiendum sit damnum? reverà firmam esse; etsi damnum illatum restaurandum esse censeo.

2 Probatur: error namque iste haud contrahentium; at appretiatorum ducitur, ac per consequens contractus substantia salvatur; igi-

igitur nil mirum si damnum ab alienante passum per emptorem restaurandum sit; ne unus in lucro; alter verò in damno sit, quod & naturali, & aliis oppugnari prædicatur juribus, *l.nam hoc natura 14.ff.de condict.indebiti*, Antonius Faber *in jurisprudentia de justitia, & jure, tit.1.princip.2.illat.1.in fine, pag.5.* siquidem damnum dedisse videtur, qui anzam damni refundit, *l. ante, §. si cum servum, ff.de vi bonor.rapt.l.videamus, §.finali, l.qui domum in fine, ff.locati, l. nihil interest, ff.ad legem corneliam de sicariis, l.qui occidit, §.in hac, ff. ad legem aquiliam, cap.sæpe 50.dist.cap.finali de injur. cap. de cætero de homicidio*; igitur, &c.

3 Si in alienatione præter alienantis intentionem aliquid plus divenditum repertum sit: tunc illud plus venundatum haud fore alienatum duco, utpotè per S.R.C. prædefinitum fuisse tradunt, Ursillus *decis.68. num. 3.* Georg. *alleg.45. num.19.* Thorus Author est *compend.decis.tomo 1. §. venditor an cogatur vendere illud si fortè reperiatur*.

4 Probatur: illud firmum in alienatione ducendum est, quod ex contrahentium mente esse habet; neu contractus vultrà contrahentium mentes adstringere potest, *l.non omnis, ff.si certum petatur, l.in agris, ff.de acquirendo rerum dominio, l.2.ff.de his, quæ in testam. delentur, l.legata inutiliter, ff. de legatis 1. l. cum tale, §.ultimo, ff.de condit.& demonstra. l.age cum Geminiano, Cod. de transact.* Connanus *comm.juris civilis lib.7.cap.1.num.13.* cum ex partiū conventione legem accipiant, *l.1.§.si conveniat, ff. depositi, l.contractus, ff. de regulis juris, l.lege, ff.de pactis conventis, l. 1.Cod.de operibus lib.l.1.Cod.commodati, cap.*

5 *contractus 85.de regulis juris lib.6.* nam cum jure se conformorare videantur, *l.hæredes mei §.cum ita, ff.ad Trebell.l.quare, §.inter locatorem, ff.locati*: verum enimverò plus illud nostro in casu præter contrahentium mentem est: igitur utpotè infirmum ducendum sit; ac per consequens ab alienante repetendum, perinde, ac si numquam alienatum fuisset.

DECISIO CLXXXVIII.

IN Causa Domini Comitis de Sancta Severina, cum Universitate Civitatis Cotroni, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

RES aliqua universitati ad usum relicta: numquid identidem cum proprietate legata ducenda sit.

SUMMÆ.

Num.1.& 2.Thesis decisio, & probatio.

1 TAmetsi cum proprietate esse relictā censent, Antonius Capicius *hic in fine*, describens sic per S.R.C. prædefinitum fuisse; ibi: *Sacrum Consilium votavit semel in hac causa in favorem universitatis*, Michael Crassis *de success.ab intestato, §.legatum, quæst. 36.* Capiblanc. *in prag.12.num.34.de Baron.* Surdus *in tract. de alim.tit.2.quæst.1.columna 6.* Reg.de Ponte *consilio 113.num.8.volum.2.* Thorus *compen. decis. tomo 1. §. usus relictus alieni quamvis censeatur*: verumtamen in juris puncto secus erit decernendum.

2 Probatur: Tò(ad usum) in isthac facti specie de suo proprio conceptu idem æquipollens est, ac merum usum, simplicemq; servitutē importare: quandoquidē juxtà concedentis mentem est, ut quicquid necessum pro universitatis servitio ducatur; refundatur; inde Tullius ad quir.post red. *Patria nihil dulcius, nihil carius in vita esse debet*, & primo de orator. *Non potest cognatio ulla proprior esse, quam Patria*, ac per consequens extrà concedentis mentem est, identidem proprietatem permittere, alioqui haud ad usum edisseruisset concedens, at dono; vel rei hujuscemodi à me dominium abdico: quæ enim extrà cōcedentis mentem sunt, pro nihilo ducenda, *l.si per errorem, ff.de jurisdict. omnium judic. l.nec ignorans de donat.* igitur si & concedentis mens; & verborum proprietas secus edoceat: juremeritò dumtaxat usus; secus verò proprietas dono datus existimandus sit.

Pro Decis.hujusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

USus cunctorū supellectiliū testamentariis in tabulis legatus quomodo sit interptetādus.
Nemoris usus: an cum prædio alienatus esse prædicatur.
Usus civibus in Baronis demanio competens: utrum civibus electis competit.

SUMMÆ.

Num.1.& 2.Thesis 1.decisio, & probatio
Num.3.& 4.Thesis 2.finitio, & probatio.
Num.5.& 6.Thesis 2. prædefinitio, & probatio.

1 USus cunctorum supellectilium testamentariis in tabulis legatus, quo pacto commentandus erit, reverà si hæsitabile sit hoc in themate testatoris velle (de expresso namque nullum dubiũ foret, quin cuncta ipsi deberentur supellectilia, cujuscunque conditionis forent, juxtà defuncti jussum) tunc secũdũ personæ conditionem suppellectilia ei necessaria debeãtur, inspicito quæso Thorum *compend. decis. tomo 2.* §. *usus omnium supellectilium legatus*.

2 Probatur: ly cunctorum supellectilium bonorum usus; tametsi universalis videatur proposito isthæc *universa demortui supellectilia amplectens bona*: verumtamen nostro in themate dumtaxat, quæ legatario necessaria ducuntur, interpretantur: quare suo in genere universalis sub hoc intellectu commentãda erit, utputà cuncta suppellectilia, quæ legatario necessaria censentur, ei lego; secus universa, quæ mea in domo extant.

3 Nemoris usum cum prædio haud esse alienatum duco, est Manticæ apud Thorum *voto 46. parte 2. num. 105.*

4 Eodem prorsus medio, quo suprà commõstrata fuit Capiciana isthæc facti species probatur: siquidem utrobique par urget ratio; adeòque eadem legis statuitio, *l. illud, ff. ad leg. aquiliam, l. si postulaverit*, §. 2. *ff. ad leg. juliam de adulter.* enimverò longæ discriminantur isthæc: ad usum nemus concedere, eumque venditare; cum prima diversa ducatur species à secunda: etenim ly *alienare*, *vendere*, & usum, & proprietatem alienatam involvunt; secus verò ly *purus usus*, qui de sui conceptu solummodò usum, secus verò proprietatem amplectitur.

5 Usum civibus in Baronis demanio competentem, etiamnum civibus electis competere haud ambigitur, est Surdi *consilio 313. volum. 3.* de Ponte *consilio 97. num. 4.* Sanfelice *decis. 75. per totum*.

6 Probatur: *ex l. 1. ff. ad municipalem, l. cives, Cod. de incolis lib. 10.* Author est supralaudatus Reg. Sanfelice: Siquidem isti verè sunt ex privilegio cives, *dicta l. 1. ff. ad municipalem*: tametsi in consequentiam, ac secundariò in Baronis præjudicium id protendat, *l. fluminum*, §. *si proculus, ff. de damno infecto, l. si in meo, ff. de aqua pluvia arcenda*: siquidem acontinenti, ac in universitate exteros in civium locum creare perhibentur; ex incontinenti (inquam) illis cuncta communicantur civium privilegia, ac per consequens illis frui: quandoquidem de aggregationis conceptu est iisdem prorsus frui privilegiis; ac aggregantes frui supponuntur: verum enimverò hoc in themate demanium hujuscemodi civibus ibi subortis convenire supponitur; igitur, identidem aggregatis: nam utrobique par urget ratio, inde est eadem juris statuitio, *l. illud, ff. ad leg. aquiliam, l. si postulaverit*, §. 2. *ff. ad leg. juliam de adulte.* alioqui secundum quid foret civis, quod per absurdum esset, cunctis in dispositionibus effugiendum, *l. ita si 39. in fine, ff. de operibus libert. l. nam absurdum. ff. de bon. libert. l. 2. Cod. de noxalibus, cap. in Genesi de electione.*

DECISIO CLXXXIX.

IN Causa Universitatis, & hominum Terræ Titi, cum Domino Comite Potentiæ super eo videlicet, an dicta Universitas, & homines, qui intendunt agitare judicium ordinarium cum præfato domino Comite super iure pascédi, aquandi, ligandi, & pascendi in Territorio Potentiæ, & Vineolæ ratione antiquæ communionis, &c. *Hæc Antonius Capycius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Specirs,

SI per universitatem pabulandi, aquandi, lignandi, idque genus jus alienis in oris jure antiquissimæ communionis prætensum fuisse feratur: numquid lite pendente in possessione manutenenda sit.

SUMMÆ.

Num. 1. 2. & 3. Thesis finitio, & probatio.

1 DEtinendam fore in quasi possessione pasculandi, & his similia citrà præjudicium jurium in possessorio, & petitorio ordinario, adùsque lis ordinariè expediatur, dummodò antiquissima communio termino summario per universitatem probata fuit, reor. est Antonii Capicii *hîc, num. 11.* describentis sic per S.R.C. prædefinitum fuisse; ibi: *In hac causa judicatum est illos de Tito lite pendente super judicio ordinario moto, seu movendo manutenendos esse in quasi possessione pasculandi, & aquandi citrà præjudicium jurium partis in petitorio, & possessorio ordinando*, Menochii *de retinenda possessione, remedio ultimo, num. 21.* de Ponte *consilio 97. nu. 26. volum. 1.* Valasci *decis. lusit. consult. 79. num. 18.* Mastrilli *decis. Sicil. 114. num. 55.* Castil. *decis. 12. num. 46.* Covarr. *pract. quæst. cap. 16. num. 6.* de Põte *consil. 31. n. 8. vol. 2.* Riccii *decis. archiepiscopal.*

*pal.*282.*parte* 2. aliorumque Thorus Author est *compend.decis.tomo* 1.§.*possessio an sit manutenda lite pendente* Author est.

2 Probatur: neminem ab actuali possessione acontinenti despoliandum esse sua, nisi per adversarium injustè possidere in jure dicendo probatum fuerit, naturalis, civilisvè ratio nos
3 edocet; cum possidentis semper melior sit cōditio, *l.si debitor, ff.de pignoribus, l.is qui destinavit, ff.de rei vindicatione, l. finali, Cod. eodem titulo, l.qui accusare, Cod. de edendo,§. retinendæ, vers. commodum, instit. de interdictis, cap.pro possess.de regulis juris lib.* 6. si quidem ubi quis de titulo edocere suo expeditus, promptusvè sit; toties incongruum ducitur eum ab ipsa despoliari possessione, *l.naturaliter, §.nihil commune, ff. de acquirenda possessione, auth.litigiosa res, Cod.de litigiosis, cap.licet causam de probationibus, l.Imperatores* 21.*§.ult.ff.de appell.l.moneor* 4.*C.si serv. export.vend.* cum jus ipsi acquisitum esse, ac pro ipso stare supponatur, adúsque secus per
4 adversarium probetur, quæ enim facti sunt probatione indigent, *l.in bello, §.facta, ff.de captivis, & postlim. revers. l.si emancipati* 9.*Cod.de collat.l.*2.*Cod.de probationibus, l.ult. Cod.de rei vindic.auth.in medio litis, §. illud quoque, collat.*8 *l. Divus Pius, ff.de petione hæreditatis, cap.*1. *cap. laudabilem* 2. *& per totum, ut lite pendente, cap. causam matrimonii, de offic.delegati, cap.ex conquistione de restit spoliator, cap.porrò, de divortiis, cap. licet Episcopus, de præbendis, lib.*6.*cap.cum personæ, de privileg.lib.*6. *cap.dudum, eodem tit.cap.cum teneamur, de appellat.cap.cum venissent, de in integr.restit. cap.nonnè* 8. *qu. cap.* 1. *de causa possess.* Cujacius *lib.* 4. *Pauli ad edictum in l.* 2. *§. finali, ff. pro emptore, & ad tit. Cod. de præscript. long. temporis,* Donellus *lib.* 4. *comment. cap.*14. Osualdus *ibi lit. O. & lib.* 24. *cap.* 4.*lit.A.& C.* igitur, &c.

Pro decis. hujusce illustratione:

CAPUT UNICUM.

Si universitas alicujus Castri suo in territorio pabulandi, aquandi; idque genus possessionem habeat: quid prædefiniendum si castrū hujuscemodi alicui à Rege cum juribus suis aquandi; hisce similia concessum sit: numquid Baro pasculandi, aquandi, &c. usum universitati interdicere possit.

Possessio in causa possessorii: an per unum sat sit probari testem.

Possessor lite pendente: utrum sua privari debeat possessione; si simpliciter; secus verò per vim, vel clam possideat.

SUMMÆ.

Num.1.& 2.Thesis 1.finitio, & probatio.

A'num.3.usq; ad 7. Thesis 2.decisio, & probatio.

Num.7.& 8. Thesis 3. prædefinitio, & probatio.

1 Si universitas alicujus castri suo in territorio pasculandi, aquandi, idque genus possessionem hebeat, si castrum juscemodi alicui à Rege cum juribus suis aquandi; hisce similia concessum sit: tunc pabulandi, aquandi, &c. usum universitati, haud inhiberi posse per Baronem, docet Afflictus *in constit.cum per partes sub num.*6.*in* 3.*not.in fine,* Annæ *in allegatione* 48. *nu.* 48. Author est Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *possessio usus pasculandi, & aquandi in Territorio castri,* edisserens sic prædefinitum fuisse.

2 Probatur: jus namque pabulandi, idque genus universitati esse acquisitum supponitur, igitur irrationabiliter per Regem ab ipsa tolli impossibile ducitur, cum in Principis manu haud sit jus tertio acquisitum dirimere posse, Antonius Faber 6.*Cod. tit.*5. *de testam.def.*2.*in allegat.num.*21.*pag.*624. Corasius *in ff.de constit.princip.ad leg.beneficium* 3.*nu.*4. vassalli, etenim haud mancipia sunt, ac per consequens cum ipsis rationabiliter agere debet Rex; alioqui ceu tyrannus habendus foret; hinc Tullius 5.Tusc. ibi: *Nulla nobis societas est, sed summa potius distractio; neque est contrà naturam spoliare, eum quem honestum est necare* & Philip.13.ibi: *Quem discordiæ; quem cædes civium, quem bellum civile delectat, cum ex num.hominum eiiciēdum ex finibus humanæ naturæ censeo exterminandum,* ac postmodum 3.offic. *non se obstringit scælere si quis tirannum occidit, quāvis familiarem.*

3 Possessio in causa possessorii: an per unum sat sit probari testem, distinguendum est: vel de iis, quæ difficiilis extant probationis sermo sit, utpotè priscæ sunt res, & his similia, & tunc per unum probare testem sat fore pro comperto habetur; quod argui potest in terminorum ruris existentia; vel id genus.

4 Probatur: ubi in difficilibus probationibus versari differitur; toties ordinarius probandi modus impossibilis est, Gonzalez 2.*decretal. tit.*20. *de testi & attestat.in cap.præterea* 27. *nu.*1.*in notis*: crimen etenim quo pacto probatur, sic plectendū est Antonius Faber 6. *C. tit.*2.*de furtis, def.*5.*num.*3.*in alleg.pag.*618. inspicito Cujacium *in ff. de probat. & præsumpt. ad leg.*25. *lit. E.* igitur adhibenda est probatio, quæ possibilis ducitur, ac per consequens per unum testem probatio sufficit.

5 Vel de favorabilibus sensus sit; & tunc testis unius testimonium sat fore reor 1.utputà si pro consecratione Ecclesiæ testificari necessum sit; cunc testis unius fides pro actus firmitate firma ducenda sit, argum.textus *in cap.si testes* 4.*quæst.*2. Piasecius *in prax. episcop.cap.*5.*de consecrat.Eccles.num.*4 nonnullos laudans Authores, sive sit testis de visu sive auditu; idem edisseritò si nota aliqua in-

 li-

libris Ecclesiæ habeatur, vel in pariete, vel id genus; quare satis sunt semiplenæ probationes, si nemini inferatur præjudicium, Innocentius *in cap.1.de consecr. Ecclesf. arm. num. 2.*

6 Vel demum si de novis loquatur rebus, tunc saltem binos reposci testes reor 2. quandoquidem nulla urget necessitas cur probatio, saltem per binos fieri nequeat testes; consule Afflistum *decis.364. num.5.* Peregr. *de fideicom.art.46.num.32.* Mascard. *de probat. conclus.1204.num.10.& lib.1.quæst.5. num. 119.* Riccium *collect.decis.1340.* aliosve apud Thorum *compend.decis.tomo 1.§.possessio in causa possessorii an sufficiat probari*; adeòque ordinario procedendum erit schemate.

7 Possessor lite pendente, si simpliciter, secus verò per vim; vel clam possideat, tunc sua haud privandum esse possessione pro comperto habetur, est Masulli referentis sic per S. R. C. prædefinitum fuisse, Thorus Author est *compend.decis.tomo 1.§.possessor lite pendente tueri debet*, laudans Capicium, etsi idem Capicius *decis.209.* secus refert decisum, inspicitò eumdem Thorum *ibidem §.possessor lite pendente an privari debet.*

8 Iisdem prorsus mediis, quibus aliæ probatæ fuere theses cõmonstratur: nam jus in possessione hujuscemodi habere supponitur, adùsq; secus probatur; cum melior sit possidentis conditio, *l.si debitor, ff.de pignor. l.is qui destinavit, ff. de rei vindic.l.finali, Cod.eodem tit. l.qui accusare, Cod.de edendo, §.retinendæ, vers.commodum, instit.de interdict.cap.pro possessore de regulis juris lib.6,*

DECISIO CXC.

IN Causa Dominæ Berardæ Cochæ, cum Procuratore quondam Joannis Andreæ Patellæ suo Procuratore, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

FIlia à Patre dotata si bonis paternis, maternis, juri præsenti, & futuro resignaverit suo, ac per consequens universa patri, ejusque hæredibus, successoribusq; jura cessit sua; si deinde omnes absque liberis decesserint fratres: novissimusque postmodum deinde decedens: numquid de bonis sibi à Patre acquisitis aliũ extraneum instituere possit hæredem, explosa sorore identidem à priscorum medietate bonorum vi consuetudinis ei debitorum.

SUMMÆ.

A'num.1.usq; ad finem, Thesis finitio, & probatio.

1 EXplodendam fore sororem ex antiquorum medietate bonorum, ac per consequens testamentarias haud infirmare posse fraternas tabulas, reor, est Capicii *hic in fine*, referentis sic per S.R.C. prædefinitum fuisse; ibi: *S.C.votavit, & judicavit ipsum procuratorem Jo: Andreæ absolvendum esse ab impetitione dictæ Berardæ, & fuit lata sententia in anno 1526. 19. Maii*, de Franchis *decis. 690. & 17. addit. ad consuetud. si moriatur incip.* Decii *in lege pactum, fol.90.* Reg.de Ponte *consilio 9. num. 31.volum.1.& consilio 61.num.49.* nonnullos referentis decisiones postea factas, Ioannis Angel.Pisanelli ad Afflictum *decis. 161.* Molfesii *in comm.ad consuetud.Neapol.titulo de renũciat.quæst.13.* Riccii *collect. decis. 30. & 126.* Amati *consilio 90.num.17.* Ioannis Angeli Pisanelli *in addit. ad consuetud. si moriatur incip. nota quod positam*, ubi refert idem bis fuisse prædefinitum in S.C. Author est Thorus *compend.decis.tomo 1.§.soror dotata à patre si renunciaverit bonis paternis, maternis, & fraternis, &c.& §.filia renuncians patri cum clausulis opportunis.*

2 Probatur: in filiæ namque ditione erat bonis hujuscemodi resignare posse, nt supponitur; alioqui quæstio de subjecto haud snpponente foret, ac per consequens firma ducenda sit resignatio isthæc; igitur si firma: quare fraterna testamenti factio per sororem hance infirmanda sit? cum hisce paternis, maternis, fraternis; vel quomodolibet, seu de præsenti, seu de futuro sibi acquirentibus resignaverit: enimverò cunctis renunciare de sui conceptu universa involuit bona; alioqui universalis haud foret propositio; quæ de sui conceptu universas involuat propositiones particulares; igitur sororis rogitatio pro nihilo ducenda sit, utpotè de subjecto minus supponente.

Pro Decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

FIlia absque dote à fratre nupta: quid prædefiniendum si fratri universa, & paterna, & materna resignasse feratur bona: numquid prævia absolutione de bonorum parte sibi conveniente petere possit.

Soror: num una cum fratre succedat; si frater eam expresè dotare renuisse feratur.

Filia à Patre dotata: numquid supplementum

tum rogitare possit, si Pater plus aliis dedisse feratur sororibus.

Filia defuncti à Patre dotata, si Patri, ejusque hæredibus, successoribusque in ampla verborum forma resignasse feratur: an ad Patris successionem ab intestato decedentis unà cum defuncti nepte de filio suborta, vel insimul cum filiis ex filiis fœminis à testatore dotatis succedere possit.

SUMMÆ.

A'num. 1. usq; ad finem, Thesis decisio, & probatio.

1 Filia absque dote à Patre nupta: quid prædefiniendum si fratri universa, & paterna, & materna resignasse feratur bona: tunc prævia absolutione de bonorum parte ad se spectante eam rogitare posse censeo 1. est Salernitani *in addit.ad consuetud.si moriatur, incip.& si in hac materia, colum.3. vers.sic alias, fol.86. & à tergo*, Pascalis *in tract.de vir.patriæ potestatis parte 7.cap.7.num.38.* aliorumque Thorus Author est *compend. decis. tomo 1. §.filia maritata à fratre absque dote, quæ renunciavit fratri*, memorans sic per S.C.prædefinitum fuisse.

2 Probatur: soror namque isthæc enormissimè læsa esse supponitur, quod, & naturali, & divino, & cæsareo adversari proditur juri, quod enim naturali opponitur juri id pro nihilo habendum, quemadmodum quicquid juribus consonum est; id pro justo, licitoque ducendum, Cujacius *tomo 2.de justitia,& jure, leg.6.* Antonius Faber *in jurisprudentia de justit.& jure princip.2.illat.7.pag.11. & in rationali de justitia, & jure ad leg.1.col.2.* quandoquidem naturalis urgere supponitur ratio, ut quilibet de suis succurrere possit bonis; adeòque moderator, & arbitrer, *l.in re mandata, Cod. mandati, l. in traditionibus, Cod.de pactis*, Donellus *de jure civili, lib.11. cap.9.num.17.* Balduinus *lib.2.instit. tit.1. de rer.divis.vers.nihil enim,pag.203.* Tullius pro Cæcinna; igitur, &c.

3 Sororem unà cum fratre suo in genere succedere; si frater eam expresè dotare renuisse feratur cēseo 2.quare si neapolitana non sit; tunc communi inspecto jure æquabiliter cū fratre succedere pro comperto habetur; sin neapolitana; tunc juxtà hæreditatis vires, ac personæ conditionem eam dotare adstringendum esse fratrem, edocent Salernitanus *in addit.ad consuetud.si moriatur,§ si idem juris est, incipit, quod hic dicitur,fol.104.* memorans sic prædefinitum fuisse, Thorus *compen. decis.tomo 1. §. filia fœmina an succedat insimul cum fratre*.

4 Probatur: defactò sic jure sancitum esse supponitur: nempè in linea recta frater inspecta consuetudine neapolitana sorore ab hæreditate explosa, dumtaxat illam dotare adstringendus sit consuetudine, *sed si moriens de Marinis 2. resol. cap. 208. nu.3. pag. 435.* jure verò communi inspecto in aliis regionibus equalance frater cum sorore ad hæreditatis partem admittendus sit; quandoquidem hisce in regionibus cōmune servatur jus, quo omnes æqualiter succedunt, Francus *decis. 199.num.11.& decis.475.nu.5. l.lege 12. tabularum, ff.de legit.hæred. auth.cessante, Cod. de legit. hæred. §.intestatorum autem, instit. tit.1.de hæredit.quæ ab intestato deferūtur, c.* Rainutius *de testam.l. scripta, ff. unde liberi, l.cum ratio, ff.de bonis damnatorum*, quare jure hoc attento soror partem acquirit suam.

5 Filia à Patre dotata: numquid supplementum rogitare possit, si Pater plus aliis dedisse feratur sororibus; & tametsi in S.R.C. quater in Patris favorem prædefinitum fuisse referūt, Camillus Salernitanus *in addit.ad consuetud. si moriatur, §. eas autem, incipit paragium quid sit folio 96.col.2. vers.quando namque pater*, Molfesius *in consuetud. Neapol.parte 3.cap.3.num.3.* Pascalis *in tract. de vir. patr. potest.par.2.cap.4. num. 184.* Thorus Author est *compend.decis.tomo 1. §.filia dotata à Patre an petat supplementum si plus aliis sororibus*: verumtamen melius distinguendum esse censeo 3. vel Pater de bonis dotare filiam dicatur suam, cum nil alid possidere supponatur, nisi bona ab ipso acquisita, & tunc in filiæ facultate haud est supplementum petere posse.

6 Probatur: Pater namque hoc in themate de hujuscemodi bonis à se quæsitis filiæ, dumtaxat alimenta dare suæ adstringēdus sit; igitur quicquid præter alimentorum titulum dedisse proditur, id dono datum ducitur; quare in filiæ manu est de alimentis, secus verò de supplemento quiritare posse.

7 Vel Pater, & bona à se acquisita, & burgensatica, vel id genus possidere supponitur; tunc filiam supplementum rogare posse pro comperto habetur.

8 Probatur: petere namque differitur filia hoc in casu quicquid sibi debetur; adeòque nemini injuriam irrogat: bona namq; burgensatica, idque genus filiæ defactò debentur: quandoquidem Pater in hisce dumtaxat usūfructum detinet, ac per cōsequens familiæ debentur suæ; igitur filia peteret, quod suum foret, ac per consequens supplementum, cum burgensaticorum bonorum Pater merè, simpliciterque administrator sit; enimverò his in bonis priscorum, ac jurium statuitiones servandæ sunt.

9 Filiam defuncti à Patre dotatam si Patri, ejusque hæredibus, successoribusque in ampla verborum forma resignasse feratur: tunc ad Patris successionem ab intestato decedentis unà cum defuncti nepte ex filio suborta, vel simul cū filiis, ex filiis fœminis à testatore do-
10 tatis: explodēdā fore cēseo 4. est Camili Salernitani *in consuet. Neapol.si qua moriens*, incipit *ad istud verbum subsidium, fol.204.* Riccii

in

in praxi var. resol. resol. 163. Thori *compend. decis. tomo* 1. §. *filia defuncti dotata à Patre, & renuncians*, referentium sic per S. R. C. prędefinitum fuisse.

11 Probatur: per resignationem hujuscemodi à filia factam universum succedēdi jus deperdidisse supponitur, argumento textus *in cap. cum inter de election. l. postquam liti, C. de pactis*, ac per consequēs universis Patris successoribus acquiri; inter quos neptis isthæc, vel id genus annumeratur; neu fila enormiter læsa esse supponitur; enimverò resignatio est juris proprii spontanea cessio ex certis causis, & cum auctoritate superioris facta; igitur, &c.

DECISIO CXCI.

IN Causa alia eiusdem Berardæ, cum Antonia de Cutinariis Uxore, ac hærede dicti quondam Joannis Andreæ, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

AGnatus hæredem instituens extraneum: numquid fæmina agnata bonorum medietatem priscorum, juxtà neapolitanam consuetudinem rogitare possit: tametsi bonis hujuscemodi resignasse feratur, ac per consequēs testamentarias infirmare possit tabulas.

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. Thesis decisio, & probatio.
Num. 3. & 4. ejusdem oppugnatio, & solut.

1 DIstinguendum est: vel resignatio isthæc ab agnato facta firma ducatur; vel non: si primum medietatem hanc per ipsam minimè peti posse reor: sin secundum secus erit edifferendum:
2 quare Capiciana isthæc decisio in isthac secunda facti specie commentanda erit, inspicito de Franchis *decis.* 518. Pisanellum *ad consuetud. Neapol. si quis, vel si qua, incip. sed quęro quid folio* 141. Annam *alleg.* 55. *nu.* 22. apud Thorum *compend. decis. tomo* 1. §. *medietas bonorum antiquorū an debeatur fæminæ agnatæ*: siquidem suo cessisse perhibetur juri, cui resignare jura sinunt, *l. si quis conscribendo, C. de Episcopis, & Clericis, l. penult. Cod. de pactis, cap. tuis* 39. *de testibus*, idque genus; igit. &c.
3 Dices tametsi fæmina isthæc bonis paternis; fraternis, idque genus resignavit suis: verumtamen id nonnisi in suorum agnatorum, cognatorumque favorem, secus verò in extranei gratiam renūciasse feratur, cum extranea proles extrà resignantis mentē sit: quæ enim extrà mentem extant pro nihilo ducenda, cū nullum producant effectum. *l. non omnis, ff. si certum petatur, l. in agris, ff. de acquirendo rerum dominio, l.* 2. *ff. de his, quæ in testam. delentur, l. legata inutiliter, ff. de legat.* 1. *l. cum tale, §. ult. ff. de condit. & demonstrat. l. age cum Geminiano, Cod. de transact.* Connanus *comm. juris civil. lib.* 7. *cap.* 1. *nu.* 13. quare si id prius novisset, præsentiissetque, quippè haud resignasset; igitur, &c.
4 Id potius divinare; portendereque foret, quam probare.

Pro Decis. hujusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

MEdietas virtute consuetudinis Neapolitanæ bonorum agnatis debita: numquid de quolibet bonorum hæreditariorum corpore deducenda sit, perinde, ac si universa pro indiviso habeantur bona.

Si testator de rebus antiquis, ex quibus agnatis virtute consuetudinis Neapolitanæ medietas debetur; disposuisse feratur: utrum agnati adversus testatorem agere debeant; an verò contrà recipientem bona.

Agnati: num ab hærede extraneo instituto ab alio agnato medietatem avocare possint consuetudine Neapolitana inspecta.

SUMMÆ.

A' num. 1. usq; ad finem, trium Thesum finitiones, & probationes.

1 MEdietas virtute consuetudinis Neapolitanæ bonorum agnatis debita: numquid de quolibet bonorum hæreditariorum corpore deducenda sit; perinde ac si universa pro indiviso habeantur bona, & reverà sat est si ipsi æquipollens detur; ac per consequens unum refundere ipsi corpus, quod medietati, quæ ex cunctis eruenda erit bonis, æquivalens foret, ceu per S. R. C. sancitum fuisse refert, Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *medietas bonorum agnatis debita*.
2 Probatur: confusio quam maximè poterit dirimenda est, quæ per divisionem extinguitur juxtà Philosophos, neu hæres absre onustandus est; quam naturalis suadet ratio: si igitur commodè quicquid cōsuetudinis Neapolitanæ robore, & hæreditate agnatis debetur, ex corpore, sive uno, sive ex binis dandum erit; igitur absurdum foret; si medietas

isthæc

isthæc ex omni hæreditatis corpore eruenda esset, cum quammaximum hæredi detrimentum afferret.

3 Si testator de rebus antiquis, ex quibus agnatis virtute consuetudinis Neapolitanæ medietas debetur, disposuisse feratur, tunc adversus utrosque utputà, & testantem, & bona prensantem actionem agnatis competere existimo: quare in Judicis jurisdictione sit, utriusque sequestrare bona, consule Thorum *compend. decis. tomo* 1. §. *medietas bonorum agnatis debita*.

4 Probatur: agnatorum jus illæsum servandum est, ac per consequens perinde, ac si à testante, haud alienata fuissent bona, quod jure meritò servari impossibile ducitur, nisi & testatoris, & reciperantis bona per Iudicem sequestrentur, ut deinde agnatis satisfiat.

5 Agnati utrum ab hærede extraneo instituto ab alio agnato medietatē avocare possint consuetudine Neapolitana inspecta distinguendum est: vel in his bonis agnatis, juxtà consuetudinem acquisitum esse supponitur jus, utputà si burgensatica forent; tunc procul dubiò medietatem ab hisce avocari posse: siquidem irrationabiliter à nemine revocandū sit jus; inde est: quod fortius est jus quæsitum, quam jus quærendum, *l. si ita scriptum*, §. 1. *l. si ita scripsisset, ff. de legatis* 2.

6 Vel sunt bona ab alienante acquisita, tunc medietatem agnatis haud debere pro comperto habetur: siquidem alienari differitur, quod suum est; enimverò alienare dominium est transferre; quod aliena in re haud refunditur, cum dominium jus illud significet, quo rem facimus nostram, nobisque propriam, Connanus *comm. juris lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 1. *pag.* 160. hinc Tullius 1. de Orator. *docemur authoritate, nutuque legum domitas habere libidines coercere omnes cupiditates, nostra tueri, &c.* igitur, &c.

DECISIO CXCII.

IN Causa Dominæ Ioannæ Castraiote, & Fratrum cum Domina Ducissa Mediolam super validitate, ac reassumptione testamenti quondam Serenissimæ Reginæ Matris, &c. *Hæc Antonius Capyc.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

SI testamensariis in tabulis Judex, Notarius, testesque in numero firmo se subscripsere: quid prædefiniendum si ex testibus unus se tabellionem stipulantem haud audivisse differeret: numquid reassumi, ac in publicam redigi possit testamentum formam.

SUMMÆ.

A'num. 1. usq; ad finem, Thesis decisio, & probatio.

1 IN publicam redigi posse formam testamentarias hasce tabulas haud est ambigendum, est Capicii *hic in fine*, describentis sic per S, R, C. sancitum fuisse; ibi: *Sacrum Consilium non compulit Philippum ad se subscribendum: fecit tamen reassumi testamentum in publicam formam, quod certo tempore stetit sic reassumptum in posse magnifici Alexandri Severini Commissarii Causæ, deinde fuit assignatum parti, atque judicatum pro testamento*, Antonii Gabrielis *lib.* 2. *de maleficiis conclus.* 31. *num.* 11. Hieronymi de Monte *in tract. de finibus regen. cap.* 51. Joseph Selce *decis. arag.* 119. *num.* 33. Thorus hujusce memoriæ scriptor est *in compend. decis. tomo* 1. §. *testamentum conditum in quo se subscripserunt*.

2 Probatur: modus namque iste omnem ambigendi modum perimit, ac per consequens unius testis deficientia (seu id ex ipsius socordia, seu malitia dimanat) infirmare haud debeat testamentum: tametsi ipsius subscriptio, ac in eadem domo indicia notionis stipulationis supponere perhibētur, ac per cōsequens in Capiciana isthac facti specie potius testis malitia arguitur, quam asserti veritas.

3 Neu oppugnant textus *in l. eos, ff. de falsis, l. coram, ff. de verborum significatione, l. diem, §. coram, ff. de arbitris*: siquidem alio extant in themate uti speculanti liquet.

Pro decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

TEstamentum in scriptis conditum, in quo juris sollemnia essentialia desiderantur; numquid in totum deesse reputatur.

Testamenti factio ante forjudicationem facta: num secuta forjudicatione inspecto Regni jure infirmanda sit.

Testamentum à filio familias celebratum si in ipso pater præteritus sit: utrum firmum ducendàm sit.

SUMMÆ.

A'num. 1. usquè ad finem, Thesum finitiones, & probationes.

1 Te-

1 Testamentum in scriptis conditum, in quo juris sollemnia essentialia desiderantur, tunc tametsi in totũ, & quoad hæredis institutionem, & quoad legata profana, idque genus deesse supponitur: verumtamen quoad legata pia firmũ autumatur: dummodò testatoris velle minus obstat: siquidem tunc etiamnum infirmatur, consule Thorum *compend. decis. tomo* 1. §. *testamentum in scriptis conditum in quo &c.* sic per S.R.C. prædefinitum fuisse.

2 Probatur: juris sollemnia servanda sunt; alioqui legum jussio frustraretur, quod per absurdum foret: quare si in testatoris tabulis absque justa causa essentialis testium numerus deesse supponatur, tota testamenti factio, & quoad hæredis institutionem, & quoad legata profana pessundaretur, §. 1. *instit. e hære d. quę ab intestat. deferunt, l. si unus, Cdd. de testam. l.* 8. §. *si ex causa* 18. *l. qui repudoiantis* 17. §. 1. *l. cum mater* 28. *ff. de inofficios. testam.* Hotmanus *observat. lib.* 1. *cap.* 1. *lit.* E. *l. ex imperfecto* 23. *ff. de legat.* 3. Lot. *consilio* 63. *nu.* 4. *pag.* 322. *l. hac consultissima* 21. §. *ex imperfecto, Cod. de testam. leg. si fideicommissa* 11. §. 1. *& l. ex imperfecto* 23. *ff. de legatis* 3. *l. ultima*, §. *illud quoque, Cod. de codicill. l. Lucius* 40. *ff. de testam.*
3 *milit.* Hotmanus *consilio* 37. *num.* 13. cum accessorium principalis sui naturam consectetur regula accessorium de regulis juris in 6. *l. etiã, Cod. de jure dotium, l. cum principalis, ff. de regulis juris, l.* 1. *in fine, ff. de vulgar.* secus verò quoad legata pia: siquidem in his legis rigor haud servandus est, cum pietas id edoceat, idem edifferendum si voluntatis defectus habeatur, cum eadem urgeat ratio, ac per consequens eadem juris prædefinitio, *l. illud, ff. ad leg. aqui-*
4 *liam*, idque genus; secus verò si testamentum quoad filii præteritionem infirmum foret: siquidem tunc legata profana firma forent, ac per consequens legatariis præstanda, auth. *ex causa, Cod. de liberis præteritis*; ibi: *ex causa exhæredationis, vel præteritionis irritum est testamentum quantum ad institutiones, cætera namque firma restant*, Dionisius Gotfredus ibidem; cum firma sit testamenti factio
5 ante forjudicationem: secuta verò forjudicatione inspecto Regni jure infirmandam fore docet, Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *testamentum factum à forjudicato an valeat*, referens sic per S.R.C. prædefinitum fuisse.

6 Probatur: tametsi forjudicatus, cum servo conveniat; quatenus ambo civiliter demortui esse supponuntur, cum forjudicatus inspecto Regni jure civiliter mortuus sit, de Franchis *decis.* 213. *num.* 11. *&* 12. adeòque jura, actionesve deperdit, Merlinus *centuria* 2. *cap.* 21. Petra *ritu* 220. *num.* 3. neu eam obtruncans pænam luere debet aliquam, Scialoja *de for. cap.* 17. Mastrillus *decis.* 104. Vivius *decis.* 255. Verde *instit. lib.* 1. *tit. quibus modis jus patriæ potestatis solvitur num.* 367. *&* 368. verumtamen diffidentin hoc; quatenus in forjudicationis pænam testamentum extrà celebratum
7 infirmandum sit; secus de capto ab hostibus, *l.* 6. §. *quatenus, &* §. *ultimo, ff. quibus non est permissum facere testamentum, l. postliminiũ ff. de captivis*; siquidem si apud hostes depereat, tunc per legem corneliam fingitur prius decessisse in civitate, *leg. lex cornelia* 28. *ff. de vulgari*, §. *alio autem instit. quibus modis testamenta infirmentur, l. si quis filio*, §. *irritum, ff. de injusto rupto*, idque nonnisi ad roborandum testamentum antea celebratum, cum testamentariæ tabulæ ab homine libero conditæ, per captivitatem fiebant postea irritæ, *l.* 6. §. *irrito, ff. de injusto rupto*; quandoquidem ab hostibus captus, haud delinquens differitur, sicut forjudicatus, banditus, idque genus; igitur, &c.

8 Testamentum à filio familias celebratum si in ipso pater præteritus sit, nullum fore duco: tametsi in S.R.C. firmum fore prædefinitum refert Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *testamentum filii familias an valeat patre præterito deducta tamẽ debita patri legitima.*

9 Probatur: haud magis filii præterito testamentarias infirmat tabulas, quam patri; adeòque ipsis ad invicem quærela inofficiosi testamenti competit, *l.* 4. §. *parentes, ff. de in jus vocando, l. liberorum* 220. *ff. de verbor. signif. l. cum in adoptivis, Cod. de adopt.* cum contrà pietatis officium procedatur, *l.* 2. *ff. de inoffic. testam.* propterea quod inter parentes, filiosq; pietatis officium exerceri debere par est, *l.* 1. *ff. de obsequiis à liberis præstandis*; siquidem inspectis juribus utrobique par urgere perhibetur ratio; adeòque eadem juris prædefinitio, *l. illud, ff. ad leg. aquil.* & his similia; igitur ex hoc testamento patri legitima debita haud detrahenda sit: quandoquidem legitimæ datio actum supponit firmum; qui in nostra facti specie infirmus est, ceu juribus ex diametro oppugnans, ac per consequens pro nihilo ducendum.

DECISIO CXCIII.

IN Causa Tremitana dubitatum est, qualiter probetur aliquid factum, vel non factum à tempore, cuius non est memoria in contrarium, &c. *Hæc Ant. Capic.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti

Facti Species.

FActum, vel haud factum, cujus primordii memoria apud mortales non extare supponitur; quo pacto id probandum sit.

SUMMÆ.

A'num. 1. usq; ad finem, Thesis finitio, & probatio.

1 Quicquid sit de aliorum placitis lubet me sic distinguere: vel de gesto, cujus exordii memoria minus extat sermo sit; tunc regula isthæc redigenda est.

2 Si testes sic semper gestum fuisse, sivè à senibus immediate, sive ab aliis mediate accepere; neu contrarium ullo pacto fieri vidisse fateantur; tunc pro firma probatione sat fore censeo 1.

3 De haud gesto verò, si testes fateantur nũquam fieri dispexisse; neu immediate, neu mediate id factum fuisse à priscis hominibus accepisse, id identidem minime fuisse factum ad probandum sat fore censeo 2. quare testes de fama, vel de auditu auditus hoc in themate probant, inspicito Capicium *hic* Antonium Gabriel. *lib.5. tit. de præsump.concl.* 1.*num.*81.Capiblancum *in prag.*1.*num.*163. *de baronibus*, Thorus *compend. decis. tomo* 1. §.*probatio tanti temporis, cujus non extat memoria* testis est: siquidem hoc pacto cunctæ diluuntur difficultates.

Pro Decis. hujusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

BOna fore prisca asseverans quis: numquid probandi onus ei incumbat.

Si universitas coram Principe cives in nemore aliquo lignasse probaret suos: an præcisè per hoc lignandi jus in præfato nemore probatum esse perhibeatur.

Probatio possessionis alicujus montis per universitatem possessi, quo pacto probanda erit.

SUMMÆ.

A'num.1.usq; ad finem, Thesis decisiones, & probationes.

1 BOna fore prisca adseverantem aliquem, tunc ei probandi onus incumbere duco, est Thori *compend.decis. tomo* 1.§.*probandi onus incumbit ei*, edisserentis sic per S.R.C.prædefinitum fuisse.

2 Probatur illo ex dicterio. quæ facti extant probatione indigent: quandoquidem factum, haud præsumitur, nisi prius probetur, *l. in bello*, §.*facta*, *ff.de captivis*, *& post limim. reverf.l.si emancipati* 9.*Cod.de collat.l.*1. *Cod.de probationibus*, *l.quæcumque*, *ff.de publicanis*, *l.assecuratio*, *Cod.de non numerata pecunia*, *cap.cum Joannes*, §.*verum de fide instrument. cap.licet de constit. lib.6.* in nostro porrò themate bona fore antiqua in Senatu dicens, quid facti esse plusquam manifestum est: igitur probandi onus ipsi incumbere necessum ducitur.

3 Si universitas coram Principe cives in nemore aliquo lignasse probaret suos: an præcisè per hoc lignandi jus in præfato nemore

4 probatum esse perhibeatur, & tametsi in S. R.C.Authore Anna *singular.*585.quem laudat, sectaturque Thorus *compend.decis. tomo* 1. §. *probatio juris lignandi in nemoribus*, sancitum fuisse probatum esse jus cujuscemodi: verũtamen in juris pũcto secus quispiam publicis in thesibus posset tutari; enimverò Tò *in nemore lignasse*, *eaq; asportasse cives* indeterminata, indifferensque ducitur propositio, ac per consequens nulla determinata suboriri poteft illatio, juxtà illud philosophicum dicterium: ex antecedenti indifferenti, indeterminatoque nulla determinata subnasci potest thesis, secus ex determinato, *l.*1. §.1.*ff.si ususfructus petatur*, *l.* 3. §. *qui habet*, *ff. de servit.rustic.præd.l.reflexionis gratia*, *ff.communia prædiorum*, *l.*2.*ff.de jurisdict.omnium judic.l.*2. §. *inspectio*, *ff. quemadmodum testamenta aper.* eoq; destructo, ejus consequens denegatur, *l.*1.§.*hujus rei*, *ff. de officio ejus*, *l. veteres*, *ff.de itinere*, *actuque privato*; quandoquidem ligna portasse cives; nonnisi medio precio argui fas est: quare hoc in themate necessũ ducitur, Civitatẽ probare procul à precio se ligna isthæc asportasse; cum factis potius, quam verbis sit probandum, hinc Cicero ad quint. fratr. *sunt facta verbis difficiliora*.

5 Probatio possessionis alicujus montis per universitatem possessi, quo pacto probanda erit, & reverà si fidandi, diffidandique jus per longevam tempestatem in universitate fuisse supponatur, ad possessionẽ hujuscemodi probandam sat fore duco, consule Thorum *compend.decis.tomo* 1.§.*probatio possessionis alicujus montaneæ possessæ*.

6 Probatur: ly *jus fidandi, diffidandique* nonnisi actum jurisdictionis involuit, qui absque possessione exerceri nequit: quare jure meritò si per longum tempus actus jurisdictionis hujuscemodi per universitatem exercitus fuisset; quippe in ipsa acquisitum supponitur jus, ac per consequens haud insufficienter probatum, cum melior sit possidentis cõditio, *l.si debitor*, *ff.de pignor. l.is qui destinavit*, *ff.de rei vindic.l.finali*, *C.eodem tit. l.qui accusare*, *Cod.de edendo*, hisce similia.

DECISIO CXCIV.

IN Causa Toragliorum Pyrrhus Antonius Toraglies habens neptes ex Francino Germano suo,&c. *Hæc Antonius Capycius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti Species.

NEpotes ex filio naturali unà cum patruo similiter naturali legitimato hæredes instituti: an in bonorum hæreditatis per nepotes testatoris legitimos, & naturales occupatorum possessionem admittendi sint, juxtà textum *in l. finali, Cod. de edicto divi Adriani tollendo.*

SUMMÆ.

A'num. 1. usq; ad 4. Thesis 1. finitio, & probatio.
Num. 5.& 6.Thesis 2.decisio,& probat.
A'num. 7. usq; ad finem, Thesis 3. prædefinitio, & probatio.

1 HAud fore admittendos duco 1. tametsi Capicius *hic* in S. R. C. haud fuisse prædefinitum memoriæ mandat.

2 Probatur: in testatoris facultate haud est proprios legitimos,& naturales deserere, præterireque nepotes,ac puros naturales instituere hæredes: siquidem cuncta patris legitimi, & naturalis jura in filios legitimos, & naturales transire differuntur, *l. si quis filio* 6. ubi Cujacius, Sarmiento, Duarenus, Hotmanus, idque genus, *ff.de injusto rupto,& irrito facto testamento,l.gallus aquilius* 29.*ff.de liberis,& posthumis hæred.instit.*ubi in ejus §.§.feracius id commonstratur;quare cum isthæc ita sint; juremeritò nostro in themate naturales hujuscemodi sive sit patruus naturalis, sive nepotes, idque genus per legitimos; naturalesq; testatoris nepotes explodendi sunt, cum universa in istiusmodi legitimos, & naturales nepotes translata esse perhibeatur succedendi jura.

3 Sin autem nepotes legitimi,& naturales filii sint naturalis filii testatoris; tunc identidē à bonis istiusmodi despoliandos fore duco 2.

4 Probatur:filius naturalis hæres patris haud suus esse ducitur;ac per consequens relicto filio naturali, quod à lege debetur, hæredem quemlibet alium in patris manu est instituere posse: quare filii legitimi, & naturales ex testatoris filio naturali procreati, nullum habēt jus suprà testatoris testamentum; nonnisi illud, quod ejus pater naturalis habere supponebatur; cum universum patris jus in filium transiliet, uti supralaudatis in juribus commonstratum fuit; verum enimverò ipsorum pater naturalis testatoris filius nullum in testamento hoc jus habere supponitur, nisi illud, quod à jure est permissum; igitur, &c.

Secunda difficultas in hac causa erit,dato quod Nicolaus Seb. non sit soboles legitima, &c. *Hæc Antonius Capycius.*

Secunda Facti Species.

SI hæres hæreditatis medietatem obtineat; numquid cohæredis alterius semissem lucrari poterit, si de ipso hæsitatio habeatur num existat.

5 Idonea præstita prius cautione de restituēdo quicquid acceperit si cohæres revertatur hæreditatem adire posse duco 1.tametsi per S. C. haud fuisse prædefinitum refert, Capicius *hic à num.*1.*usque ad* 14.

6 Probatur:cohæredi namque hoc in themate nulla infertur injuria, neu damnum:siquidem ex suppositione, quod superstes foret, tunc ipsi in integrum restitutio fieret, quæ de sui conceptu, nonnisi læsum in priscum redigit statum, Gonzalez 1.*decretal. tit.*4. *de in integrum restit.cap.quæsivit* 1.*num.*8.cum ex obligatione nascatur, Donellus 7. *juris civilis, cap.*21.*sub num.*50. quare utrique utile foret, & hæredi certo,ne hæreditatis medietas cohæredi refundenda sit, si superstes deterioraretur; propter ipsius curæ deficientiam, & cohæredi dubio;si deinde revertatur,tunc hæreditatis partem ipsi tribuendam,reservatam reperiat; igitur, &c.

Tertia Facti Species.

SI res ex pecunia ex agnationis linea suboriens empta esse prædicetur: numquid medietas isthæc agnatis danda sit.

7 Pro cujus decisione distinguendum esse existimo, vel res isthęc ex pecunia, quæ ex bonis paternis, idque genus, ceu ususfructus suboriens empta sit, & tunc agnatis nil dandum fore haud ambigitur.

8 Probatur: pecunia ex usufructu suborta usufructuario omninò acquiritur, cum usus fructus nōnisi usufructuario debeatur,etenim res

res domino fructificat suo; ac per consequens usufructuario, qui utilis vocitatur dominus, *l.possessores, Cod.de fund.patrimon.lib.*11.*l.*4. *ff.de usufruct.*ibi: *ususfructus in multis casibus pars dominii est, l.in venditionem* 8.*ff.de reb. author.jud.poss.l.qui usufructum* 58.*ff.de verbor.oblig.* ac per cõsequens res ex hujuscemodi pecunia empta, omninò emptori secus verò agnato adipiscitur, ad instar rei emptæ pecunia dotali dotalis fit, Cujacius *lib.*1.*feud.tit.* 1.§.*similiter, & lib.*5.*observat.cap.*9. Connanus *lib.*4.*comment.cap.*17.*num.*10. Antonius Faber 5.*conjectur.cap.*9.Gonzalez 4.*decretal. de donat.inter virum, & uxorem*.

9 Vel res hujuscemodi ex pecunia rei in agnationis linea alienatæ empta sit, & tunc agnatis medietatẽ adipisci haud ambigitur 2.

10 Probatur: pecunia ex re in linea agnationis alienata proveniens ejusdem reputatur rationis, ac ipsamet res alienata: verũ enimverò priscorum bonorum ex masculina linea provenientium medietas agnatis debetur, utpotè alibi fusè commonstratum fuit; igitur identidem rei ex istiusmodi pecunia emptæ, cum effectus in sua asservari debeat causa, argum.*l.semper*, §.*negotiatores, ff. de jure immunit.*siquidem eadem est prorsus ratio de pecunia ex re antiqua alienata proveniens, ac de ipsamet re ex isthac pecunia empta, ut speculanti liquet; igitur eadem juris prædefinitio, *l.illud, ff.ad l.aquiliam*, idque genus.

Pro Decis. huiusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

SI hæredis institutio in patris filii, nepotisque personam celebrata sit: quo pacto commẽtanda est? cunctos unà amplectitur ne? an verò successivè?

Si quis in feudis in gradu haud successibili institutus sit ab illo, qui jam in gradu successibili erat: num instantiam à defuncto cæptam super alienatione feudi obligati, etiã cum assensu regio prosequi possit.

SUMMÆ.

A num.1.usq; ad finem binarum Thesium decis.& probat.

1 SI hæredis institutio in patris, filii, nepotisque personam celebrata prædicetur, quo pacto commentanda sit? cunctos unà amplectitur ne? an verò successivè? & reverà universos insimul amplecti, ac per consequens, & per patrem, & filium, & & nepotem, secus verò successive, ilicet unum post alium extinctum, est de Franchis *decis.* 633.Thor. *compend. decis.tomo* 1. §. *hæredis, institutio facta in personam patris*.

2 Probatur: Ly successive, tunc locum habere differitur, ubi haud suborti forent filius, nepos ve, secus verò quãdo universi superstites essent, testatore haud demortuo; quandoquidẽ non magis patrem, quam filium, nepotemq; voluisse arguitur testator, si enim patrem dũtaxat primò, secundò filium, tertiò nepotem voluisset, sanè id minimè obscurè expressisset; inde fit ut testatoris voluntas, ut lex hoc pacto servanda sit, Alciatus *in l.si filius ejus, n.* 5.*vers.ita etsi, ff.de liberis, & posthumis*.

3 Si quis in feudis in gradu haud successibili institutus sit ab illo, qui jam in gradu successibili erat: instantiam à defuncto cæptam super alienatione feudi obligati, etiamnum cum assensu regio prosequi nequire opinor, est de Franchis *decis.*593.de Fonte *in tract.de potestate Proregis, tit.*8.§.11.*num.*14. Thorus *in compend.decis.tomo* 1. §.*hæres non existens in gradu successibili*, hujus memoriæ scriptor est.

4 Probatur: hæres namque hujuscemodi institutus circa judicii occæpti prosecutionem, nullam habere ducitur ditionem: siquidem jus in gradu successibili, quod testatori convenire prædicatur, haud in hæredem transferre potuisse supponitur: non enim, quæ sunt in testatoris facultate in hæredẽ transire queunt; siquidem aliqua, quæ de sui natura ex una ad aliam transire possunt personam; de factò à testatore ad hæredem transiliunt, ut extant pecuniariæ pænæ, actiones activæ, & passivæ, *l.cum hæreditas*; ibi: *omnia quidem jura ad nos transeunt, ff. de acquirenda hæredit.* Donellus *de jure civili lib.*7.*cap.*10.*num.*50.*l.in omne, ff.de acquirend.hæred.l.hæreditas* 28.*ff. de regulis juris, l.aristo.ff.de jure deliberandi*; secus verò illa, quæ transire nequeunt, ut criminales pænæ ilicet triremium, fustigationis pæna, idque genus; igitur, &c.

DECISIO CXCV.

IN Causa alia præfatæ Berardæ Cochæ, cum Antonia de Cutinariis mortuo præfato Ioannæ Andrea Pacella, d. Antonia egit in S. C. petendo adiudicari sibi mixtim bona viri sui, ponendo intereà obventa à Patre, & à Bonaventura, & omnia alia pro concurrenti quantitate ducatorum 1500. dotium, & 750.antefati fundando, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

SI defuncti bona pro dotis antefati restitutione haud sufficientia sint: numquid ex bonorum agnatis debitorum mediate, juxtà Neapolitanam consuetudinem restitutio fieri debeat; si mulier à viro pro ejus dote, antefatoque super cunctis bonis hæredem instituisse feratur suis.

SUMMÆ.

A num. 1. usq; ad finem, Thesis decisio, & probatio.

1 TAmetsi restitutionem esse faciendam, describit Antonius Capicius *hic per totum*, referens sic per S. R. C. prædefinitum fuisse; ibi: *S.C. non habuit actionem pro confusa: ex quo hæreditas fuit huic creditrici delata revocabiliter, &c. item de instrumento mutui ducatorum mille minime habuit rationem: ex quo jam extat instrumentum dotale liquidum: imò nonnulli dicebant Antoniam non teneri etiam ad cedendũ dicta Berardæ actiones: ideo judicavit adjudicationem d. bonorum esse indistinctè faciendã pro omnibus dotibus, & antefato, ita tamen, quod si ipsa in hac adjudicatione caperet de medietate bonorum obventorum d. Jo: Andreæ à Bonaventura; debeat de aliis bonis, & hæreditate dicti Joannis Andreæ refundere in pecunia numerata eidem Berardæ illud, quod de dicta medietate illi debita caperet, & fuit lata sententia in* 1526. 19. *Maii*, quam prædefinitionem sectati fuere de Franchis *decis.* 8. *nu.* 12. de Ponte *consilio* 143. *num.* 11. *volum.* 2. Anell. de Amato *consilio* 47. *num.* 11. *volum.* 1. aliique Thorus *in compend. decis. tomo* 1. §. *adjudicatio an sit facienda mulieri heredi institutæ*, Minad. *in constit. in aliquibus in* 4. *notab. num.* 15. subdens ita in alio casu fuisse decisum Molfesius *in comment. ad consuetud. Neapol. tit. de renunc. quæst.* 5. *num.* 18. aliique idem Thorus *ibidem in* §. *dotis restitutio non*
2 *existentibus bonis, de quibus, &c.* verumtamen in juris puncto secus quispiam tutò publicis in thesibus defensitare potest: quare dotis, antefatique restitutio, ex defuncti potius, quam ex agnatorum bonis facienda sit.
3 Probatur: tametsi dos, antefatumque credita esse vocitantur; ac per consequens persolvenda: verumtamen haud ex bonis agnatis debitis; sed ex defuncti rebus solutio efficienda est: siquidem bona antiqua, juxtà consuetudinem Neapolitanam agnatis debita creditum anterius supponitur, ac per consequens agnatis acquisitum jus: quare Capiciana isthæc decisio ritè commentanda est de bonis à defuncto acquisitis, ex quibus cũctis, & dos, & antefatum mulieri hæredi prius persolvenda sunt; secus verò de burgẽsaticis bonis, in queis agnatis jus quæsitum esse supponitur: quæ enim antiqua sunt de familia bona extrà familiam, juxtà consuetudinem alienari haud fas est, cum in familia asservari debeant: refunderet namque defunctus uxori; quod suum non foret, ut speculanti liquet, ac per consequens restituendum.

Pro decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

HÆres proximior ex parte patris paternis in bonis succedens, si dotis restitutio per ipsum facienda sit: numquid integrè ab ipso restituenda sit.

Si capitula matrimonialia extare supponãtur, in quibus dotis promissio habetur; si per bancum deinde publicum dotis solutio absq; ulla hæsitatione habeatur: utrum præcisè per hoc id probetur, perinde ac si per instrumentum dotale id demonstratum foret, consuetudine Neapolitana inspecta.

Dotis restitutio per virum extinctis nuptiis promissa: quo pacto efficienda sit.

SUMMÆ.

A num. 1. usq; ad finem, trium Thesum decisiones, & probationes.

1 HÆredem proximiorem ex parte patris paternis in bonis succedẽtem, si dotis restitutio per ipsum facienda sit: tunc juxtà patris bona in hæreditate existentia dotis restitutionem per hæredem faciendam fore reor: quare juremeritò si patris bona pro dote hypothecata cuncta extare supponantur, dos per hæredem integrè restituenda est, Author est Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *dotis restitutio facienda per hæredem proximiorem*, referens bis per S. Reg. Cons. sancitum fuisse nonnullos laudans Authores.
2 Probatur: patris bona pro dotis hujuscemodi restitutione facienda jam hypothecata esse supponuntur, Antonius Faber 5. *Cod. tit.* 8. *de pactis convent. def.* 23. *num.* 1. *in allegat.* Hahnius *observat.* ad Vvessembecium *in paratitl. in ff. depositi tit.* 3. *colum.* 1. ac per consequens doti jus in hisce acquisitũ esse supponitur: verum enimverò in his obligatio ad patris hæredem transire proditur: cum hæres, & defunctus una eademque ducãtur persona, etenim demortui personã representat, *l. hæreditas* 28. *ff. de regulis juris*, cum hæreditas sit jus succedendi in universũ jus defũcti, Herm. Vvlteius *instit. lib.* 2. *tit.* 13. *de exhæredat. liber. num.* 17. omnesque defuncti actiones, cum activæ, tum passivæ in hæredem transiliant, *l. cum hæreditas*; ibi: *omnia quidẽ jura ad nos transeunt, ff. de acquirenda hæreditate*, Donellus *de jure civili, lib.* 7. *cap.* 10. *nu.* 50. *pag.* 148. *l. in omne, ff. eodem. l. hæreditas* 28. *ff. de regulis juris, l. aristo, ff. de jure deliberando*; igitur, &c.

3 Si

3 Si capitula matrimonialia extare supponatur, in quibus dotis promissio habetur: si per bancum deinde publicum dotis solutio absq; ulla hæsitatione habeatur: numquid præcisè per hoc id probetur: perinde ac si per instrumentum dotale id demonstratum fuisset, consuetudine Neapolitana inspecta, & tametsi dotis restitutionē, juxtà consuetudinē Neapolitanam procul ab instrumento dotali fieri impossibile ducatur: verumtamen hoc In themate faciendam fore duco, ceu per S. R. C. prædefinitum fuisse memoriæ prodit Thorus *compend. decis. tomo 1. vers. dotis restitutio*, quamvis fieri non possit ab instrumento, est Molfesii *in consuetudine Neapolitana parte 3. quæst.15, num.10.* Antonii de Alexandro *in addit. ad consuetud. dos, & quarta incipient. si non producetur fol.267.*

4 Probatur: dotem inter creditorem principem obtinere locum explorati juris esse, *l. assiduis, ff. qui potiores in pignore*, ac per consequens cum sit causa privilegiata propter muliebrium sexuum fragilitatem; juremeritò hujuscemodi per bancum solutio pro ipsius restitutione haud insufficiens ducatur; cum jura mulierum dotibus summas prerogativas propter ipsarum imbecillitatem indulgeant, *l. assiduis*, ubi Cujacius, Antonius Faber, Duarenus, Hotmanus, idque genus, *Cod. qui potiores in pignore habeantur*.

5 Juxtà obligationem in sponsaliorum contractu initam dotis restitutionem per virum efficiendam fore audacter opinor: quare præscindendo à viri obligatione si dos extet, eodem prorsus pacto, ac ab uxore viro tradita fuit, tunc ipsi eodem prorsus modo restitutio facienda sit: sin in pecunia, tuncque subdistinguendum est: vel vir ad restitutionem hanc
6 expressè se obstrinxisse feratur; vel non: si primum tunc juxtà ejus ligamen cogendus
7 sit: si secundum; vel pecunia actu extet, utputà in banco publico, tunc sequestrãda est, ac dein mulieri refundenda; vel minimè extat; at ex ipsa res aliqua expressæ dotis nomine empta fuit; tunc res ipsa mulieri tribuenda est, dummodò pecuniæ in dotem datæ æquipollēs sit; alioqui de reliquo agendum: si demum vir universa bona sua pro dotis restitutione se obstrinxisse feratur, tunc in uxoris ditione est, vel bona istiusmodi, vel ipsorum valorem reciperare posse.

8 Probatur: in cunctis namque hisce decisionibus, distinctionibusque rectè consulitur rationi, ac justitiæ haud observari perhibetur; neu mulieris conditio deterior fieri debeat, *l. 2. §. sed ita demum ad Senat. consultum, Velleianum l. si sine in fine, Cod. ad Vellejanū*, Petrus Faber *ad l. in eo quod 110. lit. C.* ac per consequens conditiones in contractibus adjectæ servandæ sunt: quandoquidem his servatis bono consulere proditur publico; igitur, &c.

DECISIO CXCVI.

IN Causa dubitatum est: an censualis cadat ob alienationem rei censualis factam non requisito eo, cui census debetur, &c. *Hæc Ant. Capic.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

CEnsuarius ob alienationem rei factam irrequisito domino directo census; numquid jure cadere prædicetur suo.

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. Thesis finitio, & probatio.

1 TAmetsi pro ea parte, qua debetur cēsus suo cadere jure, sicut emphyteuta per S.R.C. santitum fuisse memorat Thorus *in compend. decis. tomo 1. §. censuarius si alienaverit rem stabilem*, laudans Marantam *in suis sing. lit. C.* incipit *censuarius*: verumtamen in juris puncto quempiam publicis in thesibus tutò secus defensitare posse reor.

2 Probatur: longe namque diffident inter se censuarius, feudatarius, & emphiteuta: siquidem, & in feudo ratio subjectionis, ac vassalli habetur, in quo summa reposcitur fidelitas, & obedientia, *lib. 2. tit. 26. §. omnes, & tit. 55. §. præterea ducatus*, Hotmanus *de feudis disputat. cap. 26. lit. C. pag. 869. tomo 2.* & Cironius *in paratitl. 5. decretal. de feudis, tit. 20. pag. 216.* & idem *disp. de feudis, c. 32. pag. 877.* quæ non reposcuntur in cēsuario, qui solummodò censum persolvere debet, *cap. omnis de censibus*, Cironius *in paratitl. 5. decretal. eodem tit. pag. 267. clement. 2. de decimis, cap. 2. de maledicis, cap. quærelam de elect. cap. olim de decimis, l. si voluntate, Cod. de rescind. l. creditor, ff. de solut. l. penult. Cod. eodem tit.* tametsi auctis fructibus locati prædii censum debentis, haud augeri ipsius pēsionem explorati juris esse, *l. finali, Cod. de alluvionibus, l. penultima, Cod. de omni ægro, lib. 11. l. 2. Cod. de fundis rei privatæ, l. si merces 25. §. vis major, ff. locati, l. 1. Cod. in quibus causis coloni, lib. 11. l. cum satis 23. §. caveant, Cod. de agricolis lib. 12.* Amaya *in l. 3. Cod. de annonis, & tributis. & in l. unica, Cod. de collat. donatorum nu. 16*: quare rem censui subjectam alienando rigorosè loquendo non tantam irrogare ediferitur

tur injuriam, quantam infert feudatarius, vel emphyteuta suo in genere: quandoquidem emphyteuta domino directo canonem persolvit; adeòque quædam subjectio habetur; quare jure cadit suo, si per biennium cessit in solutione canonis, vel venditat meliorationes irrequisito domino directo, *l.2.& 3.Cod.de Jure emphyt.auth.qui res, Cod.de sacrof.Eccles. novella* 12.§.2.*collat*.9.*l*.28.*tit*.8.*par*.5.Cujacius *in cap.potuit* 4.Sarmient.*lib*.3.*select.cap*. 8.& idem Cujacius *in l.3.Cod.de jure emphyt.* Faber *de error, pragm.decade* 95.Corasius *tomo* 2.*in l.2.ad tit.Codicis de jure emphyt.* verum de isthac disceptatione alibi perabundè dissertatum fuit.

Pro Decis. hujusce illustratione,

CAPUT UNICUM.

SI Ecclesia, & in longeva actuali census exactionis possessione extare supponatur; & ex aliis id arguitur indiciis: tametsi de rei censualis dominio haud liqueat: numquid præcisè per hoc arguendus sit census.

Tempus, quod ad bona immobilia præscribenda deesse perhibeatur: utrum ad annuos introitus, censusque præscribendos sufficiens esse ducatur.

Dominus census pro ipsius consequutione quot actiones habet.

SUMMÆ.

A num.1.usq; ad finem, trium Thesium definitiones, & probationes.

1 SI Ecclesia, & in longeva actuali census exactionis possessione extare supponatur, & ex aliis id arguitur indiciis: tametsi de rei censualis dominio haud liquere prædicetur: numquid præcisè per hoc
2 arguendus sit census distinguendum est: vel adeò longeva sit tempestas, quæ dominii probationem minus facultatem refundit: quippe in hujuscemodi facti specie à census exactione haud despoliandam fore Ecclesiam, ac per consequens etiamnum de præterito satisfaciendam fore reor: quare hoc in themate cōmentandæ erunt, Afflicti *decis*.83.de Franchis 469.Boerii *decis*.105.*num*.3.est Marcelli Calà *in tract.de mod.artic.& prob.glos*.4. *num*.26. Mauri Jun.*alleg*.9.*num*.2. Thorus Author est *compend.decis.tomo* 1. §. *census Ecclesiæ debitus ex quibusdam*.
3 Probatur: est namque Ecclesia in actuali; longevaque census exactionis possessione; quæ tametsi haud certam; verumtamen probabilem parturiat probationem, à qua minus despolianda sit, adùsque per adversarium; secus commonstratur, cum melior sit possidentis conditio, *l.si debitor, ff. de pignor. l. is qui destinavit, ff.de rei vindic.* idque genus: quandoquidem in piis versamur causis, quæ favorabiliores sunt, Concilium Mediolanense 1. *par.2.tit.de carceris custodibus*, Concilium Viĕnense *cap*.23.siquidem longeva census illa persolutio indicium, præsumptionem, dominiumque census demonstrat.
4 Vel non sit adeò longa actualis census exactionis possessio, utputà per decem annos, vel id genus; ita ut haud difficilis sit census dominium probare; tunc nisi per Ecclesiā id probatur; quippè neu de actuali, neu de præterito Ecclesiæ censu satisfactio factitanda sit; quare decisiones supralaudatæ de isthac facti specie interpretandæ sunt.
5 Probatur: quilibet cujuscumque generis possessionis suæ titulum edocere adstringēdus est, cum quid facti sit, ac per consequens probatione indiget, *l.in bello*, §.*facta, ff.de captivis, & postlim.revers.* idque genus, alioquin fraudibus ansa refunderetur, quod per absurdum foret: siquidem hisce via est cludenda, *l.in fundo, ff.de rei vindic.l.cum* 11.§.*si cum lis, ff.de transact.l.qui sub prætextu, Cod.de Sacrosanctis Ecclesiis, cap. porrò de divortiis, clem.* 1. *de usuris, clem.* 1. §.*finali de concess. præb.* cum fraus, dolusve nemini debeant patrocinari, *l.itaque fullo, ff.de furtis, cap.dictum* 30.*quæst*.1.*cap.intelleximus de judic.cap.tuæ* 13.*de Clericis non resid.cap.sedes, cap.ex tenore de rescript.cap.2. de dolo, cap. 2. de cognat. spirit.cap.1.de collus.deteg.cap.tuus de usuris*; quare juremeritò cum census exactio in isthac facti specie per Ecclesiam gesta, per modicum tempus facta sit; cōsequens fit, ut haud difficilis sit ejus rei dominii probatio.
6 Tempus, quod ad bona immobilia præscribenda deesse perhibeatur, tunc ad annuos introitus, censusque præscribendos sat fore duco, est Baldi, aliorumque Author est de Marinis *resol.juris lib.1.cap.11.num.12.* quandoquidem utrobique par urget ratio; adeòque eadem juris prædefinitio, *l. illud, ff.ad legem aquiliam*, cum annui introitus, censusque inter stabilia connumerari assoleat bona; igitur, &c.
7 Dominum census pro ipsius consecutione, duplici potiri actione, ilicet stipulatus, & in rem scripta, quæ ex ipsomet censu subnascitur censeo, est de Marinis *resol.juris lib.1.cap.* 100.*num*.13.quare per actionem census (cum sit realis) rem, per contractus verò (cum sit personalis actio) personam sectari differatur, ac per consequens mixta vocitatur, *l.actionis* 36.*l.actionum genere* 24.*ff.de action.& obliga.*

DECISIO CXCVII.

IN Causa Sbertibenet ex persona uxoris suæ agentis contra Iosue de Rugeriis pro recuperatione Castri Benedicti Provinciæ Terræ Bari, &c. *Hæc Ant. Capic.*

A U-

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

SI super feudi restitutione quis à privato cōventus sit, authoremque privatum allegasse feratur suum, qui feudum à Fisco emerit: quisnam causæ hujuscemodi competens autumatur Judex.

SUMMÆ.

A'num. 1. usq; ad finem, Thesis decisio, & probatio.

1 COmpetentem Judicem hoc in themate, etiamnum Regiam Cameram Summar. fore reor, est Antonii Capicii *hic in fine*, referentis sic per S.R.C. sancitum fuisse; ibi: *circa hoc dubium fuit provisum, quod Commissarius Causæ cum quibusdam de consilio, & de Regia Camera ambo, seu alter ex Regentibus curiam procedant in causa, in qua parte non opponente, nec petente remissionem erat jam datus terminus, & remissio post terminum datum petita erat*, Annæ *singular.* 45. Muscatelli *in praxi S.C. par.3. vers. nominent, num.*5. Folle. *in add. ad Maran. par.*6. *num.*10. Scacciæ *in tract. de jud. civil. & crim. cap.*30. *nu.*16. Vivii *decis.*144. *num.*6. Marcelli Calà *in tract. de modo articul. & prob. glos.*1. §.1. *num.* 42. aliorumque Thorus *compend. decis. tomo* 1. §. *remissio causæ an sit facienda ad Regiam Cameram Summariæ*.

2 Probatur: ex *l. cum eorum, Cod. de sententiis, l. cum vendente, Cod. ubi causæ fiscali, l.*1. *Cod. de fide instrum. & Jur. hast. fisca. lib.*10. *l.*1. *&* 11. *Cod. si adversus fiscum*, Author est Capicius *hic*: nam quælibet feudi notio per privatum, & fiscum pertractanda; Judex competens dumtaxat Reg. Cam. Summ. autumatur: agitur namque de re ad regis patrimoniū spectante, ac per consequens Locumtenens cōpetens ducitur Judex; siquidem iste hoc in Senatu Principem obtinet locum; sicut Præses in S.R.C. vel Decanus in Collaterali Cōsilio; igitur, &c.

3 Neu obstant textus *in l.*11. *Cod. si adversus fiscum, l. etsi lege, §. item etsi rem circa finem, ff. de petitione hæreditatis*, idque genus, cum in alia extent facti specie: siquidem nostro in themate de feudo sermo est; secus verò in hisce juribus.

Pro Decis. hujusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

REmissio causæ possessorii rei feudalis, ad quem remittenda sit Judicem.

Remissio causæ; numquid post terminum in causa datum per Baronem rogitari valeat.

Remissio causæ; utrum post forjudicationis sententiam vassalli, per Baronem rogitari valeat.

SUMMÆ.

Num.1. & 2. Thesis 1. decisio, & probatio

Num.3. & 4. Thesis 2. prædefinitio, & probatio.

A'num.5. usq; ad 11. Thesis 3. finitio, & probatio.

1 REmissio causæ possessorii rei feudalis ad Reg. Cam. Summ. remittendam fore censeo 1. est Annæ *in alleg.*121. Riccii *coll. decis.*424. Thori *compend. decis. tomo* 1. §. *remissio causæ possessorii rei feudalis an sit facienda*.

2 Eodem prorsus medio, quo suprà præcipua facti species demonstrata fuit probatur, cum utrobique eadem sit ratio, *l. illud, ff. ad legem aquiliam*, idque genus: quandoquidem feudorum competens autumatur Judex; nonnisi Regia Camera Summariæ, quæ Regis patrimonium dignoscit, omniaque ad Fiscum spectantia inter Regis patrimonia feuda enumerantur, in quibus respectu Regis summa reposcitur fidelitas, Hotmanus *de feudis disputat. cap.*26. *lit.C.* Cironius *in paratitl.*5. *decr. de feudis tit.*20. igitur, &c.

3 Remissionem causæ post terminum in causa datum per Baronem peti posse, ac per consequens causæ remissionem censeo 2. est Anne *in singul.*55. *baro.* Capiblan. *in prag.*3. *nu.*53. *de baronibus, & in pragm.*8. *num.*23. Thori *compend. decis. tomo* 1. §. *remissio causæ an peti possit per Baronem post terminum datum in causa*, memorans sic per S.R.C. sancitū fuisse, laudantis Mangrellam ad Bartolum *in l.*1. §. *post, ff. de novi operis nunciatione*, Viscon. ad Franchum *decis.*417. aliosve.

4 Probatur: ubi justa causæ remissionis rogitatio ducatur; toties ad proprios reducenda sit terminos res, cum res per quas causas gignatur, per easdem dissolvitur, *l. nil tam naturale* 35. ubi Petrus Faber, *ff. de regulis juris, pag.*167. *cap. omnis* 27. *quæst.*2. *cap. omnis res de regulis juris in decretal.* quare cum nostro in themate Baronis petitio justa supponatur; igitur, &c. neu firmum ducatur illud, quod usquè ad terminum in causa Judex processerit: quandoquidem ceu illius incompetens pro nihilo reputatur, perinde quasi nil egisset: quicquid enim ab incapaci fit; haud fieri differitur, Gonzalez 2. *decr. tit.*10. *de ordine cognition. in cap. tuam* 3. *num.*17. Cironius *tot. tit. de judiciis, & foro competenti*, Donellus *de jure civili lib.*3. *cap.*9. *num.* 30. idque genus, cum illud fieri prædicetur, quod firmum sit; secus verò infirmum, nam nihil, & inutile æquiparantur, *l.*4. §. *condemnatum, ff. de judicato, cap. sicut urgeri* 1. *quæst.*1. cum ex nihilo nihil fit, *l. sejæ, ff. de tutor. & curator.* & non entis nullæ extant qualitates *l. ejus qui*

qui in provincia, verſ. quoniam, ff. ſi certum petatur, idque genus.

5 Remiſſionem cauſæ: poſt forjudicationis ſententiam vaſſalli per Baronem rogitari poſſe variè per S.R.C. ſancitum fuiſſe reperio; utputà, & forjudicationis ſententiam minus obſtante petita remiſſione; citrà privilegii Baronis præjudicium executioni demandandam fore Authores ſunt, Marcellus Calà *in tract. de modo proban. & artic. gloſ.* 1. §. 1. *num.* 107. Maſtrillus *de magiſtrat. parte* 2. *lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 19. aliique Thorus *compend. deciſ. tomo* 1. *verſ. remiſſio cauſæ an peti poſſit per Baronem, &c.* & non eſſe demandandam eſſe bis per idem Tribunal ſancitum edocent Maſtrillus *deciſ. Siciliæ* 147. aliiq; apud eumdem.

6 Ipſe verò ſic eſſe diſtinguendum, vel extemplò, ac Baro haud ignorat ſubditi ſui forjudicationem pertractari, ac per conſequens confeſtim inſtantiam, ut reus ſibi remittatur feciſſe feratur; tunc tametſi forjudicationis ſententia ſubſecuta ſit, identidem ad Baronem cauſam eſſe remittendam cenſeo 3. quare in iſthac ſecũda facti ſpecie S.R.C. prædefinitio commentanda erit.

7 Probatur: Baronis quiritatio hoc in themate peræque geſta ſupponitur, juxtà privilegium ſibi à Principe conceſſum; ac per conſequens incompetenter per S.R.C. adeòque forjudicationis ſententia, ceu infirma habenda erit; perinde, ac ſi nil per idem geſtum fuiſſe, & ad priſcos reducenda ſit terminos cauſa.

8 Vel Baro ſcit: neu ullam fecerit inſtantiam, ut cauſa ſibi remittatur; tunc poſt forjudicationis ſententiam ſecutam, cauſæ remiſſionẽ minimè ad ipſum remittendam fore cenſeo 4. quare ſic S.R. Conſ. prædefinitio commentanda erit.

9 Probatur: Baro namque in hujuſcemodi facti ſpecie ſuo ceſſiſſe ducitur juri, etenim quilibet juri cedere poteſt ſuo, *l. ſi quis in conſcribendo, Cod. de Epiſcopis, & Clericis*, cum nemini inferat injuriam, *l. injuriarum*, §. 1. *ff. de injuriis*, *l.* 3. §. *is tamen, ff. de libero homine exhibendo*, neu in ipſius ditione in Senatu inſtare, ubi libuerit, idque, & ne tempus fruſtrà terere videatur, & ne ritus S.R.C. eludantur.

10 Vel de forjudicationis pertractione nullam habuiſſe feratur Baro; tunc ad ipſum cauſæ remiſſionem (tametſi forjudicationis ſententia ſubſecuta fuerit) remittendam fore cenſeo 5. quare ſic ſecunda S.R.C. deciſio interpretanda erit.

11 Probatur: cauſæ cujuſcemodi ex privilegio Baroni à Principe permiſſo competẽs ducitur Baro Judex; igitur infirma ducitur in Senatu forjudicationis ſententia per S. R. C. promulgata, Gonzalez 2. *decretal. tit.* 10. *de ord. cognit. in cap. tuam* 3. *num.* 17. *pag.* 201. Cironius *toto tit. de judiciis, & foro compet.* Donellus *de jure civili lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 30. *pag.* 176. idque genus, ac per conſequens nil mirum ſi hoc in themate cauſæ remiſſio ad Baronem remittenda ſit, perinde ac ſi nil actum fuiſſet.

DECISIO CXCVIII.

IN Cauſa Monachorum Filiorũ quondam Magnifici Ferdinandi Monachi fuit dubitatum, an primogenitus, qui habet feudum præcipuum, & partem in bonis burgenſaticis teneatur in oneribus hęreditariis contribuere pro rata hæreditaria burgenſaticorum tantum ſicut alii: an verò plus aliis ratione feudi, in quo ſolus ſucceſſit, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

FRatrer primogenitus, qui & feudum principaliter, & partem in bonis burgenſaticis obtinet ſuam: numquid in oneribus hæreditariis burgenſaticis identidem ratione feudi (in quo ſolus ſuccedere ſupponitur) partem dare adſtringendus ſit ſuam, ſicut alii.

SUMMÆ.

Num. 1. varia Authorum placita, prædefinitioneſque.

A num. 2. uſq; ad finem, Theſis partes, earumdemque probationes.

1 TAmetſi pro hujus deciſione, & varia ſunt Authorum placita, Author eſt Fabius de Anna *conſilio* 4. *à.* 1. *uſque ad* 10. & variæ deciſiones, teſtis eſt Thorus *compend. deciſ. verſ. primogenitus fratrer, qui habet feudum præcipuum*: verumtamen ſic

2 diſtinguendum eſt: vel de burgenſaticis ſermo ſit bonis; tunc haud dubiè juxtà ejus partem ex burgenſaticis ſibi competentem bonis pro æris alieni ſolutione ex bonis hujuſcemodi debiti adſtringendum fore fratrem primogenitum feudatarium reor, eſt Joannis Vincentii de Anna *allegat.* 96. *per totum*, Fabii de Anna *loco ſupra laudato per totam*, aliorumq; Authorum, quos laudat ſectaturque laudatus Thorus.

3 Theſis iſthæc haud probatione indiget: ſiquidem de burgenſaticis eloquitur bonis, in queis utile percipitur; igitur etiam onus, ac per conſequens quemlibet ſuo in genere onus fer-

ferre debere par est, juxtà tritum dicterium illud: sentiens utile; inutile pati debeat, *l. finali*, §.*sed cum, Cod.de furtis*, *l. secundum naturam,ff.de regulis juris*, §.*item pretium, instit.de emption.& vendit.* Terent. *comed.4. act.5.scena 8.in fine, vers.multa ex quo.Seneca contr.lib.3.contr.6.par.2.*

4 Vel de feudo ex pacto, & providentia (de quo nostra est facti species) loquatur: tunc subdistinguendum est: vel æs alienum sit hujuscemodi feudo annexum; vel non. si primũ, tunc solummodò feudatarius ad hanc solutionem faciendam adstringendus est; secus verò alii fratres: siquidem ipse dumtaxat feudi dominus esse supponitur, nõ verò ejus fratres, quandoquidem non est feudum hæreditarium (in quo hallucinati fuere adversarii) sed ex pacto, & providentia primo genito, dũtaxat ex investitura dato. si secundum quis haud ignorat eum minimè deberi; cum sit jus sibi ex investitura acquisitum, inspicito Fabium de Anna *hìc à num.* 15. neù est æs alienum ei annexum.

5 Probatur 2. frater primogenitus hoc in themate binis est inspiciendus modis; vel ut feudatarius, & tunc ad feudi onera adstringẽdus est: vel haud feudatarius, at burgensatica possidens bona, & tunc juxtà portionem sibi competentem æris alieni persolvere cogendus est: quandoquidem est debitor frater suo in genere, ut speculanti liquet.

Pro decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

Si feudum hæreditarium foret, quid hoc in casu est prædefiniendum.

Primogenitus: utrum adversus tertios possessores actione ad feudum competente pro dotibus maternis, in quibus succedit, recuperandis, agere adstringi valeat à secundo genito.

Hæreditarii officii quisnam successor est; primogenitus nè? an verò omnes ejus fratres unà cum ipso.

SUMMÆ.

A' num. 1. usq; ad finem, trium Thesum finitiones, & probationes.

1 Si feudum hæreditarium foret, quid hoc in themate est prædefiniendum; & reverà æqualance ad debitis hæreditariis satisfaciendum adstringendum esse reor 1. est Fabii Annæ *dicto consilio 4.n.13. & 14.* aliorumque.

2 Probatur: in hæreditario namque feudo sicut in burgensaticis bonis descẽdentes æquabiliter succedere supponuntur (ceù suprà sæpe numerò commonstratum fuit, cum his in bonis inter filios quoad successionem nulla extat differentia: siquidem bona isthæc æquabiliter filiis acquiruntur; igitur identidem ad onera: enimverò merè materialiter se habet feudi ratio ad successionis rationem; cum in ipso æquo pacto successio detur, sicut cæteris in aliis burgensaticis bonis, cum utrobique eadem urgeat ratio, ac per consequens eadem juris prædefinitio, *l.illud,ff.ad legem aquiliam*;

3 Primogenitum adversus tertios possessores actione ad feudum competente pro dotibus maternis, in quibus succedit, recuperandis agere, adstringi posse à secundo genito reor 2. est de Franchis *decis.41.* Martæ *in tract. de clausulis parte 1.clausula 34.nu.3.* aliorumq; Thorus Author est *compend.decis.tomo 1.* memoriæ mandans sic decisum fuisse.

4 Probatur: causa namque isthæc, & primo, & secundo contrà tertios possessores genito communis esse supponitur; ac per consequẽs utrique actio competere necessum est; igitur unusquisque adversus consocium, ut coadjuvet instare potest; quandoquidem per modum unius veniunt; adeòque unusquisque consocio opitulari debet suo.

5 Hæreditarii officii omnes successores esse cum primo genito ejus fratres; adeòq; æquabiliter succedere duco, utpotè per S.R.Cons. prædefinitum fuisse, describit Thorus *compend.decis.tomo 1. §.primogenitus tantum,vel omnes filii succedunt*, est Lanarii, aliorumque apud eumdem.

6 Probatur: officium namque hujuscemodi inter hæreditaria annumerari bona necessum est: verum enimverò in hæreditariis bonis æquo pede filii succedere differuntur, sive sint emancipati; sive non, *l.meminimus,§.1.Cod. de legit.hæred.l.maximum vitium, Cod. de liberis præteritis*, cum non major ratio sit de uno; quam de alio; adeòque eadem juris prædefinitio, *l.illud,ff.ad leg.aquil.* idque genus.

DECISIO CXCIX.

IN Causa Ioannis Francisci Strozæ, contrà d. Comitem Polisani, & Marchionissam Padulæ, &c. *Hæc Anton.Capyc.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

Si in feudalibus extraneus institutus esse prędicetur hæres: numquid æs alienum dumtaxat ab ipso persolvendum erit; an verò unà cum defuncti agnato, cui ex juris providẽtia feuda debẽtur, si ambo succedere insimul supponantur.

SUMMÆ.

A num. 1. usquè ad finem, Thesis finitio, & probatio.

1 Utrosque ad hujuscemodi æs alienum persolvendum adstringendos fore reor; & si hæredem juxtà inventarii vires. est Antonii Capicii *hic num.* 5. memoriæ mandantis sic per S.R.C. sancitum fuisse; ibi: *S. C. judicavit in hac causa condemnando utrosque, scilicet dominam Mariã, & D. Artalem salvo dicta D. Mariæ jure inventarii, & quod eatenus, quatenus de toto dicto debito facta discussione præfati inventarii, non poterit Jo. Fra. consequi, à, d. domina Maria teneatur Don. Artalis illud totum usq; ad integrum debitum solvere de fructibus d. terrarum patri obventarum, &c.* de Franchis *decis.* 1. *per totum, & num.* 23. *& decis.* 687. Annæ *in alleg.* 127. *num.* 34. de Ponte *consilio* 13. *num.* 19. referentis idem pluries decisum fuisse, *& in consilio* 52. *nu.* 18. *& consilio* 88. *nu.* 27. *volum.* 1. aliorumque Thorus Author est *tomo* 1. §. *agnatus investitus in feudo an teneatur, &* §. *debita hæreditaria exsolvere an teneatur hæres institutus*.

2 Probatur: uterque namque ex feudalibus prensare supponitur utile; igitur nil mirum si uterque ad onus, ilicet ad æs alienum, ex feudalibus bonis ejusmodi refundendum par est, juxtà elogium illud: utile ejus esse debet, cujus est periculum, *l. final.* §. *sed cum, Cod. de furtis, l. super vacuam, Cod. de tempor. in integr. restit.*

Pro Decis. hujusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

Adgnatus: an absque Regio assensu hæreditarium resignare valeat feudum.

Feudum ob agnati extinctionem sibi acquisitum: numquid proprio authoramento procul à regio assensu illius possessionem capere possit.

Quid prædefiniendum si post oblatam supplicationem lite pendente, propria authoritate feudi possessionem cæpisse feratur: utrum possessionem deperdat.

Si agnatus feudatarius crimen istiusmodi patrasse feratur, ut feudi privatione dignus ducatur: num agnatus ejus successor hoc privandus sit feudo.

SUMMÆ.

A num. 1. usq; ad finem, Thesum finitiones, & probationes.

1 Adgnatum absque regio assensu hæreditarium hoc in themate resignare posse docet Anna *singul.* 18. *agnatus*, Thorus *compen. decis. tomo* 1. §. *agnatus quamvis in feudo ex pacto* Author est.

2 Probatur: quælibet hæreditaria bona cujuscumque generis sunt, penes quemlibet hominem successionis capacem posse illas resignare; cum hæreditatis aditio quælibet (remoto servo) merè voluntaria supponitur, *tit. Cod. si ab hæreditate se abstineat*, quod idẽtidem in filio familias verificatur, qui tametsi hæres suus, & necessarius differatur, ac olim Patris hæreditatem adire cogebatur, §. *sui autem, instit. de hæredum qualitate, & differentia, l. necessarii, ff. de acquirenda hæredit. l. finali, Cod. de jure deliberandi*: verumtamen hodie in ejus manu est illam indifferenter ad ire velle; vel nolle, *tit. Codicis si ab hæreditate se abstineat*; secus verò id de servo est edifferendum; qui cum sit hæres necessarius, hæreditatẽ adire adstringitur, *l. si alienum in principio* 19. *ff. de hæred. instit.* §. *necessarius, instit. de hæredum qualitate, & differentia*, neu regii assensus deficientia aliquid operatur: siquidẽ in resignatione, vel in acceptatione reposci necessarius ducitur; igitur: &c.

3 Feudum ob agnati extinctionem sibi acquisitum proprio authoramanto absque Regio assensu illius possessionem haud acquirere posse existimo: quare & Judicis sententia, & regius reposcitur assensus, est Annæ *singul.* 19. *agnatus*, Molfesii *in consuetud. neapol. par. te* 4. *quæst.* 61. *num.* 7.

4 Probatur: in qualibet feudi de uno ad aliũ translatione semper, & Judicis sententia, & regius assensus necesfariò reposcuntur, Hotmanus *consilio* 31. *num.* 38. *& consilio* 32. *nu.* 16. de Marinis *resol.* 2. *cap.* 84. *num.* 1. & idem *lib.* 1. *feudor. de aliena feud. tit.* 13. idq; genus, & ut boua feudalia domino tradantur suo, & ut Rex subditum pernoscat; numquid fidelis; quandoquidem feudum à fidelitate dicitur, Hotmanus *disput. de feud. cap.* 26. *lit. C.* Cironius *in paratitl.* 5. *decretal. tit. de feudis* 20. vel ad bellandum idoneus sit; igitur, &c.

5 Si post oblatam supplicationem lite pendente propria authoritate feudi possessionem cæpisse feratur, tunc possessionem deperdere debere necessum opinor: siquidem, & Judicis sententia, & regius assensus, ut licitè possidere perhibeatur necessariò reposcuntur, Hotmanus *consilio* 3. *num.* 38. *pag.* 148. *& consilio* 32. *num.* 16. *pag.* 152. de Marinis *resol. juris* 2. *cap.* 84. *nu.* 1. quandoquidem Tò *lite pendente* nil nostro in themate operari differitur.

6 Hinc suboritur difficultas: num propter inobedientiam hanc, feudi acquisitione cadere prædicatur.

7 Tametsi feudi possessionem deperdat, utpotè suprà commonstratum fuit: verùmtamen secus feudi acquisitionem; enimverò haud est crimen adeò grave, ut culpa istiusmodi, sua, cum pæna mensurari debeat, *l. sancimus* 22. *Cod. de pænis, cap. non afferamus stateras in fine* 24. *quæst.* 1. igitur, &c.

8 Si agnatus feudatarius crimen istiusmodi pa-

patrasse feratur; ut feudi privatione dignus ducatur: utrum agnatus ejus successor hoc privandus sit feudo: distinguendum est: vel adversus dominum directum commissum sit; vel non: si primum tunc esse ex unanimi cunctorum Authorum assensu feudo idẽtidem agnatum successorem privandum censeo 1. quandoquidem ingratitudinis vitio peccat, ac per consequens naturali jure, sin autem secundum subdistinguendum est: vel feudum foret priscum, ac per consequens familiæ incorporatum; tunc procul dubiò ob agnati crimen, minimè agnatus subsequens hæres feudo privandus est: siquidem antecessor delinquens dumtaxat verè feudi usufructuarius erat; igitur, &c.

9 Vel feudum est ab ipsomet delinquente acquisitum (de hoc enim dissertatur) & tunc agnato successuro etiam acquiri; crimine per antecessorem admisso minus obstante censeo 2.est de Ponte *in repet.de success. feudal. lect.* 17.*num.*21.contrà communem opinionem Author est Thorus *compen.dec.tom.*1.§.*agnatus an privatur feudo, si agnatus feudatarius.*

10 Probatur: feudi privatio ex delicto contrà domiuum directum subnascitur, Hotmanus *de feudis disput. quibus ex causis feudum amittatur, cap.*38.*lit.B.pag.*886.*lib.*2. *de feu. tit.*26.§.24.*& tit.* 47. idem Author ibidem *cap.*31.*pag.*887.*lit.A.* ac per consequens merè materialiter se habere, quoad feudi privationem in reliquis aliis delictis: etsi in Principis facultate sit si crimen sit atrox; & ipsum, & posteros privari posse feudo: alioqui delinquens minus pænam lueret sicut dignus censeatur, quod juribus obversaretur.

DECISIO CC.

IN Causa Reverendi Episcopi Liparensis, cum Amico Capichino, &c.in hac causa primà dubitatum, an pensiones beneficiorum regulentur, ut fructus ipsorum beneficiorum, seu ad instar beneficiorum,&c.*Hæc Antonius Capic.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

RES ex ecclesiasticarum pensionum fructibus per Ecclesiasticum empta: numquid consanguineis per ipsum donari, ac per eosdem alteri alienari possit.

SUMMÆ.

A'num. 1. usq; ad fiuem, Thesis finitio, & probatio.

1 DIstinguendum est: vel pensio isthæc firma ducatur, ac per consequens firmiter ex ipsa fructus colligi possunt; & tunc res ex pensionis fructibus hujuscemodi per Ecclesiasticũ empta, & sibi acquiri, & suis consanguineis eam legari posse universam duco, dummodò consanguinei sint pauperes alioqui superfluum pauperibus, ut suprà.vide *Sanch.tomo* 1.*consil.lib.*2.*cap.*2.*dub.*47.*num.*5.

2 Probatur: ubi pensio firma ducitur,ac per consequens fructus ex ipsa dimanantes eidem pensionario Ecclesiastico acquiri dicuntur, toties quis haud ignorat rem ex fructibus hisce emptam pensionario perfectè adipisci, ac per consequens illam, & consanguineis, & cuilibet relinquere posse:siquidem sicuti fructus ex pensione deducti ad congruam ejus portionem spectantes;pro ejus libito illos destruere,disponereque valet,sicut beneficiarius Concilium Mediolanense 1. *parte* 2. *tit. quæ pertinent ad honorem, &c.* dummodò resideat Concil.Vienn,Provinc.Concil.Colon.2. *parte* 3.*cap.*12.*Colon.*3.*tit.de officior.&c.*Triden. *sess.*6.*de reform. cap.*6. sic identidem & res ex ipsis empta: quandoquidem utrobique par urgere differitur ratio,&c.ut perpendenti liquet; adeòque eadem juris prædefinitio,*l.illud,ff.ad legem aquiliam, l.si postulaverit*, §. 2.*ff.ad legem juliam de adulter.*

3 Vel pẽsio isthæc infirma est, tunc neu fructus ex ipsa nascentes sibi adipisci,neu res in consequentiam ex ipsis empta; adeòque, nec in alios illam transferre, sive consanguinei, sive alii extranei sint:quare Capiciana isthæc prædefinitio hoc in themate commentanda est: quod ritè arguitur cum S.R.C. & rem, & fructus ex ipsa subortos restituendos Episcopo sanxit in fine; ibi: *S.C. condemnavit amicum ad restituendum Episcopo possessiones cum fructibus à tempore motæ litis actorum magistro Paulo Hodierna me referente, licet in prima instantia per Capitaneum Liparensem fuisset judicatum in favorem amici cum voto maximi Doctoris.*

4 Probatur: ubi causa extincta est, nullum prodire valet effectum; siquidem desinente ipsa, desinit effectus, *l.adigere, §.quamvis, ff. de jure patronatus, l.si pater, ff. de hæred. instit.l.naturaliter, Cod.de Episcopis, & Clericis, l.cum te, Cod.de pacto inter emptorem, cap.magnæ in fine de voto, cap.cum cessante* 60.*de appellat.* in nostra porrò facti specie pensio infirma esse supponitur; igitur, & ejus effectus, ac per consequens fructuum perceptio; igitur, & res ex his empta, & fructus restituenda sunt; igit.&c. cõsule Thorum *compend.decis.tomo* 1. §. *res empta ex pensionibus*

nibus, industriis, & §. pensionis beneficium.

Pro Decis. hujusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

Fructus ex usufructu percepti, si sint restituendi; quænam tempestas inspicienda sit? perceptionis ne? an verò revocationis?

Clerico beneficiario extincto beneficii fructus cuinam acquiruntur; cōsanguineis Clerici demortui ne? an verò in infinitum succedenti.

SUMMÆ.

A num. 1. usq; ad finem, Thesum decisiones, & probationes.

1 Fructus ex usufructu percepti, si sint restituendi, quænam tempestas inspicienda sit? perceptionis ne? an verò revocationis? distinguendnm est: vel fructus hujuscemodi ab exordio mala ex fide percepti fuerint, & tunc à perceptionis die restituendos fore reor 1.

2 Probatur: malæ fidei possessor à malæ fidei primordio cunctos, quos percepit fructus ex unanimi, & jurium, & Authorum placito illos restituere adstringendus est, *cap. si virgo 34. quæst. 2. l. certum, Cod. de rei vindic. l. cum hæreditas 59. ff. de petit. hæredit. l. si navis 62. §. generaliter, l. fructus non modò 34. ff. de rei vindic. etsi repetere expensas possit necessarias, l. domum, Cod. de rei vindic. l. ait Prætor la 2. §. per hanc actionem, ff. quæ in fraudem creditor*: verum enimverò nostro in themate res sic se habere supponitur; igitur, &c.

3 Vel lis super re, quam justo possidere autumat titulo, quis in Senatu excita differitur; tunc adùsque per actorem in foro convicta sit res, possidentem suos lucrari fructus; ac per cōsequens ad nil adstringēdū fore reor 2.

4 Probatur: usquè quò res in jure dicendo per adversarium haud convicta sit, numquam non possidens illam justo possidere perhibetur titulo, ac per consequens sibi fructus acquirere necessum est, cum melior sit possidētis conditio, *l. si debitor, ff. de pignor. §. retinendæ, vers. commodum, instit. de interdictis, cap. pro possessore de regulis juris lib. 6.* & res domino fructificat suo, juxtà Brocardicum illud: portio accrescit portioni, *l. si Titio 32. ff. de usufructu*; igitur, &c.

5 Vel res in foro per adversarium convicta sit; tuncque à die deperditæ rei fructus parti adversæ, secus verò alteri adipisci reor 3. quare hoc in themate de Franchis *decis. 585. nu. 3.* Thorus Author est *compend. decis. tomo 1. §. fructus percepti ex usufructu an debeant restitui* interpretanda est.

6 Probatur: ex incontinenti, ac res convicta sit, extemplò (inquam) rei dominium deperditur, ac per consequens alteri acquiritur, *l. nemo, Cod. de acquirenda possess. l. sed etsi lege, §. si ante. ff. de petitione hæred. cap. si virgo 34. quæst. 2.* igitur si res aliena deinde fit; quo pacto ex illa fructus percipiendi sunt; igitur prensaret, quod alienum foret, ac per consequēs ad ejusdē restitutionē adstringēdus est, cum alienum restituendum sit, alioqui læsio fieret, quæ labem involveret.

7 Clerico beneficiario extincto beneficii fructus, adùsque superstes beneficiarius Clericus ducitur, tunc sibi, ac per consequens consanguineis fructus acquiri censeo: quandoquidē beneficii onus sustinere supponitur, consequens fit, ut ejusdem fructus lucretur.

8 Post verò Clerici extinctionem, tunc usquè quò beneficium collatum sit, quippè Cameræ Apostolicæ fructus acquirunrur, Pius V. *constit. 26. capientes*, Sixtus V. *constit. 90. cum sicut*: quandoquidem pro tempore hujuscemodi beneficii, nullus Ecclesiasticorum onus sentire supponitur, neu beneficiarius futurus, cum & jure, & possessione careat, est contrà, Thorum *compend. decis. tomo 1. §. fructus beneficiorū Clericorū Neapol.* aliosve secus sentientes ilicet ad Clerici consanguineos spectare.

DECISIO CCI.

IN Causa Cajaciense quidam presbiter, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

TEstamentariæ tabulæ Clerici absque Judice per Notarium Apostolicum celebratæ, in quibus laicus agnatus (explosis agnatis aliis) institutus fuisse supponitur: numquid firmæ ducendæ sint, ac per consequens agnati explosi hæreditatis portionem rogitare nequeunt.

SUMMÆ.

A num. 7. usq; ad finem, Thesis finitio, & probatio.

1 Tametsi testamentum hujuscemodi canonico inspecto jure firmum sit; cum Clericus cæsarii juris sollemnia servare haud adstringatur: siquidem ab hoc divino exemptus esse ducitur jure: verumtamen civili jure, præsertimvè nostri Regni infirmum, invalidumque reor, est

An-

Antonii Capicii *hîc in fine*,memoratis sic per S.R.C.sancitum fuisse;ibi: *Sacrum Consilium condemnavit possessores ad cōsignandum actori portionem eum tangentem in dicta hæreditate tamquam ab intestato*,est Thori *compend.decis.tomo* 1. §. *hæreditatis portio an debeatur agnatis,&* §.*testamentum Clerici factum sine Judice*, aliorumque.

2 Probatur: Tametsi Clericus juxtà commune placitum divino inspecto jure à laicali foro exemptus sit, ut suprà commonstratum fuit: verumtamen si quicquid in laicali foro firmum esse voluerit, profectò cęsarii iuris,ac per consequens Regni sui sollemnia servare adstringendus est, alioqui infirmiter agere ducitur: quare cum nostro in themate Regni juris nostri sollemnia maximèque constitutionis *instrumentorum robur* haud servasse supponitur; consequens fit, ut testamentariæ tabulæ hujuscemodi Regni inspecto jure infirmæ censendæ sint.

Pro Decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

TEstamentariæ tabulæ remotis in locis cum cunctis sollemnitatibus à jure repoposcitis condit æ:numquid Notario,testibusque absentibus prævio Judicis decreto, quod aperiantur, aperiri queunt.

Si testamentum nuncupativum coram Iudice, Notario, ac septem testibus celebratum sit: utrum firmum sit, si in ipso tres dumtaxat subscripti per Notariū reperiantur testes.

Testamentum: an pro parte infirmari posse fas sit; utputà ob aliqua legata firmum; ob aliqua verò infirmum.

SUMMÆ.

A'num. 1. usq; ad finem, Thesum prædefinitiones,& probationes.

1 TEstamentarias tabulas remotis in locis cum cunctis sollemnitatibus à jure repoposcitis conditas;Notario, testibusque absentibus,prævio Judicis decreto, quod aperiantur,aperiri posse duco, est de Franchis *decis.*530.Thori *compend. decis. tomo* 1. §. *testamentum conditum in loco remoto*.

2 Probatur: longè discriminantur isthæc bina, & testamentarias aperire tabulas, & eas comprobare: in aperitione namque Judicis dumtaxat decretum, secus verò testium approbatio reposcitur:siquidem testamenti aperitio merè juris sollemnitas ducitur; secus verò testamenti approbatio, in qua si testes, Notariusve superstites forent; pro ipsius probatione, eorum præsentia postulatur: quandoquidem horum fides ad roborandum deservit testamentum, cum isti testamentariis interfuerint tabulis.

3 Testamentum nuncupativum coram Judice Notario, ac septem testibus celebratum: firmum esse,si in ipso tres dumtaxat subsripti per Notarium reperiantur testes,docent Afflictus *in constit.instrumentorum, num.*10. describentis sic sancitum fuisse Ursillus *decis.* 166.idem prædefinitum fuisse Vivius *in sylva commun. opinionum in opinione* 940. incip. *testis in instrumentis, num.*5.Thorus Author est *compend.decis.tomo* 1.§.*testamentum nuncupativum factum per Notarium*.

4 Probatur: pro testamenti nuncupativi robore, & testium septenarius, & Notarii præsentia reposcitur, *l.hac consulissima* 21.*Cod.de testibus*, §.*sed cum paulatim,&* §.*possunt autem, instit.de testamentis ordinandis, l. hæredes palam,ff.de testam.ordinandis, l. jubemus eodem tit.l.hæredes palam*, §.*in testamentis,ff. eodem*, quæ nostro in themate extare supponuntur: quod si deinde in publicam redigendum sit testamentum formam, sat sint, si tres sint subsignati testes:quādoquidem testamentum tunc per instrumenti modum venire differitur; ac per consequens sat sint, si instrumenti sollemnia intercesserint, *constitutione instrumentorum robur*, ubi Afflictus *in princ.pag.*253.siquidem testium trium approbatio est de testamento nūcupativo,cum universis jurium sollemnibus celebratum: en quomodò in alio probandi genere considerari proditur.

5 Pro testamenti robore sat est si firma sit hæredis institutio; secus verò legata, quæ tastamentariis in tabulis merè accessoria, secus verò ut partes principales veniunt,est Afflicti *dec.*69.*num.*9. Thori *compend. decis. tomo* 1. §.*testamentum an pro parte annullari possit*.

6 Probatur: in testamentariis condendis tabulis præcipua testatoris mens est hæredem instituere,qui defuncti personam repræsentat, *l.hæreditas* 28.*ff.de regulis juris*; reliqua verò venire ducuntur merè materialiter, cum testamenti caput hæredis institutio sit, §.*ante hæredes, instit.de legatis* Herm.Vvlteius 2.*instit.tit.*13.*de exhered. liber. num.*1.*pag.*273. cum testamentum absque hærede esse nequeat ad instar corporis sine capite:propterea quod hæredis institutio est de testamenti essentia, §.*ante hæredes, instit.de legatis*.

DECISIO CCII.

IN Causa Nicolai Francisci Follerii, cum Ioan.Thom.Calatu, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

A U-

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

SI creditor instrumenti virtute, rei debitoris possessionem cæpisse, ac adjudicationis decretum obtinuerit: numqnid debitor offerendi jus habeat; si ab hoc decreto reclamatum fuisse feratur.

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. Thesis decisio, & probatio
Nu. 3. 4. 5. & 6. ejusdem probatio, objectio, & solutio.

1 Offerendi jus habere, ac per consequens debitori competere, sive res appretiata sit, sive non; dummodò à Judicis sententia ritè per debitorem reclamatum fuit, censeo, est Antonii Capicii *hic, num.* 5. *&* 9. Afflict. *decis.* 187. de Franch. *decis.* 260. *idem decis.* 112. *nu.* 9. Fab. de Anna *in cons.* 35. *nu.* 23. *& cons.* 57. *num.* 2. *&* 10. Reg. de Ponte *cons.* 29. *num.* 10. *volum.* 1. Muscatell. *in pract. S.C. lib.* 2. *parte* 3. *glos. adjudicantur, nu.* 93. Andr. Gay. *pract. observat. lib.* 2. *observat.* 18. *num.* 13. Ricc. *in collect. decis.* 502. *&* 175. Peregr. *decis. patav.* 122. *num.* 21. Marescot. *var. resol. parte* 2. *cap.* 41. *&* 202. *num.* 10. Thor. *compend. dec. Neap. tomo* 1. §. *jus offerendi an competat debitori*
2 *post sententiam assistentiæ*; tametsi S. C. auth. Capic. *hic in fine* senserit, si res appretiata foret, secus verò non; ibi: *In causa hac S. C. consideravit, quod instrumenta debiti contrà Jo: Th. Calatav. pro magna parte continebant debita ex consignatione drapporum, & serici facta homini non mercatori. Item quod Jo: Th. erat homo dissipator, & facilis, ac inconsideratus. Item in illis instrumentis non omnibus aderat Regius Assensus. Item, quod tempore dictæ obligationis de illa Terra reperti sunt ducati triginta duo millia in circà. Itē, quod decretum de exequendo, & appretiando fuerat latum certo modo, cum certa reservatione voluit intelligere si Follerius, vellet tantum de pretio dare, quantum reperirentur, & Follerius hoc acceptavit: & S.C. videbatur difficile, & putabat dici causa differenti, ideò protulit decretum: quod Follerius infrà decem dies deponeret ducatos decem millia, aliàs non audiretur, & quià non fecit depositum integrum, statuit Terram Motulæ restituendam Jo: Tho. restituto pretio habito D. Nicolao Frācisco, ut in decretis, & actis Sac. Cons. ad quæ me refero.*

3 Probatur ex textu *in l.* 1. §. *finali, ff. ad Turpillianum, l. si reus, ff. de procurat.* §. *finali, instit. de perpetuis, & temporaneis actio.* Antonius Capicius *hic num.* 1. Author est: propterea quod Tò *à sententia ritè reclamari* de sui conceptu impedimento est; quominus dominii rei per S.C. adjudicatæ, in ipsum translatum prædicatur: transactum namque dissseritur, ubi secundum per idem Tribunal divulgetur decretum; vel si reclamatio per reclamantem deserta sit: quare firma extante reclamatione rei appretiatio merè materialiter se habet: haud enim (uti adversarii somniarunt) per rei appretiationem in creditorem transire ducitur dominium: siquidem appretiatio aliud non est, nisi præcii rei certificatio: dicitur enim in creditorem transilire dominium; nonnisi per Judicis sententiam definitivam, quæ in rem transit judicatam sintag. juris Tolesani *tomo* 3. *de action. lib.* 50. *num.* 26. Gonzalez 2. *decretal. tit.* 13. *de restit. spoliator.* ad commentationem textus *in cap. cum ad Sedem Apostolicam* 15. *in notis n.* 2. Faber 7. *Cod. tit.* 27. *de temp. & reparat. appellat. def.* 13. *num.* 1. *&* 2. *in allegat.* à qua neu reclamatum; neu appellatum esse supponitur, quod nostro in themate, secus habetur, ut liquet ex isthac Capiciana facti specie; in qua reclamatum fuit *num.* 1. ibi *licet à dicto decreto reclamatum sit.*

4 Probatur 2. nemo à re irrationabiliter despoliandus erit sua; adeòque in priscum redigendus est statum, Antonius Faber 3. *Cod. def.* 7. *tit.* 7. *de ord. judic. in allegat. cap.* 1. *de restit spoliator. & cap. conquerente eodem tit.* 2. *quæst.* 2. *cap. nullus* 3. *quæst.* 1. *cap. Episcopis, cap. Episcopi, cap. redintegrandi, quæst.* 2. *cap. si Episcopus* 2. *quæst.* 2. *cap. antiquitus, cap. omnes de restit. spoliat.* in nostro porrò themate haud rationabiliter despoliatus est: siquidem defactò pendente reclamatione pecunia oblata esse supponitur, quæ cum difficulter reperienda sit; juremeritò aliquo pacto debitor hic aliqua dignus ducitur excusatione; igitur, &c.

5 Dices dispar est reclamationis, ac appellationis ratio: siquidem quicquid per Judicem sancitum est; id per appellationem, secus verò per reclamationem devastari fas est.

6 Gratis assumitur ab adversariis, at non probatur: quandoquidem utrobiq; hic idem prædefiniendum erit; cum eadem in utroque urgeat ratio; adeòque eadem juris prædefinitio, *l. illud, ff. ad legem aquiliam, l. si postulaverit,* §. 2. *ff. ad legem juliam de adulter.* præsertim si pendente reclamatione precium sutisfactionis crediti per debitorem oblatum esse supponatur.

Pro Decis. huiusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

JUs offerendi: numquid creditori adversus mulierem dotis securitatem reposcentem cōveniat; priusquam maritus inops fiat.

Jus offerendi: an creditori viri competat cum in rogitatione assistentiæ, quam habuit; tum facto appretio si ab uxore haud fuisse citatus feratur.

SUM-

SUMMÆ.

A num.1.usq;ad finem Thesum decisiones, & probationes.

1 Jus offerendi: numquid creditori adversus mulierem dotis securitatem reposcentem conveniat; priusquam maritus inops fiat distinguendum est: vel jus offerendi hujuscemodi per creditores mulieri dotis asservationem rogitanti oblatum, & quoad proprietatem;& quoad actualem ususfructus perceptionē; itaut stabilibus viri bonis æquipollens sit, utputà si pecunia in publico reposita sit banco,& aliquid pro singulo quoque centenario fructificat, æquivalens dotis fructibus, firmum esse supponatur;tunc offerendi jus creditoribus convenire existimo 1.thæsis isthæc cūctorum debet esse authorū.

2 Probatur 1.decisiones namque S.R.C.aliorumque Tribunalium adversus creditores,indistinctè huic facti speciei haud oppugnare perhibentur: siquidem in alio extant themate, ceù infrà liquebit.

3 Probatur 2. doti namq; nulla irrogari dissferitur injuria: siquidem nullum patitur impedimentum; quandoquidem precium per creditores oblatum stabilibus æquipollere supponitur bonis, ac per consequens, & dotis assecuratio, & fructus ex dote dimanantes verificantur, quod à stabilibus nasci supponeretur bonis.

4 Vel jus offerendi per creditores oblatum stabilibus haud æquipollet bonis uti suprà commonstratum fuit, itaut deterioris conditionis dos fieret, seu ob fructuum ex dote dimanantium carentiam, seu ob aliquod periculum, quod accidere posset, tunc infirmum fore jus offerendi hoc per creditores oblatum

5 existimo 2.quare hoc in themate *decis.S.R.C.* aliorumque Tribunalium commentādæ sūt, est de Franchis *decis.*54. Annæ *in singul.*296. *jus offerendi*, ubi in alio capite refert fuisse decisum,Fabii de Anna *in consilio* 69. *num.*4. ubi omnes laudat Vivius *decis.*413. *num.* 5. Molfesii *in commentar.ad consuetud. Neapol. parte* 6.*quæst.*5.*num.*32.Martæ *voto* 36.*num.* 10.Giurbæ *decis.Sicil.*16.*num.*22. aliorumq; Author est Thorus *compend.decis.tomo*1.§.*jus offerēdi an cōpetat creditori adversus mulierē.*

6 Probatur: mulieris dos, liquidum in viri bonis creditum; ac per consequens, & quoad proprietatem, & quoad usumfructum dotis asservationem supponit; cum mariti bona, & pro uxore,ejusq;prole alenda;atque matrimonii oneribus, Hotmanus *consilio* 50. *num.*12. *pag.*248.(cum quoad effectum dotis dominus sit, *l.doce ancillam, Cod.de rei vindicat.*)ejusdēq;dotisrestitutione hypothecata sint;adeòq; post viri extinctionem extemplò restituenda sit, Antonius Faber 5.*Cod. tit.*8. *de rei uxor. actio.def.*5.juxtà textum *in l.unica*,§. *exactio, Cod.de rei uxor.actio.* verum enimverò isthæc nostro in themate minimè asservantur; cum deterioris conditionis fiat dos, quod juribus obnoxium est, Antonius Faber 4.*Cod. tit.*21. *ad Senat.Consultum Vellejanum def.*13.*num.* 3.*in allegat. colum.*1. præcisa namque præcii oblatio per creditores facta minimè dotem, & quoad proprietatem, & quoad actualem fructuūm perceptionem, ac stabilibus æquipollentem bonis reddere supponitur.num Fabii de Anna *consilio* 69.*à num.*5. *usque ad* 9. argumenta,idque genus firma sint; tu mi Lector Iudex esto.

7 Hinc conciliata habes adversa Doctorum placita: siquidem nonnulli Authores de primo eloquuntur themate, alii verò de isthac secunda facti specie.

8 Jus offerendi creditori viri competere cum in rogitatione assistentiæ, quam habuit, tum facto appretio si ab uxore haud fuerit citatus, perinde, ac si à primordio uxorem nil peractū sit existimo 3.consule Thor.*compend.dec. tomo* 1. §. *jus offerendi an competat creditori viri* nonnullos laudantem Authores.

9 Probatur: ubi de alicujus interesse in Senatu peragitur, toties ex juribus, & ex unanimi Authorū assensu citandus est, ut si quid adversi contrà actum, qui celebratur habeat, se tutari valeat, quod fieri nequit si citatus non sit, quod juribus obnoxium est, cum nemo sit indefensus damnandus, Caramuel *in Theologia morali, quæst.*8. *casu* 37. Cironius *in paratitl.*5.*decretal.tit.*28. *de appellat.* igitur, &c.

DECISIO CCIII.

IN Causa Magnifici Hieronymi Severini agentis,contra Illustrissimum Principem Salerni, &c. Primum dubium fuit: an hæc obligatio annua fuerit transitoria ad hæredem dicti Principis donantis, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti Species.

CEntum dono dans aureos nummos singulis annis fulano dandos quidam;adùsque superstes sit donatarius: numquid demortuo fulano;extincta etiamnum ducenda sit donatio isthæc.

SUMMÆ.

A num.2. usq;ad finem, Thesis finitio, & probatio.

1 Ex-

1 Extinctam fore, ac per consequens ad donatarii hæredes haud transire debere; tametsi adùsque donatarius superstes sit, seu à donante, seu ab ejus hærede singulis annis pecuniam habet, refundendam fore autumo, est Antonii Capicii *hic in fine*, referentis sic per S.R.C. prædefinitum fuisse; ibi: *Tamen S.C. in dicta causa judicavit in totum pro actore contrà dictum Principem, ex dictis conjecturis solum habilitavit d. Principem, quod d. pecunia solveret per duas præstationes infrà duos annos: jam enim annuatim præstanda erat*, de Ponte *consil.31. n. 4. vol.2.* Thori *compend. dec. to.1. §. donatio facta alicui de certa sũma debẽda vita durãte.*

2 Probatur: ut donatio extincta ducatur haud donantis, at donatarii extinctio reposcitur, *l.1. l. filio familias 22. l. Senatus, §. mortis, ff. de mortis causa donat.* quandoquidem sic est donantis velle, quod illis commonstratur verbis; ibi: *durante vita ejusdem* igitur ipso perempto, ad ejus hæredes transire impossibile
3 autumatur: quare merè materialiter se habet, quod donans hoc in themate antequam donatarius deperiret extingueretur: cum ejus obligatio minimè extincta supponatur, sed penes hæredem extare ducitur, cum universæ defuncti actiones sive activæ, sive passivæ in hæredem transiliant, *l. hæreditas 62. ff. de regul. jur.* etenim hæreditas est jus succedendi in universum jus defuncti, Herman. vult. *instit. lib.2. tit.13. de exheredat. liber. num. 17.* inde est, quod hæres hæreditatem adiens extincti personam repræsentat, *l. hæreditas 28. ff. de regulis juris*; quare actionem habens, jure meritò rem habere perhibetur, *l. rem in bonis, ff. de acquirendo rerum dominio, l. quam actionem, ff. de regulis juris, l. id apud se 143.*
4 *ff. de verborum significatione*: quod suum vendicet locum, seu donatio isthæc merè liberalis, *l.1. ff. de donat.* seu remuneratotia sit, ilicet ex aliqua obligatione justitiæ, *l.82. ff. de regulis juris, l.29. ff. de donat. l. rem legatam, ff. de adim. legat.* quandoquidem numquam non donatarii mors expectanda est, *dicta l.1. & d. l. filio familias*, idque genus; quare ex donantis parte mixta est, quatenus & donantis persona obstricta mansitat, cum donatio contractus naturam sectatur, adeòque ex justitia obligans, *l. qui ex donatione 12. l. qui id quod 39. ff. de donat. l. si quis argentum 35. C. eodem*, & ejus bona pro ipsius satisfactione hipothecata, cũ detur actio directa ad petendam rem donatam, non traditam à donante, *l. evictio, §. si servus, ff. de evictio. l.3. ff. de dolo malo excep.* ex donatarii verò parte mera ejus persona pro ipsius extinctione introspicienda est, *dicta l.1. & dicta l. filio familias*; verum enimverò Capiciana isthęc prædefinitio; nonnisi de donatione remuneratoria eloquitur, ut ritè perpendenti liquet.

Secundum dubium est, estò quod extenderetur ad hæredes Principis, an requiratur insinuatio, & quo ad vitam donatarii, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

Secunda Facti Species.

IN donatione isthac: numquid pro ipsius robore Judicis insinuatio reposcitur.

5 Tametsi nostro in Regno insinuationem hance locum habere haud ducitur: verumtamen communi inspecto jure, nostro in themate Judicis insinuationes hasce non reposci
6 reor: quandoquidem in donatione quingentos excedente solidos insinuationem postulari, explorati juris esse, *l. si quis, §. cæteris, Cod. de donat.* verũ enimverò quingentos excedere solidos de donatione certa, secus verò de hæsitabili interprætandum erit; siquidem evenire potest, quod donatarius primo depereat anno, ac per consequens extinguitur; quare potius pro donationis firmitate, quam pro ipsius infirmitate standum est.

Pro decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

DOnatio per aliquem facta: numquid ante acceptationem revocari possit.

Si donatarius ante donãtis obitũ extinctus sit: utrum donatio isthæc identidẽ extincta sit.

Donatio simulatè facta: an rescindi fas est: tametsi donatarius nolit.

SUMMÆ.

A'num. 1. usq; ad finem, Thesum decisiones, & probationes.

1 DOnationem per aliquem factam ante acceptationem revocari posse audacter duco, est Thori *compend. dec. tomo 1. §. donatio facta per aliquem an possit revocari, &c.* literis mandans sic per S.C. junctis Aulis sancitum fuisse, Pauli Staiban. *consl.7. Vincentia sub num. 13. in fine*, aliorumque.

2 Probatur: priusquam donatarii acceptatio verificatur, in donantis manu est eam revocare posse, nam etsi donatio, seu per nuncium, seu per epistolam, seu per signa absenti fieri valeat, *l. non ambigi 6. l. si aliquid 13. Cod. de donat. l. etiam 4. l. absenti 10. l.4. l.2. §. si quis donaturus, ff. eodem*, Cujacius *lib.12. observa. 28.* verumtamen priusquam acceptetur revocari fas est, cum haud præsumatur donans se velle obligare ad dandum ante acceptationem, *l. absenti 10. ff. de donat.* cum dominium penes eumdem extet: siquidem verificata donatarii acceptatione illam

illam amplius per donātem revocari nequit, *l.2.ff.de donat.* quod ex ipsa met donationis inter viros definitione liquet: quandoquidem adusq; donatio ad donatarii aures perveniat; vel ejusdem non verificatur acceptatio; perinde se habet, ac si donans nil dono dedisset; nihilque egisset; igitur, &c.

3 Si donatarius ante donantis obitum extinctus sit: tunc donationem etiam peremptam fore docent, de Franchis *decis.591.in princip.* Thor. *in supplem.decis.§.donatio personalis facta ab aliquo alicui*, aliique utputà si mater filio donaret suo feudum, quod post sui extinctionem adipisci deberet, si deinde filius ante matris extinctionem novissimum clauderet diem; tunc donatio hujuscemodi extincta est, perinde quasi feudum à matre haud donatum fuisset, ac per consequens alteri acquiri nequiret, ilicet donatarii sorori.

4 Probatur: donatio namque istiusmodi merè personalis est, ac per consequens extincta persona extinguitur, cum accidens devastato subjecto perimatur, *l.4.in fine, ff.de actionibus empti*, neu de ipsa ante donantis obitum adipisci potest; cum post donantis mortem dominium transeat, neu ab hærede revocari possit, *l.1.l.si mortis 29.vers.si verò, l.non videtur 32.l.mortis 34.ff.de mortis caus.donat.* igi.&c.

5 Donationem simulatè factam rescindi posse reor: tametsi donatarius nolit, est Capiblāci *tomo 2.de baron.cap.68.nu.15.* apud Thorum *compend.decis.tomo 3.§.donatio simulatè facta an rescindi possit licet donatarius.*

6 Probatur: in donatione facienda inter reliqua alia requisita essentialia, verum donantis velle reposcitur, quod in omni dominii translatione reposcitur; inde est, quod in mente retenta nullum gignit effectum, *l.si repetendi, ff.de condit.ob causam*; verum enimverò simulata voluntas haud vera, ast ficta supponitur, perinde ac si minus foret: quandoquidem jocasse ducitur; dummodò id, ritè, rectèque per donatarium comprobatur, cum facti sit, ac per consequens probatione indiget, *l.in bello, §.facta, ff.de captivis, & post limi.reverf.* idque genus; igitur, &c.

DECISIO CCIV.

IN Causa Dominæ Victoriæ de Afflicto, cum moderno Domino Comite Triventi, &c. *Hæc Antonius Capycius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

SI dotis legatum, ut nuptias quis contraheret relictum foret: quid prædefiniendum si legatarius religionem successionis capacem ingrediatur; numquid illud assequi valeat.

SUMMÆ.

A'num.1.usq;ad 2.Thesis finitio,& probat.

1 ACquirere posse reor, est Antonii Capicii *hic in fine*, memorātis sic per S.R.C. prædefinitum fuisse; ibi: *Sacrū Consilium condemnavit modernum comitem hæredem præfati Thomasii ad ducatos 4000.quatenus autem tantum ascenderet paragium debitum eidem victoriæ super bonis. & feudis obventis præfato Thomasio, & lata sententia me referente in 1526.19.Maii, &c.* Camilli Salernitani in consuetud.*si moriatur, §.eas autem in addit.* incip.*monialis non trāsmittit fol.*100.Mangrellæ ad Bartol. *in authē. nisi rogati, Cod.ad Senatus consult. Trebell.* in princip. & infrà verbum *legatum* Molfesii *in comm.ad consuet.Neap.par.4.quæst.16.nu.12.* Riccii *collect.decis.*1568.aliorumq;apud Thorum *compend.decis.tomo 1.§.legatum dotis, ut matrimonium contrahatur.*

2 Probatur: acontinenti, ac legatarius meliorem elegisse feratur statum; toties legatum assequi debet: siquidem testatoris voluntati haud adversaretur; cum spirituale contrahat matrimonium, quod carnali præstare debet, Authores apud Gonzalez 1.*decretal. tit.7. de translat.Episcop.in cap. cum ex illo à nu.* 16. *usque ad* 17.juxtà textum *in cap. qui secundum 23.quæst.4.* enimverò de meliori est electio bono, *cap.pervenit 3.de jurejurando, cap. scriptum de voto,* Gonzalez 3.*decretal. tit.de convers.conjug.32.in cap.verum 2.num.7.* quæ cum ita sint; jure meritò S.C. in monialis favorem ut lucretur legatum sanxit.

Pro Decis.hujusce Illustratione.

CAPUT UNICUM.

SI legatum ob nuptiarum celebrationem relictum sit: numquid ei legatum dandum sit; si legatarius simpliciter purum cælibatus statum elegerit.

Si legatarius clericatus dignitate insigniri per testatorem inhibeatur: quid hoc in casu prædefiniendum erit.

Si conjunctæ personæ ob Dei dilectionem aliquid legasse feratur quis: an Judices Reverendæ Fabricæ utpotè competentes de eo noscere queunt; si ægestatis causa factum fuisse arguatur.

SUMMÆ.

 A'nu.

A'num.1.usq;ad finem,Thesum decisiones, & probationes.

1 SI legatum ob nuptiarum celebrationē relictum esse prædicetur: tunc legatario haud dandum esse existimo, si legatarius simpliciter purum cælibatus elegerit statum, est Anton.Capic.*hic,n.1.& 2.*

2 Probatur: *ex lege in testamento, & l.Titio, ff.de condit.& demonstr.authen.de sanctissimis Episcopis, §.si quis autem, Cod.ad Trebellian.* nam purus simplex cælibatus hujuscemodi laicalis minimè rigorosus cælibatus status est: siquidem minus approbatus censetur: quandoquidem evenire potest,ut quis alium ob finem, quam cælibatus studio nuptias celebrare nequeat, ilicet ut melius voluptatibus,quā matrimonii oneribus operam navet suis:quare juremeritò cū irrationabiliter defuncti voluntati oppugnari prædicetur, consequens fit, ut legatum per hæredem rationabiliter denegandum sit; cum testatoris voluntas, ceu lex servetur Alciatus *in l.si filius ejus,vers.etsi,nu. 1.ff.de liber.& posthumis,* Cujacius *in ff.de legatis 1. ad leg. 1. & 116. lit. B. & in consultationibus, consult.37.lit.D. & consult.15. lit.D.* inde est, quod si hæres id efficere negligens sit; tunc id efficiendi facultas ad Episcopum devolvitur, *cap.ult.1.3.quæst.2.cap. admonere 16.quæst.1. cap.de laicis 17. quæst. 2.* idque genus,Tridentinum *sess.7.dereform.cap. 15.& sess.22.cap.6.& sess.25.cap.4.* Robertus *lib.1.rer.judic.cap.19.*Antonius Augustinus *in epitom.juris lib.15.tit.88.*aliique.

3 Si legatarius clericatus dignitate insigniri per testatorem inhibeatur, quid hoc in casu prædefiniendum erit: distinguendum est, vel clericus, seu prima tonsura, seu ordinibus insignitus minoribus esse prædicetur, vel majoribus; si primum,& tunc hisce in ordinibus si persistere differatur, haud fore tribuendum legatum opinor: sin secundum oppositum est edisserendum; quare Antonius Capicius *hic, num. 2.* de prima;secus verò de secunda facti specie interpretandus erit.

4 Eodem prorsus utraque thesis pars probatur medio:seu clericali tonsura, seu ordinibus minoribus insignitus quis esse prædicatur; rigorosum cælibatus statum minus asservat: quandoquidem uxorem ducere potest;nec ullo castitatis vinculo obstrictus esse supponitur; sicut majoribus decoratur ordinibus,qui castitatem servare propter voti emissionem necessariò cogitur, Gregorius I.*epist. 42. dist. 31.cap.aliter dist.32.cap.multorum dist.27.c. Diaconus dist.28.cap.Diaconi dist.31. cap.ante triennium lib.6.constit.apostol.cap.17.* Siricius *epist.4.cap.9.dist.27.cap.Presbiteris,& c. Diaconus dist.28.cap.Diaconi,* ibidem Tride. *sess.24.canone 9.*idque genus;quare quoad castimoniam servandam inter secularem Præsbiterum,Monachumque nullum extat discrimen, igitur si ex commonstratis in Monasterium successionis capax ingresso, professoque legatum refundendum erit,sic etiamnum majoribus initiato ordinibus; cum utrobiq; par urgeat ratio; adeòque eadem juris prædefinitio, *l.illud,ff.ad legem aquiliam,* idque genus, ut speculanti liquet.

5 Si conjunctæ personæ ob Dei dilectionem aliquid legasse feratur quis: tunc Iudices Reverendæ Fabricæ,ceu competentes de eo noscere posse, si ægestatis causa factum fuisse probetur; secus verò si id nō commonstratur, de Franchis *decis. 565.* Riccius *in praxi var. resol.in resol.381.*Thorus *compend.decis.tomo 1.§.legatum factum conjunctæ personæ ob Dei, &c.* Author est.

6 Probatur: Tò ob Dei dilectionem fieri legatum, piæ causæ rationem(rigorosè loquendo)haud involuit; secus verò paupertatis studio fore gestum: quare cum in nostra facti specie ægestas isthæc minimè probata per Judicem Reverendæ Fabricæ haud supponatur; igitur nil mirum si, &c.

DECISIO CCV.

IN Causa Dominę Victoriæ Camponischæ, cum d. Io:Baptista Caldola eius Nepote, quod d.Victoria non possit privari, cum non præcessit bina monitio, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Specirs.

HÆres aliquid adimplendi à testatore onustatus, utputà lagatis satis facere nonnullis; si illa haud efficiat: numquid jure per Judicem privandus erit suo.

SUMMÆ.

A'num.1. usq;ad finem, Thesis finitio, & probatio.

1 DIstinguendum est; vel testator contrà hæredem aliquam imposuerit pænam;si illud haud efficiat,nempe hæreditatis privationis,&c.vel non: si primum tunc elapso à testatore prædefinito termino;si ipsius jussum non efficiat;ex cōtinenti in hæreditatis privationis pænam incidere reor 1.

2 Probatur: defuncti velle in testamentariis constitutum tabulis;si juribus obnoxiū haud

fit

sit, uti legem servandam fore explorati juris esse, Alciatus *in l. si filius ejus, vers. et si num. 1. ff. de liber. & posthumis*, Cujacius *in ff. de legatis 1. ad leg. 1. &* 116. *lit. A. B. pag.* 788. *tom. & in consult. consultat.* 37. *lit. D. & consult.* 15. *lit. D.* verùm enimverò hoc in casu testatoris jussio habetur, neù legibus obstat; igitur necessum ducitur, ut ab hærede servandum sit.

3 Sin secundum; tūc per Judicem adstringēdū fore hæredem, ut efficiat, quod defunctus jusserit reor 2. quod vel si nolit, vel morosus sit, tunc absoluta facultas illud efficiendi ad ipsum devolvitur, ac per consequens terminum dare hæredi, juxtà fori stilum ad illud efficiēdum necessum est: quare neù semel, neù bis præstandum erit; at juxtà fori praxim; atque hinc fit, quod in hoc sēsu secùs in primo Capiciana isthæc prædefinitio commentanda erit, ceù ex novissimis Antonii Capicii verbis liquet; ibi: *Tamen in dicta D. Victoriæ Sacrum Consilium judicavit secundum opinionē Angeli, &c. sic præfatus d. Mazeus dicit S.C. illius tēporis statuisse iterū terminū, & sic secūdū opinionē Angeli. Ego in aliis causis occurrentibus judicarem secundū qualitatē personæ quæ vult habilitari*, est Antonii Gabrielis *lib. 1. tit. de action. conclus. 6. num. 21.* Thori *compen. dec. to. 1. §. hæres an possit privari jure suo.*

4 Probatur: ex textu *in auth. de Ecclesiastic. tit. §. si quis autem, vers. si autem, auth. & liceat Matri, & Aviæ, §. si quis in sua, l. si ea, Cod. qui accusare, non possunt de adulter. l. qui accusaturus de accusationibus, l. Titia, Cod. de inge. ma. l. diffamari de opti. leg. l. mancipiorū, auth. de hæred. & falcid. §. si quis autem*, Antonius Capicius *hìc, à num. 1. usque ad 6.* Author est; igitur, &c.

5 Probatur 2. ubi defuncti voluntas à juribus haud aliena est; tunc per hæredem efficienda est, Alciatus *in supralaudata l. si filius*, & Cujacius *in ff. de legatis 1.* atqui hæres nostro in themate, vel illam efficere renuit, vel saltem morosus sit illam efficiendi; igitur Judex suo ex munere hæredem ad defuncti voluntatem efficiēdam adstringere debet, cum ejus sint partes, ut defuncti velle efficiatur.

Pro decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

HÆres ad hæreditarium non à testatore; sed à juris beneficio evocatus: numquid ad æs alienum persolvendum adstringendus sit.

Hæres per novum contractum dispositioni per defunctum initæ: an assentiri, ac per consequens cum bonorum hipotheca se obligare, ac super hujuscemodi novo contractu assensū præstare adstringendus sit.

Creditoris hæres, qui instrumentum stipulatus fuit, nil de hærede mentionante: utrum in hæredis manu sit ritus M.C.V. robore, instrumentum hoc liquidare.

SUMMÆ.

A num. 1. usq; ad finem, Thesum finitiones, & probationes.

1 HÆres ad hæreditarium non à testatore, sed à juris beneficio revocatus: numquid ad æs alienum persolvendum adstringendus sit: distinguendum est: vel æs alienum à defuncto contractum fuit; vel est hæreditati annexum, ceù extant census; idque genus: si primum sane ad æs alienum persolvēdum minimè adstringendum fore duco: quare Afflicti *decis.* 385. sic commentanda est, est Camilli de Curte *in divers. juris feudal. vers. multoties concedēs* 65. & 72. aliorumque apud Thorum *compen. decis. tomo 1. §. hæres vocatus ad feudum hæreditarium non tamen à testatore.*

2 Probatur: hæres namque nostro in themate non à defuncto; at à lege ad hæreditatem adeundam devocatur; ac per consequens haud defuncti hæres supponitur: igitur quo pacto ad æs alienum à defuncto contractum solvendum cogendus est; si ipsius personam non repræsentet: nam per personæ repræsentationem ad repræsentati æs alienum persolvendum cogitur repræsentans.

3 Sin secundum; tunc ad æs alienum persolvendum cogendum fore reor 2.

4 Thesis isthæc nulla indiget probatione: siquidem se ipsa liquet: enimverò hæreditatis hæres esse supponitur, ac per consequens ad hæreditatis onera adstringendus sit: inter hæreditatis namque onera: æs alienum annumerari necessum est, cum sit alterum debitum; igitur, &c.

5 Hæres per novum contractum dispositioni per defunctum initæ: numquid assentiri, ac per consequens cum Baronum hipotheca se obligare, ac super hujuscemodi novo contractu assensum præstare compellendus sit.

6 In ea ratione, qua se obligasse feratur defunctum obstringendum fore hæredem, docet de Ponte *de potestate Proreg. tit. 6. de assensu regio super dot. §. 1. nu. 22.* literis reminiscentis binis in causis sic sancitum fuisse, Thorus Author est *compend. decis. tomo 1. §. hæres an compelli possit per novum contractum, &c.* secus verò sub alia ratione.

6 Probatur: universa defuncti jura, seù activa, seù passiva in hæredem transire explorati juris esse, *l. hæres in omne, ff. de acquirenda hæreditate, l. hæreditas 28. ff. de regulis juris, l. Aristo. ff. de jure delib.* ac per consequens obstrictus ducendus est hæres, eo pacto, quo defunctus; cum ipsius personam reprenset, *l. hæreditas 28. ff. de regulis juris*; igitur jure meritò per novum contractum testatoris dispositione compellendus est.

7 Creditoris hæredem, qui instrumentum stipulatus fuit, nil de hærede mentionando; in hæredis manu esse ritus M. C. V. robore instrumentum hoc liquidare posse existimant, de Ponte *decis. 26.* quæ incipit *Joannes Baptista nu. 8.* Thorus *compend. decis. tomo 3. §. hæ-*

res

res creditoris, qui stipulatus fuerat.

8 Probatur: tametsi de hærede per creditorem nil mentionatum fuit; verùmtamen id necessarium haud fuisse ducitur; cum testatorem haud fugeat universa jura sua, & activa, & passiva in hæredem transire, *dicta l. haredes in omne*, *& dicta l. hæreditas*, *& laudata l. Aristo.*

DECISIO CCVI.

IN Causa, & cætera cum per Judicem stetisset quominus causa criminalis expediretur infra biennium dubitatum: an ex quo lapsum est jam biennium possit ulterius saltem per novam accusationem, seu quærelam, vel inquisitionem in causa pia procedi, &c. *Hæc Antonius Capyc.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

INstantia quandonam perempta esse autumatur.

SUMMÆ.

A'num. 1. usq; ad finem, Thesis finitio, & probatio.

1 DIstinguendum est: vel de criminali, vel de civili sermo habeatur causa; si de criminali subdistinguendum est: vel biennium ex accusatoris culpa lapsum extinctumque sit; vel Judicis: sin accusatoris, tunc lapso biennio extincta, peremptaque est instantia, ac per consequens haud amplius audiendus erit, est Antonii Capicii *hic*, *num.* 5. de Franchis *dec.* 250. Caravitæ *in ritu* 248. Thorus *compend. decis. tomo* 1. litteris meminit in hæc verba *instantia in criminalibus quamvis pereat biennio.*

2 Probatur: ex textu *in l. abolitionem, Cod. de adulteriis*: siquidem cessisse juri jam differitur suo, cui resignare potuit, *l. si quis in conscribendo, Cod. de Episcopis, & Clericis, l. penult. Cod. de pactis*, cum nemini injuriam irroget, *l. injuriarum*, §. 1. *ff. de injuriis*, cum judicium assiduandi tempestatem habuisse supponatur; ac per consequens, ut in pænam lapsus, minimè est audiendus, idque ritè sancitum; ne judicia ex accusatorum voluntate pendeant, nevè fraudibus aditus fiat, *l. in fundo, ff. de rei vindic. l. cum is*, §. *si lis, ff. de transact. l. qui sub prætextu, Cod. de Sacros. Eccles.* cum fraus, dolusvè nemini debeant patrocinari, *l. itaque fullo, ff. de furtis, cap. dictum* 30. *quæst.* 1. *cap. intelleximus de judic.*

3 Sin autem ex Judicis culpa biennium lapsum, extinctumque supponatur; tunc instantia haud perempta ducatur, ac per consequẽs per accusatorem rursus, & incusare, & instantiam illam prosequi posse indubiè reor, est eorumdem supralaudatorum Authorum.

4 Probatur: accusator namque nostro in casu in culpa haud esse supponitur: ubi enim culpa non est, ibi non est delictum, *cap. cum voluntate de sententia excommunicationis*, cũ culpa suos sectari debeat Authores, *l. sancimus, Cod. de pænis, cap. quæsivit de iis, qua fiunt à majori parte capituli, cap. Romana in fine de sententia excommunicationis lib.* 6. igitur nulla dignus pæna ducitur, quinimò Judex suo in munere desinens, ac per consequens aliqua dignus pæna; hinc Tullius 4. act. in Verrem. *Dubium non est quin omnes omnium pecuniæ positæ sint in eorum potestate, qui judicia dant; & eorum, qui judicant, cum nemo nostrum possit ædes suas, nemo fundum, nemo bona Patriæ obtinere, cum ad judicandum detur Judex nequam, & levis, qui de iis judicet.*

5 Vel de civili eloquatur causa; tuncque biennio lapso minus perempta est instantia: est eorumdem supralaudatorum Authorum.

6 Probatur: ex textu *in l. properandum*, §. *finali, Cod. de judiciis*, Antonius Capicius *hic*, *num.* 3. Author est: siquidem civili in causa non ita rigorosè agitur, sicut in criminali, disparitatis ratio est; cum in criminalibus delicta, quam citissimè potest, plecti necessum ducatur, cum bono expediat publico, *l. ita vulneratus*, §. *quod si quis, vers. cum neque impunita, ff. ad legem aquiliam, l. licitatio*, §. *quod illicitè, ff. de publican. l. congruit* 13. *ff. de officio Præsidis*, vel ut reus si innocens sit absolvatur; secus verò in civilibus, in queis non de corporis, ast de pecuniæ pæna peragitur.

Pro Decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

SI instantia in civilibus Judicis defectu perempta sit, quam luere debet pænam Judex.

Lapso biennio instantia perempta: nũquid reus per Judicem extemplò, ceù innocens absolvendus est.

Instantia semel in civibus perempta: an per spiritus vitæ insufflationẽ reviviscì possit.

Instantia per usufructuarium in Senatu occæpta: utrum eo extincto in proprietarium transeat, ac per consequens illam prosequi valeat.

SUMMÆ.

A'num.

A'num. 1.usq;ad finem, Thesum prædefinitiones, & probationes.

1 SI instantia criminalibus in judiciis defectu perempta sit Principis arbitrio pœnarum pensumdare debere Iudicem
2 duco : quandoquidem si pluries suo in munere deliquisse feratur; tunc ab officio esse deponendum plusquam manifestum est ; cum sæpenumerò leviter delinquens, graviter plectendus sit ne anza delinquendi refundatur, *l.in fundo, ff.de rei vindic.l.cum is, §.si cum lis, ff.de transact.l.qui sub prætextu, Cod.de Sacros.Eccles.cap.porrò de divort. clem.1.de usuris, clem.1.§.finali de concess.præbend.* nevè populum scandalo offendat ; inde Tertullianus *lib.de virginibus velandis* : *Scandalum* (inquit) *non bonæ rei, sed malæ exemplum est ædificandi ad delictum;bonæ res neminē scandalizant; nisi malam mentem* .
3 Lapso biennio instantia perempta: nūquid reus per Judicem extemplò;ceù innocens absolvendus est: distinguendum est;vel criminis indicia, idque genus urgent ; vel non : si primum tunc nonnisi purgatis indiciis, quibus deinde expurgatis, præstita tamen cautione dein judicio sisti ad omnem ejus petitionem, extemplò liberandus est : siquidem frustrà in vinculis procul à fundamento aliquo detine-
4 retur: sin secundum; tunc præstita dumtaxat cautione idonea de in foro sisti,solvendus est .
5 Instantia semel in civilibus perempta: nūquid per spiritus vitæ insufflationem reviviſci possit, & licet nonnulli edocuere vultrà binas vices haud concedenda fore, inter quos extant Grammaticus *decis. 69. & in consilio civili 165*:Muscatellus *in pract.S.C.par.7.glosa sententiam, num.51*.sed Ursillus *decis.346.* secùs edocet,& Anna *in constit.divæ memoriæ num.291*.memoriæ tradit fuisse usq;ad quintam vicem concessam insufflationem, Joannes Franciscus Capiblancus *in prag. 8. num. 139.de baron.*Mastrillus *de magistrat.lib.3.c.4.num.370.& 371*.Riccius *in collect.decis.89.* aliique Thorus *compend.decis.tomo 1.§.instātia semel perempta in civilibus an iterum reviviſci possit* : verumtamen prudentis Judicis arbitrio id esse redigendum duco .
6 Probatur : ex indeterminato antecedenti nulla determinata thesis illatio subnasci fas est quemadmodum ex antecedenti determinato, concessove determinata consectatur illatio, *l.1.§.1.ff.si ususfructus petatur,l.3.§.qui habet, ff.de servi. rustic.præd. l.reflexionis gratia, ff. communia prædior.l.2.ff.de jurisd.omnium judic.l.2.§.inspectio, ff.quemadmodum testamenta aperiantur* , ac per consequens ubi instantiam permittendi ratio habetur;quando verò non igitur cum id indifferens sit ; juremeritò prudentis Judicis arbitrio liquendum est.
7 Instantiam per usufructuarium in Senatu occeptam,eo extincto in proprietarium traiicere , ac per consequens illam prosequi posse autumant, Anna *in alleg. 14.* Riccius *collect. decis.688.*apud Thorum *compend.decis. tomo 1. §. instantia cæpta per usufructuarium an eo mortuo* .
8 Probatur: ubi eadem urgere edisseritur ratio, ibi eadem juris stabilitio, *l.illud, ff.ad legem aquiliam, l.si postulaverit, §.2.ff.ad legem juliam de adulteriis, l.quidam nummularios, ff.de edendo, l.nauta, §.finali, ff.nautæ caup.l. à Titio, ff.de furtis l.illud, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis, §.igitur, instit.quod cum eo* cum ratio potius, quam verba spectanda sit, *l.scire, §.aliud, ff.de excus.tutor.* hinc Tullius 2. Tuscul. *Domina omnium , & Regina ratio , connexa per se, & progressa longius, fit perfecta virtus:hæc ut imperet illi parti animi,quæ obedire debet, id videndum est viro, velut servo dominus, velut Imperator militi,velut parens filio*: in nostra porrò facti specie eadem, & usufructuarii , & proprietarii extare ducitur ratio; ceù speculanti liquet ; adeòque eadem juris prædefinitio, *dicta l.illud, ff. ad legem aquiliam*; igitur, &c.

DECISIO CCVII.

IN Causa Jacobi Domini Idoe Maramonte, cum d. Comite Ugenti principalis : contrà quem testes producuntur, tenetur respondere de criminibus testium suorum, &c. *Hæc Antonius Capycius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species .

SI principalis de calumnia haud jurasse feratur:numquid de testium suorum criminibus respondere adstringendus sit .

SUMMÆ.

A'num. 1.usq;ad finem , Thesis finitio , & probatio.

1 DAre responsum minus adstringendum fore duco , est Antonii Capicii *hìc* describentis sic per S. R. C. prædefinitum fuisse; ibi: *Et sic in Octobri 1523.fuit in Sacro Consilio decretum. quod non teneretur respondere ; quia non fuerat juratum de calumnia: tamen etiam, quia unus de Consiliariis dixit se vidisse sic servari & maximè quia in S.C. non juratur de calūnia,* Reg.Tap.*in constit.si exceptio,*Vivii *in syl-*

ſylva commun. opinion. in opinion. 912. incip. *teſtes interrogari, num.* 10. Thorus *compend. deciſ. tomo* 1. *§. principalis, qui de calumnia non juravit*: tametſi in S.R.C. calumniæ præſtari juramentum inſuetum proditur.

2 Probatur: diverſa eſt principalis cauſæ ratio, ac teſtium; ac per conſequens diverſa jurium prædefinitio, argum. *l. illud, ff. ad legem aquiliam, l. ſi poſtulaverit.* §. 2. *ff. ad legem juliam de adulter.* cum unuſquiſque pro re gerenda à ſe juramentum præſtare adſtringendus ſit; ſecùs verò pro aliena: quare principalis, neù de teſtium dictis, neù de ipſorum criminibus reſpondere ullo debeat pacto.

Pro Deciſ. hujuſce illuſtratione.

CAPUT UNICUM.

Principalis adverſarius in cauſa ſuſpicionis allegatæ: numquid examinandus erit.

Quæ repoſcuntur, ut principalis pro confeſſo habeatur.

Si procurator poſitionem denegaſſe feratur: an principalis ad deponendum adſtringendus ſit.

Principalis etiam, ut teſtis receptus: ſi quid falſi depoſuiſſe feratur; quam luere debeat pænam.

SUMMÆ.

A num. 1. uſq; ad finem, Theſum deciſiones, & probationes.

1 Principalem adverſarium in cauſa ſuſpicionis allegatæ haud examinandum fore docet, Maſullus *in add. ad Capicium* 138. *num.* 3. referens ſic ſæpenumerò per S. C. prædefinitum fuiſſe, Thorus Author eſt *compend. deciſ. tomo* 1. *§. principalis adverſarius in cauſa ſuſpicionis allegatæ*,

2 Probatur: neminem turpitudinem allegare debere ſuam, neù quicquid ſibi fore noxium ediſſerere eſſe cogendum apud cunctos pro comperto habetur, nevè eligere viam, per quam judicium ſubvertatur ſuum, *l.* 3. *verſ. nec credendus, ff. de milit. teſtam. l. quoties* 13. *ff. de rebus dubiis, l. quoties, ff. de verbor. obligat. cap. abbate de verborum ſignificatione*, quare ſuſpicio iſthæc per teſtes comprobanda erit, cum quid facti ſit.

3 Quæ repoſcuntur, ut principalis pro confeſſo habeatur, & reverà juxtà Afflictum *in conſtit. partes in judicio ſub num.* 4. Annam *in ſingul.* 406. principalis Muſcatellum *in praxi S.C. lib.* 1. *par.* 5. *gloſſa legaliores, num.* 15. apud Thorum *compend. deciſ. tomo* 1. *§. principalis ad hoc, ut habeatur pro confeſſo*, quatuor poſtulantur: 1. ut poſitio ſit jurata ex parte petentis eam ſaltem per calumniæ juramētum. 2. ut ſit lecta, & parti notificata. 3. ut ſit monitus, ſeù juſſus reſpondere. 4. ut probabilem renuendi cauſam haud habeat: atqui hinc fit, quod ſi quid iſtorum deſineret, tunc pro confeſſo minimè habendus erit: theſis iſthæc ex Doctorū horum authoramento liquet.

4 Si procurator poſitionem denegaſſe feratur: tunc principalem ad deponendum adſtringendum fore exiſtimat, Thorus *compend. deciſ. tomo* 1. *§. principalis an cogi poſſit ad deponendum*, memorans ſic, & per S. R. C. & per M.C.V. ſancitum fuiſſe.

5 Probatur: principalem quemlibet hoc in themate ad deponendum cogendum fore, neù jura denegant; neù Doctorum placita hùcuſque ad hoc hæſitarunt; igitur, &c.

6 Principalis etiam, ut teſtis receptus: ſi quid falſi depoſuiſſe feratur, tunc tametſi juxtà Sanfelice *deciſ.* 231. Thorus Author eſt *in ſupplemento deciſ. §. principalis receptus etiam, ut teſtis pœna falsò debita teſti, torquendus eſt*: verumtamen melius prudentis Judicis arbitrio id redigendum fore exiſti-

7 mo: ſiquidem implicantia extant iſthæc bina: venire ut teſtem, & ut principalem: ſi ut principalis tunc alia dignus ducitur pæna, quam ut teſtis: quādoquidē principalis in propria venit cauſa, ſecùs verò teſtis, qui nōniſi in aliena.

DECISIO CCVIII.

In Cauſa Palermi d. Gilio, & fratrum, cum Ioanne de Romano de Maſſa Lubrenſi Nepotum quondam Imperialis de Romano, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

AUCTORIS EXAMEN.

Facti Species.

Si concurrant ſorores filii ab Avo teſtatore vocitati cum filio alterius fratris teſtatoris: quo pacto in Avi defuncti bonis ſuccedere inſimul prædicentur; in capita ne? an verò in ſtirpes?

SUMMÆ.

A num. 1. uſq; ad finem, Theſis finitio, & & probatio.

1 In capita; ſecùs verò in ſtirpes una ſuccedere debere reor, eſt Antonii Capicii *hic in fine*, referentis ſic per S.R.C. prędefinitum fuiſſe; ibi: *S.C. in hac cauſa, quæ erat cauſa appellationis à ſententia Capitanei Lubrenſis, qui judicaverat, quo filii ſororis dicti teſtatoris ſuccederent in ſtirpes cum filio fratris ejuſdem teſtatoris votavit, & judicavit bene appellatum à ſententia Capitanei, & malè judicatum. magiſt. actorum, &c.*

pen-

pendẽte ejusdem lata est sententia in Sac.Conf. Amend,ad Frãchum *decis.*24.*num.*6.aliorũq; Thorus *compend. decis. tomo* 1. §.*nepotes filii ex sorore vocati à testatore avo*, Author est.

2 Probatur:ex textu *in l.hæredes nominatim ff.de legatis* 1.*l.si communis servus ita,ff.de stipulat.servor.*Antonius Capicius *hic,num.*2. & 3.Author est: nam testator de bonis stabiliens suis liberam disponendi facultatem habere supponitur,ac per consequens universos nepotes, seù ex sorore,seù ex fratre suborientes,ut æqua succedant lance, in capita potest: ignorato verò defuncti velle universum hoc perimitur dissidium, igitur, &c.

3 Nec obstant textus *in* §. *cum filius, instit. de hæred.quæ ab intestato deferuntur,* §.*finali statuit eodem tit.*§.*cæterum, vers. hoc etiam addendum, instit.de legitima agnator.success.* siquidem in alio extant themate : eloquuntur enim ab intestato; secùs verò ex testamento, ceù infrà liquebit.

Pro Decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

NEpotes uno ex fratre ad patrui demortui bona concurrentes unà cum nepotibus, neptibusq;alterius fratris,quo pacto succedere perhibentur in capita ne? an verò in stirpes?

Nepotes cum patruo ad alterius patrui,vel aunculi bona concurrentes; quo pacto succedunt in stirpes ne? an verò in capita.

Quid hoc in themate de aliis personis remotis Avo paterno, nepotibus, idque genus prædefiniendum est.

SUMMÆ.

A'nNum.1.usq;ad finem, Thesum decisiones, & probationes.

1 NEpotes uno ex fratre ad patrui extincti bona concurrentes unà cum nepotibus, neptibusvè alterius fratris succedere in stirpes; secùs verò in capita reor, est Gomez *in l.*8. *tauri num.* 10. & 11. quod placitum probabile docet Vasquez apud Verde, *instit.lib.*3.*de success.ab intestat.lemma* 14.*num.*30.

2 Probatur 1.*ex auth. cessante, & auth. post fratres, Cod.de legitimis hæredibus* : siquidem eadem urgere potius edisseritur ratio, ubi nepotes cum patruo ad alterius patrui bona concurrere supponuntur, ac ubi inter se ad patrui extincti bona concurrunt; adeòque eadem juris prædefinitio, *l.illud, ff. ad legem aquiliam, l.si postulaverit,* §.2.*ff.ad legem juliam de adulter.*idque genus: verùm enimverò ad patrui bona in stirpes, ut infrà liquebit concurrunt; igitur indidẽ nostro in themate.

3 Minor infrà commonstrabitur;major verò probatur: nepotes cum patruo concurrentes, non minus representationis jus habent,quam ad invicem inter se concurrentes:nam nepotes,seù cum patruo, seù inter se concurrentes semper patris personam repræsentant:rogitãdum profectò ab adversariis est : quo jure nepotes inter se concurrentes concurrere dicuntur, nonnisi quia patris personam repræsentant, cum subrogentur in patris locum, *l.si cum,* §.*qui injuriarum, ff.si quis caut.l.*1. §.*hac actio,ff.si quis testam.liber. l.filia,* §.*Titia, ff.de condit.& demonstrat. l.unica,* §.1.*C. de rei uxor.actio,* §.*fuerat.instit.de action.cap. Ecclesia is primo, ut lite pendente,* neu respõsitare queunt concurrere nepotes, qua nepotes sunt; quandoquidem id identidem urget, ubi cum patruo concurrunt; cum non magis nepotis ratio habeatur, ubi inter se concurrunt, ac ubi cum patruo; cum nupernon nepotis ratio veniret; ac per consequens repræsentationis jus: cum nepos ex se nullum habere supponatur jus; ast solummodò patris; etenim si pater superstes foret; profectò jus ejuscemodi haberet,ilicet dimidiam hereditatis partem si bini fuissent testatoris defuncti fratres superstites.

4 Probatur 2.nepos, quà nepos nil ex se habet;id nonnisi ex patris repræsentatione,*dicta l.si eum, & l.*1.idque genus;igitur quolibet in themate; seù cum patruo, seù inter se concurrant; numquamnon repræsentationis jus verificari necessum est.

5 Nepotes cum patruo ad alterius patrui, vel avunculi bona concurrentes in stirpes, secùs verò in capita concurrere censent, Bartolus Accursius,aliique Author est Verde,*instit.lib.*3.*de success.ab intestato, lemma* 14.*num.*64.

6 Probatur: ex §.*si igitur,* §.*si autem defuncto,* §.*si autem in fine*; ibi: *fratris, & sororis filii tale privilegium dedimus, ut in propriorum parentum succedentes locum sint in* 3. *constit.*uti gradu cum iis, qui in secundo gradu sunt, ad hæreditatem vocentur, *auth.de hæred.ad intestat.venient.*igitur, &c. quod ex de Franchis *decis.*24.*num.*9.& 10. doctrina edocentis, quod ubi quis in alterius locum ingreditur,tunc in stirpes succedere necessum est: quare thesis isthæc eodem prorsus pacto probatur; quo suprà commonstratum fuit, cũ eadem urgeat ratio, ac per consequens eadem juris stabilitio, *dicta l.illud, ff.ad legem aquiliam, &c.*

7 Probatur 2.ex *supralaudato* §. *si igitur defunctus in fine, auth. de hæredibus ab intesta. venien.* ibi: *sed ex ipsis fratrum filiis, &c.* igitur, &c.

8 Quid hoc in themate de aliis personis remotis Avo paterno, nepotibus, idque genus prædefiniendum est, & reverà ad hæreditatem accirijuxtà gradus prærogativã autumat, Verde *ibidem num.*69.

9 Probatur: ex §.*si verò ex auth.de hæred.ab intestato venient.*ibi: *si verò neque fratres,neque filios fratrum defunctus reliquerit omnes, deinceps à latere cognatos ad hæreditatem vocamus secundum gradus prærogativam*; igitur,

tur, &c.nam est longè dispar ratio in hisce, ac in nepotibus; idque genus.cum in aliis personis repræsentationis jus haud respiciatur; dumtaxat verò jus proximitatis, igitur diversa juris stabilitio, argum.*dictæ legis illud, ff. ad legem aquiliam*, idque genus.

DECISIO CCIX.

IN Causa Sacri Monasterii Cavensis, cum Illustrissimo Principe Salerni super demolitione furnorum, &c. Prima difficultas, &c. an hoc remedium possessorii summarii intentati competat pendente iudicio retinendæ possessionis, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti Species.

REmedium possessorii summarii: numquid pendente judicio retinendæ possessionis competat.

SUMMÆ.

A'num.1.usq;ad 6. 1.Thesis finitio, & probatio.
Num.6.& 7.Thesis 2. decisio, & probatio.
Num.8.& 9.Thesis 3.finitio, & probatio.

1 DIstinguendum est: vel priusquam lis per adversarium contestata sit; quis pacificè multos per annos possedisse feratur; tunc remedium possessorii summarii hoc in themate locum haud habere ducitur, ac per consequens possessionem asservare suam usquè ad litis contestationem; adeòque ab ipsa minimè despoliandum fore ad Judicis sententiam definitivam usquè, est Alberici *in l.sive possidentis 11. col. deprob.* Author est Antonius Capicius *hìc, num. 2.*

2 Probatur 1. legitimus namque ducitur hìc adùsque per adversarium secùs juridicè commonstratur, cum melior sit possidentis conditio, *l.si debitor, ff.de pignor.l.is qui destinavit, ff. de rei vindic. l. finali, Cod. eodem tit.* adeòque haud summariè, ast ordinariè veritas noscenda est, ac per cõsequens à sua haud despoliandus, vel deturbãdus sit possessor possessione, oppositũ q;namq;probare quid facti est; inde fit, quod probatione indiget, *l. in bello, §. facta, ff. de captivis, & postlim. reversis, &c.* igitur, &c.

3 Probatur 2.ille hoc in themate adversariũ vincere, anteireque differitur; qui litis contestatæ tempestate suam probat possessionem, *§.hodie, instit. de interdictis*, quod locum sibi vendicet suum, si de prisca minus verificetur possessione; igitur, &c.

4 Vel per priscam haud possedisse tempestatẽ rem, at aliquod per tempus, & actu possidere dicitur litis contestatæ tempore, tunc optimè per Judicem summariè de actuali possessione procedi posse par est., ceù sæpenumerò per S. R. C. sancitum refert Antonius Capicius *hìc, num.4.*ibi *Tamen S.C. in similibus hoc non obstantibus consuevit procedere ad capiendam informationem super summario, ut fecit in causa Illustr. Princeps Melfiæ, cum Excellen. Comite Potentia, & idem etiam postmodum fecit in causa Universitatis Tirii, cum Excel. Comite Potentiæ, in causa attentatorum lite super possessorio pendente proposita idem fecit in causa Illustr. quondam Principis Bisiniani, cum Monasterio Sancti Laurentii de Padula super Territorio, seu Castro inhabitato Brundusii*, consule Thorum *compend. decis. tomo 1. §. remedium possessorii summarii an competat.*

5 Probatur: ubi judicium erit summarium, toties probatio summaria esse debet, cum judicium, & probatio inter se omogena sint, adeòque eadem dispositio, *l. 1. ff. de legatis 1.* in nostra porrò facti specie judicium supponitur esse summarium: igitur identidem ejus probatio, ac per consequens notio, cum utrobique eadem urgeat ratio; inde eadem juris statuitio, argum.*l.illud, ff.ad legem aquiliam, &c.* igitur, &c.

Secunda difficultas est, esto quod hoc remedium procedat, an obtineat in casu nostro, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

Secunda Facti Species.

POssessor lite pendente: numquid sua privãdus sit possessione, adùsque per adversariũ convincatur: haud privandum fore reor, est
6 Antonii Capicii *hìc, num. 14. in fine*, Capiblanci *in prag.14.num.24.* Thorus *compend. decis.tomo 1.§.possessor lite pendente an privari debeat sua possessione.*

7 Probatur: ex textu *in cap.volumus 16.quæ.* siquidem unusquisque rectus præsumendus erit possessor; usquequò per adversarium in Senatu probatur, ac per consequens à sua haud despoliandus sit possessione, cum melior

lior fit possidentis conditio, *l. si debitor, ff. de pignoribus*, *l. qui destinavit*, *ff. de rei vindic. l. finali*, *Cod. eodem titulo*, cum oppositum commonstrare quid facti sit, inde est, quod probatione indiget, *l. in bello*, §. *facta*, *ff. de captivis*, *& postlim. reversis*; igitur, &c.

Tertia difficultas est. Nam ad possessorium summarium, &c. *Hæc Antonius Capicius*.

Tertia Facti species.

SI dominus utilis Castri alicujus actu nonnullos constructos furnos ibi possidere prædicetur: utrum criminalium dominus causarum ibidem construere possit furnos; ac per consequens si construeret: an lite pendente constructio hujuscemodi per Judicem impedienda sit, citrà tamen jurium ambarum partium, & in petitorio, & in possessorio præjudicium.

8 Impediendam fore reor, est Antonii Capicii *hic* memorantis sic per S.C. sancitum fuisse; ibi: *In hac causa S. C. cum interventu Domini Hieronymi de Colle decrevit mandādum esse Illustr. Principi Salerni, quod desistat ab usu furnorum noviter constructorum lite pendente citrà præjudicium jurium utriusq; partis, tàm in petitorio; quam in possessorio ordinario: & quod in causa principaliter pro parte Monasterii mota procedatur ad actus incūbentes, & hoc 12. Novembris 1529. Paulo Hodierna actorum magistro contra Universitatē, vel particulares non vocatos in hoc judicio summario nihil dictum est*, Reg. de Ponte *consil. 97. num. 26. vol. 1.* Thori *compend. decis. tomo 1. §. possessio constructionis novorum furnorum in terra*.

9 Probatur: dominus utilis suo in genere verus autumatur dominus, *l. possessores*, *Cod. de fundo patrimon. lib. 11. l. 4 ff. de usufructu*; ibi: *ususfructus in multis casibus pars dominii est*, *l. in venditionem 8. ff. rebus authorit. Judicis poss. l. qui usūfructū 58. ff. de verbo. obl.* ac per consequens quamlibet in loco (cujus dominus esse supponitur) utilitatem percipere debet: verum enimverò panis coctio isthæc in furnis facienda utilitatem præbere pro comperto habetur; igitur potius ipsi, quā alteri utilitas hujuscemodi refundenda sit: quandoquidem criminalis jurisdictionis dominus utilis suo in genere etiamnum ducitur ilicet illius, quod ex criminali provenit jurisdictione, utpotè foret nostro in casu; in quo de utilitate, quæ ex panis coctione subnascitur sermo est; secùs verò alio in themate: quare jureméritò cum Monasterium dominus utilis esse supponebatur; ac per longevam tempestatem in sola actualis panis decoctionis possessione extabat, cōsequens fit, ut Princeps Salerni, ceù criminalis Oppidi illius jurisdictionis dominus novam panis illis in locis decoctionem attentare nequibat; quare utpotè & novus, violentusque possessor, & ut jurisdictione carens, nil mirum si ab attentatis explodi fas, & jura sinebant; igitur nil mirum si S.C. id sanxit.

Pro decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

POssessio incorporalium fermè jurium: numquid ex 40. annorū possessione requiratur.

Possessor lite pendente cuinā concedēda sit intentanti possessoriū ne? an verò Universitati possessionem habenti in Baronalibus silvis pascendi, soluta fida juxtà contractum cum Barone initum.

Priscus possessor juris alicujus incorporalis utputà exigendi, idque genus; si ab aliquo in possessione turbetur; ac dein despoliatus sit: quid prædefiniendum si possessionis actum exerceret, in judicioque instantiam produceret se in possessione asservari; quisnam ipsorum præferendus sit? violentus ne? an verò pristinus possessor? instando in judicio se violenter à sua despoliatum fuisse possessione.

SUMMÆ.

A num. 1. usq; ad finem, Thesum decisiones, & probationes.

1 POssessionem incorporalium fermè jurium: numquid ex 40. annorum possessione acquiratur: adipisci autumat Afflictus *decis. 67.* Thorus *compend. dec. to. 1. §. possessio quasi jurium incorporalium*.

2 Probatur: per 40. namque annorum spatiū vitiū omne purgatum esse supponitur, ac furti actio tollitur, *l. 1. §. ad hæc*, *Cod. de annuali except. l. omnes*, *l. sicut*, *l. cum notissimi*, *Cod. de præscript. 30. vel 40. ann.* idq; nonnisi in negligentis pænam, rem non rogitantis suam; vel jus suum: cum jura vigilantibus suppeditant, *l. pupillus*, *in fine*, *ff. de his, quæ in fraudem cred.* quandoquidem si rei dominus per hujuscemodì tempestatem requietem fore supponatur; consequens fit, ut alteri dono dare; ac in alium rei illius dominium transire vult; quod etiamnum ex juribus suprà laudatis liquet: idque identidem, & ut rerum dominia inter homines forent certa; & ne Civitas ob non agrorum culturam, curamque damnum pateretur; hinc Tullius 1. de finibus: *Pericula, labores, dolorem etiam optimus quisque pro patria, & pro suis suscipit, dolores denique suscipere mavult, quam deserere ullam officii partem*; igitur, &c.

3 Possessionem lite pendente Universitati possessionem habenti in Baronalibus sylvis pascendi, soluta fida juxtà contractum cum Barone initum, concedendam fore; secùs verò intentanti possessionem duco, est Annæ *alleg.* 84. Tap. *in rubric. quando Rex inter Eccles. pers. cogn. poss. num.* 19. *in opere juris Regni*, aliorumque, Thorus Author est *compend. dec. tomo* 1. §. *possessio lite pendente, cui sit concedenda intentato possessorio*, referens sic per Regiam Cam. Sum. sancitum fuisse.

4 Probatur: nemo à sua actuali despoliandus sit possessione, adùsque secus rationabiliter in jure per adversarium commonstratur, *l.si debitor, ff.de pignor. l. is, qui destinavit, ff. de rei vindic.l.finali, Cod. eodem tit. l.qui accusare, Cod.de edendo, §.retinendæ, vers.commodum de interdict.cap.pro possessore de reg.juris lib.*6. in nostra porrò facti specie Universitas actu pabulandi jus possidere supponitur; igitur à possessione hac haud despolianda sit, usquequò per adversam partem oppositum probatur.

5 Priscus possessor juris alicujus incorporalis utputà exigendi, idque genus; si ab aliquo in possessione turbetur; ac dein despoliatus sit: quid prædefiniendum si possessionis actus exerceret; in judicioque instantiam produceret se in possessione asservari, quisnam ipsorum præferendus sit? violentus ne? an verò pristinus possessor? instando in judicio se violenter à sua despoliatum fuisse possessione, & reverà antiquum possessorem in suam priscam redigendum fore possessionem, violentumque verò possessorem, & civiliter, & criminaliter pænam luere debere autumo, est Thori *compend. decis.tomo* 2. §. *possessor antiquus alicujus juris incorporalis*, referentis in fine per S.R.C. sancitum fuisse.

6 Probatur: ut quis à sua despoliandus sit possessione necessum ducitur, ut id ritè rationabiliter, ac juridicè fiat; secùs violenter, ac per proprium authoramentum, Robertus *rerum judicatarum lib.*3. *pag.*567. Faber 4. *Cod. def.*4. *tit.*11. *de hæred.actio. num.*1. *in allegat.* quæ nostro in themate cum ita sint: jure meritò nil; mirum si à possessione despoliandus sit; ac civiliter, criminaliterque plectendus, cum pœna suum tenere debeat Authorem, *l.sancimus, Cod.de pœnis, l.absentem, ff.eodem tit.*

DECISIO CCX.

IN Causa Domini Tiberii, & fratrum de Ianuario, cum Domina Elionora de Ianuario, & Consortibus, &c. *Hæc Antonius Capicius.*

AUCTORIS EXAMEN.

Facti species.

SI testator hæredem aliquem instituerat suũ, eum gravando, ut post sui extinctionem hæreditatem restitueret Francisco: numquid Franciscus de restituenda sibi hæreditate à præfato hærede cautionem; vadimoniumque rogitare valeat? quovè pacto? num clausula adiicienda sit aliqua?

SUMMÆ.

Num. 1. & 2. Thesis prædefinitio, & probatio.

1 IDoneam præstandam fore cautionem per hæredem institutum censeo; tametsi de eo, quod post sui obitum disponere posset, nil præstandum, quare Capiciana isthæc decisio sic interpretanda est, inspicitò Capicium *in principio, & in fine*, referentẽ sic per S.C. sancitum fuisse; ibi: *Sacrum Cõsilium decrevit cautionem præstitam debere remanere, ita ut præstita est, &c.* Joannis Angeli Pisanelli *in consuetud.filius familias* incip. *nec te decipiat, fol.*188. Molfesii *in comment. ad consuetud.Neap.par.*4. *quæst.*46. *num.*29. aliorumque Thorus Author est *compend.dec. tomo* 1.§.*clausula adjecta in cautione præstita per fideicommissum, & §. fideicommissarius an teneatur cavere de restituenda hæreditate.*

2 Probatur: tametsi prisca inspecta tempestate hæres per fideicommissum à testatore gravatum hæreditatem dumtaxat restituere ex sola adstringebatur fidelitate, §.*nunc transeamus, instit. de fideicommissariis hæredit. &c.* verùmtamen hodie ex *Cod.& ff.ut leg.sev. fideicommissa nomine cav.* hæreditatem juxtà testatoris jussum restituere adstringendus sit, quod frustrà fieret, nisi idoneam refunderet cautionem, *dicto* §. *nunc transeamus*; quandoquidem antequam extinctus foret deperdere cuncta posset bona restituenda; igit. &c.

Pro Decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

FIdeicommissarius: numquid meliorationes ad perpetuam utilitatem in re fideicõmisso subjecta factas restituere adstringendus sit.

Si fideicommissarius civiliter peremptus sit: numquid fideicommissario res fideicommisso subjecta acquiratur.

Fideicommissarius: an ante hæreditatis restitutionem hæres vocitandus sit; ac per consequens præambuli decretum in sui favorem latum firmum ducendum sit.

SUM-

SUMMÆ.

A'num. 1. usq; ad finem, Thesum decisiones, & probationes.

1 Fideicommissarium meliorationes ad perprtuam utilitatem in re fideicommisso subjecta, factas restituere adstringendũ fore duco, est de Franchis *decis.*109.Peregrini *in tract.de fideicomm.art.* 50.*in cap.*incip.*circa quartum principalem articulum num.* 72. Thorus Author est *compend.decis.tomo* 1. §.*fideicommissarius an solvere teneatur meliorationes factas*, referens sic per S.C.prædefinitum fuisse.

2 Probatur: ideo adstringendus foret fideicommissarius ab hærede; ne cum aliena locupletari prædicetur jactura, *l. nam hoc natura* 14.*ff.de condict.indebit.*Faber *in juris prudentia de justitia, & jure princip.*2.*illat.*1.*pag.*5. siquidem ad meliorationes hasce haud teneri supponitur hæredem, ac per consequens rem fideicommissario restituere; sicut à testatore reciperavit;igitur quicquid fideicommissarius lucrari proditur; illud per ipsũ restituẽdũ sit.

3 Fideicommissario civiliter extincto, tunc rem fideicommisso subjectam secundo fideicommissario hoc in themate acquiri censeo, inspicitò Thorum *compend. decis. tomo* 1. §. *fideicommissarius ad quem spectat res fideicommisso subjecta*.

4 Probatur:secundus fideicommissarius,tunc locum sibi vendicat, ubi seu civiliter,seu naturaliter desinere supponitur fideicommissarius:in nostro porrò themate civiliter sive per maximã, sive per mediã capitis diminutionẽ extinctus esse supponitur, cum pænę servus effectus sit; igitur, &c.

5 Tametsi hæres actu haud vocitandus sit fideicommissarius, ac per consequens præambuli in sui gratiam factitatum, infirmum ducendum; verumtamen in fieri, seu in potentia suo in genere hæres vocitandus est,sic per S.R.C.prædefinitum fuisse, refert Thor. *compend.decis.tomo* 3. §.*fideicommissarius ante restitutionem hæreditatis*.

6 Probatur: hæres immediatè testatoris hæreditatem adiens, ipsius personam repræsentat, *l.hæreditas* 22.*ff.de regul.juris*, Borcholten. 2.*instit.de usucap. & longi temporis præscript. pag.*87. Petrus Faber, Dionisius, Gothofredus ibidem, ac per consequens firmiter pro ipso decretũ præambuli expediatur,quod de fideicommissarii impotentia, sic non hæreditatem adeunte haud verificatur; quandoquidem de sui conceptu hæreditatis jus acquirit: quoties extinctus supponitur hæres, si post sui obitum fideicommissario hæreditas confestim restituenda sit.

DECISIO CCXI.

IN Causa Domini Abbatis Io: Francisci Carafæ cum d. Principe Hostiliani ejus fratre super liquidatione,& quantitate vitæ,& militiæ Comitatus Aliani, &c.*Hæc Ant.Capic.*

AUCTORIS EXAMEN.

Prima Facti Species.

Vita, militiaque: numquid in Regno fratri secundo genito extransversalium successione refundenda sit.

SUMMÆ.

Num.1.& 2.Thesis 1.decisio, & probatio.
A'num.5.usq; ad finem, Thesis 2. prædefinitio, & probatio.

1 Dandam fore existimant Antonius Capicius *hìc in principio, num.* 1. describentis sic per S.R.C.prædefinitum fuisse; ibi: *Et per S. C. auditis partibus fuit judicatũ vitã, & militiã deberi etiã in successione in linea transversali, & fuit propterea cõdemnatus prædictus Princeps ad solvendã prædicto Abbati vitam,& militiam liquidãdam,ut in sententia,&c.* Thor. *compen.decis.tomo* 1. §.*vita,& militia an debeatur fratri secundo genito*.

2 Probatur:in Regno namq;nostro stirps,stẽmaq;prospiciũtur;quod ritè,sive ex recta,sive ex trãsversali haberi supponitur linea; igitur, &c.

Secunda Facti Species.

Vita, & militia: numquid in Regno secundum legitimam designanda sit.

3 Tametsi juxtà legitimam in Regno, & in recta, & in transversali linea per S.R.C. sancitum fuisse testatur, Antonius Capicius *hìc*, *num.*3.ibi: *Sacr.Cons.judicavit in hoc essedandam hanc vitam, & militiam, ut dictum est*, Thori *compend.decis.to.*1. §.*vita,& militia an taxetur fratri, &* §.*liquidatio vi-*
4 *tæ, & militiæ juxtà legitimæ, &c.* verumtamen in juris puncto publicis in thesibus quẽlibet tutò defensitare posse reor; adeòq;juxtà patrimonii,feudique vires, ac fratrum, sororumque numerum stabilienda erit.

5 Probatur: vita, militiaque, quæ secundo debetur genito, idque genus si secundum legitimam regulanda foret; quippè, & secundo genito conditio denigraretur,& ejusdem familia deterioraretur, quod per absurdum foret;

6 maximèque nostro in Regno juxtà Capicium *hìc in fine*, describentem vitam, militiamque ad annuos nummos aureos 260. ascẽdere debere per S.R.C. prædefinitum fuisse; ibi: *Et facto compromisso judicavit vitam, & militiam ascẽdere ad annuos duc.*260. quare jure meritò vita, militiaque juxtà patrimonii vires decernenda erit; quod prudentis Judicis arbitrio redigendum est, qui, & personarũ cõditiones, & patrimonii vires inspicere debet.

Pro Decis. hujusce illustratione.

CAPUT UNICUM.

Vita, militiaque: numquid filio secundo genito suborto præstanda sit; si Pater prior superstite Avo extinctus sit.

Vita, militiaque: an primogenito refundẽda sit, si se ipsum ad feudi successionem se inhabilem redidisse feratur, utputà per Clericatus assumptionem.

Vita, militiaque: num filio secundo genito Clerico presbitero, vel Prælato præstãda sit.

Vita, militiaque: utrum Nepoti in Avi bonis refundenda sit; si Pater ipsius non præmortuus fuisset, habuisset.

SUMMÆ.

A num.1. usq; ad finem, Thesum decisiones, & probationes.

1 Vitam, militiamque filio ex secundo genito suborto præstãda esse, si Pater prior superstite Avo extinctus fuisse feratur haud dubiè opinor 1. est de Franchis *decis.*542. Mastrilli *decis. Sicil.* 165. *num.*2. Riccii *in collect. decis.*26. apud Thorũ *compend. decis. tomo* 1. §. *vita, & militia an debeatur filio nato, &c.* describentem sic per S.R.C. prædefinitum fuisse.

2 Probatur: Nepos namque hoc in casu nonnisi Patris jus repræsentat, *l.*2. *&* 3. *Cod. de legitimis hæredibus, l. Paulus* 2. *ff. de bonis libertor.* ac per consequens jus illud, quod ipsius Pater, ceu secundo genitus habet; in rogitanda vitam, & militiam transactum in filiũ esse supponitur suum; alioqui Nepos cujuscemodi nil habere, ex quo se alere valeret; quod à ratione alienum foret.

3 Vitam, militamque primogenito refundẽdam esse si se ipsum ad feudi successionem se inhabilem redidisse feratur, utputà per Clericatus assumptionem dubio procul opinor: tametsi in computatione vitæ, militiæque primogenituræ habenda sit. est de Franchis *dec.* 20. Mastrilli *dec. Siciliæ* 85. *num.*11. *& decis.* 165. *num.*3. Roviti *in prag.*23. *de feudis num.* 8. aliorumq; Thor. *compend. dec. to.*1. §. *vita, & militia an debeatur primogenito qui se ipsum.*

4 Probatur: per Clericatus assumptionem primogenituræ cedere videtur, cum unusquisque juri cedere queat suo, *l. si quis in conscribendo, Cod. de Episc. & Cler. l. penult. Cod. de pactis, cap. tuis* 39. *vers. nisi de testib. cap. ad apostolicam de regularib.* neminique injuriam inferendo, *l. injuriarum*, §.1. *ff. de injuriis, l.*3. §. *is tamen. ff. de liber. homine exhibendo*, ac per consequens jus ad secundogenitum transit suũ; qui ceù primogenitus habẽdus erit; cum ejus præoccupet locũ: enimverò subrogatus illius sapit naturam, in cujus locum est suffectus, *l. si cum*, §. *qui injuriarum, ff. si quis caut. l.*1. §. *hæc actio, ff. si quis testam. liber.* tametsi ratione beneficii suscepti gratum, benevolũq; erga primogenitum in vita, militiaq; liquidãda se habere debet, quod re haud disformare ducitur rationi.

5 Vitam, militiãq; filio secundo genito Clerico præsbitero; vel Prælato tribuendam fore opinor 4. est Paris de puteo *de finib. feud. in c.* incip. *nunc videndum dubium, nu.*31. *fol.*177. *à tergo* Carol. de Crass. *in tract. de effect. Cler. in* 4. *effect. nu.*257. Author est Thor. *compend dec. to.*1. §. *vita, & militia an debeatur filio secũdo genito Clerico*, memorans sic per S.R.C. prædefinitum fuisse.

6 Probatur: tametsi Clericus, vel Presbiter effectus esse supponatur secundogenitus: verùmtamen etiamnum inter filios defuncti annumerari necessum est: igitur ipsi identidem alimenta, legitima idq; genus refundenda sũt; in quorum locum successisse vitam, militiamque pro comperto habetur.

7 Vitam, militiamq; in Avi bonis refundendam esse si Pater ipsius haud præmortuus fuisset; habuisset, censet Thor. *compen. dec. tom.*1. §. *vita, & militia an debeatur nepoti in bonis avi.*

8 Eodem prorsus medio thesis isthæc probatur, quo suprà: cum quodlibet jus in Patre extans in filiũ traiici perhibeatur suũ, ac per cõsequẽs jus, quod pater suus in avi bonis habere supponitur, ipsi acquiri necessũ est; igit. &c.

Atque hæc de primo nostri Theatri Tomo sat est cõcinnasse, unum dumtax (candide Lector) rogo, atque exoro: non ut interlegas; veluti umbra, ac larva fucum veritati faciens, sed ut intelligas: memor esto illius Martialis *lib.*2. *ad Lectorem* 7.

Si qua videbũtur chartis tibi Lector in istis
Sive obscura nimis, sive latina parum.
Non meus est error, nocuit Librarius illis
Dum properat versus annumerare tibi.
Quod si non illum, sed me peccasse putabis:
Tunc ego te credam cordis habere nihil.
Ista tamẽ mala sũt, quæ nos manifesta negamus
Hæc mala sunt: sed tu non meliora facis.

non ut audias, sed ut capias: frustrà enim legitur, quod non intelligitur; & inaniter auditur; quod nõ capitur. Si ergo legas, & capias; sive in grammaticis artibus serpas, sive per dialecticas, & philosophicas facultates te efferas; sive in legalibus disciplinis eruditus sis; numquãnon hujusce Libri lectione erudita juvaberis, & sapiẽtior redderis. haud immemor postmodũ esto illius alterius protriti dicterii: *Soli indocti libros æquales typis mandant*. Finis ad laudem Triadis; quæ nobis; & ad metam cuncta perducere, & ocium; copiamq; fecit.

FINIS.

RE-

RERUM, AC VERBORUM MEMORABILIUM,

Quæ in Tomo I. Theatri Decisionum Regni Neapolitani In ANTONIUM CAPICIUM notatu digniora visa sunt.

INDEX LOCUPLETISSIMUS

FABRÈ CONCINNATUS.

D. Decisionem, C. Caput, N. Numerum, P. Paginam indicat.

Ubi

C

Calumnia, Calumniator.

Canonica portio.

Capitulum Sede vacante.

Capitula Matrimonialia.

Capitulorum Forma.

Cardinalis.

Causa, & Effectus.

Causa Civilis, Causa Criminalis, Remissio Causæ.

Casus Fortuitus.

Cautio.

Me-

Cle-

Dans

Ubi

Defensio, Defensor.

Delicta, Delinquens.

Denunciatio.

Deperditio.

Deputator.

Idem

Ele-

Me-

Quod

Hæreditas Quarta,Hæreditatis aditio.

pro-

Interdictum.

Interesse .

Interpretatio .

Jus Debitum .

Inventarium .

Inutile .

Judex .

num

Ju-

A'

O

Obedientia.

Pa-

P

Pos-

cap.

Re-

S

Sacr. Reg. Cons.

Scriptura.

Satisfactio.

Sæcularis.

Sententia, Sententiæ executio, Revisio Sententiæ, Laudi.

Si

Sepultura, Electio Sepulturæ.

Sequestrum.

Spo-

Quo

De-

Testis, Testium examen.

Venter.

Verba, Oratio.

Veritas.

Vidua.

FINIS.